Digitized by the Internet Archive
in 2025

https://archive.org/details/leonispontificis0000vari

LEONIS DECIMI REGESTA.

LEONIS X.

PONTIFICIS MAXIMI

REGESTA

Vol 1-2
(Vol 2 after pg 808

GLORIOSIS AUSPICIIS LEONIS D. P. PP. XIII. FELICITER REGNANTIS

E TABULARII VATICANI MANUSCRIPTIS VOLUMINIBUS
ALIISQUE MONUMENTIS

ADJUVANTIBUS TUM EIDEM ARCHIVIO ADDICTIS TUM
ALIIS ERUDITIS VIRIS

COLLEGIT ET EDIDIT

JOS. S. R. E. CARDINALIS HERGENROETHER,
S. APOSTOLICAE SEDIS ARCHIVISTA

ALMA COLLEGE
262.13
LIBRARY
L55-10H
Alma, California

FRIBURGI BRISGOVIAE
SUMPTIBUS HERDER
MDCCCLXXXIV
EJUSDEM LIBRARIAE AEDES SUNT ARGENTORATI ET MONACHII ATQUE IN URBE
S. LUDOVICI AMERICANA.

31106

Imprimatur.

Fr. Augustinus Bausa Ord. Praed. S. P. A. Magister.

Salvo jure proprietatis et translationis.

Typis Herderianis Friburgi Brisgoviae.

SANCTISSIMO PATRI

LEONI PP. XIII.

Jos. S. R. E. Card. Hergenroether.

BEATISSIME PATER.

Ex quo Divina Providentia disponente sublimem S. Petri cathedram ascendisti, *Pater beatissime,* nulli labori, nulli meditationi parcens opportune omnibus praesentium temporum necessitatibus providisti, universum terrarum orbem perspicaci amantissimi Patris oculo perlustrans pacem concordiamque animorum fovere atque tum vitam tum doctrinam tum rationem tum operationem Ecclesiae filiorum ad perfectiorem semper conditionem elevare conatus es. Inter cetera et summo Pontificatu et sapientia *Tua* dignissima, sicuti sanae philosophiae, ita et historiae studia tutari, promovere et altius evehere coepisti immortalibus *Tuis* literis die 18. Augusti anni praeterlapsi datis, quae omnium bonorum plausu et eruditorum summo gaudio fuerunt exceptae. Eas enim afflante Deo O. M. uberrimos fructus Ecclesiae novamque reipublicae literariae accessionem generaturas fore confidunt, quae quanto frequentius expetitur, tanto rarius contingit.

Sapienti sane consilio, *beatissime Pater,* probatum a *Te* et decretum fuit, juxta Sanctae Apostolicae Sedis tabularia edenda et imprimenda esse Romanorum Pontificum praedecessorum Tuorum Regesta, quumque ea jam permagna ex parte usque ad annum Inc. 1304 in Germania a Philippo Jaffé et Augusto Potthast, absque tamen Vaticanorum Tabulariorum auxilio, publicata fuerint, ea opportuno supplemento munienda et ulterius continuanda. Dudum enim inter eruditos, etiam acatholi-

cos, in confesso est, tum plurimorum utilium atque insignium operum validissimum fundamentum ac praesidium tum optimam Romanorum Pontificum defensionem nobilissimasque contra calumniatores vindicias eorum actibus publicis, decretis et literis contineri et constitui.

Verum huic voluminum seriei ex ditissimo fonte desumendae praecurrens jam Leonis X. praedecessoris Tui Regesta publicanda censui e ducentis triginta et amplius libris manuscriptis deprompta, qui in Sedis Apostolicae Tuisque Tabulariis asservantur, ipsa rei difficultate illectus, quae ex pessimo saepe scripturae genere augetur longe a characterum prioribus saeculis usitatorum elegantia remoto.

Leo X. sane is est Pontifex, qui aetati suae ac recentiori aevo nomen indidisse censebatur, cujus pro bonis artibus literisque humanioribus conamina vel ipsi Ecclesiae hostes suspexerunt quique meritorum aestimator optimus ad summos honores doctissimos quosque ac cordatissimos viros evexit regiaque munificentia aluit. Vel ipsi ejus temporis scriptores apostolici, inter quos praeclara Jacobi Sadoleti et Petri Bembi nomina praefulgent, magnam existimationem nacti sunt et admirationem. Praeterea in eo Pontificatu uno veluti obtutu mens contemplatur Ecclesiam veteris orbis, qua late patuit, jam novo orbe ad fidei lumen evocato, ante magnam illam tot populorum ab unitatis centro et a recta fide defectionem, Angliam, Scotiam, Germaniam inferiorem et superiorem, regna Scandinavica nondum avulsa ab *una cathedra super Petrum Domini voce fundata,* quam tantopere olim jam S. Cyprianus celebrabat et de qua earum nationum apostoli ad unum omnes exierunt, innumeras denique personas aetate illa calamitosissima variis nominibus celebres videt sibi occurrentes. His alia gravior et fortior ratio accedit. Haud exiguae in Leonem X. impactae fuere calumniae, quasi ipse literarum fautor et patronus profanarum res ecclesiasticas et sacras prorsus neglexerit, flammam haeretici dogmatis enascentem haud exstinguere cogitaverit et saeculi tantum commodis et pompis et lucris operam dederit. Verum ejus literae et documenta probant, quantum ei cordi fuerit religionis sacrae tutandae, conservandae et amplificandae studium, quantum decorem domus Dei dilexerit et candorem animarum quovis externo splendore adhuc pretiosiorem. Ipse sane mansuetudine primum, deinde cogente apostolico munere judicii severitate fidei pericula avertere studuit, regularium ordines ad pristinam disciplinam et sanctiora

instituta revocavit, pro Orientalibus, Maronitis potissimum et Graecis, in doctrina sana vel conservandis vel ad eam attrahendis strenue laboravit. Is dirum schisma, quod in conciliabulo Pisano praecipue caput extulit, mansuetudine non minus quam prudentia sua exstinxit, in Gallia infaustam illam disciplinae corruptelam, quam Pragmaticam Sanctionem appellabant, inita cum Francisco Rege concordia abolevit, pro christiano orbe plures saluberrimas constitutiones a Synodo Tridentina postea repetitas et amplificatas in Concilio V. Lateranensi promulgavit. Quodsi hoc Concilium oecumenicum uberiores eos fructus non tulit, qui communiter sperabantur (quamvis et maximus is fuerit, quod contra Basileensium commenta plenam ac summam Romani Pontificis auctoritatem perspicue tradidit et vindicavit), temporum nequitia et injuria accusanda est, non supremi Pastoris voluntas, qui, quantum in se erat, gravissima illis Patribus proposuit negotia de fide et moribus, de disciplina, de saecularis cum regulari clero controversiis, de scholis et de Divini Verbi praeconibus, de Kalendarii Romani correctione. Taceo, quod praedecessorum omnium adinstar concordiam inter christianos principes restituere, communem christiani nominis hostem, Selimum Turcarum tyrannum crudelissimum, reprimere, Emmanuelem magnum Lusitaniae Regem non minus quam Ferdinandum Regem catholicum ejusque nepotem et successorem Carolum in praeclaris expeditionibus certaminibusque omni modo juvare ac fovere, demum in civili principatu gubernando miram sagacitatem et paternam suavitatem, prudentiam simul et justitiam amico foedere jungere populorumque sibi subditorum prosperitatem augere omnibus viribus adnisus est.

Fateor equidem in eo Pontificatu nonnulla nobis hodie valde displicere a nostris moribus et a praesenti disciplina aliena, ut beneficiorum ecclesiasticorum in iisdem personis cumulationem et abusus varios inde profectos. Sed ne priora tempora nostris metiamur mensuris, efflagito. Deinde malum istud ea aetas a duobus vel tribus saeculis haereditate quasi acceperat et ejus eradicandi difficultas ex diuturna consuetudine usuque principum et nationum maxima jam evaserat. Vulneri tamen quodammodo ipse Leo X. cum Concilio Lateranensi V., postea vel maxime Concilium Tridentinum Summique Pontifices insequentes mederi felici cum fructu conati sunt, ex quibus S. Pius V. fere radicitus illud sanasse dicendus est. Illa autem nihil contra nos efficiunt, quae objiciuntur, qui minime diffitemur, plura illo tempore

sanatione indiguisse ac reformatione; neque enim nos catholici, ut Ecclesiae hostes criminantur, ii sumus, qui veritatem apertam negemus vel obvelemus; valere plane debet veritas, ita ut nihil ea potius sit, nihil habeatur antiquius. Verum emendatio in melius, correctio ac reformatio ab ipsius Ecclesiae primordiis semper necessaria proclamata fuit ob depravatae hominum naturae vitium et *ob mundanum pulverem, per quem etiam religiosa interdum corda sordescunt;* eam tot praeclara Ecclesiae lumina et ante et post S. Gregorium VII totis viribus promoverunt, semper illud ob oculos habentes *per sacra homines immutari fas esse, non autem sacra per homines.* Et si Ecclesiae navis fluctuans in mari frementi tempora jam ferrea vidit diesque tristissimos, Divino Spiritu ubi vult et quando vult spirante post nubila solem, post tenebras novum splendorem rursum consecuta est.

Hunc porro laborem, ad quem una mecum tum Tabulariis Tuis et Apostolicae Sedis addicti tum alii, qui sponte se adjunxerunt, contulere opem, qualiscumque est, *Tibi, beatissime Pater,* summo fautori, patrono, motori inscribendum prorsus esse cognovimus *Tibique* ejus primitias offerendas sexto incoronationis *Tuae* anniversario die. Utinam is non plane indignus Majestate Tua Apostolica inveniatur et *Te* protegente ac benedicente ad felicem exitum perducatur! Fortunet *Deus* Pontificatum *Tuum,* ut cuncta, quae *Deo* auspice suscepisti, *eo* adjuvante perficias ad sui nominis gloriam, ad S. Ecclesiae exaltationem et ad christiani populi perpetuam salutem continuumque profectum!

PROLEGOMENA AD LEONIS X. REGESTA IN FINE OPERIS PUBLICABUNTUR.

		1475.
11. Dec.	Florentiae	natus *Johannes Medices,* secundogenitus Laurentii Magnifici.
		1482.
	—	destinatus ad clericalem militiam, prima tonsura initiatus.
		1483—1484.
	—	a Ludovico XI. Francorum rege et Sixto PP. IV. abbatiis Fontis dulcis et Passiniani donatus aliisque beneficiis auctus. (Cf. *Roscoe* Vita e Pontificato di Leone X. Traduz. ital. del Conte *Luigi Rossi.* Milano 1816, t. I p. 29 sqq. 42 sqq.)
		1489.
7. Mart.	Roma	Joh. Card. Andegavensis Laurentio Medices nuntiat hoc die filium ejus Johannem ab Innocentio VIII. creatum esse Cardinalem Diaconum (*Roscoe* l. c. t. II p. 270. 271, doc. 8). Tribus tamen annis erat velut in tirocinio positus et cardinalitiis insigniis nondum potitus (*Roscoe* t. I p. 47 seq.), optime educatus et eruditus ab Angelo Politiano (cf. Erasm. Roterodam. L. II ep. 1 p. 88, ed. Lond. d. d. III. Kal. Mai. a. 1515) aliisque viris doctis et in negotiis adjutus a Bernardo Dovizzi, nominato Bibiena (*Roscoe* l. c. p. 82 seq.).
		1489—1491.
	Pisis	Theologiae et juri canonico operam navavit, praesertim sub Philippo Decio et Bartholomaeo Sozzinio (*Roscoe* p. 58 seq.). *Castissime superatam adolescentiam, juventutem actam gravissime atque sanctissime* in eo laudat *Gregorius Cortesius* (Epist. ed. Venet. 1573, p. 249).
		1492.
9. Mart.		in monasterio Fesulano assumit vestes cardinalitias et
12. —		Florentia profectus venit Passinianum.
16. —		Senis ad S. Quiricum pergit, inde
17. —		ad Aquampendentem pervenit, postea
18. —		Viterbium (*Roscoe* l. c. p. 63 seq. 66 seq.). Inde petit
19. —		Braccianum Ursinorum oppidum.
22. —		Urbem ingreditur (Petrus Delphinus ep. ad Guidonem Priorem, d. d. ex Urbe 7. April. 1492. *Roscoe* t. II doc. 18 p. 283—286).
25. —	Roma	scribit patri de sua in Urbe receptione et audientia apud Summum Pontificem (*Roscoe* t. II doc. 17 p. 286. 287).
15. April.	—	Cardinalis diaconus S. Mariae in Domnica ab Innocentio VIII. constituitur legatus Patrimonii S. Petri (Stephanus de Castrocaro ad Petrum Med. eod. die apud *Roscoe* t. I Append. p. 307. 308).
19. —	—	Petro fratri manifestat desiderium, ut se de rebus gravioribus faciat certiorem, sicut ipse fecit. Commendat pro praepositura S. Johannis Franciscum della Torre et pro Vexilliferratu Franciscum degli Albizzi (*Roscoe* t. II doc. 23 p. 306. 307). Ad Petri et familiae auctoritatem sustinendam
	Florentiam	venit; sed nuntio de Innocentii VIII. morbo
25. Julii	Romam	revocatus regreditur, in itinere de Papae morte edoctus (*Roscoe* l. c. t. I p. 170 seq.).
10. Aug.	Romae	Peractis exequiis pro Innocentio VIII. cum ceteris Cardinalibus conclave ingreditur (*Roscoe* l. c. p. 173); sed mox electo Alexandro VI.
Aug.	Florentiam	se recipit, ubi moratur usque ad suae familiae expulsionem. (*Ammirato* Ritratti di uomini illustri di casa Medici. Op. t. III p. 64; *Roscoe* l. c. p. 177.)
		1494.
	Florentia	Joh. Card. Medices cum suis discedit. Tiphernatem ad Vitellios digreditur (*Roscoe* l. c. p. 231 seq. 242 seq.
		1495—1499. (circa)
		per varias Italiae, Germaniae et Galliae civitates una cum Julio consobrino et aliis iter facit (*Ammirato* l. c. t. III p. 66; *Roscoe* t. II c. VI § 2 p. 107—110).
		1500.
	Romam	revertitur (*Roscoe* l. c. § 6 p. 116).

1511.

Nominatus legatus Bononiae et pro exercitu S. confoederationis (*Raynald* a. 1511 n. 62 p. 398 sqq.; *Roscoe* t. III p. 114 c. VIII § 21).

1512.

11. April. apud Ravennam — captus Mediolanum deducitur (*Raynald* h. a. n. 20 seq. p. 613. Jov. in Vita Leon. Lib. II; *Roscoe* l. c. p. 134—138 § 26).

Florentiam — Jam in Galliam deportandus apud Padum a populo liberatus Mantuam pervenit et revertitur (Jov. L. II; *Roscoe* c. IX § 4 p. 151 seq.), cui felicem reditum gratulatur Petrus Bembus.

13. Sept. Roma — (Epist. familiar. L. V ep. 50 Opp. ed. Venet. 1729, t. IV p. 201. 202.)

1513.

21. Febr. Romae — Julio PP. II. vita functo

6. Mart. Florentia — Romam venit ad conclave (*Roscoe* t. IV c. X § 1 p. 7). Erant 25 Cardinales (Paris. de Grassis Diar. 16. 19).

11. — (die Veneris) Romae — electus Pontifex renuntiatur (*Raynald* a. 1513 n. 14. 15 t. XII p. 6. 7). Nomen Leonis X. assumit et adagium ex Psalmo CXIX: *Ad Dominum cum tribularer clamavi et exaudivit me.*

De ea electione inter alia Aegidius Viterbiensis O. S. A. Erem. Prior Gen. ep. 18 (Martène et Durand Coll. ampl. VIII p. 1258. 1259): „Latet in arcanis Hebraeorum occulta ungendi ratio, digna quae quaeratur cum ab omnibus, tum ab eo inprimis, qui non vi, non dolo, non auro fretus, sed *probitate, eruditione, innocentia, pietate supra omnes mortales ornatissimus vocatus est tamquam Aaron.*“

ANTE INCORONATIONEM. 1513.

1513.

13. Mart. Romae apud S. Petrum — (1) Joh. Antonium Placentium Burgi apud S. Petrum in Vaticano capitaneum ad vitam constituit cum potestate sibi constituendi ac deputandi unum notarium idoneum. „Burgum nostrum apud S. Petrum in Vaticano, quod in dies magis incolitur atque pulcherrimis crescit aedificiis, et gubernio aliisque officialibus almae urbis nostrae non subjicitur, recte regi et justitiam aequam . . . omnibus ministrari . . . cupientes.“ (Sadoletus) A. V. Brevia a. 1513. 1514 n. 2 d. 2. Brev. ad principes t. 30 f. 2.[1]

— — — — (2) Jacobum Modestum de Prato Aulae Lateranensis Comitem creat. „Exigit tua in nos.“ (Sadoletus) A. V. l. c. d. 1. Brev. ad principes t. 30 f. 1.

14. Mart. — — (3) Leonardum Lauredanum Venetiarum principem certiorem facit de sua electione. „Etsi non dubito“ (Bemb.). Ed. Opere del Card. Pietro Bembo t. IV. Venezia 1729 p. 3. Lib. I. ep. nom. Leon. script. ep. 1. Ex parte *Raynald* Annal. eccles. a. 1513 n. 16 t. XII p. 8 ed. Luc. 1755.

Simili modo aliis principibus.

15. — — — Ordinatur presbyter. *Raynald* l. c. n. 15 p. 7.

— — — — (4) Johannem Paulum Philippum Argenteum arcium Civitatis vetulae et S. Marinellae castellanum deputat assignato salario (Bembus) „Cum fel. rec. Julius“. Brev. a. 1513. 1514 t. 2 n. 3.[2]

— — — — (5) Robertum de Maschiis de Arimino arcis Mondavii castellanum constituit. „Sincerae devotionis affectus“ (Bal. Tuerdus). Leon. Bull. t. 63 p. 10, b.

— — — — (6) Franciscum Gonzagam Marchionem Mantuae certiorem facit de sua electione. „Julio II. Pontifice Max. ex hominibus composite sancteque obeunte“ (Bemb.). Ed. Bemb. Lib. I ep. 2 p. 3. 4.

— — — — (7) Mandat Raphaeli Card. Camerario et thesaurario, ut solvant singulis mensibus 200 duc. in auro Constantino Cominato Duci Macedoniae S. Lateran. Concilii Capitaneo.[3] „Motu proprio ven. fratri nostro. . . mandamus.“ Bull. Leon. t. 63 p. 6, 6.

[1] Breve bis occurrit; priori loco assignatur 13, posteriori vero 17. Martii. Exiguus est literarum brevium de octo primis diebus repertarum numerus; communiter eae expresse dat. habent: *ante incoronationem.*

[2] Idem Breve in Brev. vol. 30 f. 4 assignatur diei 20. Martii. Magnam priorum novi Pontificatus literarum copistae confusionem prae se ferunt.

[3] Eum Generalem Concilii custodem jam deputaverat Julius II. *Hard.*, Conc. t. IX. p. 1598 seq.

1513.

16. Mart. Romae apud S. Petrum (8) Thesaurario Perusino mandat, ut ad reparationem palatii Officialis castri Porchariae impendat 100 duc. auri pro a. 1513 demendos ex pecuniis a communitate ejus Castri persolvendis pro a. 1512: „Superioribus diebus“ (H. de Cesis in fine) L. 1210 f. 2, b.

17. — — consecratur episcopus (*Raynald* l. c.).

— — — (9) Petro Bibienae nuntiat se eum interpretem et internuntium apud principem et Senatum Venetorum constituere. „Cum ingenium, probitatem moresque optimas“ (Bemb.). Ed. Bemb. L. I ep. 3 Opp. t. IV p. 4.

— — — (10) Principem Venetiarum certiorem facit de Petro Bibiena Venetias destinato. „Jussimus interpretem apud te remque publicam tuam“ (Bemb.). Ed. l. c. ep. 4.

18. — — (11) Sigismundo Poloniae Regi transmittit ensem et pileum a Julio II. ultimo die Nativitatis D. N. benedictum eique dicatum ut praemium virtutis et testimonium suae de eo opinionis. „Pileo te quasi in participationem sacerdotalis dignitatis adsciscimus tibique nobiscum una patronum ac defensorem adoptamus; ensem vero cum porrigimus, satis aperte denunciamus, ut eo uti velis tum ad propugnationem eorum, qui tibi fide ac religione veroque Dei cultu conjuncti sunt, tum ad excisionem illorum, qui obsint ipsi sanctae fidei.“ Laudatis ejus gestis jubet in Missa solemni utrumque consignari et praesentibus plenariam tribuit indulgentiam. „Cum more majorum nostrorum“ (Sad.). Ed. Sadoleti Epist. 5 p. 5—8.

— — — (12) Eidem Regi de dissidio inter ipsum et Albertum societatis Marianorum Teutonicorum Mag. in Prussia vigente injungit, ut illud vel per legatum a latere a se mittendum vel per Concilium Lateranense componi sinat, ut arma christianorum in Turcas verti possint. „Intelleximus magna quidem cum molestia“. Ed. Bemb. L. I ep. 5 ed. cit. p. 4. *Bzov.* h. a. p. 186 n. I. *Raynald* h. a. n. 33 p. 15. Codex diplomat. regni Poloniae. Vilnae 1761 t. IV p. 198. 199.[1]

— — — (13) Episcopo Iserniae[2] a Julio nuntio misso ad Venetos significat, se audita ejus morte Petrum Bibienam apud istam rempublicam internuntium nominasse, laetari se, eos rumores falsos fuisse, ac desiderare, ut Duce et Senatu salutatis Romam redeat. „Ne ad te de eo.“ (Bemb.) Bemb. L. I ep. 6 p. 5.

ANNO PRIMO XIV. KAL. APRIL. 1513.

1513.

19. Mart. (die Lunae) Romae apud S. Petrum Solemniter coronatur ab Alexandro Cardinali Farnesio. (*Roscoe* l. c. c. IV p. 17. *Giov. Giac. Penni* Narrazione delle pompe fatte in Roma per la creazione e incoronazione di Leone X. Pisa 1846.)

— — — (14) confirmat capitula in Conclavi ab omnibus Cardinalibus acceptata et subscripta[3]. „Licet Romani Pontificis potestas atque auctoritas.“ Hanc bullam consistorialem subscripserunt Raphael Card. Ep. Ostiensis, Portuensis, Albanensis, Sabinensis, Praenestinus, 13 Cardinales presbyteri, 5 Card. diaconi (De Curia: De Comitibus. Collat. Hippolytus de Cesis). A. V. Lib. 209 (1199) secret. 1 f. 366 seq.

— — — (15) populo Romano privilegia et officia confirmat. A. P. R. M. „Dum singularem fidei constantiam.“ (Bembus | Delius. Cabredo | Benedictus.) A. V. Lib. 208 f. (1198) 55 b—69 a; L. 992 f. 38 seq. — Ed. Bullar. M. Luxemburg 1742, I p. 525—527. Bullar. ed. Taur. 1860 t. V p. 538—542. Const. 1.

(16) Raphaeli Card. Ep. Ostiensi et Camerario[4] confirmat Julii II. indultum de archipresbyteratu loci de Paterno Bergom. dioec. „Rationi congruit“[5] (Infra: A. de Castillo. Bucan.) L. 1001 f. 47 a.

---

[1] Datum est dubium, ut videre licet ex aliis documentis Leonis X. Poloniam respicientibus. Facile enim abbreviatura vocis: *quarto* legitur pro *quinto* (XIV. vel XV. Kal. April.). Ingens est numerus documentorum ad XIV. Kal. April. a. I pertinentium, ut ex sequ. patet.

[2] Est Maximus Bruni Corvino a. 1510 electus, qui Concilio V. Lateran. interfuit.

[3] Hanc Capitulationem publici juris fecit *Constantinus Hoefler* (Zur Kritik und Quellenkunde der ersten Regierungszeit Kaiser Carls V. Wien 1876, Abtheil. II p. 63). Licet ea Capitula nimis arctaverint Pontificem in sua disponendi libertate, is tamen, quoad potuit, promissis stetit.

[4] Raphael Riarius, nepos Sixti IV. ab eodem creatus, dictus Cardinalis S. Georgii, a. 1507 Sabinensis, 1508—1511 Portuensis episcopus fuit. V. *Ughelli*, Italia sacra t. I p. 77. 78.

[5] Frequens hoc initium in sequentibus notabitur literis R. C. Enuntiat principium sequentium literarum fundamentum: „Rationi congruit et convenit honestati, ut ea quae de Romani Pontificis gratia processerunt, licet ejus superveniente obitu literae apostolicae super illis confectae non fuerint, suum sortiantur effectum.“

1513.

19. Mart. (die Lunae) Romae apud S. Petrum

(17—18) eidem alia concedit indulta quoad beneficia. R. C. (Evangelista) L. 992 f. 241. — „Universarum, quibus“ (Evangel. | De Vega | Attan.) L. 997 f. 247.

— — — (19) Dominico Card. Ep. Portuensi [1] concedit regressum ad Praeceptoriam S. Joh. Hieros. Bonon. „Dum in personam tuam“ (Evangelista. Infra: Delius. A. de Verdesotto). A. V. L. 992 f. 106, b.

— — — (20) eidem pariter concedit regressum ad ecclesias Paphensem et Nicosiensem [2]. „Ad personam tuam“ (Scr. iid.) L. c. f. 108, b.

— — — (21) Alexandro Card. diac. S. Eustachii [3] concedit indultum regressus ad parochialem ecclesiam loci della Granga Camerin. dioec., quam cum hac reservatione sponte cesserat. R. C. (Evangelista) L. 992 f. 109, a.

— — — (22) eidem Al. Card. assignat pensionem ex ecclesia Firmana. R. C. (Armellin. | Colardi. F. de Vega | Coll. H. d. C.) L. 1006 f. 125. 126.

— — — (23) Card. Sixto tit. S. Petri ad vincula Vicecancellario [4] confert ecclesias S. Floriani de Lizana et S. Stephani de Morio Trid. dioec. „Dum exquisitam tuae circumspectionis industriam“ (Armellinus. Infra: Delius, J. Gerona) L. 992 f. 40, b.

— — — (24) Episcopo Cavallicensi, Praeposito Fesulano et Decano Tridentino hanc collationem nuntiat. „Hodie dilecto filio nostro Sixto“ (Script. ut supra) L. c. f 42.

— — — (25) eidem S. Card. confirmat annualem pensionem ex fructibus monasterii Claraevallis Ord. Cisterc. Mediolan. dioec., cujus commendam pro bono pacis libere cessit. R. C. (Colotius | De Bertinis | Silvius | Attan.) L. 1002 f. 290, b.

— — — (26) Aloysio Card. S. M. in Cosmedin [5] concedit indultum de beneficiis in quibusdam Italiae dioecesibus R. C. (Delius) L. 992 f. 178, de quo

— — — (27) episcopis Milet. et Bisignan. „Dudum fel. record.“ L. c. f. 181.

— — — (28) Alphonso Card. diac. S. Theodori [6] reservat decanatum Ovetensem, abbatiam S. Marthae Astur., archidiaconatum de Madrid dioec. Toletanae et omnia beneficia, quae Mag. Petrus de Solis decanus Ovetens., abbas S. Marthae etc. ad praesens obtinet. „Ad personam tuam“ (Evangelista | Delius | Leon. Valtrini. Coll. Hip. de Cesis) L. 991 f. 118 seq. L. 1124 f. 80, b.

— — — (29) Jacobo Episc. Albanensi [7] confirmat praestimonia ex ecclesia Hispalensi. R. C. (De Senis) De Bertinis | De Verdesotto. Attanant.) L. 1001 f. 222.

— — — (30) Francisco S. Hadriani presb. Card. [8] confirmat accessum seu regressum ad Prioratum. B. M. de la Fuente de Dios Tanbien. O. S. A. Asturic. dioec. juxta Julii II. decretum R. C. (Gratia Dei | Cheminart. Coll. H. de Cesis) L. 991 f. 138.

— — — (31) Francisco Episcopo Tiburtino [9] confirmat pensionem et regressum in ecclesiam B. M. de Cellulis Vulterran. dioec., quam in commendam obtinuerat et postea cessit. R. C. (Evangelista | Benedictus | Attanant) L. 1001 f. 112, a.

— — — (32) Quae Julius II. statuit circa Antonium abbatem monasterii S. Galgani Ord. Cisterc. dioec. Volaterran. [10] rata habet. A. P. R. M. „Aequum reputamus“ (Amalfitan. Infra: Millinus. Enckenwort. | Cotini). L. 992 f. 225, b.

— — — (33—34) Hippolyto de Cesis Camerae apostol. notario concedit gratias speciales et pensionem in dioec. Asculana. R. C. (Armellinus. Infra: J. de Cesis) L. 992 f. 25, et canonicatum in eadem R. C. (Evangel. | Cheminart.) L. 1009 f. 20, b.

— — — (35) Marco Card. S. Mariae in Porticu [11] concedit regressum in beneficia quaedam ecclesiae Veronensis. R. C. (De Senis | Delius. Silvius | De Cesis) L. 1001 f. 263.

[1] Dom. Grimanus Venetus creatus Card. ab Alexandro VI. Cf. *Ughelli*, Italia sacra t. I p. 146.

[2] in Cypro insula tunc Venetis subjecta.

[3] Alex. de Farnesiis, a. 1493 creatus, postea fuit Paulus III., gloriosus ecclesiasticae disciplinae instaurator. Cf. *Raynald* a. 1493 n. 34 p. 220; a. 1534 seq.

[4] Sixtus Gara della Rovere, Julii II. nepos, ab eo creatus et titulo presbyterali, quem ipse habuerat, decoratus fuit.

[5] al. Ludovicus de Aragonia, creatus a. 1493.

[6] Petrucci Senen. a. 1511 creatus est.

[7] Jacobus Serra dictus Arborensis, tituli S. Vitalis, postea S. Clementis, creatus fuit a. 1500. *Raynald* a. 1500 n. 56. 57 p. 396.

[8] Suspicio mendi occurrit. Nam S. Hadriani *diaconiam* obtinebat a. 1511 Bandinellus de Saulis, qui tamen postea 1512 in Conc. Later. comparet Card. presb. S. Sabinae. Etiam postea tantum *diaconia* S. Hadriani commemoratur.

[9] Est is Franciscus Soderini, a. 1453 Florentiae natus, sub Sixto IV. ep. Volaterranus, 1503 Cardinalis, episcopus Tiburtinus a. 1509—1516, *Gams* Series episcoporum Ratisbonae 1873 p. 734. 763. Laudat Jacobus Sadoletus ep. l familiar. ed. Romae 1760 *summam doctrinam singularemque ingenii et provinciae gravitatem maximi viri Francisci Soderini Cardinalis.*

[10] De hoc monasterio vide P. *Leop. Janauscheck,* Origin. Cisterciens. tom. I ed. Vindob. 1877 p. 205 n. DXXXI.

[11] Marcus de Corneliis Card. a. 1500. *Raynald* h. a. p. 57.

1513.

19. Mart. (die Lunae) Romae apud S. Petrum

(36) eidem Card. declarat, literas sub Julio II. non confectas de libero ejus regressu ad parochiales ecclesias de Fossata et Montisorsi Concordien. et Vicent. dioec., quas resignaverat, a die decreti Julii II. (25. Aug. 1511) suum debere sortiri effectum. R. C. (Ph. de Senis et cet. ut supra) L. 991 f. 194. 195.

— — — (37) Dominico episcopo Lucerino in Curia Rom. residenti[1] de bono regimine hospitalium et aliorum piorum locorum sollicitus eorum curam committit. „Cupientes in desideriis cordis nostri“ (Infra: Delius | Cabredo | De Gais.) L. 992 f. 31—33.

— — — (38) eidem (cui decidenda erat lis de canonicatu et praebenda ac vicaria perpetua in eccles. Corton. agitata inter Pontificem ante electionem, Franciscum de Perutiis, Petrum Mariotti et Nicolaum de Nerlis). Subrogat Silvium Passerinum cler. Corton. in omne jus, quod sibi ante assumptionem competebat, huicque praebendas controversas conferendas statuit. „Grata familiaritatis“ (Sadoletus | Delius. Cabredo | M. Casanova. Coll. S. de Spoleto) L. 991 f. 42—44.

— — — (39) eidem de surrogatione in eccl. Argentin. R. C. (J. B. Nasius | Gratis pro familiari assistent. W. de Enckenwort. A. Draco. Madrigal. Coll. H. de Cesis) L. 1006 f. 293.

— — — (40) Mag. Paulo de Capizuchis[2] dat mandata circa permutationem parochialium ecclesiarum inter Alphonsum Gundisalvum de los Rios cler. Astur. et Vincentium Roderici Ovetens. dioec. R. C. (Sadol. | A. de Verdesotto) L. 1001 f. 136.

— — — (41) eidem scribit in favorem Petri Matthaei de commenda Prioratus cujusdam in dioec. Senogall. R. C. (Evangelista) L. c. f. 15.

— — — (42) Paridi di Grassis Bonon. Capellano suo[3] confirmat collationem parochialis ecclesiae S. Petri de Semulano Mutinens. dioec. a. Julio II. decretam. R. C. (Colotius | De Bertinis. | De Verdesotto | Bucan.) L. 1001 f. 38.

— — — (43) Bernardum de Bibiena[4] nominat S. R. E. Thesaurarium generalem cum pluribus facultatibus „Probata in nostris, dum in minoribus eramus, negotiis“ (F. Castillioneus. Infra: Cabredo. Questenberg.) L. 991 f. 1. Bull. an. I L. 1. f. 1.

— — — (44) eidem commendat monasterium S. Johannis in Bevere O. S. B., quod ipse ante assumptionem suam commendatum habuerat. „Romani Pontificis providentia“ (Ph. de Senis | Delius. Cabredo) L. 991 f. 4.

— — — (45) Francisco della Porta clerico Novariensi ac familiari suo confirmat concessionem regressus in canonicatum ecclesiae S. Gaudentii extra muros Novar. a Julio II. factam, de qua literae ob mortem Pontificis confectae non fuerant. R. C. (Melfit. Marciaci) L. 993 f. 18.

— — — (46) eidem assignat pensionem annuam 20 ducatorum super quadam praebenda. R. C. (Ph. de Senis. Delius. Marc. Collat. Bucan.) L. 992 f. 294.

— — — (47) eidem assignat pensionem 15 ducat. ex alia praebenda. R. C. (De Senis. Suno. Cabredo) L. c. f. 282.

— — — (48) Evangelistae de Laude confirmat perpetuam capellaniam ad altare SS. Petri et Marcellini in ecclesia S. Ambrosii Mediol. R. C. (Melfit. Del.) L. 992 f. 67.

— — — (49) Alberto de Ricasolis Ord. Hieros. confert Praeceptoriam della Capraria ejusdem Ord. Aretinae dioec. R. C. (Supra: Phitan. Infra: Cabredo. de Verdesotto) Bull. L. 992 f. 1.

— — — (50) eidem confert aliam Praeceptoriam de Ciboria Vulterr. dioec. R. C. (Scr. iid.) l. c. f. 17, b.

— — — (51) Paridi de Alidoxiis (Alidosiis) cler. Florentino confert Praeceptoriam domus S. Joh. Hospit. Papiens. dioec., quam morte praeventus Julius II. nequiverat conferre. (Init. et Scr. ut supra.) L. 994 f. 19.

— — — (52) Johanni Bapt. de marchionibus de Pratella Hosp. S. Joh. Hier. concedit regressum in Praeceptoriam Perusinam. R. C. (Supra sine nom.; infra: Cabredo | Tarin. | Coll. S. De Spoleto) L. 992 f. 21, b.

— — — (53) Zachariae de Barsonibus confirmat Praeceptoriam domus S. Joh. alias S. Leonardi prope Garillo Hospit. S. Joh. Hieros. dioec. Concordien. R. C. (Sadol. | Delius. Cabr. | Madrigal | De Camp.) L. 1000 f. 95, b—98, b.

---

[1] Dom. Jacobatius, Patricius Romanus, a. 1485 advocatus consistorialis, 1493 auditor Rotae, 1503 ex nominatione Pii III. canonicus S. Petri de Urbe, a Julio II. episcopus Lucerinus creatus, strenue adfuit in Concilio V. Lateran. Scripsit tractatum *de Concilio* contra Pisani conciliabuli sectatores ed. Romae 1538 f. et quoad majorem partem apud *Roccaberti*, Biblioth. max. Pontif. Romae 1698 t. IX p. 1 seq. Anno 1517 Leo X. eum in Cardinalium Collegium assumpsit.

[2] capellano et causarum S. Palatii Ap. Auditori.

[3] Est ille magister ceremoniarum, cujus Diaria exstant de Julio II. et Leone X.

[4] Bernardus vel Bernardinus Dovizzi de Bibiena familiaris et secretarius Mediceorum Florentiae fuerat. Ad eum datae sunt multae Bembi epistolae, annis potissimum 1505—1508 (Bembi Epist. famil. vol. III L. I p. 190 seq.) eique Franciscus Picus Mirandulanus dedicavit opusculum *de appetitu primae materiae* (Opp. II p. 106—115). Alia dat *Roscoe* t. I p. 55 seq.

1513.

19. Mart. (die Lunae) Romae apud S. Petrum

(54) Philippo Johannis Francisci de Tornabonis cler. Florentino confirmat Julii II. decretum de pensione annua ex nonnullis ecclesiis et monasteriis dioec. Fesulan. Foroliv. etc. solvenda. R. C. (Sadol. | Delius. Vines | Cotini | Attan.) L. 991 f. 300—302.

(55) Raphaeli de Brandolinis cler. Florent. famil. suo confirmat pensionem ex eccl. de Camaiano dioec. Pisanae. R. C. (Carrotius | Gratis. P. Suno | Attan.) L. 1019 f. 46—48.

(56) Antonio Mauri cler. Aretinae dioec. confirmat Julii II. concessionem circa beneficia acquirenda ac dimittenda. R. C. (Armellin. | Delius. Cabredo) L. 992 f. 171. 172.

(57) Felici Antonio cler. Aretino Capellaniam perpet. ad altare S. Joh. B. in eccl. archipresbyt. nuncup. loci de Lucegnano ejus dioec. R. C. (Sadol. | Colardi | H. de Cesis) L. 1000 f. 4, a.

(58) Vicarium gen. ep. Reatini (Aret.?) monet de permutatione inter Persentinum Laurentii et Romanum Manotti parochos Aretinae dioec. secundum praedecessoris concessionem efficienda. R. C. (Sadolet. | Col. Balb. | De Gais) L. 998 f. 250.

(59) Bartholomaeo de Thorphaninis (al. Thorphanniis) de la Cugia cler. Bonon. brevium apost. scriptori familiari suo confirmat regressum in beneficia seu fructus pensione deficiente juxta Julii II. mentem. R. C. (A. Melfit. Gratis pro script. brev. Delius. Cabr. | Campan.) L. 991 f. 308.

(60) Quintilianum Polum in ecclesia Auximan.[1] canonicum nominat. R. C. (Delius. Vines. J. de Lerma) L. 992 f. 51; quare

(61) episcopis Cavall. et Polen. mandat, ut praedictum canonicum ceu talem agnoscant et ei possessionem assignent. „Dudum fel. record. Julius“ (Scr. ut supra) L. c. f. 52, b.

(62) Cavallic. et Alex. episcopis et vicario gener. ep. Spoletani mandat, ut Catherinum Johannem vel ejus procuratorem inducant in corporalem possessionem canonicatus et praebendae ecclesiae S. Gregorii Majoris Spoletan. R. C. (Infra: Colard. A. Draco | J. de Cesis. Coll. De Camp.) L. 1002 f. 31, b.

(63) Gregorio de Grossis cler. Ravennat. regressum ad paroch. ecclesiam seu Prioratum S. Alberti Ravenn. dioec. concedit. R. C. (Colotius | Delius | De Vega | H. de Ces.) L. 1001 f. 273, b.

(64) Archangelo Carrotio canonicatum, parochiam et simplex beneficium loci Pontis curvi dioec. Aquinat. confert. R. C. (Sadolet. | Delius. Vines | Verdes. | Bucan.) L. 991 f. 222.

(65) Aloysio Organistae cler. Bituric. pensionem super eccl. paroch. S. Crucis de Montebodio Senogallens. dioec. juxta Julii II. voluntatem attribuit et tres executores deputat. R. C. (Supra: Sine secretario. Infra: Millin. Enckenw. Coll. J. de Juvenibus) L. 995 f. 8, a.

(66) Petro electo Narniensi declarat, quod possit habere pensionem super canon. et praebenda in eccl. Narniensi. R. C. (A. Colotius | Coll. De Camp.) L. 995 f. 41.

(67) Antianis et communitati terrae Capranicae Sutrinae dioec. remittit pro reparatione murorum ad decennium censum salis *Affocatici* nuncupatum „Exigit vestrae devotionis et fidei probata sinceritas“ (Sadol. | Balbus. De Baena | Cyprian.) L. 1198 f. 330, a.

(68) Guidoni et Laurentio de Strozzis fratribus et civibus Ferrariens. petentibus annuit de revocatione testamenti Caroli de Strozzis. „Circumspecta Apostolicae Sedis piae matris“ (Phil. de Senis. | Colardi. Draco. | Cyprian. | Coll. Donatus.) L. 998 f. 268, b.

(69) Carolum de Ariostis creat Comitem S. Palatii Lateran. „Constantis fidei probata sinceritas.“ (P. de Cesis | A. de Castillo | Attanant.) L. 1001 f. 241, a.

(70—71) Mag. Antonium Mariam de Robertis de Tripoli cler. Mutinensem creat Ap. Sedis notarium („Pii Patris altissimi“) et Comitem Palat. Lateran. („Constantis fidei“) Duo diplomata (In utroque: Melfitan. | Millin. Enckenw. | Marciaci) L. 998 f. 194. 196.

(72) Joh. Antonium de Rudicibus cler. Mediolan. Ap. Sedis notarium creat. „Pii Patris“ Leon. X. Offic. diversor. annor. L. 221 f. 12.

(73) Joh. Antonio Zono cler. Veneto Soldani Romanae Curiae officium concedit. R. C. L. c. f. 13.

(74) Turrino de Honestiis canonico ecclesiae Lundensis de canonicatu R. C. (Melfit. | Delius | H. de Cesis) L. 995 f. 172.

(75) Johanni Francisco Poliasca confirmat collationem parochiae SS. Cornelii et Cypriani de Benermo (al. Benneno) Aspidia dioec. Lunens. et Sarsan. R. C. (P. de Cesis | Delius. Cabredo | Valtrani) L. 991 f. 1.

(76) Lactantio de la Cata canonico Parmensi indult. benef. R. C. (Delius | Casanova) L. 992 f. 128.

[1] Osimo in ditione R. Ecclesiae.

1513.

19. Mart. (die Lunae) Romae apud S. Petrum

(77) Scipioni de Ruvere clerico Astensi notario suo confirmat monasterium quoddam O. S. B. dioec. Pisaur. a Julio II. ipsi commendatum. R. C. (Delius. Cabredo | Balbus | Attan.) L. 992 f. 140.

— — — (78) Vicario gen. ep. Faesulani mandat, ut amoto Aloysio de Scafa, qui se falso gerebat pro clerico, Baldinottum de Baldinottis in paroch. ecclesiam S. Hilarii Faesul. d. inducat. R. C. (Ph. de Senis.) L. 999 f. 11, b.

— — — (79) Ludovico Zephyro cler. Amer. dioec. Rom. Curiae script. famil suo officium unius ex Accolitis S. Sedis vacans per resignationem Aurelii Caprini committit. R. C. (Gratia dei | A. de Verdes. | Attan.) L. 1018 f. 96, b.

(80) Francisco Ser. Pauli de Castro Lapidone concedit canonicatum in eccl. Firmana et mandat Cavallic. et Asculano episcopis ac vicario gen. ep. Firmani, ut eum recipi faciant in capitulo. R. C. (De Bertinis. Gomiel. | Balbus | Coll. S. de Spol.) L. 1002 f. 306.

(81) Andreae episc. Militens.[1] tradit Prioratum de Sillanis O. S. B. Forojul. dioec. in commendam. R. C. (J. de Lerma | Visa per me Joa. de Radicibus | Coll. H. de Cesis) L. 1175 f. 28.

— — — (82) Ad preces Sylvii Passerini rectoris ecclesiae S. Laurentii Calenens. dioec.[2] unit eidem ecclesiam S. Ruphi Capuanae dioec. A. P. R. M. „Decet Romanum Pontificem“ (Sadol. | De Comitibus) L. 993 f. 1.

— — — (83) Sylvio Passerini assignat pensionem annuam super praebenda eccl. SS. Nazarii et Celsi Brixiens. dioec. R. C. (Bembus | Delius) L. 991 f. 276.

(84) Simili modo episcopo Faventino et Vicario gen. Brixien. „Dudum siquidem“ (Iidem scr.) L. c. f. 277. 278.

(85—86) Petro Canonico eccl. S. Mariae in Perolis Narniens. eccl. familiari suo diversa confert beneficia in ea dioec. R. C. (P. de Cesis | Gratis de mand. S. D. Millin. | Enckenw. | Cheminart | Coll. H. de Cesis) et mandat episcopis Milopot. Cavall. et Agrigent., ut ei de iis provideant. „Dudum“ (iidem script.) L. 995 f. 115, b; 117, b.

(87) Bernardino de Judicibus de Fiano concedit pensionem annuam super fructibus eccl. S. Agnetis regionis Parionis (scr. Berionis) de Urbe. R. C. (Sadol. | Delius | A. de Verdesotto) L. 996 f. 10.

— — — (88) Gerardo Podio de Lugo cler. Imolensi confirmat capellaniam perpet. ad altare S. Catharinae situm in eccl. S. Michaelis de Bagnacavallo dioec. Faventin. R. C. (Colotius | De Bertinis | De Verdes. | Attan.) L. 1000 f. 244.

— — — (89) Fabricio de Bidellis cler. Senensi corroborat Julii II. concessiones quoad fructus archipresbyteratus eccl. Clusinae et regressum ad eundem. R. C. (Bembus | Delius. Cabredo | Questenberg | Coll. Bucanus) L. 991 f. 205.

— — — (90) Episcopo et canonicis Clusin. hac de re. „Dudum cum dilectus filius“ L. c. f. 206.

— — — (91) Augustino de Fuccali presb. Januensi, qui pendente lite cum Remigio de Burgeto cler. Sarsan. dioec. de eccl. S. Mauricii de Poliasca dictae dioec. cesserat, assignatam a Julio II. pensionem annuam super fructibus dictae eccl. corroborat eamque a die decreti praedecessoris effectum suum sortiri jubet. R. C. (Evangelista | Delius. Cabredo | J. de Madrigal) L. 991 f. 177.

— — — (92) Philippo Moscatello cler. Camerin., Archivii Rom. Curiae scriptori ac familiari suo, qui causa indecisa inter se et Priorem monasterii Montis Fani O. S. B. Silvestrinorum de ecclesiae possessione sub Julio II. sponte omni jure cesserat atque a Julio P. assignatam habuerat pensionem annuam 4 ducat. auri largorum liberam ab omni solutione subsidii etc., confirmat hoc decretum et episcopis Cavallic. et Favent. et archidiacono ecclesiae Milevitanae executionis curam demandat. R. C. (Ph. de Senis) L. 999 f. 77.

— — — (93) Nicolao de Aretio Capell. et causarum Pal. Ap. auditori mandat de Joh. Manso baccal. in decretis canonicatu in Salmant. dioec. decorando. R. C. (Armellin. | Colard. | D'Andreae | Buc.) L. 1000 f. 17, b.

— — — (94) eidem super Prioratu B. M. de Alba O. S. B. Meldens. dioec. R. C. (Sadol. | Col. Valtr. | Attan.) L. 1001 f. 320.

— — — (95) Asculanae dioec. archidiacono et vicario gen. mandat, ut si die concessionis Julii II. vere vacaverint canonicatus et praebendae in certis ecclesiis ruralibus nullius dioec. Card. Sixto tit. S. Petri ad vincula assignati, eos dicto Cardinali commendent. R. C. (Gratia Dei | Visa P. Suno | A. de Verdesotto | Coll. Attan.) L. 1010 f. 116.

— — — (96) Mag. Jacobo Simoneta Capell. suo et caus. P. A. auditori mandat, ut cum prae-

---

[1] Mileto in Calabria *Ughelli* t. I p. 1019 seq. *Gams* p. 897. Andreas de Valle ep. Milet. a. 1517 cardinalis creatus est.

[2] Scriptum videtur Calinens. Probabiliter cogitatur de Carinola, suffragan. metrop. Capuanae *Ughelli*, Ital. sacr. VI 586 seq. *Moroni* t. 64 p. 255 sqq.

1513.

decessor pendente lite de paroch. eccl. SS. Cornelii et Cypriani Lunen. dioec. Antonium de Rierotis cler. Lunens. et Sarsan. dioec. in omne jus surrogari jussisset, quod Joh. Jannini tempore suae resignationis habuisset, eidem Antonio ecclesia conferatur, si die ejus decreti vere vacaverit ac de resignatione constiterit. R. C. (Sadol. | Delius | H. de Cesis) L. 991 f. 79.

19. Mart. (die Lunae) | Romae apud S. Petrum | (97) eidem mandat, ut si in lite de parochia loci de Villemoro neutri contendentium, nec Joh. Petro Gundisalvo de la Torre nec Johanni Laurentii, jus competere cognoscat, eam Joh. Petro Gundisalvo attribuat. R. C. (Sadol. | Colardi. Draco | H. de Cesis) L. 997 f. 133.

— — — | (98) Martino de Spinos (Spinosa) Cap. et causar. Pal. Ap. auditori similiter mandat in favorem cler. Gebenn. Joffredi de Fabrica quoad capellaniam perpet. ad altare S. Michaelis in paroch. eccl. Mariginaia. R. C. (Sine secretario. Infra: Millin. Enckenwort. | L. Valtrini | Coll. Amer.) L. 997 f. 126.

— — — | (99) Bartholomaeo de Petrasancta Capell. suo et caus. P. A. audit. mandat, ut Sacristiam et Prioratum eccl. B. M. de Angelis Cavallic. dioec., super quibus quaestio jam dudum fuerat inter Petrum Agaraunum et Arnaldum Albini, si nullum his vel alteri jus ad ea competere constiterit, conferat Antonio Agarauno juxta Julii II. concessionem, de qua ob ejus obitum literae confectae non fuerunt R. C. (A. Melf. J. de Cesis) L. 993 f. 2, b.

— — — | (100) eidem Barth. simile dat mandatum *si neutri* in lite de canonicatu ecclesiae Grassensis in favorem Ludovici Bollandi. R. C. (Colot. | Cheminart. | Valtr. | Coll. H. de Cesis) L. 1006 f. 252.

— — — | (101) eidem clerico Lucano confirmat concessum a Julio II. accessum ad praeposituram collegiatae eccl. S. Trinitatis Papiens. dioec. R. C. (P. de Cesis | Gratis de mand. Colardi. Draco | J. de Lerma) L. 995 f. 324.

— — — | (102) Dominico ep. Lucerino residenti in Rom. Curia committit causam paroch. ecclesiae in dioec. Brixien. pro Andrea de Bosis ejus dioec. cler. R. C. Carrotius | Gratis de mand. S. D. Suno | J. de Gais | Coll. S. de Spoleto) L. 1019 f. 255.

— — — | (103) Laur. Campeggio electo Feltrensi de surrogatione in causa controversa inter Thomam Enezzerii cler. Cathan. et Ferdinandum de Baltunas super administratione monasterii S. Mariae de Caritate dioec. Civitatensis Ord. Praemonstrat.[1] R. C. (Evangel. | Valtrini | Coll. De Camp.) L. 998 f. 90 a—93 a.

— — — | (104) Baptistae Draco cler. Romano, Mag. Antonii Draco scriptoris et familiaris sui filio confert Prioratum S. Petri de Campis O. S. B. vacantem per obitum prioris Petri Neul, demandans episcopis Cavallic. et Cesenat. et Henrico de Murial canon. ecclesiae Metensis executionem. „Vitae ac morum honestas“ (Blondus | Gratis pro filio scriptoris | F. de Vega | Coll. S. de Spoleto) L. 1113 f. 210.

— — — | (105) Paulo de Capisuchiis Capell. et caus. P. A. auditori mandat, ut paroch. ecclesiam S. Petri de la Freta, de qua lis fuerat, post cessionem Guillermi de Casalis cler. Lugdun., si alteri speciale jus haud competat, Antonio Gorionis cler. pariter Lugd. ex voluntate Julii II. conferat. R. C. (J. B. Nasius | Gratis mand. D. P. Cheminart. Aloisius | F. Bernardus | Coll. Bucan.) L. 1010 f. 79.

(106) Hippolytum de Cesis cler. Spoletanum (cf. n. 33) post obitum Johannis de Senatorellis providet de parochia S. Maria de la Grande Neocastren. dioec. (Nicastro). R. C. (Ph. de Senis) L. 999 f. 95.

— — — | (107) Johanni Perez cler. Neapolit. familiari suo assignat pensionem de ecclesia Archipresbyteratus nuncupata dioec. S. Agathae. R. C. (Colot. | Colardi | Tarin) L. 1001 f. 217, b.

— — — | (108) Capritan. et Marin. episcopis et Roderici canonico Neapolit. mandat, ut juxta Julii II. intentionem Johannello Nelloso archidiaconatum eccl. Islan. conferant. R. C. (Delius. Cabr. | A. de Verdes. | Coll. S. de Spoleto) L. 991 f. 44.

— — — | (109) Joh. Matthaeo de Faudis parochiam quamdam Theanae dioec. confert. R. C. (Castillion. | De Bertinis | Casanova | Coll. H. de Cesis) L. 1006 f. 18.

— — — | (110) Ferdinando electo Gaetano confirmat quae Julius in ejus favorem, qui ecclesiam paroch. de Pradena Segob. dioec. obtinuerat et vindicaverat in judicio, de retinendis aliis beneficiis concessit. R. C. (Colotius | Gratis de mand. S. D. Suno | Cabredo | Coll. S. de Spoleto) L. 1006 f. 232.

— — — | (111) Cavallic. et Milit. episcopis ac vicario gen. Theanae dioec. mandat, ut Hieronymo Albillo certas rurales ecclesias dioec. Theanae tradant. R. C. (Armellin. | Gratis Colardi. Draco | Valtr.) L. 1007 f. 95, b.

— — — | (112) Jeronimo Rora cler. Cathan. famil. suo confirmat pensionem 12 ducatorum ex fructibus monasterii S. Mariae de Perera Ord. S. Basilii ob dimissum decanatum

[1] Monasterium prope Ciudad Rodrigo. Cf. Annal. Ord. Praemonstr. t. II p. 157 seq.

1513.

Cathan.[1] confirmat. R. C. (Evangel. | Cheminart. | Salvius | Coll. P. Bucan.) L. 1017 f. 101, b.

19. Mart. (die Lunae) Romae apud S. Petrum (113) Georgii de Formellis electionem in canonicum supranumerarium a Capitulo ecclesiae Montis regalis[2] capitulariter factam et a Julio II. approbatam executioni mandari jubet. R. C. L. 999 f. 256, b.

— — — (114) nobili viro Ferdinando de Besinis duci confirmat jus patronatus et praesentandi ad certa beneficia dioec. Boven.[3] R. C. (Colotius) L. 1000 f. 172, b.

— — (115) Angelo Bucano notario concedit beneficium in ecclesia *Abbatia* nuncupata S. Altissimi territorii Arpini Soranae dioec. „Grata devotionis et familiaritatis obsequia“ (Jul. Agrigent. | Suno | Cyprian. | Coll. P. Bucan.) L. 1010 f. 211.

— — — (116) Antonio Sanchez clerico Segobiensis dioec. ex concessione Julii II. pensionem annuam super fructibus monasterii B. Mariae de Patiro (al. Paterno) Ord. S. Basilii Rossan. dioec.[4] confirmat. R. C. (Delius. Vines | Marciaci | Coll. Donatus) L. c. f. 279.

— — — (117) Mag. Hugoni de Crema Capell. et causarum Pal. Ap. auditori de admissione Alexandri de Galutiis cler. Bonon. ad beneficia cler. R. C. (Armellin. | Cyprian.—Coll. H. de Cesis) L. 1006 f. 127.

— — — (118) approbat praedecessoris donationem, qui postquam Bonon. civitatem a jugo tyrannidis Joh. Bentivolii crimine laesae majestatis damnati liberavit[5] ejusque bona omnia Camerae Ap. devoluta fore jussit, Johanni Gozzadino cler. Referendario, cujus pater a dicto Bentivolio ob suam devotionem erga Sedem Ap. tyrannico furore et inhumaniter trucidatus fuit, domum Nicolai de Sannutiis in strata S. Mammoli dictae civitatis ac palatium de bello pogio prope portam S. Stephani Bonon. olim supradicti Bentiv. concessit. R. C. (A. P. R. M. | Delius. de S. Joh. | L. Amer. | Supra: Armellin.) L. 994 f. 107.

— — — (119) Primicerio ecclesiae S. Petronii Bononiens. mandat, ut capellaniam ad altare S. Sebastiani situm in dicta ecclesia Aemilio de Blanchis cler. Bonon. conferat. R. C. (Bembus | Gratis de mand. Delius) L. 996 f. 65.

— — — (120) Ieronimo de Leonoris Canonico Bonon. et ejus eccles. archidiacono mandat, ut inquirant de veritate factorum circa beneficium in eccl. S. Ieronimi de Archivegio Bonon. dioec., quo Alexander de Ursis al. de Ansis ceu pertinax Bentivoliorum sectator a Julio II. privatus et Ieronimus de Pretis ejusdem dioec. cler. donatus fuit, ac veritate expositorum reperta dictum Ieronimum instituant. R. C. (Castillion. | Gratis de mand. J. Colardi. Balbus p. Comput. | A. de Verdesotto) L. 995 f. 321.

— — — (121) Orlando Cathanici de Campilio confert eccl. parochialem plebis de Portu nuncupatam Ravennat. dioec. R. C. (Evangelista | Balbus. De Gibraleon | Cyprian. | Attan.) L. 1018 f. 223, b.

— — — (122—123) Petri Lupo cler. Casalen. confirmat pensionem super fructibus eccl. paroch. S. Salvatoris de Plano Arimin. dioec. et mandat ejus dioec. vicario gen. sicut episcopis Casertano et Tudertino, ut eam faciant persolvi. R. C. — „Dudum“ (Scutarius | Gratis de mand. S. D. J. de Madrigal. J. de Radicibus | Coll. Bucan.) L. 1171 f. 82, b; 84, a.

— — — (124) unit plures parochiales ecclesias dioec. Arimin. durante vita Antonii de Gualdis clerici ejus dioec. ex decreto praedecessoris. R. C. (Ph. de Senis | Millin. Enckenwort. | Salvius | Coll. Amer.) L. 997 f. 124.

— — (125) nonnulla beneficia dioec. Arimin. Britonoriens. Foroliviens., Cesenaten. et Ravennat. concedit Aloysio S. Mariae in Cosmedin diac. Card. (supra n. 27). R. C. L. 993 f. 145, b.

— — (126) Hippolyto de Cesis Camerae ap. notario ac familiari confirmat canonicatum ecclesiae B. Mariae extra muros terrae albae Marsican. dioec. R. C. (Ph. de Senis | Gratis de mand.) L. 993 f. 148, b.

— — (127) Antonello Cicarello canonico Beneventano pensionem annuam ex dimissa parochia S. Nicolai de Caccia Marian. dioec. confirmat. R. C. (A. Melfit. | J. de Gais | Coll. H. de Cesis) L. 1011 f. 42, b.

— — (128) Hilarionem Philippi constituit praeceptorem hospitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe O. S. A. post obitum Albertini episc. Pisaur. juxta Julii II. decretum et executionem committit episcopo Cavallic. et Marcoantonio de Ninis praeposito Fesulano. R. C. L. 999 f. 18, b.

[1] Catania in Sicilia. Cf. *Moroni* t. 10 p. 238 seq. *Gams* p. 944.

[2] Monreale in Sicilia. Cf. *Moroni* t. 46 p. 135 seq. *Gams* p. 950.

[3] In regno Neapolit. tum Bova tum Bovino episcopatus habent. Potest legi tum Bovensis tum Bovinensis. Cf. *Gams* p. 860. 861.

[4] in Calabria citer. Cf. *Ughelli* t. IX p. 379 seq. *Moroni* t. 59 p. 170 seq.

[5] De hac expeditione vide *Raynaldum* a. 1506 n. 19 seq.

1513.

19. Mart. (die Lunae) Romae apud S. Petrum (129) Balthassari Tancredi clerico Taurin. notario et familiari suo confirmat parochialem ecclesiam B. M. V. de Eremo regionis Columnae de Urbe. R. C. (Infra: Gratis pro scriptore Arch. | De Bertinis | Questenberg | Coll. De Camp.) L. 1000 f. 152.

— — (130) Mag. Gabrieli de Mota archidiacono Ventien. qui in Conclavi Francisco tit. SS. Joh. et Pauli presb. Card. inserviendo interfuit, indultum quoad beneficia largitur. „Grata devotionis et familiaritatis obsequia“ (Jul. Agrigent. | Gratis de mand. Colardi | Marciaci | Coll. Donatus) L. 1010 f. 268.

— — — (131—132) eumdem creat Ap. Sedis notarium („Pii Patris altissimi“) et Comitem Palat. Lateran. cum pluribus facultatibus. „Constantis fidei“ (Script. ut supra). L. c. f. 271. 272.

— — — (133) Ramazano rectori paroch. eccl. S. Mariae de Colleflorito Fulginaten. dioec. concedit Prioratum S. Maroti de Valperino O. S. B. ejusd. dioec., quem dum viveret Petrus Marinus obtinebat. R. C. (Carrot. | De Verdesotto | Attan.) L. 994 f. 223, b.

— — — (1848) Alexandro S. Eustach. diac. Card. concedit liberum accessum ad ecclesiam paroch. de la Oliva dioec. Placentin. vacaturam. R. C. (Gratiadei | *Visa* Delius | F. de Godelyn. | Coll. B. de Alexandris) L. 1146 f. 244.

— — — (1849—1850) eidem pensionem et regressum in beneficia dioec. Palentin. R. C. (Colotius | De Villarel | Amer.) L. 1051 f. 95. (Castillion. | Madrigal. | Attan.) L. 1032 f. 57.

— — — (1851) Aloysio S. Mariae in Cosmedin diac. Card. concedit indultum conferendi beneficia. „Ad personam tuam“ (Gratiadei) L. 1205 f. 743.

— — — (1852) idem Petro tit. S. Eusebii presb. Card. (Init. et scr. ut supra. Duplicata sub ead. dat. et scripta per P. de Medina ac expedita per Jo. de Lerma Secret.) L. c. f. 695. Idem L. 1206 f. 88, b. (Carrot. | De Rizon. Cypr. | Coll. Evangel.)

— — — (1853) idem Alfonso S. Theodori diac. Card. Id. init. (*Visa*. Blondus) L. 1205 f. 675.

— — — (1854) Marco S. M. in porticu diac. Card. declarat, quod cedente vel recedente Barthol. Ferrer cler. Barchinon., qui Succentoriam in eccl. Barchin. obtinet, liberum ad eam accessum habeat. R. C. (Ph. de Senis | *Visa* Colardi | A. de Castillo | Coll. Attan.) L. 1003 f. 27.

— — — (1855) eidem dat ecclesiam S. Mariae in via lata vacantem ita ut ecclesiam S. Mariae in porticu in commendam retineat. „Romani Pontificis“ (Ph. de Senis | Salvius | Coll. S. de Spol.) L. 995 f. 50, b.

— — — (1856) eidem (*in via lata* jam nominato) regimen et administrationem monasterii SS. Gervasii et Protasii Brixien. ac S. Trinitatis Veron. tradit. Init. ut supra (Evangel. | *Visa* Millin. | L. Valtr.) L. 996 f. 296.

— — — (1857) eidem indultum conferendi beneficia. „Ad personam tuam“ (Blondus) L. 1205 f. 725.

— — — (1858) Bandinello de Saulis S. Sabinae presb. Card. confirmat an. pensionem super mensa episcop. Milevitana 500 ducat. auri. R. C. (J. B. Nasius | A. de Verdesotto) L. 1003 f. 241, b.

— — — (1859) Marco ep. Praenestino pensionem an. super fructibus monasterii S. Stephani Bonon. O. S. B., quod Christophoro tit. S. Praxedis presb. Card. commendat, reservat. „Ad personam tuam“ (Sine secretario | Benedictus | Coll. H. de Cesis) L. 1014 f. 61.

— — — (1860) Achilli tit. S. Sixti presb. Card., qui cessit juri in canonicatum eccl. Corduben., confirmat regressum et accessum ad eundem. R. C. (Evangel.) L. 1004 f. 150.

— — — (1861) eidem confirmat pensiones ex resignatis beneficiis in eccl. Spiren. et Wormatien. R. C. (Melfit. | De S. Johanne | Coll. Donat.) L. 1042 f. 38.

— — — (1862) Petro tit. S. Eusebii presb. Card. concedit liberum accessum ad Praeposituram ecclesiae B. Mariae Rotundae Meten. et ad paroch. eccles. de Wappeyo prope Metis a Julio II. in simul unitas cedente vel recedente Nicolao Toussain, qui illas nunc obtinet. „Ad personam tuam“ (J. de Lerma | *Visa* F. de S. Johanne | P. de Medina | Coll. H. de Cesis) L. 1165 f. 268.

— — — (1863) eidem confert Primiceriatum eccl. Metensis, quae inibi dignitas major post pontificalem existit, quandocunque vacaverit. R. C. (J. de Lerma | *Visa* De S. Joh. | L. Valtr. | Coll. H. de Cesis) L. 1165 f. 271.

— — — (1864) Francisco tit. S. Stephani in Coelio monte presb. Card. confirmat Julii concessionem, ut post resignationem eccl. Senetensis [2] et Baptistae episcopo collatam administrationem ejus fructus exceptis centum ducatis cum aliis beneficiis retinere queat. R. C. (Colotius | F. de Vega | Coll. H. de Cesis) L. 1107 f. 195.

[1] Archiepiscopus Krainensis comparet sub Sixto IV. 1476—1484 Andreas Zuccalmaglio. De eo archiepiscopatu magna lis et opinionum diversitas inter eruditos viget.

[2] Senetensis — Senez in Gallia. Cf. Gallia christ. t. 3 p. 1250 seq. *Moroni* t. 64 p. 64 seq.

1513.

19. Mart. Romae apud S. Petrum (1865) eidem pensionem an. 25 librarum Turon. super monasterii S. Petri de Juncellis O. S. B.[1] Biterren. dioec. fructibus juxta voluntatem Julii II. assignat. R. C. (Evangelista | F. de Vega | Coll. Attan.) L. 1040 f. 211, b.

— — — (1866) Roberto tit. S. Anastasiae presb. Card. confirmat commendatum ipsi a Julio II. Prioratum B. M. de Ranesto al. S. Jacobi de Sparono O. S. B. Aquensis dioec. R. C. (P. de Cesis | Delius | Coll. Donat.) L. 1010 f. 159.

— — — (1867) Aloysio S. Mariae in Cosmedin dioec. Card. declarat, collationem canonicatus in ecclesia Anconitana valere a die concessionis Julii II. 12. Nov. 1511. R. C. (Colotius | *Visa.* Delius | Tarin. | Coll. P. Bucan.) L. 995 f. 326.

— — — (1868—1869) eidem confirmat regressum ad monasterium S. Benedicti de Alano Ord. ejusdem Sancti Bisignan. dioec. R. C. (Blondus | Salvius | Coll. Bucan.) L. 1106 f. 92, b et ad archidiaconatum de Ribadeo dioec. Oveten. R. C. (Colot. | Gratis | Cabredo | Coll. S. de Spol.) L. 1101 f. 266.

— — — (1870) Mag. Johanni Antonio de Trivultiis Cap. et caus. P. A. auditori confirmat decretum Julii II. de monasterio S. Barbarae O. S. B. Theatin. dioec. Cum lis esset inter Fridericum de S. Severino olim S. Angeli diac. Card. et Johannem Maria, qui se pro clerico gerebat, super administratione et regimine dicti monasterii, dicto Card. suis culpis et demeritis exigentibus Cardinalatus honore et beneficiis privato[2] mandavit praedec., ut Aloysius S. Mariae in Cosmedin. diac. Card. in omne jus, quod Friderico privationis tempore competebat, surrogaretur et si monasterium alteri canonice traditum vel commendatum non esset, eidem commendaretur. R. C. (Evangelista | F. de Acre | Coll. Attan.) L. 1020 f. 154.

— — — (1871) Aloysio S. Mariae in Cosmedin diac. Cardinali juxta voluntatem Julii II. pensionem annuam Jacobo Episcopo, qui ecclesiam Anglonen. resignabat, reservatam Jacobo volente seu pensione per ejus obitum cessante assignat. R. C. (P. de Cesis) L. 1068 f. 97.

— — - (1872) eidem accessum ad ecclesiam Anglonen. Joh. Antonio Electo Anglonen. decedente concedit literis Julii II. desuper non confectis. „Aequum reputamus“. L. 1068 f. 99.

— — — (1873) Johannae Siciliae Reginae eundem commendat, ut eum benigni favoris auxilio prosequatur. „Divinae praemium et humanae laudis praeconium“ L. 1068 f. 100.

— — — (1874) archiepiscopo Anglonen.[3] eundem commendat. „Ad cumulum tuae cedit salutis“ L. 1068 f. 102.

— — — (1875—1878) Capitulo et Vasallis eccl. Anglonen., clero et populo civitat. et dioec. Anglonen. mandat, ut eidem reverentiam et obedientiam exhibeant. Quatuor documenta incipiunt: „Dudum cum felicis record. Julius“ (ad ultimum: Valtrini. Coll. S. de Spoleto) L. 1068 f. 100, b; f. 101; f. 101, b; 102 b.

— — — (1879) Confirmat Julii II. decretum non confectum, ut cessio paroch. ecclesiae S. M. Villae Jani Mutinen. dioec. dumtaxat in favorem Johannis S. M. in Aquiro Diaconi Cardinalis tunc in humanis agentis admissa censeatur. R. C. (Colotius | Balbus. Colardi | de Comitibus. Coll. Amer.) 1014 f. 300.

— — — (1880) Carolo de Salimbene laico Papien., qui liti et causae super regimine et administratione Hospitalis pauperum *ministratus* nuncupati S. Lazari in suburbiis Papien. cessit, et cui Julius II. pensionem annuam vel usumfructum certae possessionis concessit, has literas dubio de iis exorto in omnibus valere declarat. R. C. (Colotius | Guerrerius. Bertrandi | Piora. Donatus) L. 1062 f. 214, b.

— — — (1881—1882) Aloysio S. Mariae in Cosmedin Diac. Cardinali pensionem annuam super fructus mensae Episcopalis Liciensis, cum ecclesiae Licien. cesserit, juxta Julii II. voluntatem confirmat, et Cavallicen., Anglonen. et Asculan. Episcopis executionem demandat. „Aequum reputamus“ (Castilion. | Bernardus. Coll. S. de Spoleto) L. 1057 f. 239, b; f. 240, b.

— — — (1883) Johanni Antonio Trivultio Cap. suo et P. A. auditori mandat, ut Mag. Thomae Guerrerio cler. Cathanien. monasterium B. Mariae de Junquera, de quo cum Alvaro Roderici litigabat, si neutri jus competat, commendet. R. C. (Evang. | Grat. pro socio | D'Andreae. Coll. Cipellus.) L. 1023 f. 303.

— — — (1884) Privilegia et bona Adriensi ecclesiae et ejus episcopo a Martino et Johanne Rom. Pontificibus[4] necnon ab Henrico Romanorum Imperatore[5] concessa juxta bullas et

---

[1] St. Pierre de Joncels. Cf. Gallia christ. t. 6 p. 398.

[2] Erat ab Innocentio VIII. creatus et ob schisma excitatum indicto Pisano conciliabulo a Julio II. depositus est.

[3] Debet intelligi metropolita Acerrarum, ad cujus provinciam Anglona (Basilicata in regno Neapolit.) pertinebat. *Ughelli* t. 7 p. 103 seq. *Moroni* t. 2 p. 85.

[4] Sunt hi Pontifices Marinus II. et Johannes X. saec. X. De Johannis X. concessione vide *Ughellium,* Ital. sacr. t. 2 p. 401.

[5] ep. II Id. Febr. a. D. 1044. Indict. VII. anno D. Henrici III. Regis, Imperatoris secundi, ordinationis ejus XXV., regni quidem XIII., imperii vero VII.

1513.

privilegium dictorum Pontificum et Imperatoris, quae inserta habentur, confirmat. A. P. R. M. — R. C. (Evangelista | Salvius. Vives. M. de Giliis. Coll. H. d. C.) L. 1073 f. 190.

19. Mart. Romae apud S. Petrum (1885) Andreae de S. Cruce rectori parochialis ecclesiae S. Salvatoris in platea Judaeorum de Urbe pensionem annuam super monasterio O. S. B. de Gualdo Nucerinae dioec. assignat. R. C. (De Calcaneis | Gratis de mand. Madrigal. Aloysius. | Coll. Attan.) L. 1123 f. 307, b.

— — — (1886) Mandatum Julii II. d. d. 17. Dec. 1512, ut omnes habitatores terrae Turricellarum districtus Parmen. et loci Fagnani Angelum, Petrum Paulum et Franciscum Mariam de Simonetis fratres domicellos Mediolan. eorumque successores tamquam Dominos susciperent, confirmat. A. P. R. M. — R. C. (F. Armellin. | Suno. De Baena | Marciaci | Coll. Donat.) L. 1023 f. 60.

— — — (1887) Gentili de Palluzellis cler. Romano confirmat pensionem 20 ducatorum partim super fructibus paroch. eccl. S. Stephani de S. Stephano Lucan. dioec., partim super fructibus ad altare S. Reguli in eccl. Lucan. R. C. (Colotius | W. de Enckenw. Aloys. p. Comp. | A. de Verdes. | Coll. F. de H.) L. 1158 f. 75.

— — — (1888—1889) Mag. Antonium de Baschems famil. suum notarium et Comitem Palat. creat. „Pii Patris altissimi“ — „Constantis fidei“ (Evangel. | Colardi. Millinus. | Valtr. | Coll. Attan.) L. 1009 f. 215.

— — — (1890) Johanni Regi Daciae[1], qui divini cultus augmentum desiderans ordinaverat, ut Praepositura ruralis B. M. Ottomensis[2], quae de jure patronatus sui erat, supprimeretur et ex ejus fructibus quatuor perp. beneficia erigerentur, confirmat Julii II. decretum, quo Regis supplicationibus inclinatus actum episcopi Ottomen., qui suppressae de facto Praepositurae fructus mensae suae episc. appropriavit, nullius roboris esse declaravit. A. P. R. M. — R. C. (Blondus | Balbus | Gibraleon | Enckenw. Coll. Attan.) L. 1031 f. 6.

— — — (1891) Lamberto Nitardi cler. Nicien. famil. suo (n. 931) pensionem an. super fruct. canonicatus et canonicalis portionis et Prioratus claustralis eccl. Nicien. confirmat et accessum ad eos concedit. R. C. (Evangel. | Gratis de mand. B. de Rizonibus. Gerona | Verdesotto | Coll. H. d. C.) L. 1035 f. 101.

— — (1892—1893) Ludovico Gineti canonico Cabillonen. confirmat ex decreto Julii II. non confecto pensionem annuam super fruct. prioratus S. Magnentiae O. S. B. Eduen. dioec. ab ipso dimissi nec non paroch. ecclesiae S. Andreae in Terra plana ejusdem dioec.; Petro Pinard canonico ecclesiae Cabillonen. et Officialibus Eduen. et Cabillonen. executionem demandat. R. C. „Dudum felic. recordationis.“ (Sadolet. | P. Delius. Cabredo | Valtrini. Coll. H. de Cesis.) L. 993 f. 68; f. 70.

— — — (1894—1895) Georgio de Marate rectori paroch. ecclesiae *Clericatus* nuncupatae S. Jacobi de Olsengo Novarien. dioec. famil. suo juxta intentionem Julii II. dictam ecclesiam confert. Alexandrin. et Cavallicen. episcopis et praeposito Fesulano mandat, ut eum in corporalem possessionem istius ecclesiae inducant. R. C. „Dudum fel. record.“ (Evang. | Gratis de mand. Delius. Cabredo | J. de Cesis. Coll. Hip. de Cesis) L. 993 f. 73 b; f. 75 b.

— — — (1896) Garsiae de Heredia (n. 376. 387) simplex beneficium in par. eccl. de Maniblas Abulen. dioec. confirmat. R. C. (Armellin. | Gratis de mand. Delius. Cabredo. | Verdes. | Coll. Harn.) L. 994 f. 263.

— — — (1897) Mag. Stephano Gabrieli (n. 345) concedit regressum ad canonicatum et praeb. eccl. Corduben. permutationis causa dimissos. R. C. (Evangel. | Verdes. | Coll. Attan.) L. 1024 f. 164, b.

— — — (1898—1899) Julius II. ad supplicationes Consulum et incolarum oppidi Ingelstat Eystetten. dioec. exposito „quod licet in dicto oppido essent nonnulla altaria, Capellaniae et alia beneficia eccles. de jure patronatus eorum existentia et illorum fructus ad sustentationem illa pro tempore obtinentium sufficerent ac ea obtinentes praefati literarum Studio, quod in eodem oppido viget, Generali insistere possent, tamen nonnulli eorundem beneficiorum possessores eisdem beneficiis per se deservire et apud illa residere non curabant“ (in detrimentum cultus divini et scandalum populi), 30. Jul. 1512 a. IX. decrevit, ut dicta beneficia obtinentes apud illa personaliter residere eisque per se deservire deberent, quibuscunque indultis non obstantibus, et aliter facientes post legitimam monitionem et duobus mensibus elapsis beneficiis privarentur, ita ut Consules et incolae absque alia declaratione alios ad ea beneficia sic vacantia praesentare possent, quod Leo X. confirmat. Praepositis S. Petri in

[1] Joh. Danorum Rex 1481—1513.

[2] Octomen. vel Ottom. (Odensee) in insula Fionia. *Pantoppidan*, Annal. eccles. Danicae I. p. 135 III p. 121

1513.

Perlaco et S. Gertrudis Augusten. ecclesiarum ac Officiali Eystetten. executionem committit. In primo docum. A. P. R. M. R. C.; secundum incipit: „Dudum siquidem“ (Castillioneus | Balbus. F. de Vega. Coll. Attanant.) L. 1020 f. 23; f. 24.

19. Mart. Romae apud S. Petrum (1900) archiepiscopo Cusentino [1] nuntio in Hispaniis mandat, ut cum catholico rege agat pro comprobatione translationis episcopi Castrensis ad archiepiscopatum Brundusinum [2] „Episcopatum Brundusinae civitatis hoc tempore vacantem“ (Sadol.) Brev. ad princ. t. 5 f. 45.

— — — (1901) Henrico (VIII.) regi Angliae notificat suam electionem hortans, ut in regno suo preces solemnes porrigi faciat ad Dei gratiam suo apostolico ministerio impetrandam. „Salvator noster“ (J de Madrigal.) Ed. *Thomas Rymer* Foedera, conventiones etc. Londini 1712 t. XIII p. 349. 350. Simile aliis Regibus.

— — — (1902) Pari modo episcopis suam assumptionem nunciat et preces postulat v. g. Brixinensi (*Sinnacher,* Beitraege zur Geschichte des Bisthums Brixen. Brix. 1836 t. VII p. 138).

ANNO PRIMO MENSE MARTIO. 1513.

1513.

20. Mart. (XIII. Kal. Apr.) Romae apud S. Petrum (1903) Johanni Galeatio Comiti, qui ex multorum testimonio incredibilem de sua ad apicem Apostolatus assumptione laetitiam cepit, asseverat, se in eis rebus, quae ad ejus commodum et honorem pertinebunt, omnia propense facturum salva S. R. E. majestate. „Accepimus a multis“ (Sadol.) Ed. Jac. Sadoleti Epistolae Leonis X., Clem. VII., Pauli III. nomine scriptae. Romae 1759 Excud. Gen. Salomonius ep. 1 p. 1. 2.

— — — (1904) Marchioni Montisferrati respondet, gratas sibi ejus literas gratulatorias fuisse; se observantiam ejus jam antea habuisse perspectam. „Gratae literae tuae fuerunt“ (Sad.) Ed. l. c. ep. 2 p. 2.

— — — (1905) Mag. Stephano Gabrieli Merino cler. Giennen. dioec. scriptori et fam. suo, qui Archidiaconatum de Mayorca in eccl. Legion. lite indecisa Francisco de Lorenzana cesserat, concedit pensionem annuam super fruct. ejusdem et deficiente pensione accessum. „Grata devotionis“ (Colotius | A. de Verdesotto. Coll. H. de Cesis) L. 991 f. 18.

— — — (1906) eidem concedit pensionem annuam super fruct. praestimonii ad praefatum Franciscum spectantis in eccl. parochiali S. Romani de los Oteros. Init. et script. ut supra. L. c. f. 21.

— — — (1907) Alexandro tit. S. Eustachii Diac. Cardinali concedit, ut vacante simplici beneficio in eccl. parochiali B. Mariae oppidi de Beiar Placentin. dioec. liberum ad illud accessum habeat. R. C. (A. de Villareal. Coll. Donatus) L. 1070 f. 260.

— — — (1908) Bartholomaeo Capitio confert canonicatum et praebendam in eccl. Forosemproniensi. „Vitae ac morum honestas“. (Castillion. De Bertinis | Salvius | Harnia) L. 1001 f. 189, a.

— — — (1909) Decano ac Enero Lopez Aguado et Ferdinando de Heredia canonicis eccl. Segobien. mandat, ut Julii II. decretum ad effectum deducant, ex quo in favorem Johannis Tarin cler. Caesaraugustan. et scriptoris ac familiaris sui duo officia etiam per laicos antea obtenta in beneficium simplex eccles. erigenda erant. R. C. (Ph. de Senis) L. 991 f. 320.

21. Mart. (XII. Kal. Apr.) — (1910) Mag. Jacobo Simoneta Cap. ac causarum P. A. auditori de commenda quadam in ecclesia Parmensi Adriano Card. tit. S. Chrysogoni tribuenda. „Dum exquisitam dil. filii nostri Adriani“ (Gratiadei. J. de Cesis) L. 998 f. 126, b.

— — — (1911) Bandinello tit. S. Sabinae presbytero Cardinali concedit gubernium oppidi Collis Scipionis. „Circumspectionis tuae, qui S. Apost. Sedis honorabile membrum existis“ (Tuerdus) Div. Cam. t. 63 f. 3.

— — — (1912) Mag. Roderico de Cabredo scriptori Apost. cler. Calagurritan. pensionem assignat in ecclesia Ispalen. „Grata devotionis“ (Ph. de Senis | Valtrini. | Attan.) L. 992 f. 142, b.

---

[1] Joh. Rufo Teodoli 1511—1527. *Gams* p. 878.

[2] Brundusinus erat usque ad a. 1513 Robertus Piscielli, cui successit Dominicus Idiasquez. *Gams* p. 862. Dubitari potest, an haec epistola primis novi Pontificatus diebus scripta fuerit; huic tamen diei assignatur.

1513.

21. Mart. (XII. Kal. Apr.) | Romae apud S. Petrum | (1913) Mag. Georgium de Georgiis rectorem abbatem eccles. abbat. SS. Joh. et Pauli de Casali Calniensis dioec. creat Ap. Sedis notarium. „Pii Patris.“ Off. divers. an. L. 1211 f. 29, b.

— — | — | (1914) Johannem Brigge (Brugge) cler. Oxon. J. U. doctorem S. Palatii et aulae Lateran. Comitem et militem creat et pluribus instruit facultatibus extra Urbem notarios, tabelliones, judices constituendi, sub certis legibus ad gradus promovendi, in quibusdam casibus dispensandi etc. „Ecclesia Romana“. (Blondus | Millinus. Enckenw. | Casanova. Coll. H. de Cesis) L. 991 f. 124.

— — | — | (1915) Confirmat ex Julii II. decreto (tenorem inserens) transactionem inter abbatem et conventum monasterii Claravallis Ord. Cisterc. Mediolan. dioec. et Sixtum Cardin. S. Petri ad vincula exorta lite super certis possessionibus. A. P. R. M. — R. C. (Infra: Delius. Cabredo | Salvius) L. 1001 f. 62.

— — | — | (1916) De testamento cujusdam laici Brixiensis nomine Johannis Testa facto pro domo S. Dominici Brixien. O. Fr. Pr. de observantia nuncupatorum, quamdiu religiosi in observantia viverent, et pro S. Petri de Oliveto Congr. S. Georgii et S. Euphemiae Brixien., et S. Salvatoris extra muros Brixien. S. Ben. et S. Aug. ordinum monasteriis supplicationibus Episcopi Famaugustan. et plurimorum laicorum inclinatus in favorem haeredum et successorum dicti Johannis disponit. A. P. R. M. „A summo patrefamilias“ (P. de Cesis | Bertin. Gomiel. | Cotini. Coll. Attan.) L. 1002 f. 272.

— — | — | (1917) Mag. Johanni Antonio de Trivultiis cap. suo et caus. P. A. auditori mandat, ut Johannem Schurmann cler. Monasterien. Henrico Lengernick cler. Monasterien. de eccl. paroch. S. Magni de Euersionickol litiganti surroget eidemque eam eccl. conferat, si temp. dat. non sit in ea alicui jus quaesitum. „Literarum scientia“ (Blondus | Gratis de mand. | P. Suno. W. de Enckenw. | Ja. Questenberg. Coll. Donatus) L. 1128 f. 49.

— — | — | (1918) Aymaro Costagni cler. Vienn. confert Prioratum S. Stephani Bessayarum O. S. B. Valentin. dioec., qui conventualis non est et a monasterio S. Petri foras portam Vienn. dicti Ord. dependet. „Vitae ac morum honestas“ (Sadolet | Colardi. Draco | Cypr. | Coll. H. d. C.) L. 997 f. 50.

22. Mart. (XI. Kal. Apr.) | — | (1919) Mag. Francisco de Cazinigo, al. Curtio, cler. Mediolanen. notar. et fam. suo ea die paroch. Eccl. S. Laurentii loci de Zagarolo Prenestin. resignanti liberum ad eam habere regressum indulget. „Grata devotionis“ (Blondus | Gratis pro socio | Balandrinus. Coll. S. de Spoleto) L. 1120 f. 165 b.

— — | — | (1920) Juliano de Bogiardis presb. Saonen. par. ecclesiae S. Nicolai Villecalicis Saonen. dioec. resignanti pensionem annuam 12 duc. auri d. C. super fructus ejusdem eccles. per Laurentium Tuscano cler. Mediolanen., cui eam confert, solvendam constituit. „Vitae ac morum honestas.“ (Sadol. | Delius. Cabredo | J. de Gais. Coll. H. de Cesis) L. 993 f. 173, b.

— — | — | (1921) Ducem et Decuriones Januae hortatur, ut militibus Hierosolymitanis, qui duas naves ad bellum idoneas comparandi causa istuc veniunt, omnem opem, curam, studium, auxilium praebeant. „Magnopere“ (Bembus) Ed. Bemb. L. I ep. 8 p. 5.

— — | — | Consistorium secretum. In eo approbat contractum signatum inter Cardinalem de Aragonia et Chrysostomum abbatem Casin. super monasterio Cavensi et episcopatu.[1] Hinc proprio diplomate ad lites inter monasterium et universitatem Cavae pro erectione episcopatus Cavensis ejusque translatione ab ecclesia monasterii ad ecclesiam B. Mariae Virg. in civitate Cavensi eliminandas

— — | — | (1922) confirmat exemptionem monasterii ab episcopali jurisdictione et pacta inter illud et Cardin. de Aragonia inita, plura statuens de monasterii juribus ac privilegiis. „Sincerae devotionis affectus.“ *Ed. Ughelli*, Italiae sacrae t. I p. 616—618. Ex Archiv. monast. Caven. ed. *Cornel. Margarini*, Bullar. Casin. t. II Tuderti 1670 p. 439—441, n. 404.

— — | — | (1923) Laurentio Campeggio, electo Episcopo Feltrensi, causarum Pal. Apost. auditori, Nuntio pontificio humanissime respondet ad literas gratulatorias, eum in Nuntiatura Mediolanensi confirmat, dolet de ingrato Ducis animo laudans Maximilianum in Imper. electum. „Ea quae cognovimus ex tuis literis“ (Sadol.) A. V. Brev. ad princ. t. 5 (28) f. 36. Ed. Jacobi Sadoleti Epistolarum Appendix. Accedunt H. Nigri et Pauli Sadoleti vitae etc. Romae 1767. 4 p. XVII—XIX.

— — | — | (1924) Rostanio Cantelmo, qui Sanctium et Fabricium nuntios suos gratulaturos suo

---

[1] Cf. *Ughelli*, Italia sacra t. 1 p. 61 seq. *Paul Guillaume*, Essai histor. sur l'abbaye de Cava dei Tirreni. 1877 p. 292.

1513.

nomine miserat, gratias agit, se memorem veteris benevolentiae et paratum ad ejus desideria, modo honesta et Ecclesiae utilia sint, implenda. „Non erat dubium“ (Sadol.) Brev. ad princ. t. 5 (28) f. 42, b. Sadol. ep. 6 p. 8.

22. Mart. (XI. Kal. Apr.) Romae apud S. Petrum — (1925) Petro Bernardi cler. Ruthen. dioec. Praecentoriam ecclesiae S. Papuli O. S. B. committit. „Apostolicae Sedis providentia circumspecta“ (P. de Cesis | Baena. Valleolet. Coll. (Campan.) L. 1006 f. 166.

— — — (1926) Heliae Lebraldi canonicatum et decanatum in eccl. Virdunen. confert. „Vitae ac morum honestas.“ (Castillion. | De Bertinis. Gomiel. | Cotini | Coll. De Camp.) L. 1000 f. 129.

23. Mart. (X. Kal. Apr.) — (1927) Stephano Rosino praeposito ecclesiae S. Nicolai loci Strasburg (Strasberg?) Gurcen. dioec. Lic. in decretis dictam praeposituram confert. „Literarum scientia“ (Colot. | Grat. de mand. S. D. | Enckenw. | Copis. Coll. Attan.) L. 1057 f. 144.

— — — (1928) Raymundi Cardonae Proregi reliquisque magistratibus regni Neapolitani scribit de apparatu Turcarum contra Rhodum insulam hortaturque, ut equitibus ex eorum locis commeatum et armamenta libere exportare liceat eosque suo auxilio adjuvent. (Bembus) „Certiores facti sumus Selimum“. Ed. Bemb. L. I ep. 7 p. 5. Cf. *Bzovius* a. 1513 p. 201 n. 1 [1].

— — — (1929) Johannem Vincentium de Aquaviva cler. Neapolitan. Sedis Ap. Protonotarium creat. „Pii Patris altissimi, qui prout vult“ (Evangelista) Off. divers. ann. Lib. 1211 f. 17.

— — — (1930) Georgio archiepiscopo Nazareno [2] reservat in Saltzburgen. Patavien. Frisingen. Ratisbon. Warmien. ac Wratislavien. dioecesibus beneficia certi valoris. „Personam tuam“ (Colotius | Gratis de mand. Millin. Enckenw. | Verdes. | Coll. H. d. C.) L. 999 f. 68, b.

— — — (1931) Ypolito de Cesis rectori par. ecclesiae de Scambruges Cameracen. dioec. fam. suo dictam ecclesiam et Capellaniam ad altare S. Barcholdi situm in ecclesia Aldegundae Melbodien. ejusd. dioec. confert. „Grata familiaritatis.“ (P. de Senis | Gratis de mand. Delius. | Gais. Coll. Harnia) L. 1078 f. 248.

24. Mart. (IX. Kal. Apr.) — In Coena Domini [3] assistit rei sacrae et facit lotionem pedum. Non voluit Papa suos digitos pollice in formam crucis super pedibus pauperum posito osculari, ut alii Pontifices fecerunt, sed ipsos pedes osculabatur dicens, quod illud ministerium non ficte, sed vere fieri debebat. Pariter interfuit hisce diebus officiis divinis, ad quae pedes venit. (P. de Grassis diar. f. 21.)

— — — (1932) Mag. Francisco de Buellio Archidiacono de Ango in eccles. Rothomagen. decret. Doctori notar. suo, de nobili ac militari et Comitum genere ex utroque parente procreato, monasterium S. Martini Plenipeden. O. S. A. Bituricen. dioec. [4], de quo consistorialiter disponi non consuevit, quoad vixerit, commendat et Decano B. Mariae de Lineyo Tullen. dioec. et Petro Copini Canon. Bituricen. ac Offic. Bituricen. mandat, ut eum in possessionem dicti monasterii inducant. „Romani Pontificis providentia“ (A. Colotius | P. Millin. Gauden. | L. Valtrini. Coll. Donatus) L. 1048 f. 188, b.

— — — (1933) Johanni de Fonte rectori paroch. ecclesiae S. Privati Vallisoleti Ruthenen. dioec. dictam ecclesiam confert. „Vitae ac morum honestas.“ (Supra: — | Millinus. Enckenw. | de Castillo. Coll. Attanant.) L. 996 f. 195, b.

— — — (1934) Jacobo de Mussomio al. de Leyx canonico ecclesiae S. Theobaldi Meten. famil. suo dictum canonicatum et perpetuam Capellaniam ad altare B. Mariae V. situm in ecclesia S. Gengulphi Tullen. confert et episcopo Cavallicen. ac Officialibus Meten. et Tullen. mandat, ut eum in corporalem possessionem inducant. „Grata familiaritatis obsequia.“ (Castilioneus | Gratis pro fam. assistentis. Delius. Cabredo | Valtrini. Coll. Attanant.) L. 996 f. 135.

— — — (1935) Apud Ferdinandum Regem catholicum intercedit, ut Card. Arborensi [5] ecclesiae Burgensis perpetuo commendatario, viro eminenti, seni vitae integritate et sacrarum

---

[1] *Bzovius* habet XI. Cal. April., sed Bembi ed. X. Cal. April.

[2] Archiepiscopus de Nazareth Barlettae in regno Neapolitano residebat post annum 1190. Cf. *Le Quien*, Or. christ. t. III p. 1293 seq. *Moroni* t. 47 p. 256 seq. *Gams* p. 903. In Concilio Later. V. aderat Orlandi della Rovere archiep. Nazareni successor Georgius (al. Gregorius) Benigni sessionibus III—IX sicut etiam XII.

[3] Jam a Dominica Palmarum accurate functiones religiosas peregit. Haec fuit dies 20. Mart. et coronationis dies erat Sabbatum, non dies Lunae. Delenda porro haec nota supra p. 3 et seq. in temporis assignatione, quae ex confusione cum die solemnis processionis ad Lateranensem basilicam irrepsit, quae locum habuit die Lunae 11. April.

[4] St. Martin de Pleinpied — monasterium Plenipedense. — Cf. Gallia christ. t. 2 p. 186.

[5] Vide supra ad n. 29 p. 4 not. 7. Sadol. l. c. not. p. 208. *Ciaccon.* t. III p. 191. In ed. Sadoleti ponitur tantum: anno I. In vol. est 28, vel potius 24. Mart. a. I.

1513.

literarum scientia praestanti, liceat ecclesiae Burgensis possessionem ad hunc diem illi prohibitam et interdictam capessere. „Licet intelligamus ex hoc Summi Pontificis“ (Sadol.) Brev. ad princ. t. 5 (28) f. 31. Ed. Sadolet. ep. 13 p. 18. 19.

24. Mart. (IX. Kal. Apr.) Romae apud S. Petrum — (1936) Petro de Rilhac confert Prioratum S. Petri de Periginico O. S. B. Xancton. dioec. „Religionis zelus“ (Sine secretario. Infra: De Bertinis. | Valleoleti | Coll. H. d. C.) L. 1000 f. 213.

— — — (1937) Johanni Grasaleriis rectori paroch. ecclesiarum B. Mariae de Guinharguas et de Cogornaco invicem perpetuo unitarum Caturcen. dioec. baccal. in U. J. dictas ecclesias per obitum Petri de Calciata vacantes confert. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Cheminart. | Aloysius. | De Radicibus | Coll. Attan.) L. 1011 f. 253.

25. Mart. (VIII. Kal. Apr.) — assistit sacris ceremoniis et Liturgiae Praesanctific. per Card. Poenitentiarium Maj. celebratae.

— (1938) Michaeli Bonetonis J. U. doctori canonico monasterii S. Ruffi extra muros Valentin.[1] dat facultates pro quadam parochia S. Vincentii in dioec. Vivariensi. „Religionis zelus“ (Infra: De Bertinis. Gomiel. | Cotini | De Camp.) L. 1000 f. 126.

— — — (1939) Petro Bonetonis paroch. ecclesiam B. Mariae Colomberii Juvenis Valentin. dioec. per obitum Matthaei Bonetonis vacantem confert. „Vitae ac morum honestas“ (Sine secretario | Infra: Millin. Enckenw. | Cotini | Coll. H. d. C.) L. 998 f. 94.

— — — (1940) Petro Bonetonis Canon. Eccl. Vivarien. canonicatum dictae Eccl. per obitum Matthaei Bonetonis vacantem confert. „Vitae ac morum honestas.“ (Armellinus | P. Suno | Salvius. Coll. Attanant.) L. 1005 f. 262.

— — — (1941) Emedeo Jordon (Cf. n. 940) Canonico Antissiodoren. canonicatum ejus Ecclesiae per obitum Pauli Riveran vacantem confert et Decano Belvacen. et Andreae Verjusti Matisconen. ac Nicolao Arbatestae Remen. canonicis, ut eum in corporalem possessionem inducant, mandat. „Vitae ac morum honestas“ (A. Melfit. | Balbus. Colardi | J. de Gais. Coll. Attanant.) L. 1014 f. 179, b.

— — — (1942) Prospero Columnae, qui sibi Pontificatum gratulatus fuerat, benigne respondet se ei semper praesto futurum. „Quod antea tuo nomine fecerat Fabricius Columna frater tuus“[2] (Bemb.) Bemb. L. I ep. 9 p. 5. 6.

— — — (1943) Prolegato Piceni mandat, ut magistratus et decem cives Aesinos et sex cives Anconitanos Romam mittat, ut rationem reddant de armis injuria sumptis praeteritis interregni diebus et de irruptionibus perpetratis. „Renunciatum“ (Bemb.) Bemb. L. I ep. 10 p. 6.

— — — (1944) Antonio Romilo notario suo dat mandata circa tumultus a quibusdam hominibus civitatis Spoletanae concitatos. „Grandes ad nos querelae“ (Sad.) Brev. ad princ. t. 5 (28) f. 45, b.

— — — (1945) Galeottum Ferretium legum doctorem Curiae Capitolinae judicem appellationum constituit. „Promeretur virtus et probitas tua“ (Bemb.) Lib. Camer. t. 63 f. 16, b.

— — — (1946) Laurentio Grosso civi Januen. Zechae almae Urbis superstanti et ponderatori ad grossum officia a Julio II. ipsi assignata confirmat. „Cum fuerit nuper divina volente providentia“ ibid. f. 1, b.

— — — (1947) Joh. Paul. Argento et socios constituit commissarios tractorum bladorum cum certis mandatis. (Commemoratur in literis d. 15. Maii 1514. Vide infra ad h. d.)

— — — (1948) Johanni Caissaci baccal. in U. J. indultum dat de beneficiis in Caturic. dioec. „Literarum studia“ (Castillion. | De Bertinis | Balbus) L. 1001 f. 77.

— — — (1949) Stephano de Annonovo[3] rectori paroch. ecclesiae S. Petri de Caneto Ruthen. dioec. commendat ecclesiam *Prioratum* nuncupatam de Albrinhio ejusd. dioec. „Vitae ac morum“ (Sine secretario | Delius. Cabr. | Coll. Bucan.) L. 991 f. 232 (Ph. de Senis Cheminart. Cabredo | Vega | Coll. Cipell.) L. 1017 f. 265.

26. Mart. (VII. Kal. Apr.) — (1950) Mag. Thomae Regis canonico Nanneten. scriptori et famil. suo accessum seu regressum ad Prioratum B. M. V. Nanneten. dioec. O. S. B. necnon ad alios canonicatum et praebendam ejusd. ecclesiae concedit. „Grata devotionis“ (Evangel. | Gratis pro socio. | A. de Verdes. | Coll. Attan.) L. 1004 f. 31.

— — — (1951) Johannem Morelli rectorem paroch. ecclesiae de Samalgenis Lugdun. dioec. constituit. „Vitae ac morum honestas“ (Ph. de Senis | Delius | Salvius | Coll. H. d. C.) L. 999 f. 83, b.

— — — (1952) Paulo Capello Veneto peramanter respondet ad literas congratulatorias. „Etsi etiam sine tuis literis“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. I ep. 11 p. 6.

— — — (1953) Guidonem Magnum Magistrum O. S. Joh. Hierosol. excitat ad Turcarum impetus

---

[1] St. Ruff de Valence. Gallia christ. t. 4 p. 801.

[2] Vide genealogicam tabulam Columnensium apud *Reumont*, Vittoria Colonna. Freiburg. 1881 p. 259.

[3] L. 991: *Aimo novo.*

1513.

retundendos. „Ad diem IX. Kal. Mart.“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. I ep. 12. *Bzov.* a. 1513 p. 201 n. III. Cf. *Raynald* l. c. n. 18 p. 8.

26. Mart. (VII. Kal. Apr.) Romae apud S. Petrum — (1954) Mag. Alphonso de Verdesotto script. et famil. suo vicariam perpet. par. eccl. loci de Tresuillo dioec. Oxomen. confert. „Grata devotionis“ (Nasius | D'Andreae | Coll. S. de Sp.) L. 1001 f. 170, b.

— — — (1955) Michaeli Erminier cler. Redon. dioec. scriptori Archiv. Rom. Cur. et famil. capellaniam perp. ad altare SS. Blasii et Opportunae in eccl. paroch. B. M. Nanneten. dioec. situm confert. „Vitae ac morum“ (Castillion. | De Bertinis. | Cotini | Coll. Attan.) L. 998 f. 27.

27. Mart. (VI. Kal. Apr.) — Dominica Resurrectionis D. solemniter celebrat (in sacello Palatino ob templum S. Petri dirutum).

— — (1956) Bartholomaeum Scaliosum Saonensem arcis suae Exii Castellanum ad annum constituit. „Fides et devotio“ (C. Tuerdus) Div. Cam. t. 63 f. 14, b.

28. Mart. (V. Kal. Apr.) — (1957) Marco Antonio Columnae respondet, sibi probari omnia ab eo scripta de militum numero in urbe retinendo ac de reliquis rebus, se mittere ei literas ad Bononiae magistratum datas. „Et animi tui praestantiam et fidem“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. I ep. 14 p. 7.

— — — (1958) Episcopo Cavallic. et Cantori ecclesiae Papien. mandat, ut canonicatum et praebendam ecclesiae Papiens. conferant Johanni Bapt. de S. Nazario cler. Papiens. notario suo. „Grata devotionis obsequia“ (Bembus | Millinus | Enckenw. | Marciaci | Coll. Donat.) L. 1008 f. 134.

29. Mart. (IV. Kal. Apr.) — (1959) Ramazzotto de Ramazottis armorum ductori Molendinum in agro Cerviensi loco dicto ad Canutias et alia praedia in Ravennat. et Cerviens. civitatum S. R. E. agris sita, quae Ludovicus Dedo Venetus detinebat, Camerae apostolicae applicata et incorporata rei militaris peritiae et virtutum gratia concedit. „Cum sicut accepimus“ (Balth. Tuerdus) Div. Cam. t. 63 f. 5, b.

— — — (1960) Thomae Campeggio episcopo Feltrinorum, internuncio apud Mediolani Ducem, nuntiat Pallavicinorum familiam optime meritam ad oppidorum Parmae Placentiaeque conservationem et incolumitatem magno usui esse semper posse, placere sibi Galeatium Pallavicinum cum suis militibus esse et cataphractis equitibus centum praeesse et stipendia ei dare, quibus eum militum numerum alat. Latius scripturos Julium Medices et Bernardum Bibienam. „Et magna nobis benevolentia Cardinalem gerentibus.“ Ed. Bemb. L. I ep. 13 p. 7.

— — — (1961) Andreae de Ligorio cler. Salernitan., Cichi de la Fieda civis Neapolitan. et nuper pro Ferdinando Aragoniae utriusque Siciliae Rege in civit. Floren. oratoris capellano et Laurentii Pucii lit. Apost. abbreviatoris familiari, unum vel plura beneficia certi valoris in quibusvis civitat. et dioec. regni Neapolitan. reservat. „Vitae ac morum honestas“ (Gratiadei | Grat. p. fam. assistent. | Millinus | Verdesotto. Coll. Hip. de Cesis) L. 993 f. 31.

30. Mart. (III. Kal. Apr.) — (1962) Petro de Nigrinis, clerico Novarien. dioec., qui in favorem Philippi de Ferrariis canonici eccl. S. Laurentii terrae Viquerie Terdon. dioec. coram Barthol. de Petrasancta Cap. et caus. P. A. auditore omnia jura in canon. et praebenda praedict. cessit, reservat pensionem an. 10 floren. auri super eorum fructibus. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Gratis pro famil. script. Millinus. P. Gauden. | Suno | Coll. H. d. C.) L. 1049 f. 290.

— — — (1963) Johanni Lascari[1] respondet ad literas congratulatorias, licet mox ejus adventum exspectet. „Cum haec ad te scribenda mandavimus.“ Post plura: „Si Deus, cui omnia nostra semper accepta tulimus, nostris cogitatis adfuerit, intelligent omnes boni, fortunam atque potentiam bene institutis mentibus rectisque animis dare facultatem benignitatis potius quam temeritatis exercendae. Sed haec speramus nos coram prope diem collaturos.“ (Sad.) — A. V. Brev. ad princ. t. 5 (28) f. 34. Ed. Sadol. ep. 3 p. 13. *Roscoe* t. V. doc. 90 p. 280—287.

— — — (1964) Ferdinando de Castello episcopo Balneoreg. in Camera Apost. per Raphaelem Card. Cam. concedit *tractam grani.* „Exposuisti nobis.“ Div. Cam. t. 63 f. 1.

— — — (1965) Raimundo Cardonae Proregi Neapolit. edicit, ut milites suos ex agro Lepidi Regii deducat, ne Regienses pro suo erga Sedem Ap. studio ultima se damna pati sentiant. „Intelleximus, oppidum nostrum Regii Lepidi de re Romana optime meritum“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. I ep. 15 p. 7[2].

— — — (1966) Magistratus Regii Lepidi certiores facit de praecedentibus literis eorumque fidem

---

[1] De hoc celebri Graeco Humanistae ejus temporis magna cum laude loquuntur.

[2] Probabiliter die 30. Mart. assignatur haec epistola respectu habito ad eas, quae ante et post eam collocatae sunt in cod. Vaticano.

1513.

collaudat. „Et fides erga Romanos Pontifices et pietas erga Nos vestra“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. I ep. 16 p. 7.

30. Mart. (III. Kal. Apr.) Romae apud S. Petrum — (1967) Antonio Cardonae Marchioni Padulae scribit de eadem causa Regii Lepidi. „Procurantes Regiensium“ (Bemb.) Ed. Bemb. l. c. ep. 17.

— (1968) Duci Venetiarum commendat Hieronymum Benassaum Lucensem ibi quorumdam mercatorum Lugdunensium negotia gesturum. „Hieronymus Benassaus, is qui“ (Sad.) Brev. ad princ. t. 5 (28) f. 34, b.

— — — (1969) Balivam Senensium hortatur, ut cum Nicolaus de Ruvere a quodam Blasio Piccolomineo eorum cive statim post Julii II. patrui sui mortem spoliatus fuerit, justitia fiat, ne acerbiora remedia necessaria evadant. „Graviter et moleste accepimus“ (Sad.) L. c. f. 40, a.

— — — (1970) Dominico Beraudi clerico Vasatens. dioec. confert Prioratum S. Raphaelis de Castro Gelosio O. S. B. Vasat. dioec. vacantem per resignationem Joh. Aunaldi presbyteri. „Vitae ac morum honestas“ (Sad.) L. 994 f. 33.

— — — (1971) Marium de Peruschis civem Romanum Procuratorem fisci Camerae Apostolicae nominat. „Motu proprio dilecto filio Mario“.[1] Div. Cam. t. 63 f. 19, b.

— — — (1972) duobus abbatibus monasteriorum et Officiali Burgensi dioec. mandat, ut si vera sint, quae Petrus Parahona cler. Burg. et scriptor brev. ap. retulit, quosdam beneficiatos ejus dioec. privent beneficiis et ea Petro dicto conferri curent. „Grata devotionis“ (A. Colotius | Delius | Cabredo | L. Valtrini | Atten.) L. 991 f. 215.

31. Mart. (prid. Kal. Apr.) — (1973) Georgio Duci Saxoniae, qui binas ad Julium II. literas per Thomam de Vio Cajetanum Ord. Praed. Mag. Gen. transmiserat[2], respondet ejus fidem commendans, annuit ejus petitioni, ne quid novetur circa Misnensem ecclesiam neve episcopo seni[3] coadjutor cum jure succedendi concedatur, ne Capituli jus laedatur; quod scripserat, audita fama Concilii Lateran., quamvis ipsi nihil de eo nominatim nunciatum fuerit, se a congregatione fidelium et a coetu eorum principum, qui de Ecclesiae unitate recte sentiunt, abesse nolle atque idcirco et procuratorem se mittere ac literas obedientiam eidem Sacro Concilio profitentes, pergratum habet, laudat praedictum Fr. Thomam et literas in proxima sessione promulgatum iri promittit[4]. „Binas a te literas“ (Sadol.) A. V. Brev. t. cit. f. 42, b—43, a. Ed. Sadoleti ep. 4 p. 3—5.

— — — (1974) Juliano de Medicis, qui scripserat, Gallorum Regem[5] ex electione Leonis magnam cepisse laetitiam, et ad pacem cum eo tractandam hortatus erat, respondet, se ad nullam rem tam propensum esse, quam ad christianos principes inter se conglutinandos et nihil magis cupere quam pacem, se recolere vetera Gallorum merita ac Regis istius in fratrem benevolentiam. „Quodsi, ut scribis, ejus animus ea quae recta sunt, cogitat, facile et ipsi inter nos conveniemus“. Init.: „Ex tuis literis intelleximus“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. I ep. 18 p. 8. *Raynald* a. 1513 n. 54 p. 24. 25. *Roscoe* t. V. doc. 73 p. 239—241.

— — — (1975) Duci Mediolan. commendat ejus oratorem revertentem, cum quo de omnibus rebus collocutus est. „Intelleximus ea, quae dil. filius“ (videtur esse Sadoleti) A. V. Brev. ad princ. vol. 5 (28) f. 84.

— — — (1976) Viceregi Neapolis nunciat proximum discessum oratoris Mediolan. et ejus res ipsi commendat. „Nobis, aliquot dies sunt“ (Sadol. probab.) L. c. f. 42.

— — — (1977) Mag. Andream Vives cler. Caesaraugust. Comitem Palat. creat. „Constantis fidei“ (Evangel.) L. 1211 f. 9.

— — — (1978) Rodericum Laurentii de Bubal cler. Aurien. creat Ap. Sedis Accolitum et Capellanum. „Virtutibus clarens et meritis“ (A. de Verdes.) L. c. f. 48, b.

— — — (1979) Georgio Posch confert perp. vicariam ad altare S. Gothardi situm in ecclesia N(a)umburgen., quae sine cura est et cujus proventus 4 marcharum argenti puri secundum communem existimationem valorem non excedunt. „Grata familiaritatis“ (Capranica | Gratis pro notario Pal. Suno. | P. Marciaci | Coll. Attan.) L. 1031 f. 190.

— — — (1980) Ludovico Leroux cler. Andegaven. Prioratum S. Jacobi de Pilmyl O. S. B. Nanneten. dioec. cum quibusdam oneribus concedit. „Nobilitas generis“ (Infra: Delius | De Comitibus | F. d. Harnia) L. 993 f. 265.

---

[1] Jam sub Julio II. in Conc. Later. hoc munere fungebatur Marius de Peruschis. *Hard.*, Conc. t. IX p. 1916 seq.

[2] Eas literas publici juris fecit *Th. Kolde* (Zeitschrift für Kirchengeschichte vol. III fasc. 4 p. 599 seq.) e Tabulario Dresdensi, qui tamen Leonis X. responsum, licet dudum in Sadoleti epistolis (absque tamen nota chronolog. accurata) editum, ignorasse videtur.

[3] Fuit is Johannes VI. de Salhausen (1487—1518).

[4] In actis Conc. Lateran. non exstant nec earum ulla fit mentio, fortasse quia ipse Dux eas publicari noluit, nisi et aliorum Ducum epistolae transmitterentur.

[5] Ludovicus XII., Julio II. inimicissimus, cum Leone X. pacem concludere jam meditabatur.

1513.

31. Mart. (prid. Kal. Apr.) Romae apud S. Petrum

(1981) Ecclesiam parochialem S. Cosmae de Barca extra muros oppidi de Logroño Calagur. dioec. pro parte clericorum beneficiatorum, qui in oppido in via ad S. Jacobum Compostell. sito hospitalitatem servare debent, et maxime in favorem Roderici de Cabredo, qui illam resignatione sua vacantem reddidit, perpetuo unit cum ecclesia B. Mariae de Palacio dicti oppidi, in qua praefatus Rodericus baptizatus fuit, parentum sepulturam honorat et propriam desiderat, qua unione commoditati beneficiatorum consulitur. „Ex debito pastoralis officii“ (Melfit. | Valtr. | Coll. Attan.) L. 991 f. 302.

— — —

(1982) Archidiaconum Calagur. et Officiales Calagur. et Burgen. de hac dispositione certiores facit. „Hodie a nobis“ (Melf. | Attan.) L. c. f. 304.

— — —

(1983) Roderico de Cabredo presb. Calagur. scriptori et famil. suo loco pensionis an. reservat fructus ecclesiae paroch. S. Cosmae de Barca praedictae. „Grata devotionis“ (Melf.) L. c. f. 305, quam rem

— — —

(1984) exsequi jubet Praepositum Fesulanum et archidiaconos Burgen. et Calagur. „Hodie cum dilectus filius“ (Gratis pro socio. L. Valtr. | Attan.) L. c. f. 306.

— — —

(1985) Dominico ep. Lucerino mandat, ut Antonium Albanum canonicum ecclesiae Isclanen.[1] in possessionem archidiaconatus ejus ecclesiae, cujus proventus 24. duc. auri non excedunt, amoto quovis illicito detentore inducat. „Vitae ac morum honestas“ (Infra: L. Valtr. Delius. Cabredo | Coll. F. de H.) L. 993 f. 258.

— — —

(1986) Lupo de Salazar cler. Senonen. studenti in Univers. Studii gen. Parisien. defectu natalium non obstante concedit facultatem ad beneficia obtinenda ipsique Prioratum de Commaigny O. S. B. Nivernen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (P. de Cesis | Gomiel. | Milanes. | Tho. de Binis. | Coll. Attan.) L. 1068 f. 16, b.

ANNO PRIMO MENSE APRILI. 1513.

1513.

1. April. (Kal. Apr.) Romae apud S. Petrum

(1987) Sigismundum Poloniae Regem monet iterum, ut litem suam cum Alberto Teutonicorum equitum M. Magistro vel Legato Ap. Sedis vel Concilio Lateran. decidendam permittat. „Post eas literas, quas proxime“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. I ep. 22 p. 9. *Bzovius* h. a. p. 186. Cf. *Raynald* h. a. n. 34 p. 15.

— — —

(1988) Ladislaum Pannoniae et Bohemiae Regem monet, ut compescat Bohemorum militum duces per fautores schismatis magnis pollicitationibus excitatos, ut bello contra Maximilianum in Imperatorem electum gesto schismaticis auxilio sint, eosque avertat ad evitandas censuras in schismaticos latas. „Nunciatum nobis est“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. I ep. 21 p. 8. 9. *Bzov.* l. c. p. 185. 186. *Raynald* l. c. n. 76 p. 35.

— — —

(1989) Raphaeli Card. Camerario et Thesaurario mandat, ut de pecunia aluminum Cruciatae destinata solvant singulis mensibus 25 duc. auri d. C. Raymundae de Tocho Dispoti filiae relictae Antonii Com. „Motu proprio venerabili fratri nostro . . . mandamus.“ Div. Cam. t. 63 f. 8.

— — —

(1990) pariter nobili viro Carolo Dispoto de eadem pecunia 75 duc. auri d. C. quolibet mense concedit. „Per praesentes mandamus“ L. c.

— — —

(1991) tollit gabellam vini et farinae tam ad grossum quam ad minutum in Urbe et statuit pretium mensurae salis, quae *scorsum* muncupatur, pro $8^1/_2$ bol. „Motu proprio“ L. c.

— — —

(1992) Altobello episcopo Polae Magistratui Bonon. nuntiat, quid ad amovendos milites Hispanos a Regiensium finibus et ad alia loca transmittendos fecerit. „Homines civitatis nostrae R.“ (Sadol. probab.) Brev. t. 5 (28) f. 43, b.

— — —

(1993) Archiepiscopo S. Severinae et gubernatoribus de iisdem transferendis. „Expositum nobis fuit communi nomine“ Ibid.

— — —

(1994) Antonio Cardonae Marchioni Padulae significat, se indigere ejus praesentia in tractandis rebus, quae magna ex parte ad eum pertineant, hortaturque, ut cum bona Proregis venia ad se veniat. „Tui praesentis“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. I ep. 19 p. 8.

— — —

(1995) Raimundum Cardonam Proregem Neapolit. hortatur, ut praedicto Antonio permittat Romam proficisci. „Quoniam cum Antonio Marchione“ (B.) Ed. Bemb. l. c. ep. 20.

— — —

(1996) Cusentinum archiepiscopum suum in Hispania nuntium hortatur, ut catholici

[1] Ischia. Cf. *Ughelli* t. 6 p. 271 seq. *Gams* p. 885.

1513.

Regis erga S. Sedem devotionem suis sermonibus foveat. „Etsi de strenuo studio“ (Sadol.) A. V. Brev. t. 5 (28) p. 34.

1. April. (Kal. Apr.) Romae apud S. Petrum

(1997) Helvetiis nuntium destinat Ennium Filonardum episcopum Verulanum. Züricher Abschied VI. 42 in Sammlung der älteren eidgenössischen Abschiede III, II p. 704 n. 492 nota.

— — —

(1998) Mag. Benedicto Gentili cler. Januen. scriptori et famil. suo licitum esse regressum, ingressum et accessum ad capellaniam ad altare regum novorum situm in eccl. Toletana eaque eum pacifice frui debere declarat. „Grata devotionis“ (P. Blondus | F. del Rosal | Coll. Don.) L. 1172 f. 279, b.

— – –

(1999) Garsiae de Liaño cler. Burgen. parafrenario suo pensionem an. 30 ducat. auri super canon. et praeb. eccl. Burgen. concedit. „Grata familiaritatis“ (Evangel. | Delius. | De Verdesotto. | De Spol.) L. 1024 f. 77, b.

— — —

(2000) Christophoro de Canobio confert canonicatum et praebendam in eccl. S. Laurentii de Chiuno Cuman. dioec. „Vitae ac morum honestas“ (Castillion. | De Bertinis | Balbus) L. 1001 f. 220.

— — —

(2001) Mag. Benedicto Gentili (1998) concedit pensionem an. 24 ducat. auri super canon. et praeb. ecclesiae Toletanae, quos obtinet Fernandus Palomeque canonicus. „Grata devotionis et familiaritatis obsequia“ (Evangel. | Gratis pro socio | L. Valtr. | Coll. H. d. C.) L. 993 f. 243, b.

(2002) Mag. Paulum Vigerium cler. Romanum Sedis Ap. notarium creat. „Pii Patris altissimi“ (Gratis de mand. Balbus | Bernardus) L. 1198 f. 415.

— – –

(2003) Gerardo du Tey canon. Leodiens. (n. 1238) concedit pensionem an. super fructibus canonic. et praebend. eccl. Leod. R. C. (Blondus | Balbus. De S. Johanne | Saldus | Coll. Attan.) L. 1029 f. 1.

— — —

(2004) Antonium de Calanocha cler. Caesaraugustan. Accolitum suum creat. „Virtutibus clarens“ (Infra: Delius. Cabredo | A. de Verdes. | Coll. De Camp.) L. 998 f. 78.

— — —

(2005) Talem etiam creat Paulum Franciscum de Lugiis in Aretina dioec. parochum. Id. init. (Evangel. | Millinus | Coll. De Camp.) L. 1000 f. 182.

— — –

(2006) Venturino de Actis cler. Tudertin. dat transsumptum bullae Julii II. d. d. Bononiae 30. Nov. 1510 eamdem vim cum literis originalibus habiturum. „Provisionis nostrae“ (Colotius | Gratis pro famil. assist. Delius. Cabredo | L. Valtr. | Coll. Attan.) L. 991 f. 325.

— — –

(2007) Mag. Mercurio de Vipera cap. et causarum P. A. auditori mandat, ut mag. Francisco de Vega cler. Burgen. scriptori beneficium Sacristia nuncupatum in par. ecclesia de la Puente del Ongosto Abulen. dioec., de quo litigabat, si nemini jus ad illud competat, conferre curet, et si non sit in perpetuum erectum, ad ejus vitam illud errigat. „Grata devotionis“ (Armellinus | Gratis pro socio. Tarin.) L. 995 f. 52.

– - —

(2008) Valeriam de Sarrego monialem monasterii S. Spiritus Veronen. O. S. B. de observantia ad preces Elisabeth de Nigrinis dicti monasterii abbatissae senio confectae coadjutricem perpetuam et irrevocabilem ejusdem abbatissae constituit, dummodo Elisabeth et medietatis monialium expressus accedat assensus, eamque Abbatissatu vacante dicto monasterio in abbatissam praeficit; et archipresbytero necnon Johanni de Abbatia ac Jeronimo Saniori de Maffeis canonicis ecclesiae Veronen. executionem committit. „Inter sollicitudines varias“ (Supra: — | Millinus. Enckenw. | De Comitibus. Coll. Campan.) L. 994 f. 174, b.

— — —

(2009) Mandat monialibus ut dictae Valeriae obediant. „Exigentibus meritis.“ (Carrotius. | Suno. Baena | Casanova. Coll. Campania) L. 1020 f. 252.

— — –

(2010) Mag. Leonardo Valtrini Scholastico ecclesiae Virdunen. notario et famil. suo assignat pensionem an. 10 floren. auri super fructibus paroch. ecclesiae de Anrayo Meten. dioec. „Grata devotionis et familiaritatis obsequia“ (A. Melfit. | Gratis pro socio. Cheminart.) L. 1027 f. 237.

2. Apr. (IV. Non. Apr.) —

(2011) Mag. Johanni Ingenwinckel (n. 1380) cler. Colonien. dioec., notario et famil. suo, concedit accessum ad Praeposituram ecclesiae S. Stephani Maguntin., quae per obitum quondam Conradi Thoen ipsius eccl. Praepositi vacans ei concessa, sed ab eo dimissa et Johanni Ruys Magunt. vel alterius dioec. collata erat. „Grata devotionis“ (Gratiadei | J. de Madrigal. | Coll. Attan.) L. 1021 f. 20.

— – —

(2012) Mag. Francisco de Cazinigo cler. Mediolan. scriptori et fam. suo Praeposituram S. Emerani in Spalt Eystetten. dioec. renuncianti accessum ad illam concedit, si Georgius Voltz cler. Angusten., cui eam confert, decedat aut illa quovis modo praeterquam per cessum dicti Georgii vacet. „Grata devotionis“ (Blondus | Gratis pro socio. | Balandrinus. | Coll. Bucan.) L. 1171 f. 32, b.

— — –

(2013) Vicario generali Congregationis Lombard. Ord. fratrum Praedicatorum plura mandat et decernit de interstitiis et de prorogatione Prioratuum Congreg. ejusdem. „Exposuit Nobis dilectus filius Nicolaus Card. (Ord. Protector) de Flisco“ (Sadoletus)

1513.

Ed. Bullar. Ord. F. F. Praedic. opera P. Fr. *Thomae Ripoll.* Mag. Gen. Romae 1732 t. IV p. 296.

2. Apr. (IV. Non. Apr.) Romae apud S. Petrum (2014) Eugubini episcopi in spiritualibus vicario gener. et Priori ecclesiae Eugubinae vel eorum alteri examinandam committit causam fratris Marini tertii Ordinis S. Francisci. „Mittimus vobis supplicationem“ (Sadol.) A. V. Brevia ad principes et alios t. 30 f. 5.

— — — (2015) Valerium de Norinis provinciae Maritimae et Campaniae judicem in spirit. ad unum annum constituit. „Exigit virtus et probitas tua“ (B. Tuerdus.) Div. Cam. t. 63 f. 9.

— — — (2016) In favorem Hervei de la Palue ecclesiam paroch. de Plockervenell Corisopiten. dioec., cujus rector ille existit, unit ecclesiae de Ploederun Leonen. dioec. A. F. R. M. — „Romanum decet Pontificem“ (Colotius | Gomiel. | I. de Gais) L. 1075 f. 45.

— — — (2017) Joanni Manso cler. Calaguritan. dioec. baccal. in decr. ac famil. suo concedit portiones in paroch. ecclesiis de Bannares, de Noguerella, de Alesanco ac de Cavillas Calagurit. dioec. „Grata familiaritatis obsequia“ (Melfit. | Delius. Cabredo | J. de Madrigal. | Coll. S. de Spol.) L. 993 f. 19, b.

— — — (2018) Antonio Micheti cler. Taurin. Archivii Rom. Curiae Scriptori famil. suo ecclesiam par. S. Georgii de Vicolongo Vercellen. dioec. concedit. „Grata devotionis“ (Ph. de Senis | P. Marciaci) L. 993 f. 213, b.

— — — (2019) Mag. Joh. Antonio de Trivultiis Capell. et caus. P. A. aud. mandat, ut parochialem ecclesiam S. Mariae Rubeae de Colibus Puderni et Flottae Tarvisin. dioec., si sibi constiterit ad illam alicui jus non competere, conferat Mag. Gabrieli Boldu cler. Venetiarum et notario ap. „Grata devotionis“ (Sadolet. | Delius. Cabredo p. Comp. | Salvius | Coll. Donat.) L. 1010 f. 162, b.

3. Apr. (III. Non. Apr.) — (2020) Henrico Regi Britanniae scribit, se laetari de iis quae episcopus Wingornien.[1] ejus legatus de propensa et constanti ipsius in Sedem Ap. voluntate atque virtutibus quotidie refert eumque legatum laudat. „Et si ea, quae de tua religione“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. I ep. 23 p. 9. 10. *Roscoe* t. V doc. 76 p. 246—248.

— — — (2021) a sacris virginibus *Muratis* Florent. misso dono poscit preces, quas Deo gratas existimat. „Nummos aureos ducentos procuratori vestro“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. I ep. 24 p. 10.

— — — (2022) Raimundo Cardonae Proregi Neapol. commendat fratres Marchiones Pallavicinos. „Galeatium, Antonium Mariam, Octavianum et Christophorum fratres Pallavicinos“ (Bemb.) Ed. l. c. L. I ep. 25.

— — — (2023) Eosdem fratres commendat Maximiliano Mariae Mediolanensium Duci. „Et ante hac Galeatii“ (Bemb.) Ed. l. c. L. I ep. 26.

— — — (2024) Nicolao Bulderian famil. suo confert perp. vicariam sine cura in ecclesia B. Mariae Colbergen. Caminen. dioec. „Grata familiaritatis obsequia“ (Gratiadei | Gratis de mand. | Cheminart. Aloysius | Salvius | Coll. Bucan.) L. 1010 f. 72, b.

— — — (2025) Guidoni Laurens canonico eccl. Nanneten. confert dictum canonicatum. „Vitae ac morum“ (Sadolet. | Delius. Cabredo | p. Comp. | Cotini | Coll. Harnia) L. 993 f. 161.

— — — (2026) Episcopum Cavallic., Praepositum eccl. S. Salvatoris Lauden. et Officialem Colon. monet, ut canonicatum et praebendam ecclesiae S. Georgii Colon. Johanni in Ligno (n. 1323) conferre curent. „Grata familiaritatis“ (Blondus | Enckenw. | A. de Verdes. | Coll. Bucan.) L. 1052 f. 160, t.

— — — (2027) episcopo Asculano et Jacobo de Catalacis canonico ac vicario episcopi Narnien. generali mandat, ut in favorem Maximi Cechi cler. Spoletan. dioec. parochiam B. Mariae Castrimontorii obtinentis ecclesiam S. Blasii castri S. Mamiliani territorii monasterii Ferrentilli nullius dioec., quamdiu Maximus eam tenuerit, uniant. „Solet Apostolicae Sedis“ (Colotius | Delius | Marciaci | Coll. Bucan.) L. 991 f. 218.

— — — (2028) Stephano Manny perp. capellano ad altare S. Aegidii in eccl. SS. Trinitatis Andegaven. Prioratum O. S. A. in eadem dioec., quem Michael de Manny obtinuerat, confert. „Vitae ac morum honestas“ (Millin. Enckenw.) L. 992 f. 223.

— — — (2029) Petro Vaca rectori paroch. ecclesiae S. Johannis de Pobladura Legionen. dioec. reservat pensionem super paroch. ecclesia B. Mariae de Valdepolo ejusd. dioec. fructibus, quae dictae ecclesiae S. Joh. incorporata fuit cujusque incorporationem ipso consentiente dissolvit. „Grata familiaritatis“ (Castillon. | Gratis de mand. Millinus. Enckenw. | Valtr. | Coll. S. de Spol.) L. 1025 f. 377, b.

4. Apr. (prid. Non. Apr.) — Consistorium secretum (*primum* vocat Parides de Grassis Diar. f. 26), in quo Parides de Grassis renunciatus fuit episcopus Pisaurensis, cum retentione tamen officii Magistri ceremoniarum.

---

[1] angl. Worcester. Sedem tenuit Sylvester Gigles 1498—1521. *Gams* p. 200.

1513.

4. Apr. (prid. Non. Apr.) Romae apud S. Petrum —

(2030) Gasparem Pon (al. Ponz [1]) cler. Illerd. ecclesiae Cathaniensi [2] praeficit episcopum. „Apostolatus officium“ (De Castillo) L. 992 f. 300.

(2031) Laurentio Fernandez de Heredia canonicatum et praebendam, archidiaconatum de Valles et Praeposituram mens. Febr. Barchinon. et Sacristiam Illerdens. (dignitates et praebendas apud Sedem vacantes per promotionem praedicti electi Cathan. [2]) confert. „Laudabilia“ (Infra: Tarin. | F. de H.) L. 998 f. 179.

— — — (2032) Conneren. et Darensis [3] ecclesiarum archidiaconis ac Officiali Dublinen. mandat, ut Johannem Theodorici cler. Tullen. in corporalem possessionem paroch. ecclesiarum de Duelber ac de Lowdowe necnon S. Joh. prope et extra portam novam Prioratus S. Joh. prope et extra portam novam Prioratus S. Aug. et Cruciferorum Ordinum Armachan. et Dublin. dioec. [4] inducant. „Vitae ac morum honestas“ (Colot. | Gratis de mand. S. D. N. Delius. Cabredo p. Comp. | J. de Madrigal. | Coll. Don.) L. 1008 f. 270.

— — — (2033) Petro de Sotto canon. Lucen. Lic. in decretis fam. suo indultum tribuit quoad plura beneficia simul obtinenda. „Grata familiaritatis obsequia“ (Supra et ut collat. Blondus | Gratis pro fam. Rmi D. Vicecanc. Millinus | A. de Verdes.) L. 1205 f. 708.

— — — (2034) Venturinum de Actis canon. Urbevetan. et famil. suum (n. 256) Ap. Sedis notarium nominat. „Pii Patris altissimi“ (Ph. de Senis | Delius. Cabredo. | D. de Comitibus. | Coll. De Camp.) L. 995 f. 58, b.

— — — (2035) Mag. Johannem de Lerma Canon. Burgens. famil. et apost. literarum scriptorem et abbreviatorem Ap. Sedis notariorum numero aggregat. P. P. A. (F. de Vega) L. 991 f. 315.

— — — (2036) eumdem Aulae Lateran. Comitem et Nobilem creat. „Ecclesia Romana, cujus principatum“ (F. de Vega) L. 1221 f. 27, b.

— — — (2037) Robertum tit. S. Anastasiae presb. Card., qui ecclesiam Reatinam tunc resignavit Pompejo Columnae collatam, regressum ad eam habere in futura vacatione declarat. „Universarum, quibus divina clementia nos praetulit“ (Supra sine nomine; infra: Cheminart. | Coll. H. d. C.) L. 998 f. 144.

— — — (2038) Carolo tit. S. Caeciliae presb. Cardin. Marchioni Finarii [5] confert curam, regimen atque administrationem oppidi sui Massae ejusque proventuum ad se et Cameram Ap. pertinentium cum omnibus honoribus et oneribus una cum jure in eodem oppido Potestatem et alios Officiales nominandi et deputandi. „Circumspectionis tuae“ (Balt. Tuerdus) L. 1210 f. 5, b. Div. Cam. t. 63 f. 72.

— — — (2039) Aloysio S. Mariae in Cosmedin diac. Card. canonicatum et praebendam in eccl. Ispalen., quos quondam Fernandus Ramos can. obtinebat, confert. „Ad personam tuam“ (Colotius | Cotini | Coll. de Camp.) L. 1002 f. 9.

— — — (2040) Marco ep. Praenestino, qui Tranensem ecclesiam cessit, jus regrediendi ad eam cedente vel decedente Joh. Dominico Tranensi reservat. „Ad personam tuam“ (Castillion. | J. d. Cesis | Coll. F. de H.) L. 993 f. 263, b.

— — — (2041) Majoris et S. Nazarii Brixien. ecclesiarum Praepositis et vicario ep. Brixien. in spirit. gen. mandat, ut Angelo Lipomanno cler. Veneto ecclesiam Hospitalis S. Petri de Pompona dioec. Brix. tradant. „Grata familiaritatis“ (Evangelista | Gratis de mand. J. Colardi. Balbus pro Comp. | Coll. H. d. C.) L. 1006 f. 269.

— — — (2042) Ferdinandum Regem catholicum laudat ob fidem et pietatem erga Sedem Apost. manifestatam; significat plura se cum ejus legato Hieronymo de Vich, viro singulari prudentia praedito, communicasse speratque Regem operam daturum, *ut quae ad Petri navis tranquillum prosperumque cursum pertinent, ita cogitet, ut veterem in Christi vicarios pietatem sibi in puppi sedenti etiam auxisse videatur.* Init.: „Praeter eam, quam tu quidem omni tempore“ (Bemb.). Ed. Bemb. L. I ep. 27 p. 10.

— — — (2043) Didaco Falcon confert beneficium in S. Jacobi et S. Andreae paroch. ecclesiis invicem unitis Calagurit. dioec. „Vitae ac morum honestas“ (Melfit. | Salvius. Vives | Verdesotto | Coll. Attan.) L. 1055 f. 304.

— — — (2044) Johanni de Ortigosa Thesaurario eccl. Calaguritan. famil. suo concedit juxta

[1] *Gams* p. 944 ponit episcopatum Casparis Ponz (de Puteo) a die 26. Oct. 1513 ad 14. Oct. 1520.

[2] Cathaniensis in Sicilia distinguitur a Cathenensi (Cathness) in Scotia. *Doellinger* l. c. p. 73. 74.

[3] Darensis — Kildare in Hibernia. ap. *Doellinger* l. c. p. 92. Unitae fuere Connerens. et Dunen. dioec. Cf. *Gams* p. 216.

[4] Armagh et Dublin. *Gams* p. 206. 218.

[5] Carolus Dominicus de Carreto Genuensis e Marchionibus Finarii (sive de Final), archiepiscopus Thebanus, postea Remensis ac deinde Turonensis, a Julio II. in collegium Cardinalium adscitus fuit. Cf. de eo *Raynald.* a. 1504 n. 3. 16; 1505 n. 41. *Gams* p. 609. 641.

1513.

Julii II. declarationem, ut ipso existente Thesaurario canonicatus necnon unum, duo aut plura praestimonia seu portiones in Calagurit. et Calciaten. et Oxomen. civitat. et dioec. consistentia, quorum omnium insimul fructus valorem annuum 150 ducat. non excedant, pro dote Thesaurariae huic unita sint et esse censeantur. „Ad ea ex paternae“ (Evangel. | De Bertinis. | Baena. Salvius | Coll. S. de Spol.) L. 1077 f. 303, b.

4. April. (prid. Non. Apr.) Romae apud S. Petrum — (2045) Johanni Mariae de Comitibus confert *Obedientiariam* eccl. Mediolan. necnon canonicatus ac praebendas S. Johannis de Castrisceprii ac S. Petri de Clivio ejusdem Mediolan. dioec. „Vitae ac morum honestas“ (J. B. Nasius | Gratis de mand. S. D. N. P. P. Suno. | Saldus | Coll. Donat.) L. 1008 f. 118.

5. April. (Non. Apr.) — — (2046) Didacum Diaz cler. Corduben. nominat S. Pal. Comitem. „Ecclesia Romana“ (Colotius | Gratis pro famil. Delius. Cabredo | Saldus | Coll. Attan.) L. 1009 f. 207.

— — — (2047) Johanni Bogen cler. Nanneten. dioec. confert Prioratum S. Gironis O. S. B. dictae dioec., qui conventualis non est et a monasterio Burgidolensi dicti Ord. Bituricen. dioec.[1] dependet. „Vitae ac morum“ (Castillion. | Gratis pro famil. assist. Gomiel. | Salvius | Coll. Donat.) L. 1016 f. 163.

— — — (2048) Petro Velasci rectori abbati nuncupato paroch. ecclesiae S. Andreae de Gion Portugallen. dioec. Francisci Gomiel scriptoris familiari dictam ecclesiam Francisci de Vega scriptoris resignatione vacantem confert et episcopis Asculan. et Casertan. ac Officiali Portugallen. mandat, ut eum in possessionem inducant. „Vitae ac morum“ (Supra: — | Gratis p. fam. script. Enckenw. Milanesius | Casanova. Coll. H. de Cesis) L. 1027 f. 327.

6. April. (VIII. Id. Apr.) — (2049) Episcopo Cavallic., archidiaconono de Mendos in eccl. Compostellana et vicario in spiritual. gener. Epi Novariensis mandat, ut Aloysio Card. S. Mariae in Cosmedin praeposituram monasterii S. Marthae extra muros Novar. O. S. A. per praepositum gubernari soliti, quam Ludovic. J. Card. SS. Coronatorum obtinuerat, commendari curent. „Dum ad personam“ (Armellin. | *Visa* P. Delius | S. Gerona | Coll. H. de Cesis) L. 991 f. 284.

— — — (2050) praedicto Cardinali commendat monasterium S. Benedicti de Mulegio[2] extra muros Vercellens. Vallumbros. Congreg. antea Ludovico Joh. presb. Card. SS. Quatuor Coronatorum commendatum. „Romani Pontificis“ (Delius. S. Gerona. H. d. C.) L. c. f. 283.

— — — (2051) Bernardino Severinati Bissinianorum principi gratias agit de dono pyxidis Mannae misso per Vincentium militem Hierosol. et advertit, per eumdem suum consilium ipsum intellecturum. „Quam nobis tuo nomine reddidit“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. I ep. 28 p. 11.

— — — (2052) Simonem de Tornabonis patricium Florentinum suum secundum carnem affinem arcium et gentium armigerarum suarum et S. R. E. revisorem et commissarium generalem constituit ad triennium loco Raymundi de Raymundis. „Inter reliqua, quae in hoc principio summi Pontificatus Nostri“ (B. Tuerdus) Div. Cam. t. 63 f. 11.

— — — (2053) Francisco Insarte cler. Ulixbon. dioec. apost. lit. sollicitatori famil. suo concedit regressum ad paroch. eccl. *abbatiam* nuncupatam S. Michaelis de Pampizinis (al. Papizins) Visen. dioec. R. C. (Evangel. | Gratis pro sollicit. Millin. Enckenw. | L. Valtr. | Coll. De Camp.) L. 1000 f. 170, b. „Grata devotionis“ (Phil. de Senis | Cet. iidem) L. 999 f. 239, b.

— — — (2054) Thomam de Binis cler. Romanum Sedis Ap. notarium creat. „Pii Patris“ (Ph. de Senis) L. Offic. div. an. L. 1211 f. 16, b.

— — — (2055) Nicolaum Baucellini famil. L. Puccii Vicecancellario assistentis et parochum de Danguervilla Tullen. dioec. nominat Accolitum et Capellanum suum. „Virtutibus clarens“ (Sine secretario | Delius | Cotini | Coll. De Camp.) L. 998 f. 77.

— — — (2056) Officiali Camin. mandat, ut Priweslaum Klest cler. Camin. dioec. in vicariam perpet. paroch. ecclesiae villae Britzoll ej. dioec. de jure patron. laicorum et sine cura amoto illicito detentore inducat. „Dignum arbitramur et congruum“ (Evangel. | Gratis de mand. De Rizonibus | Valtr. | Coll. Donat.) L. 1052 f. 4.

— — — (2057) Guillermo Danion confert paroch. ecclesiam S. Egidii in Pligeau Corisopiten. dioec. „Vitae ac morum“ (Carrotius. | Millinus. Enckenw. | A. de Castillo | Coll. Attan.) L. 1032 f. 158.

— — — (2058) Johanni Bapt. de Nasis cler. Florentino, secretario et famil. suo, officium Secretariatus apostolici committit eumque Corradolo de Stanigha olim Secret. vita functo substituit. „Multarum dona virtutum“ (Armellin. | Gratis de mand. Delius. Vives | Cotini | Coll. Camp.) L. 994 f. 190.

[1] Monasterium Bourgdieu, de quo Gallia christ. t. 2 p. 180.
[2] al. de Muleggio. Cf. *Doellinger*, Beiträge II. p. 259.

1513.

6. Apr. (VIII. Id. Apr.)	Romae apud S. Petrum	(2059) Jacobum de Mussono alias de Leix (n. 1361) rectorem paroch. ecclesiae de Giberuria Virdunen. dioec. famil. L. Puccii in literarum apost. expeditione Sixto tit. S. Petri ad vincula presb. Card. S. R. E. Vicecancell. assistentis in suum et Ap. Sedis Acolythum et Capellanum recipit. „Virtutibus clarens“ (Evangel. | Gratis pro famil. assist. Delius. Cabredo p. Comp. | Cheminart. | Coll. Camp.) L. 999 f. 238.
— —	—	(2060) Johanni Gressenich de Rulant cler. Leodien. dioec. famil. suo reservat pensionem an. super eccl. paroch. S. Huperti in Spicher Treveren. dioec. fructibus. „Grata familiaritatis“ (Melfit. | Gratis de mand. | De Liazariis | Marciaci | Coll. Donat.) L. 1064 f. 170, b.
— —	—	(2061) Hieronymo Torella canonico ecclesiae de Xativa Valentin. dioec. canonicatum et praebendam in dicta ecclesia modo vacantes per obitum Jacobi de Olzina confert. „Vitae ac morum“ (Sine secretario | Gratis pro cubiculario. Madrigal. | Aloysius p. Comp. | Marciaci | Coll. S. de Spol.) L. 1082 f. 152, b.
— —	—	(2062) In favorem Johannis Rebler canonici Patavien., Maximiliani in Imper. Electi secretarii et consiliarii, dicto canonicatui unit B. M. V. al. S. Leopoldi in Claustro Noviburgi O. S. A. canonicorum Patavien. dioec. seu aliud monasterium in quacunque civitate, dioec. ac loco eidem Maximiliano subjecto consistens. A. F. R. M. „Commissum nobis desuper Apostolicae servitutis officium“ (Ph. de Senis | Gratis de mand. Delius | Casanova. Coll. Amerin.) L. 996 f. 7, b.
7. Apr. (VII. Id. Apr.)	—	(2063) Alexandro de Lecanis clerico Laudensi confert officium seu locum unius ex Acolitis capellanis de numero participantium vacantem per obitum Adornino de Ferrafinis. „Virtutibus clarens“ (Ponzettus | Gratis de mand. SS. D. N. P. Delius | Cabredo p. comp. | A. de Verdesotto | Coll. H. de C.) L. 991 f. 281 — qua de re
— —	—	(2064) Raphaelem Ep. Ostiens. Camerar. monet. „Hodie dilecto filio“ (Armellin. Cet. ut supra) L. c. f. 582.
— —	—	(2065) Episcopis Cavall. et Castellimaris et Vic. gener. Epi Dolensis de Blasio Lazar cler. Pampelon. dioec. canonicatu et beneficiis decorando. „Vitae ac morum honestas“ (Colotius | Gratis pro fam. script. Colardi. Draco | L. Valtrini) L. 1000 f. 185, a. 186, c.
— —	—	(2066) Rogante Silvio Passerini cl. Corton. famil. suo unit parochiali ecclesiae S. Angeli in ea dioec. capellaniam perpetuam ad altare SS. Petri et Pauli in eccl. par. B. M. de Spoltalia dictae dioec. quamdiu Silvius parochiam tenuerit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Infra: Gratis. Millin. Enckenw. | Cypr. | Coll. H. d. C.) L. 998 f. 157.
— —	—	(2067) Johanni Petromilo cler. Cusentin. dioec. pensionem in ea dioec. reservat. „Vitae ac morum“ (Sadolet. | Delius. Chemin. | Coll. H. d. C.) L. 1006 f. 93.
— —	—	(2068) Johanni Bojardi Regiensi nuntiat, sibi gratissima fuisse ab eo proximis diebus in ea civitate bene gesta eumque talem semper in posterum fore desiderat. „Ea, quae tu his diebus“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. I ep. 29 p. 11.
— —	—	(2069) Johanni Sartoris de Ridderich (n. 1259) canonico ecclesiae B. M. V. ad Gradus Maguntin. famil. suo Sixti Card. S. R. E. Vicecancell. obsequiis insistenti dictum canonicatum et praebendam confert. „Grata familiaritatis“ (Evangel. | Gratis pro fam. R. D. Vicecanc. Delius | Verdes. | Coll. Attan.) L. 1005 f. 182.
— —	—	(2070) Francisco de Cleves cler. Carnoten. confert Decanatum eccles. Nivernen. et canonicatus ecclesiarum Nivernen. Parisien. et Ebroicensis. „Laudabilia“ (Sadolet. | P. Delius. Colardi. | Cotini | Coll. Harnia) L. 993 f. 179.
— —	—	(2071—2073) eidem Prioratus de Cessiaco in Nemoribus O. S. B. Antissiodoren. dioec., de Pinello Ord. Grandimont. Tholosan. dioec. et S. Eligii Ord. S. B. Paris. dioec. commendat. In tribus docum.: „Laudabilia“ (Sadolet. | Delius. Cabredo | Cotini | Harn.) L. 993 f. 181. 183, b. 186.
— —	—	(2074) Episcopis Cavallicen. et Agrigentin. et Officiali Calaguritan. mandat, ut Petro de Oquerruri cler. Calaguritan. scriptoris Bernardini Gutterii familiari ecclesias Heremitoria nuncupatas S. Clementis et B. Mariae in termino de la guardia de Morillo ac S. Martini de Ossa et B. M. de las Horas locorum Calaguritan. dioec. conferre curent. „Vitae ac morum honestas“ (Evangelista | Gratis p. fam. script. Millinus. Enckenw. Verdesotto. Coll. Harnia.) L. 995 f. 306.
— —	—	(2075) Monasterium B. Mariae de Barbaria O. S. B. Venetiarum, cujus aedificia partim ruinam minantur partim collapsa sunt cujusque fructus ad sustentandos monachos non sufficiunt, et prioratum ruralem B. Mariae de Vermo Aquilegien. dioec. monasterio de Sexto O. S. B. ejusd. dioec., quod Petrus de Grimanis frater Hospitalis S. Joh. Hierosolymit. Dominici episcopi Portuen. germanus frater in commendam obtinet, ejus supplicationibus inclinatus perpetuo unit et incorporat. A. P. R. M. „Pastorale officium nobis ex alto commissum“ (Supra: — | Delius. Cabredo p. Comp. | Verdesotto. Coll. Amerin.) L. 994 f. 97, b.

1513.

8. Apr. (VI. Id. Apr.) | Romae apud S. Petrum

(2076) Francisco Marchioni Mantuae[1] gratias agit de observantiae sensibus expressis tum per literas, tum per oratorem Aloysium Gonzagam memor officiorum olim ab eo praestitorum multorum et magnorum rogatque, ut servata pristina voluntate a se exspectet, quae justus gratusque princeps bene de se et private et publice merito possit tribuere. „Nihil ad Nos novi et inexspectati“ (Sadol.) A. V. Brev. t. 5 (28) f. 42. Ed. Sadolet. ep. 8 p. 10.

— — —

(2077) Laur. Campeggio Feltrensi ep. et Cornelio Galanti apud Ducem Mediolan. internunciis mandat, ut omnem fidem habeant iis, quae a Bern. Bibiena quaestore eis scribentur. „Mandavimus Bern. Bib.“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. I ep. 30 p. 11.

— — —

(2078) Praeposito ecclesiae S. Sapientiae Titulensis Bachien. dioec.[2] concedit, ut ab ecclesiis circumvicinis oleum sanctum et chrisma accipere possit. A. P. R. M. „Cum curam pastoralis officii“ (Millinus | Casanova | Coll. H. d. C.) L. 991 f. 172. Ed. *Theiner*, Monumenta ad Hungariam sacr. spectantia. Romae et Pestini 1860 t. II p. 890. 891 doc. 796.

— — —

(2079) episcopis Quinqueecclesien. Vesprim. ac Vaciensi (inserta praeced. bulla) mandat ut eam exsequantur. „Hodie a nobis emanarunt literae“ (Script. iid.) L. c. f. 171. *Theiner* ib. p. 591 doc. 797.

— — —

(2080) Dionysio Porterio commendat paroch. ecclesiam B. M. Piperani seu de Piperano dioec. Montisregal., donec annum XVIII. attigerit et deinde illam confert ex nunc prout ex tunc et e converso. „Vitae ac morum honestas“ (Bemb. | Millin. Enckenw. | Casanova | Coll. H. d. C.) L. 991 f. 244.

— — —

(2081) Thomae de Binis confert paroch. ecclesiam S. Gaudentii loci de Thoreso et S. Petri de Bugalla Fesulan. dioec. „Vitae ac morum honestas“ (Ph. de Senis | Delius. Cabredo | Casanova) L. 992 f. 150.

— — —

(2082) Johanni Hays Mag. in art. et in medic., famil. Philippi ep. Tusculani archidiacono de Sabolio Cenoman. dioec., in commendam tradit Prioratum S. Sulpitii de Arguilla O. S. B. Ebroicen. dioec. „Literarum studia“ (Bemb. | Millin. Cheminart.) L. 998 f. 118.

— — —

(2083) Mag. Bernardum Wapolloski script. doct. et fam. creat Sedis Ap. notarium. „Pii Patris altissimi“ (Evangelista | Delius. Cheminart. | P. Marciaci) L. 992 f. 237, b; Lib. off. div. ann. 1211 f. 15.

— — —

(2084) Mag. Marcum de Caprilis cler. Terdon. dioec. decret. doct. item notarium creat. Id. init. (J. de Cesis) L. c. f. 15.

— — —

(2085) Martino de Spinosa Capell. et caus. P. A. audit. mandat, ut par. ecclesiam de Silfiac Veneten. dioec. vacantem per cessionem beneficiati tribuat Johanni Fraval cler. ejus dioec. „Grata familiaritatis“ (Colotius | Gratis de mand. Colardi | Cheminart. | F. de Harnia) L. 998 f. 244. Idem etiam L. 1002 f. 168.

— — —

(2086) Johanni Cruchet rectori paroch. ecclesiae S. Julitae Turonen. dioec. confert eam ecclesiam, cujus collatio ad Sedem Ap. devoluta erat. „Vitae ac morum“ (Sadol. | Colardi. Draco | D. de Comitibus | Coll. F. de Harnia) L. 994 f. 306.

— — —

(2087) Mag. Johannem Rebler cler. Salzburgen. J. U. doct. notarium Sedis Ap. creat. „Pii Patris altissimi“ (Ph. de Senis | Gratis de mand. Delius | Casanova | Coll. L. Amer.) L. 996 f. 7.

— — —

(2088—2089) Herveo Hauffort cler. Corisopiten. concedit pensionem an. 20 ducat. auri d. C. super fructibus ecclesiae de Silfiac Veneten. dioec. et Cavallic. et Asculan. episcopis ac Officiali Veneten. mandat, ut eam Herveo quoad vixerit persolvi faciant. „Vitae ac morum.“ — „Hodie dilecto“ (Castillion. | Gratis de mand. Salvius. Vives. | Verdes. | Coll. Attan.) L. 1072 f. 189, b; 190, a.

— — —

(2090) Decano et Thesaurario eccl. Calaguritan. ac. Officiali Calagurit. mandat, ut Johanni Bertrandi de Verante villa cler. Calagur. dioec. perpet. simplex beneficium in paroch. ecclesiis invicem unitis B. Mariae et S. Johannis loci de Verante villa dictae dioec. conferant. „Vitae ac morum“ (Carrotius | Gratis pro famil. script. Balbus. Gibraleon. | Andreae | Coll. Donat.) L. 1031 f. 13, b.

— — —

(2091) Mag. Silvio de Passerinis cler. Cortonen. notario et famil. suo assignat fructus et redditus ecclesiae paroch. S. Stephani de Plano Castilionis (Castelplanio) Aretin. dioec. eique ad ipsam quovis modo vacantem accedendi jus confert. „Grata devotionis“ (Evangelista | Balbus. Madrigal. | Coll. S. de Spol.) L. 1024 f. 222.

— — —

(2092) Annuit petitioni Mag. Bertrandi Clerici archidiaconi necnon Capituli ecclesiae Leonen., quod mensae capitulari dictae ecclesiae Leonen. paroch. ecclesia de Ploecolin

---

[1] Hunc Marchionem Julius II. creaverat S. R. E. Signiferum (Gonfaloniere) V. Non. 1510. *Du Mont*, Corps diplom. IV, I p. 131. Cf. Bemb. ep. nom. Leon. script. L. XV ep. 2. Obiit Marchio a. 1519.

[2] fort. Vaciensis (Waizen). Cf. *Peterffy*, Conc. eccl. Hung. t. 1 p. 52 seq.

1513.

ejusdem dioec. statim ac vacaverit perpetuo uniatur et incorporetur. A. P. R. M. „Inter cetera“ (Armellin. | Cheminart. Aloys. | Valtrini. | Coll. Attan.) L. 1011 f. 268.

8. Apr. (VI. Id. Apr.) Romae apud S. Petrum (2093) Sixto Zuchello decret. doctori famil. suo confert canonicatum et praebendam in eccles. Tarvisin. et ecclesiam de Medullo cum proventibus 240 ducat. auri. „Grata familiaritatis“ (Ph. de Senis | Gratis de mand. Suno. Vives | Questenberg | Coll. S. de Spol.) L. 1116 f. 264, b.

— — — (2094) Galhardo de Copiaco Priori Prioratus B. Michaelis de Alansaco O. S. A. Ruthenen. dioec. J. U. doctori, qui in Universitate Studii Tholosan. in Facultate juris canonici regens existit, Prioratum B. Mariae de Albintrio O. S. A. ejusdem dioec. in commendam tradit. „Religionis zelus“ (Sadolet. | Delius. Cabredo p. Comp. | F. de S. Johanne | Coll. Harnia) L. 993 f. 283, b.

— — — (2095) Gaspari de Acre cler. perpet. beneficiato in paroch. ecclesia oppidi de Meron Ispalen. dioec. dictum beneficium confert. „Vitae ac morum honestas“ (Sadolet. | Delius. Cabredo. | Tarin | Coll. Harnia) L. 993 f. 232.

— — — (2096) In favorem Gerii Valdambrun canonici Aretini famil. sui par. ecclesiam S. Stephani de Plano Castiglionis Aretin. dioec. canonicatui et praebendae ipsius, quamdiu illos obtinebit, unit et incorporat. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (A. Colotius | Gratis pro famil. R. Card. Vicecancell. | Delius | A. de Verdesotto | Coll. Donatus) L. c. f. 130.

— — — (2097) Petro Roquer perp. beneficiato ad altare S. Catharinae situm in ecclesia Barchinon. famil. suo confert ponsionem an. super fructibus beneficii simplicis unius sub Sacratissimi Corporis Christi in par. ecclesia B. Mariae de Mari Barchinon. et alterius similis beneficii sub S. Teclae invocationibus in dicta majori Barchinon. ecclesia ac alterius par. ecclesiae loci de Senis Urgellen. dioec. „Grata familiaritatis obsequia“ (Gratis pro famil. R. Vicecanc. | Millinus. Enckenw. | A. de Castillo | Coll. Attan.) L. 1008 f. 120.

— — — (2098) Johanni de Dominis archipresbytero ecclesiae Pagien. Jadren. dioec. fam. suo dictum archipresbyteratum confert. „Grata familiaritatis“ (Colotius | Gratis de mand. S. D. Colardi. Draco. | Verdesotto. Coll. Harnia) L. 995 f. 307 b.

— — — (2099) Laurentio Dromgle cler. Maguntin. Antonii Draco scriptoris familiari par. ecclesiae S. Martini in Stainkirchen Patavien. dioec. renuntianti pensionem annuam 31 floren. auri in auro Rhenan. sufficientis ponderis 24 duc. auri d. C. vel circa constituentium super fruct. dictae ecclesiae per Paulum Stalder ipsius rectorem solvendam assignat et pensione non soluta regressum ad eam concedit. „Vitae ac morum honestas“ (Armellin. | Gratis pro fam. script. Delius. Vives | Gerona. Coll. Amerin.) L. 994 f. 100, b.

— — — (2100) Johanni Gayo rectori par. ecclesiae S. Leodegarii prope et extra muros Gebennen. Johannis episcopi Aquilan. praelati domestici obsequiis insistenti dictam ecclesiam confert et Philibertum de Bona, Joh. de Lornay et Joh. Gangiatoris canonicos ecclesiae Gebennen. executores nominat. „Grata familiaritatis“ (Ph. de Senis. Gratis de mand. S. D. Millinus. Enckenw. | Casanova. Coll. Bucanus) L. 996 f. 69, b.

— — — (2101) Johannem Rebler cler. Saltzeburgen. U. J. doctorem, unum ex custodibus Conclavis, in quo Leo X. assumptus est, S. Sedis notarium creat. „Pii Patris altissimi“ (Ph. de Senis | Gratis de mand. Delius | Casanova. Coll. Amerin.) L. 996 f. 7.

— — — (2102) In favorem Bernardini Gutterii scriptoris et fam. sui ejusque successorum in prioratu, qui est dignitas sine praebenda in ecclesia Ispalen. cujusque fructus ad honestam prioris sustentationem non sufficiunt, unam ex integris portionibus ejusdem ecclesiae, quam primum vacare contigerit, praefato prioratui perpetuo unit et annectit. A. P. R. M. „Inter caetera nostrae sollicitudinis studia“ (Colotius | Cotini. Coll. Harnia) L. 994 f. 251, b.

— — — (2103) Petro Bibienae (n. 9) internuntio mittit tabellarium magnis itineribus, ut quam primum certior fiat, quid sit de foedere a republica ista cum Ludovico Gallorum Rege percusso [1], de quo nec legatus Venetus nec ipse Petrus verbum ullum nunciavit. „Allatum ad Nos est, Senatum istum Venetum.“ Ed. Bemb. L. II ep. 1 p. 11 Citat *Raynald* h. a. n. 31 p. 14.

— — - (2104) Renato de Monte Jechan canonico Andegaven. Prioratum S. Martini de Monte Jechan O. S. B. Andegav. dioec. commendat. „Nobilitas generis“ (Bembus | Millin. | Enckenw. | Jo. de Gais | Coll. H. d. C.) L. 997 f. 153.

— — — (2105) Mag. Gabrieli Barne Cantori ecclesiae Lauden. notario et familiari suo reservat Praeposituram domus S. Marini terrae Cremae Ord. Humiliator. Placentin. dioec.

[1] Revera id factum fuerat jam die 13. Martii 1513. *Du Mont* IV, I p. 182. Cf. *Ranke*, Opp. histor. t. 33. 34 p. 303.

1513.

„Apostolicae Sedis“ (Evangel. | Gratis de mand. De Bertinis. Gomiel. | De Gais. | Coll. Attan.) L. 1003 f. 266.

9. Apr. (V. Id. Apr.) Romae apud S. Petrum (2106) Alfonso de Mercado cler. Abulen. dioec. concedit jus regressus ad paroch. ecclesiam S. Andreae loci de Castill de Vaynella Abulen. dioec. „Vitae ac morum“ (Melfit. | Gratis de mand. Cheminart. Aloysius | De Verdes. | Coll. Attan.) L. 1014 f. 71, b.

— — — (2107) Guillermo Pardinelli Priori Prioratus S. Christophori de Pris Ruthenen. dioec. confert hunc Prioratum cum omnibus juribus. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Marciaci. Corbinus | Casanova | Coll. Donatus) L. 1046 f. 237.

— — — (2108) Mag. Francisco Cazinigo al. Curtio cler. Mediolan. scriptori et famil. suo Cantoriam ecclesiae Tuden. resignanti regressum ad eam concedit et Casertan. Tudert. et Asculan. episcopis mandat, ut in eventum regressus ei assistant. „Grata devotionis et familiaritatis“ (Blondus | Gratis pro socio. G. de Rubeis | Coll. Donat.) L. 1172 f. 296.

— — — (2109) Hieronymum de Alexiis de Fano terrae Corinaldi Potestatem (Praetorem) nominat. „Cum felicis record. Julius“ (Bemb.) Div. Cam. t. 63 f. 217.

10. Apr. (IV. Id. Apr.) — (2110) Petro Roquer [1] rectoriam paroch. ecclesiae S. Quirici Gerunden. eccl. confert. „Vitae ac morum honestas“ (Colotius) L. 1009 f. 64, b.

— (2111) Mag. Martinum Arsad canon. Burgen. Ap. Sedis notarium creat. „Pii Patris altissimi“ (De Cesis). Offic. div. an. L. 1211 f. 19.

— — — (2112) Aloysio Card. de Aragonia concedit prorogationem ad aliud biennium pro arrendatione fructuum ad mensam monasterii S. Stephani de Bosco Ord. Cisterc. Squillac. dioec. [2] pertinentium. „Dudum fel. record. Julius“ (Bembus) A. V. Brev. ad princip. et al. vol. 30 f. 8. Brev. t. 2 n. 6 (ubi n. 7. 8 petitiones d. d. 5. April.).

— — — (2113—2114) Nicolao Breill canonico Dolensi dictum canonicatum confert et Nanneten. episcopo et Oliverio Ferie Redonen. et Henrico Le Jer Maclovien. canonicis exsecutionem demandat. „Apostolicae Sedis“ — „Hodie dilecto filio“ (Sadolet. | Delius. Cabredo | Cheminart. | Coll. Donatus) L. 993 f. 217. 218.

— — — (2115) Johanni Maray de Billeyo rectori paroch. ecclesiae loci de Alondreyo Treveren. dioec. dictam ecclesiam et perp. capellaniam ad altare S. Spiritus situm in ecclesia de Vertonio (sic) Treveren. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Ph. de Senis | Gratis pro famil. script. Millinus | Valtr. | Coll. H. d. C.) L. 1138 f. 289.

— — — (2116) Guidoni Magno Magistro et conventui Rhodio Ord. Hierosol. nuntiat, se Vincentium militem Hieros. apud se retinuisse, et ideo rogat, ne eum ulla poena afficiant ex iis, quae statutae sunt adversus eos, qui superiorum dictis non paruerint. „Vincentium equitem Hierosolymitanum veterem familiarem“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 11.

— — — (2117) declarat, se Concilium Lateranense a praedec. indictum prosecuturum et ejusdem sessionem sextam die 27. April. habiturum. „Ad sancta.“ Ed. *Harduin*, Concil. t. IX p. 1668—1670.

— — — (2118) Alphonso Duci Ferrariae, qui salvum conductum petierat, concedit, ut in processione, quae crastino die ad Basilicam Lateranensem pro capienda possessione ibit, eo loco intersit, quem ejus progenitor habiturus fuisset. „Ut nostram in Nobilitatem tuam“ (Sadolet.) A. V. Brev. ad princip. vol. 5 (28) f. 1. [3]

— — — (2119) eidem remissionem concedit, quod veniam petiit et culpae non minimam partem redemit. „Quia illius vices sustinemus in terris.“ L. c. f. 23. [4]

11. Apr. (III. Id. Apr.) — In festo S. Leonis I. die anniversaria ejus capturae apud Ravennam facta solemni equitatione ad Lateranum pergit sacrae possessionis causa (P. de Grassis Diar. f. 26). Cf. *Roscoe* l. c. p. 19.

— — — (2120) Raphaelo Besalu et sociis apud Venetos mercatoribus mandat, ut omnem pecuniam habitam ex rationibus Michaelis episc. Monopolitan. Petro Bibienae internuntio quam primum tradi curent. „Mandamus vobis“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 3 p. 12.

— — — (2121) Antonio Mariae March. Pallavicino declarat suum in eum et in ejus fratres amorem et voluntatem cum prima occasione eum vocandi, ut in pontificio exercitu egregium locum habeat. „Tuam quidem et fratrum tuorum“ (Bemb.) Ed. L. II ep. Bemb. ep. 4 p. 12.

---

[1] Cf. supra n. 1493. 2097.

[2] S. Stefano del Bosco in Calabria. *Janauschek* p. 123 n. 316.

[3] Secundum Paridem de Grassis f. 27 Papa Ducem a Julio II. depositum *„absolvit cum reincidentia tolerando quod possit intervenire etiam in habitu ducali, prout fuit“.*

[4] Hoc Breve dato caret. Alphonsus Julio II. mortuo aliquot terras Romanae Ecclesiae occuparat et Regium Lepidum invadere conabatur; sed a civibus repulsam tulit, ut refert Pancirolus Hist. Regien. L. VI p. 422. Regii 1847. Quod aliquot loca restituit, ei via fuit ad reconciliationem.

1513.

11. Apr. (III. Id. Apr.) | Romae apud S. Petrum | (2122) Nicolao Mliczky canonicatum et praebendam in ecclesia Plocensi confert. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Gratis pro famil. R. D. Vicecancell. De Liazariis. Enckenw. p. Comp. | Cheminart. | Coll. Amerin.) L. 1053 f. 93.

12. Apr. (prid. Id. Apr.) | — | (2123) Johannem Paulum Balionem Perusinum hortatur, ut studio et favore adjuvet Matthaeum familiarem suum missum Perusiam ad perquirendum Nicolaum Foroliv., quem isthic latere certior factus est, et ad curandum, ut is in custodia habeatur. „Mittimus Matthaeum familiarem nostrum“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 5 p. 12.

— — | — | (2124) Fernando de Perimilio cler. Calagurit. beneficia perp. simplicia in ea dioecesi concedit. „Vitae ac morum honestas“ (Colotius | Delius. Cabredo) L. 992 f. 145.

— — | — | (2125) Baptistae et Johanni quondam Hieronymi de Brasichelle remittit et condonat debitum salis 74 ducatorum pro communitate de Brasichelle per eos habiti Camerae Ap. solvendorum. „In minoribus constituti“ (Tuerd. | Coll. Bucan.) Div. Cam. t. 63 f. 16.

— — | — | (2126) Antonio de Valle cler. Theanen. famil. suo confert pensionem an. super fruct. Prioratus S. Joh. de Capua Hospital. S. Joh. Jerosol. „Grata familiaritatis obsequia“ (P. Bembus | Delius. Enckenw. Cabredo p. Comp. | Coll. Donat.) L. 1008 f. 280.

— — | — | (2127) Bernardo de Bibiena Thesaurario mandat, ut quolibet mense de pecunia aluminum solvat 8 duc. Cechoto de Castilione famil. suo. „Mandamus, qualiter“ (N. de Camp. J. Cavallic.) Div. Cam. L. 63 f. 118.

— — | — | (2128) Petro Magantelo canonico Cretensi[1] canonicatum et praebendam in dicta ecclesia confert. „Vitae ac morum“ (Evangel. | De Rizonibus. Gerona | Cyprianus | Coll. De Harnia) L. 1042 f. 53.

— — | — | (2129) Albertino de Marcheville confert paroch. ecclesias invicem unitas S. Vedasti Tullen. et S. Remigii de Layo prope fagum ejusdem dioec. „Apostolicae Sedis“ (Sinc secretario | Delius. Cabredo p. Comp. | Cheminart. | Coll. Donat.) L. 1010 f. 161.

— — | — | (2130) Stanislao Myelzynsky confert canonicatum et praebendam in eccl. Plocensi una cum paroch. ecclesia in Crolebbo ejusd. dioec. exsecutionem committens archiepiscopo Regien. et ep. Cavallic. et Officiali Gueznensi. „Nobilitas generis“ (Colotius | Gratis de mand. Draco Colardi | Cabredo | Coll. S. de Spol.) L. 1024 f. 22. *Theiner*, Monum. Polon. t. II. p. 349.

— — | — | (2131) Alfonso de Verdesotto integro portionario ecclesiae Oveten. scriptori et fam. suo dictam integram portionem et perpetuam Capellaniam ad altare S. Agnetis in par. ecclesia S. Petri de Grado Oveten. dioec. confert, et episcopis Cavallicen. et Asculan. ac Officiali Oveten. exsecutionem committit. „Grata devotionis“ (Ph. de Senis | Marciaci | Coll. M. de Campania) L. 995 f. 213 b.

— — | — | (2132) Thomae Rocart rectori paroch. ecclesiae de Montreul Lexovien. dioec. familiari suo istam ecclesiam confert et episcopo Millopotamen. et Officialibus Redonen. et Lexovien. mandat, ut eum in possessionem inducant. „Grata familiaritatis“ (Evangelista | Gratis de mand. S. D. Millinus. Enckenw. | Cheminart. Coll. Attanant.) L. 995 f. 236.

13. Apr. (Id. Apr.) | — | (2133) Episcopi Eugubini in spirit. vicario gen. et Priori ejus ecclesiae mittit inclusam supplicationem Card. Agen., ut ad exsecutionem contentorum in ea procedant. „Mittimus vobis“ (Sadol.) Brev. a. 1513. 1514 vol. 2 n. 4.

— — | — | (2134) Laurentio Taillefer perp. vicario ecclesiae paroch. de Kulipatrik Glasguen. dioec. Mag. in art. tribuit indultum quoad beneficia. „Cum dudum felicis record. Julius“ (Sadol.) L. c. n. 5. Brev. ad princ. t. 30 f. 5.[2]

— — | — | (2135) Francisco Pulicae respondet, probari sibi ejus diligentiam et alacritatem Bertinori Decurionum in accipiendis suis mandatis; si Bertinoriani abunde satisfecerint culpamque cognoverint, milites in eorum agrum non accessuros aut quam primum discessuros; de priori temeritate judicet Bononiae Magistratus, cui Alexandrum Navium custodiae mandatum mittat; recte omnibus constitutis ad se redeat. „Et diligentia tua in nostris mandatis peragendis“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 6 p. 12.

— — | — | (2136) Bononiae Magistratui Altobello Polae episc. de iisdem rebus mandat, ut de Alex. Navio diligentem quaestionem habeat ad veritatem admissi facinoris investigandam, accuratam relationem mittat et de Nicolao Foroliv. a Balione tradendo perquirat, atque ejus prudentiae committit de Prioris Bertinorianorum audacia poenas sumere. „De Alexandro Navio“ (Bembus) Ed. Bemb. L. II ep. 7.

— — | — | (2137) Cavallic. et Alex. episcopis et vicario gen. Salutiarum mandat, ut Johanni Galeatio Boschetto cler. Mutin. famil. suo praebendam et canonicatum in ecclesia Sa-

---

[1] Creta (Candia) insula 1201—1669 erat sub ditione Veneta et latinos archiepiscopos habuit. *Le Quien*, Oriens christ. t. III p. 907. *Moroni* t. 7 p. 212. *Gams* p. 400 seq.

[2] Posteriori vol. ponitur ad diem 7 April.

1513.

lutiarum assignent. „Grata familiaritatis obsequia“ (Colotius | Colardi | Benedictus | Coll. Bucan.) L. 997 f. 9, b.

13. Apr. (Id. Apr.) Romae apud S. Petrum (2138) Ducem Urbini monet, ut faveat commissario suo ad hoc deputato, ut seditiones in civitatibus pontificiae ditionis, praesertim in Fanensi civitate, concitatas diligenter reprimat. „Cupientes quantum cum Deo poterimus, factiones et discordias civitatum Nobis et S. R. E. subditarum componere“ (fort. Sadol.) Brev. t. 30 f. 45.

— — — (2139) Antonio Partutii de Castro Porchari Amerinae dioec. confirmat absolutionem a reatu homicidii per Julium II. datam, quamvis literae expeditae non fuerint. „Dudum fel. rec. Julius“ (Sadol.) Brev. t. 30 f. 10 t. 2 n. 9.

— — — (2140) Franciscum Pipum de Pisis constituit Gubernatorem provinciarum Campaniae et Maritimae. „Cupientes provincias nostras.“ Div. Cam. t. 63 f. 17.

— — – (2141) Mag. Onuphrium de Bartolinis cler. Florentin. Ap. Sedis notarium creat. „Pii Patris altissimi“ (Colot.) L. offic. 1211 f. 43.

— — — (2142) Johanni de la Carra cler. Tirascon. dioec. confert canonicatum et praebendam in eccl. Calagurit. „Vitae ac morum“ (Colotius | Gratis de mand. Marciaci | De Rosal. | Coll. S. de Spol.) L. 1180 f. 193.

— — — (2143) Alexandro S. Eustachii diac. Card. confert canonicatum et praebendam eccl. Tarvisin. necnon parochiales ecclesias S. Mariae de Meolo, S. Jacobi de Hudecco Tarvisin. et Ceneten. dioec. „Dum exquisitam“ (Melf. | Gratis pro Card. De Comitibus | Coll. Attan.) L. 1026 f. 252, b.

— — — (2144) Mag. Benedicto Gentili cler. Januen. scriptori et famil. suo pensionem an. 24 ducat. auri d. C. super proventibus praebendae canonicalis Toletan. assignat. „Grata devotionis et familiaritatis obsequia“ (J. B. Nasius | L. Valtr.) L. 1012 f. 264, b.

— — — (2145) Dominico de Magnanis cler. Ferrarien. confert pensionem an. super fructibus paroch. ecclesiae S. Stephani Ferrarien. cum jure regressus. „Grata familiaritatis obsequia“ (F. Armellinus | Gratis de mand. Cabredo p. Comp. | Cotini | Coll. De Camp.) L. 1002 f. 16.

— — — (2146) Mag. Johanni de Loaysa cler. Zamoren. decret. doct. liter. ap. abbreviatori fam. suo concedit beneficium in eccl. S. Stephani Ispalen. „Grata devotionis et familiaritatis obsequia“ (Castillion.) L. 992 f. 55, b et

— — — (2147) episcopos Cavallic. et Castellimar. et Cantorem eccl. Ispal. monet, ut illum in possessionem inducant. „Hodie dilecto filio.“ L. c. f. 58.

— — — (2148) Aloysio Card. S. Mariae in Cosmedin concedit indultum quoad beneficia in dioec. Barchinon. „Ad personam tuam“ (Delius) L. 992 f. 250.

— — — (2149) Episcopo Cavallic. et archidiacono ac Francisco Lupi canonico eccl. Pacen. mandat, ut Christophoro de los Rios cler. Ispal. conferant unum in *de Sierra de Fuentes* et aliud in de *Torre Galgas* invicem unitis ac reliquum in *de Torrequemada* locorum eccl. Caurien. dioec. beneficia *Sacristia* nuncupata cum facultate eidem tributa ea in posterum resignandi favore cujuscumque personae idoneae per ipsum nominandae. „Grata devotionis“ (Evangel. | A. de Verdes.) L. 993 f. 12.

— — — (2150) Priori et Cantori et Thesaurario saecularis et collegiatae ecclesiae S. Julianae oppidi de Sanctillana Burgen. dioec. mandat, ut Johanni de Herrera cler. Burgen. canonicatum et praebendam ecclesiae SS. Emeterii et Celidoni oppidi de Sanctander conferre curent. „Vitae ac morum honestas“ (Ph. de Senis | Gratis pro famil. scriptoris. Millinus. Enckenw. | Verdes. | Coll. H. d. C.) L. 993 f. 45.

14. Apr. (XVIII. Kal. Mai.) — (2151) Raymundo Chatti canonico Vasaten. monasterium S. Salvatoris de Blanna O. S. B. Burdegal. dioec.[1] ad biennium in commendam dat. „Nobilitas generis“ (Sadoletus | Colardi. Salvius | F. de Vega | Coll. H. d. C.) L. 997 f. 106.

— — — (2152) Philippo Vauchard, qui in Universitate Studii Dolae actu studens et in XVI. aetatis annno constitutus existit, rectoriam Hospitalis pauperum S. Sepulchri oppidi de Salinis Bisuntin. dioec. et paroch. eccles. de Bomaille dictae dioec. illi perpetuo unitam confert. „Gerentes in desideriis“ (Evangelista | Suno | Gais | Coll. Bucan.) L. 1005 f. 126.

— — – (2153) Petro de Ecclesia confert Cantoriam in ecclesia Vasaten. exsecutionem demandans Vasaten. Burdegalen. et Agenn. Officialibus. „Vitae ac morum“ (Colotius | Draco. Colardi | Vega | Coll. H. d. C.) L. 1017 f. 53, b. Idem L. 1050 f. 5 (ubi: Colotius | De Rizonibus. Gerona | Madrigal. | Coll. Donatus).

— — — (2154) In favorem Claudii de Bellagarda parochiales ecclesias SS. Martini Chaperiaci et Mauricii Montagniaci Gebenen. dioec. invicem unitas ecclesiae Cleriaci Tarantasien. dioec., quam Claudius obtinet, quamdiu illam obtinuerit, unit et annectit. A. F. R.

[1] St. Sauveur en Blaye. Cf. Gallia christ. t. 2 p. 880.

1513.

M. „Romanum decet Pontificem“ (Bembus | Millinus. Enckenw. | F. de Vega. Coll. Hip. de Cesis) L. 993 f. 300.

14. Apr. (XVIII. Kal. Mai.) — Romae apud S. Petrum — (2155) Ad preces Guardianorum villae *Amelete* de Bevency sitae infra limites parochiae de Burnham Lincolnien. dioec. confirmat literas Julii II., qui sententiam contra vicarium perpet. dictae parochiae latam in causa, quam habebant cum ipso de animarum cura per ipsum ac per presbyterum ab ipso deputandum ac suis sumptibus in eadem capella manutenendum exercenda approbaverat et coemeterium inibi instituerat. Declarat eas literas vi sua pollere licet surreptionis insimulatas. „Honestis petentium precibus“ (Millinus. Enckenw. | J. de Madrigal. | Coll. Donat.) L. 1008 f. 142.

— — — (2156) Arnaldo Beraldi decano ecclesiae S. Stephani de Testone prope et extra muros Montisalbani baccal. in decretis jus ad monasterium B. Mariae de Benedictione dictum alias de Nizorsio Cisterc. Ord. Convenarum dioec.[1], ad cujus possessionem Joh. Terrade et Jacobus de Denesia aspirabant, confert. „Romani Pontificis“ (Colotius | De Liazariis. Ingenwinckel | De Radicibus | Coll. H. d. C.) L. 1045 f. 259.

— — — (2157) Roberto de Chassaigne can. Lemovicen. dioec. commendat Prioratum S. Petri de Medulio O. S. A. Burdegalen. dioec. „Literarum scientia“ (Sadol. | Delius. Cabredo. | De Comitibus | Coll. Bucan.) L. 991 f. 226.

— — — (2158) Gilberto de Fine Priori Prioratus Belliloci O. S. A. Lugdun. dioec. confert paroch. ecclesiam S. Portiani supra Bebram Eduens. dioec. „Religionis zelus“ (P. Millinus | De Comitibus) L. c. f. 242.

— — — (2159) episcopo Cavallic., et A. Vineo canon. Barchinon. et Officiali Gerunden. mandat, ut Johannem Tarin cler. Caesaraugustan. scriptorem suum et familiarem adjuvent in assecutione beneficiorum simplicium Terraconen. et Gerunden. dioec. „Grata devotionis“ (Evangel. | De Verdesotto | Coll. Bucan.) L. 992 f. 297.

15. Apr. (XVII. Kal. Mai.) — — (2160) Mag. Joh. Tarin praedicto Portionario in eccl. Caesaraugustan. O. S. A. simplex beneficium per clericos saeculares teneri solitum in ea eccl. confert. Init. ut supra (Colotius | Saldus) L. 998 f. 23 a.

— — — (2161—2162) Bernardo de Bibiena beneficia confert in Toletana et aliis dioecesibus bino diplomate, Utrumque incipit G. D.[2] (Castillion.) L. 992 f. 93, b et f. 98, a.

— — — (2163) Didacum de Leon cler. Calagurit. baccal. in decr. filium patrimonialem nominat nonnullarum parochiarum ejus dioec. L. S. (P. de Cesis | Gratis. Delius. Cabr. Valtr.) L. 992 f. 61.

— — — (2164) Petrum Laquerii rectorem paroch. ecclesiae S. Johannis de Torcularibus Lugd. dioec. creat Ap. Sedis Accolitum Capellanum. „Virtutibus clarens et meritis“ (Casanova) Off. div. an. L. 1211 f. 20, b.

— — — (2165) Petro de Janenello jun. presbytero Petragor. baccal. in decr. confert parochialem ecclesiam Prioratum nuncupatam S. Martini de Friussauges dioec. Petragor. „Literarum scientia“ (Sine secret. | Millin. Enck. | Cotini | Coll. H. d. C.) L. 998 f. 95, b.

— — — (2166) Andream Pauli laicum Beneventanum propter homicidium in civitate Montisflascon. perpetratum capitis damnatum ob magnum ejus dolorem absolvit et a supplicio liberat. „Nuper nobis exponi fecisti“ (Sadol.) Brev. vol. 30 f. 12 vol. 2 n. 10.

— — — (2167) Marco ep. Praenestino reservat fructus ex monasterio B. M. de Terrano O. S. B. Syracusan. dioec.[3], quod in commendam impetratum nunc cessit. „Romani Pontificis providentia circumspecta“ (Ph. de Senis | Benedictus | Coll. H. d. C.) L. 998 f. 160, b.

— — — (2168) Petro Orieres presb. Caturcen. dioec. confert Prioratum de Tussonio Ord. Fontisebraudi Engolismen. dioec. „Vitae ac morum“ (Colotius | De Bertinis. Gomiel. | Benedictus | Coll. Donat.) L. 1010 f. 261.

— — — (2169) confirmat in omnibus Julii II. decretum, quo rogantibus Sculteto, consulibus et universitate oppidi Friburgen. Lausann. dioec. plures parochiales ecclesias capitulari mensae ecclesiae S. Nicolai Friburg. in collegiatam erectae univerat, et quum ipse Leo X. omnium unionum effectum non sortitarum revocationem decrevisset, unionem illam parochialium ecclesiarum et nonnullorum Prioratuum cum ea collegiata denuo sancit. A. P. R. M. „Ex suscepto servitutis officio“ (Colotius | Delius. Cabredo. Gratis de mand. | J. de Madrigal. | Coll. F. de H.) L. 991 f. 316.

— — — (2170) Matthiae Prusmovski rectori paroch. ecclesiae in Czolcwo Plocen. dioec. dictam ecclesiam per obitum Michaelis episc. Margariten. vacantem confert. „Vitae ac morum“ (Sine secretario | Suno. Bertrandi | Coll. Attan.) L. 1005 f. 236, b.

---

[1] Notre Dame de Benissons-Dieu ou de Nizors Dioc. de Cominges. Cf. Gallia christ. t. 1 p. 1118. *Janauschek* t. 1 p. 484 n. 471.

[2] In sequentibus initium *Grata devotionis obsequia* exprimitur literis G. D., *Grata familiaritatis et devotionis obsequia* per G. F. et D., *Grata familiaritatis obsequia:* G. F. Per literas L. S. initium: *Literarum scientia,* per N. G. illud: *Nobilitas generis.*

[3] De hoc monasterio vide Roch. Pirr. in Sicil. sacr. Not. II L. III p. 676 seq.

1513.

15. Apr. (XVII. Kal. Mai.) Romae apud S. Petrum

(2171) Alexandro de Merula cler. Veronen. reservat pensionem super paroch. ecclesiae S. Zenonis de Rupe clara Veronen. dioec. fructibus. „Vitae ac morum“ (Castillion. | Marciaci | Corbinus | Bertrandi | Coll. H. d. C.) L. 1024 f. 291.

— — — (2172) Antonio Mariae de Merula cler. Veronen. (fratri praedicti Alexandri) pariter pensionem assignat ex eadem eccl. „Laudabilia“ (Script. ut supra) L. c. f. 312, b.

— — — (2173) Guillelmo George Licent. in legibus confert paroch. ecclesiam de la Flamengiere Laudunen. dioec. L. S. (Carrotius | De Rizonibus. Gerona | Cheminart. | Coll. Donat.) L. 1045 f. 83.

— — — (2174) Petente Thoma tit. S. Martini in Montibus presb. Card. Strigon. approbat Julii II. literas, quibus visitantibus et defendentibus ecclesiam S. Sapientiae loci Tituliensis Bachiensis dioec. in faucibus infidelium consistentis plenariam indulgentiam concessit. A. P. R. M. „Pastoris aeterni, qui, ut humanum genus redimeret, in ara crucis immolari non abnuit“ (Ponzettus | Gratis de mand. D. N. P. Millinus | Casanova. | Coll. H. d. C.) L. 999 f. 117. Ed. *Theiner*, Monum. Hungar. t. II p. 591—593 doc. 798.

— — — (2175) Zagrabien. et Quinquecclesien. et Vesprimien. episcopis mandat, ut dictam indulgentiam exsequi et publicare curent. „Hodie a nobis“ (Scr. ut supra) L. 999 f. 119, b. [1]

— — — (2176) Pontio de la Greze canonico et decano Lucionen. confert canonicatum et praebendam in dicta ecclesia mandans decano eccl. Pictaven. ac Pictaven. et Lucionen. Officialibus, ut eum in canonicum receptum inducant in possessionem decanatus, qui inibi major post pontificalem dignitas existit. „Vitae ac morum“ (Blondus | Balbus. De Baena | De Radicibus | Coll. H. d. C.) L. 1028 f. 241, b.

— — — (2177) Antonio Dominici rectori *Priori* nuncupato paroch. ecclesiae *Prioratus* nuncupatae S. Saturnini de Coyrano Nemausen. dioec. confert dictam ecclesiam. „Sedes Apostolica“ (Colotius | Salvius. Bertrandi p. Comp. | Cyprianus | Coll. H. d. C.) L. 1181 f. 432, b. [2]

— — — (2178) Johannem Guerin confirmat abbatem monasterii de Nogento subtus Coussiacum O. S. B. Laudunen. dioec. [3] „Summi dispositione rectoris“ (Evangelista | L. de Bertinis. Gomiel. | J. de Madrigal. | Coll. Attan.) L. 1002 f. 75.

— — — (2179) Petro Bourgoys canonico ecclesiae S. Honorati Parisien. J. U. Lic. confert monasterium de Rupe O. S. A. Paris. dioec. in commendam una cum canonicatu et praebenda in dicta ecclesia ac Capellania ad altare majus in eccl. S. Jacobi Peregrinorum Paris. „Romani Pontificis“ (Armellin. | Suno. Baena. | De Castillo | Coll. Attan.) L. 1051 f. 160.

— — — (2180) Johanni Gentil monacho monasterii B. Mariae de Valentia Cisterc. Ord. Pictaven. dioec. [4] Prioratum S. Joh. de Montasay S. B. seu S. Aug. aut Fontisebraudi aut alterius Ord. Pictaven. dioec. confert. „Religionis zelus“ (Colotius | J. de Cesis) L. 1060 f. 279, b.

— — — (2181) Petro Marchant canon. Turonen. canonicatum et praebendam in eccl. Turonen., quos olim Petrus Blondelet obtinebat, confert. „Vitae ac morum“ (Sadolet. | Colardi. | Cheminart. | Coll. H. d. C.) L. 1034 f. 255.

— — — (2182) Francisco Sassona (melius: Solsona cf. n. 2186) canonico ecclesiae Illerden. simplex beneficium sub invocatione annuntiationis seu exspectationis partus B. Mariae in ecclesia Illerden. permutationis causa dimittenti Canonicatum et praebendam ejusdem ecclesiae confert. „Apostolicae Sedis circumspecta benignitas“ (Supra: — | Delius. Cabredo p. Comp. | Madrigal. Coll. Campania) L. 995 f. 55.

— — — (2183) Gerardo Thouret cler. Virdunen. mag. in artibus pensionem annuam super fructibus par. ecclesiae S. Andreae de Giranisin Tullen. dioec. assignat. L. S. (Gratiadei | Gratis p. script. archivii. Cyprianus | Cabredo. Coll. Attanant.) L. 1148 f. 96.

— — — (2184) Jacobo Prexana cler. Vicen. dioec., qui omni juri in simplici beneficio ad altare S. Andreae in ecclesia B. Mariae de Mari Barchinonen. sibi competenti („hodie“) cedit, pensionem annuam super fruct. perpetui beneficii ad altare S. Jacobi in ecclesia Barchinonen. per Johannem Vandrel, cui de praedicto beneficio providet, solvendam assignat. „Vitae ac morum honestas“ (Scutarius | Suno. J. de Lerma | F. de Vega. Coll. Bucanus) L. 1171 f. 92, b.

— — — (2185) Petro Pineau presb. Parisien. baccal. in decret. prioratum S. Columbae de Bailliaco O. S. B. Trecen. dioec. commendat; praeposito ecclesiae Fesulanae et Officialibus

---

[1] In utroque doc. est XVII. Kal. Mai., non VII.

[2] Idem cum initio „Vitae ac morum“ L. 1070 f. 156, ubi iidem scriptores; pro collatione solum loco Hippolyti d. C. stat: Bucanus.

[3] Notre Dame de Nogent sous Couci Dioc. de Laon. Gallia christ. t. 9 p. 602 seq.

[4] N. D. de Valence. Gallia christ. t. 2 p. 1359. *Janauschek* t. 1 p. 233 n.

1513.

Turonen. et Trecen. exsecutionem committit. L. S. (Sadolet. | Delius. Cabredo. Cheminart. Coll. Harnia.) L. 994 f. 248.

15. Apr. (XVII. Kal Mai) — Romae apud S. Petrum — (2186) Ludovico Gales cler. perpet. beneficiato in ecclesia Illerden. permutationis causa canonicatum hujus ecclesiae dimittenti simplex beneficium sub invocatione annuntiationis seu exspectationis partus B. M. V. in eadem ecclesia, quod Franciscus Solsona antea obtinebat, confert et episcopis Militen. et Cavallicen. ac Offic. Illerden. exsecutionem demandat. „Apostolicae Sedis circumspecta benignitas“ (Colotius | Gratis de mand. S. D. | Millinus. Enckenw. | Castillo. Coll. Attanant.) L. 996 f. 197.

16. Apr. (XVI. Kal. Mai.) — -- (2187) Dominicum Blasii de Urso laicum de terra Vissi Spoletan. dioec. ob homicidium capitis damnatum cum bonorum omnium confiscatione considerato magno ejus dolore a poena liberat et infamiae maculam abolet. „Nuper nobis“ (Sad.) Brev. t. 2 n. 11. 12.[1]

— — — — (2188) Mag. Gabrieli Barno cantori eccles. Lauden. confert Praeposituram domus S. Marini terrae Cremae Ord. Humiliat. Placent. dioec. „Apostolicae Sedis providentia circumspecta“ (Evangel. | Delius. Vines. | De Gais | Coll. H. d. C.) L. 992 f. 110, b.

— — — -- (2189) Nicolao Bacler Mag. in art. confert decanatum ecclesiae B. Mariae in Vineis Suessionen. principalem ibi dignitatem. L. S. (Sadolet. | Colardi. Draco. | A. de Cast. | Coll. H. d. C.) L. 998 f. 229.

17. Apr. (XV. Kal. Mai.) Dom. III post Pascha — invitatus a societate Annunciatae equitando perrexit ad ecclesiam Minervae, ut interesset solemnitati in honorem Virginis Annunc., quae ad praedictam diem translata fuerat. Absoluta Missa per episcopum Umbriacen. celebrata Papa remisit viros ejus societatis ad Thesaurarium suum, ut ab eo acciperent mille ducatos auri pro puellis nubendis, interea eidem dedit centum aureos, alios vero aureos 20 obtulit super altare pro reparatione bibliothecae fratrum. Post puellae numero 50 adductae sunt ad Papam, qui cuique dedit marsupium cum 100 florenis, prout mos erat (Par. de Grassis f. 32).

— — — (2190) Roberto tit. S. Anastasiae presb. Card. commendat monasterium S. Juliani O. S. B. Turon. dioec. „Romani Pontificis“ (Infra: Millinus. | Cheminart. | H. d. C.) L. 1006 f. 90.

— — — — (2191) eidem dat jus conferendi beneficia reservata in dioec. Redonen. „Personam tuam“ (Script. iid.) L. c. f. 91, b.

— — — — (2192) episcopis Cavallic. et Bisign. et Officiali Calagurit. mandat, ut Didaco Beltran cler. Calagur. dioec. conferant simplex beneficium perp. patrimoniale in duabus par. eccl. unitis ejus dioec. „Vitae ac morum“ (Ph. de Senis | Millin. Enckenw. | Tarin | Coll. H. d. C.) L. 991 f. 199.

— — — — (2193) Johanni Carle baccal. in decretis, Mag. Johannis Beka scriptoris familiari, confert ecclesiam paroch. de Vichelle Cameracen. dioec. et episcopo Milopotamen. et Praeposito ecclesiae S. Andreae Colonien. ac Officiali Cameracen. mandat, ut eum inducant in corporalem possessionem. L. S. (Gratiadei | Gratis pro fam. script. Millinus. W. de Enckenw. | J. de Cesis | Coll. H. d. C.) L. 993 f. 247, b.

— — — — (2194) Franciscum Mariam Urbinatium Ducem et militum praefectum confirmat in munere, quod sub Julio II. patruo suo cum stipendio 13084 aureorum alioque pro alendis militibus obtinuerat. „Et virtus et diligentia“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 8 p. 13.

— — — — (2195) Johannem Bapt. Branconium laicum Aquilanum deputat Custodem Portus Padi prope et extra muros civitatis Placentiae. „Exigit virtus et probitas tua“ (probab. Sadol.) Brev. ad princip. vol. 30 f. 31.

— — — — (2196) Mag. Aloysio de Rossis cler. Florent. notario et famil. suo concedit Prioratum O. S. B. Gebenn. dioec., quem Carolus episc. Gebenn.[2] in commendam habuerat. G. D. (Colotius | Millin. Enckenw. | Aloys. | Coll. Attan.) L. 1001 f. 115, b.

— — — — (2197) eidem commendat S. Georgii in Sabaudia ac de Aquis necnon S. Pauli Chiudriaci ac de Vion in Contagina et S. Seyssiaci necnon S. Genisii prioratus S. Aug. et S. Ben. Cluniacen. respective ordinum atque par. ecclesiam de Jasseron locorum Gratianopolitan. et Gebennen. ac Bellicen. necnon Lugdunen., quos Carolus episcopus Gebennen. dum vixit, in commendam obtinebat. G. D. (Sadolet. | Gratis de mand. Delius | Cheminart. Coll. Attanant.) L. 1081 f. 44.

— — — — (2198) eidem concedit privilegium circa beneficia assequenda. G. D. (Sadolet. | Cheminart. | Delius | Coll. Attan.) L. 992 f. 53.

— — — — (2199) episcopis Milopot. et Cavallic. ac Officiali Gratianopolit. mandat, ut adjuvent Antonium Card. S. Vitalis, cui confert vacantem Prioratum S. Antonii de Cham-

[1] Adscribitur modo XI. Kal. Mai (21. April.), modo XVI. (16. Apr.)
[2] Carolus de Seyssel † 12. April. 1513. *Gams* p. 278.

1513.

benaco O. S. A. Gratianopolit. dioec., in capienda possessione. „Ad personam dilecti filii nostri A.“ (Ph. de Senis) L. 992 f. 163.

17. Apr. (XV. Kal. Mai.) Dom. III post Pascha — Romae apud S. Petrum — (2200) Ludovico Alvari confert paroch. ecclesiam S. Mariae de Pordio Egitanen. dioec. G. F. (Ph. de Senis | Gratis de mand. Colardi. Gerona | Coll. H. d. C.) L. 1007 f. 227. Idem L. 991 f. 271, b.

(2201) Annae Francorum Reginae et Britanniae Ducissae [1] commendat Johannem abbatem, quem monasterio S. Melani [2] prope et extra muros Redonen. O. S. B. praeficit. „Hodie monasterio“ (Infra: Colardi. Draco | Cotini | Coll. Attan.) L. 996 f. 162.

18. Apr. (XIV. Kal. Mai.) — (2202) Vasinum episcopum Placentinum, qui a Julio II. utpote Pisano conciliabulo favens dioecesi spoliatus fuerat, poenitentem facti restituit revocando praedecessoris decreta. „Cum sicut nobis exponi fecisti“ (B. Tuerdus) Div. Cam. t. 63 f. 13, b. [3]

— — — (2203) Gasparem de Cantileriis Cantorem eccles. Cremonen. famil. suum ob sua servitia S. Palatii et Aulae Lateran. Comitem Palatin. creat. „Constantis fidei“ (Ph. de Senis | Gratis de mand. Millinus | Cheminart. | Coll. S. de Spol.) L. 1025 f. 416, b.

— — — (2204) In favorem Johannis de Herrera rectoris paroch. ecclesiae S. Vincentii de Villamor Lucen. dioec. Mag. Laurentii Pucii liter. apost. abbreviatoris et Datarii familiaris, ex decreto Julii II. dictae ecclesiae, quamdiu illam obtinuerit, paroch. ecclesiam S. Jacobi de Fretupeforsam ipsi sub Bartholomaeo Gundisalvo unitam unit et incorporat et episcopis Troiano, Cavallic. et Aquilano mandat, ut eum in possessionem earum ecclesiarum unitarum inducant. R. C. (Evangelista | Gratis p. script. Arch. Suno. Baena | Verdesotto | Coll. H. d. C.) L. 1149 f. 118.

— — — (2205—2206) Bernardo de Miranda cler. Burgen., cui Julius II. permutationis causa resignationem paroch. ecclesiae loci de Camarlas Elnen. dioec. permisit, confirmat beneficium in villa Struani a Didaco Pardo cler. Burgen. dimissum et episcopis Cavallic. et Bisignian. ac Officiali Burgen. mandat, ut eum in possessionem beneficii inducant. R. C. „Dudum“ (Evangel. | Gratis de mand. Millinus | A. de Verdes. | Coll. H. d. C.) L. 997 f. 139. 141. [4]

— — — (2207) Petro de Medina cler. Carthaginen. dioec. concedit jus regressus in *portionem* dictae ecclesiae. „Vitae ac morum“ (A. Colotius | Gratis de mand. C. de Liazariis. Ingenwinckel. | F. de S. Johanne | Coll. B. de Alex.) L. 1065 f. 203.

— — — (2208) Guillelmo de Ambussono baccal. in U. J. confert paroch. ecclesiam S. Saturnini de Gradanis Carcassonen. dioec. L. S. (Gratiadei | Milanesius. Gauden. | Bernardus | Coll. H. d. C.) L. 1161 f. 195.

19. Apr. (XIII. Kal. Mai.) — (2209) Matthaeum Riolet monasterio B. M. de Pruyliaco [5] Cisterc. Ord. Senon. dioec. praeficit abbatem cum plenario regimine et mandat ei a vasallis et aliis subditis consueta servitia exhiberi. „Apostolicae Sedis“ (Sadolet. | Millinus. Enckenw. | Cotini | Coll. H. d. C.) L. 998 f. 5.

— — — (2210) Roberto S. Anastasiae presb. Card. [6] in commendam dat monasterium S. Galgani Ord. Cisterc. Vulterran. dioec. „Romani Pontificis“ (Bembus | Delius. Cotini | Coll. H. d. C.) L. 991 f. 152 L. 992 f. 207.

— — — (2211) Johanni episc. Sibinicen. in Romana Curia residenti mandat, ut Gratianum de Gratianis cler. Ceneten. literarum ap. sollicitatorem et familiarem suum in corporalem possessionem canonicatus et praebendae ecclesiae Bellunen. inducat. G. D. (Ponsetus. | Gratis pro sollicit. Millinus. | Valtr. | Coll. H. d. C.) L. 999 f. 9.

— — — (2212) Yvoni de Civilidien confert paroch. ecclesiam de Laulouran Trecoren. dioec. exsecutionem tribuens episcopis Cavallic. et Militen. et Officiali Trecoren. „Vitae ac morum“ (Castillion. | Balbus. Baena | Marciaci | Coll. H. d. C.) L. 1010 f. 287.

— — — (2213—2214) Laurentio Tuschano notario et famil. suo confert. paroch. ecclesiam S. Pantaleonis Valis pelvis Augusten. dioec. provinc. Tarantas. per resignationem Mag. Johannis de Sabaudia not. vacantem. — G. D. — et ep. Cavallic. Praeposito Fesulan. et vicario gen. ep. Augusten. mandat, ut eum in corporalem possessionem indu-

---

[1] Anna haeres minoris Britanniae (La Bretagne) Maximiliano Romanorum et Germaniae Regi desponsata praerepta fuerat a Francorum Rege. Cf. *Raynald* a. 1491 n. 15. 16; a. 1492 n. 19. 20.

[2] St. Melaine au Faubourg de Rennes. Gallia christ. t. 14 p. 768 seq.

[3] Vasinus Malabaila Placent. postea interfuit sessioni IX. Conc. Lateran. 5. Maii 1514. Superius decretum (n. 1777) effectum sortitum non est.

[4] Clare legitur XIV. Kal. Mai. a. I 1512 in doc. I; in doc. II: 1513 XIV. Kal. Apr. a. I.

[5] Prully al. de Prulliaco. Cf. *Janauschek* t. 1 p. 5 n. VI.

[6] Speciali gratia dignus erat Robertus, qui quum Ludovici XII. schismaticis consiliis nollet adhaerere, suis e Gallia proventibus privatus et fere ad egestatem redactus fuerat. Cf. *Raynald* a. 1510 n. 18—20 p. 553—555.

1513.

		cant. „Hodie dilecto filio Laur.“ (Bembus | Millinus. Enckenw. | De Gais | Coll. Harnia) L. 995 f. 317, a. 317, b.
19. Apr. (XIII. Kal. Mai.)	Romae apud S. Petrum	(2215) Georgio Vasquez de Costa famil. suo confert paroch. ecclesiam S. Jacobi de Sigraas dioec. Compostellan. G. F. O. (Colotius | Gratis de mand. Delius. | Valtrini | Coll. S. de Spol.) L. 1002 f. 314, b.
— —	—	(2216) Alfonso Dacre (D'Acre) cler. Toletan. notar. et fam. suo canonicatui et praebendae ecclesiae Zamoren. renuntianti pensionem annuam super fruct. archidiaconatus ecclesiae Oxomen. per Ludovicum de Medina archidiaconum ecclesiae Oxomen. O. S. A., cui Canonicatum et praebendam praefatos confert, solvendam assignat eique pensione deficiente accessum ad archidiaconatum dictum illumque ad tres menses in commendam retinendi facultatem concedit. „Grata devotionis“ (Ph. de Senis | J. de Madrigal. Coll. H. de Cesis) L. 993 f. 238, b.
20. Apr. (XII. Kal. Mai.)	—	(2217) Johannem Bapt. de Morellis legum doctorem et civem Romanum praeficit terrae Piperni ut Potestatem [Podestà] (Bembus) Div. Cam. t. 63 f. 50.
	—	(2218) Evangelistam Tirasconium secretarium suum mittit ad castra militantium auspiciis S. R. E. sub Achille Troilo non contentorum suis stipendiis. „Venerunt ad aures nostras non mediocres querelae“ (Sad.) Brev. t. 5 (28) f. 37, b.
— —	—	(2219) Petro Bibiena internuntio mandat, ut Ducem Venetiarum hortetur ad restituendos procuratoribus episcopi Adriae fructus ejus ecclesiae contra fas impeditos per illius ministros, qua de re jam mense Martio Duci scripserat. Quodsi causa allegetur, quibusdam sacris virginibus Venetis in agro Ferrariensi suos item fructus injuste detineri, sane jus petentibus administratum iri, causam vero episcopi nil habere commune cum illis virginibus. „Scripsimus“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 9 p. 13.
— —	—	(2220) Raymundo de Raymundo, secretario Francisci Card. Sabinen. ep., provisionem 150 ducat. auri ex Camera apost. concedit. „Considerantes, quod tu, qui venerabilis fratris Fr.“ (Bembus) Div. Cam. t. 63 f. 259, b.
— —		(2221) Antonio Micheto canonico Ipporigien. Archiv. Rom. Curiae scriptori et famil. suo liti et causae super canonicatu ecclesiae Salutiarum et paroch. eccl. loci Uncini antea Taurinen. nunc Salutiarum dioec. cedenti pensionem an. super fructibus dictae paroch. ecclesiae constituit eique accessum ad illam et dictum canonicatum concedit. G. D. et F. O. (Blondus | Gratis pro script. Arch. Guerrerius | J. de Cesis | Coll. S. de Sp.) L. 1113 f. 70.
—	—	(2222) Petro du Tilhet cler. Engolismen. dioec. baccal. in decr. et actu studenti in Univ. Studii gener. Pictavien. jus confert ad plura beneficia obtinenda dispensans quoad incompatibilia. „Vitae ac morum“ (Armellin. | De Liazariis | Cheminart. | Coll. Baena) L. 1205 f. 765.
— —	—	(2223) Guillermo Herve canonico et *Majori* nuncupato *archidiacono* ecclesiae Andegaven. Mag. in Theol. dictum canonicatum et archidiaconatum confert. L. S. (Colotius | Cyprianus | De Castillo | Coll. Attan.) L. 1111 f. 171.
21. April. (XI. Kal. Mai.)	—	(2224) Marinum Maya capitulariter a majori parte capituli electum canonicum supernumerarium in ecclesia S. Mariae a Flumine Catharen. dioec. confirmat. „Vitae ac morum honestas“ (Infra: Millinus. Enckenw. | Salvius) L. 998 f. 18.
— —	—	(2225) Philippo Beroaldo Bonon. famil. suo confert par. ecclesiam B. Joh. loci Valderosia dioec. Senen. eumque in possessionem immitti jubet. G. F. (Armellin. | Delius. Cabredo | A. de Verdes. | Coll. H. d. C.) L. 991 f. 25.
— —	—	(2226) Francisco de Mora Portionario eccl. Toletan. confert in ea portionem. „Vitae ac morum“ (Sadol. | Delius. Cabr. | De S. Johanne | Coll. H. d. C.) L. 991 f. 114.
— —	—	(2227) Ad preces Nicolai Burguerra cler. Illerden. concedit, ut paroch. ecclesia oppidi de Turri Dembarra Tarracon. dioec. loco et canonicali portioni eccles. Tarracon. O. S. A., quamdiu ipse eos obtinuerit, uniatur. A. F. R. M. „Romanum decet“ (Colotius | Gratis de mand. Millinus. Enckenw. | Saldus | Coll. Donatus) L. 1011 f. 82.
— —	—	(2228) Jacobo Ruffini Praeceptori domus SS. Agathae et Angeli Hospit. S. Joh. Jerosol. Firmanae dioec. concedit, ut una cum Praeceptoria dictae domus alia beneficia et pensiones retinere possit, dummodo illa summam 400 duc. auri d. C. non excedant. Religionis zelus“ (Evangelista | Gratis de mand. | Marciaci) L. 1047 f. 52.
— —	—	(2229) Joh. episc. Sibnicen. in Rom. Curia residenti mandat, ut Gundisalvum de Villarel in omne jus surroget, quo ipse Papa, qui olim cum Alphonso de Lezana litem habuerat super paroch. ecclesiis S. Eulaliae de Alexiis et S. Julianae de Villeyandro perpetuo unitis ac S. Julianae de Argoneso Legionen. dioec., tempore assumptionis suae in eas praeditus erat, dummodo Gundisalvus intrusus non fuerit. „Ex injuncto nobis desuper apostolicae servitutis officio“ (Sadoletus | Gratis de mand. Colardi. Gerona | Coll. H. de Cesis) L. 997 f. 33, b.

1513.

22. April. (X. Kal. Mai.)	Romae apud S. Petrum	(2230) Gundisalvo de Cordova[1] respondet grato animo seque ejus laboribus non defuturum spondet. „Ex eis donis, quae ad nos a te missa accepimus“ (Sadol.) Brev. ad princip. t. 5 (28) f. 31, b; f. 67, b.
— —	—	(2231) Bisignanen. ac Soran. episcopis et Officiali Urgellen. mandat, ut in favorem Joh. Bern. de Brull rectoris paroch. eccles. de Montos dioec. Urgellen. dictam ecclesiam cum parochiali ecclesia B. M. de Linya ejusd. dioec. uniant. „Ex debito pastoralis officii“ (Colotius | Millin. Enckenw. | Cheminart. | Coll. Attan.) L. 1007 f. 17, b.
— —	—	(2232) Dominico de Jacobatiis ep. Lucerino in Rom. Curia residenti mandat, ut Bartholomaeum Caroli cler. Nicien. Card. Vicecancellarii familiarem, dummodo non sit intrusus, surroget in omne jus, quod Johanni Encyconis in una ex sex perpet. portionibus perpet. Capellaniae per sex Capellanos deserviri solitae ad altare S. Bartholomaei situm in ecclesia Nicien. competebat, eique illam conferat, si nemini in ea specialiter sit jus quaesitum. „Vitae ac morum“ (P. de Cesis | Gratis pro fam. R. D. Vicecancell. Delius | J. de Cesis | Coll. Donat.) L. 993 f. 132.
— —	—	(2233) Gubernatoribus Bononiae mandat, ut Gasparem de Armis inducant in possessionem Datii vini et thesaurariae istius civitatis. „Nuper per nostras patentes literas.“ Div. Cam. t. 63 f. 24, b.
— —	—	(2234) Cavallic. et Asculan. episcopis ac Officiali Ispalen. mandat, ut Martino de Monte *agudo* (sic) cler. Oxom. dioec. provideant de praestimonio seu praestimoniali portione in paroch. ecclesia S. Aegidii oppidi de Erisa Ispalen. dioec. G. F. (Castillion. | Salvius. Vives | De Verdes. | Coll. S. de Spol.) L. 1076 f. 283.
— —	—	(2235) Mag. Johanni Colardi Praeposito ecclesiae B. M. Magdal. Virdun. Licent. in decretis, notario et famil. suo, tribuit omnimodam potestatem in Priorem, canonicos et alias personas monasterii S. Nicolai de Prato extra muros Virdunen. O. S. A., quod in commendam obtinebat, atque in ipsius bona, perinde ac si ordinem ipsum expresse professus eidem monasterio ut abbas praeesset. „Exigunt merita tuae devotionis“ (Blondus. | Gratis pro socio | Bernardus | Coll. F. Armellinus) L. 1206 f. 87.
— —	—	(2236) Petro de Sotto cler. Compostellan. dioec. Lic. in decr. confert pensionem an. super fructibus canonicatus et praebendae eccles. Lucensis et B. Mariae de Gestoso et S. Michaelis de Comdamiel parochialium ecclesiarum Mindonien. dioec.; itemque concedit privilegium altaris portatilis ac celebrandi Missam ante diem. L. S. (Gratiadei | Gratis pro famil. Rm̃i D. Vicecancell. Delius. Cabredo p. Comp. | Marciaci | Coll. Donatus) L. 1008 f. 138.
23. April. (IX. Kal. Mai.)	—	(2237) Perinum de Jennariis de Caravagio donat Maraschallatu Vicarii Urbis. „Exigit virtus et probitas tua“ (Tuerdus | Coll. Bucan.) Div. Cam. t. 63 p. 36.
	—	(2238) Octavianum episcopum Laudis Pompejae[2] designatum, quem pluribus de causis alloqui vult, hortatur, ut ad Urbem veniat. „Cum pluribus de causis“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 10 p. 13.
— —	—	(2239) Maximilianum Mariam Ducem Mediolan. hortatur, ut invitato a se Octaviano ep. non permittat solum, sed etiam suadeat, ut Romam veniat. „Quoniam Octavianum“ (Bemb.) Ed. Bemb. l. c. ep. 11.
— —	—	(2240) Magistratibus Ariminensium mandat, ut Achillem Taurelium cum suis equitibus omnibus in suum agrum recipiant per paucos dies et quae pontificiis militibus dari solita sunt ejus gentibus dari jubeant. „Mandamus vobis ut Achillem“ (Bemb.) Ed. Bemb. l. c. ep. 12.
— —	—	(2241) Officialibus et universitati oppidi Massae sub Gubernio Camerae Apost. specialiter constituti privilegia et indulta a R. R. P. P. eis et terrae Massae in comitatu Tudertino concessa confirmat et approbat et dimidiam partem subsidii unius anni in reparationum murorum convertendam condonat. „Fides et laudabilis“ (Sadolet.) L. 1210 f. 4.
— —	—	(2242) Johanni Mariae de Curte cler. Papien. famil. suo reservat fructus ex Capellania perp. ad altare S. Johannis Evang. situm in ecclesia majori Papien. G. F. (Colotius | Gratis de mand. Enckenw. | Gais | Coll. H. d. C.) L. 1164 f. 81.
— —	—	(2243) eidem concedit liberum regressum ad canonicatum et praebendam ecclesiae SS. Trinitatis Papien. et paroch. ecclesiam S. Columbani etiam Papien., quos olim resignaverat (Init. et script. ut supra) L. c. f. 82.

[1] Is contra exercitum Gallorum in regno Neapolitano Ferdinando Regi maxima officia praestiterat, sed a. 1507 ab ipso in Hispaniam reductus eum parum gratum invenerat. A negotiis gravioribus usque ad obitum (Dec. 1515) mansit exclusus. Cf. *Raynald* a. 1506 n. 37; 1507 n. 10. *Roscoe* t. 1 p. 54 seq.

[2] Octavianus Maria Sfortia ex celebri Galeatio Maria Mediol. Duce natus ab Alexandro VI. 27. Oct. 1497 ad sedem Laudensem (Lodi) promotus variam fortunam ob politicas vicissitudines expertus est. Cum Ludovicus Gallorum Rex Mediolanum cepisset, exul excessit a. 1501 usque ad a. 1512. Postea a. 1515 redeuntibus Gallis rursum solum vertere coactus fuit. Vide *Ughellium*, Ital. sacr. t. 4 p. 682. 683 edit. 2. Venet.

1513.

23. April. (IX. Kal. Mai.) | Romae apud S. Petrum | (2244) Johannem de Regis Ord. Fr. Praedicat. et Theol. Professorem constituit Priorem S. Catharinae de Milliano O. S. B. Bituricen. dioec. „Religionis zelus“ (Evangel. | J. de Gais) L. 1013 f. 218.

— — | — | (2245) Julio Mancino cler. Pisaurien. dioec. famil. suo liti et causae super canonicatu ecclesiae Pisaur. cedenti medietatem fructuum dicti canonicatus loco pensionis an. vel si ei magis placuerit pensionem an. 6 ducat. auri d. C. reservat eique accessum ad illum, si vacaverit, concedit. G. F. (Colotius | Gratis de mand. Suno | Gais | Coll. De Juvenibus) L. 1049 f. 264, b.

— — | — | (2246) episcopis Cavallic. et Asculan. et Officiali Maurian. mandat, ut Gasparem de Chenelmo cler. Gratianopolitan. in possessionem paroch. ecclesiae B. M. V. de Cuyne dictae dioec. inducant. N. G. (P. de Cesis | Gratis pro famil. Rmi. D. Vicecancell.) L. 1060 f. 296.

— — | — | (2247) In favorem Petri Velasci rectoris abbatis nuncupati par. ecclesiae S. Andreae de Gian (Gion n. 2048) Portugalen. dioec. Capellaniam perpetuam in par. ecclesia B. Mariae de Sandin ejusdem dioec. dictae ecclesiae, quamdiu illam obtinuerit, unit et incorporat, episcopo Cavallicen. et praeposito Fesulano ac Officiali Portugalen. exsecutionem demandans. „Grata familiaritatis“ (Supra: — | Gratis de mand. S. D. Millinus. Enckenw. | Valtrini. Coll. Campania) L. 994 f. 74 b.

24. April. (VIII. Kal. Mai.) | — | (2248) Philiberto Cosson baccal. in decr. paroch. ecclesiam S. Petri de Marmegniis Bituric. dioec. confert. L. S. (Melf. | Delius. Cabr. | Cotini | Coll. Attan.) L. 991 f. 294.

— — | — | (2249) Matthaeo et Dominico de Tanariis de Gagio et Umbiana Bonon. dioec. condonat reatum gravis culpae furti, sine praejudicio tamen tertii et praestita idonea cautione. „Sane nobis nuper“ (Sadolet.) Brev. a. 1513. 1514 t. 2 n. 76. 77, ubi et supplicatio praeced. Cf. infra ad diem 18. Sept.

— — | — | (2250) confirmat privilegia concessa universitati et hominibus Alatrin. per Card. Camerarium et tertiam partem salis unius anni pro reparatione murorum condonat. „Promeretur fides et devotio.“ Div. Cam. t. 63 f. 20, b.

— — | — | (2251) Idem concedit universitati Priverni. Id. init. et tot. L. c. f. 21.

— — | — | (2252—2254) Petro tit. S. Euseb. presb. Card. confert monasterium S. Eugendi O. S. B. Lugdun. dioec. et jus ad alia monasteria in Cremonen. et Lauden. eique indulta tribuit quoad alia beneficia in Lombardiae et Sabaudiae civitatibus et dioecesibus. „Dum exquisitam tuae circumspectionis industriam“ (Infra: *Visa* Millinus | Coll. Attan.) L. 1001 f. 325 (Gratiadei | Olivius | Coll. Donat.) L. 1172 f. 159 (Castillion. | Piora | Coll. Attan.) L. 1067 f. 85.

— — | — | (2255) Antonio de Crebanto Sacristae monasterii SS. Trinitatis Vindocin.[1] O. S. B. Carnoten. dioec. S. R. E. immediate subjecti Prioratum S. Georgii O. S. B. Xancton. dioec. confert Officialibus Xanct. et Carnot. mandans, ut eum in corporalem possessionem inducant. „Religionis zelus“ (P. de Cesis | De Bertinis. Gomiel. | J. de Gais | Coll. Attan.) L. 1000 f. 331.

— — | — | (2256) Mathurino le Ber rectori paroch. ecclesiae S. Lupi de Thiers Parisien. dioec. confert hanc parochiam vacantem per resignationem prioris rectoris Claudii Womerani mandans Succentori Pictav. et Petro Le Gender canonico Paris. et Offic. Paris., ut eum in possessionem inducant. „Vitae ac morum honestas“ (P. de Cesis | Suno. De Baena | Bernardus | Coll. Donat.) L. 1018 f. 111.

— — | — | (2257) Antonio Roberti baccal. in decr. confert paroch. ecclesiam S. Martini de Pineto Vabren. dioec. L. S. (Sadolet. | Colardi. Draco | Cotini | Coll. Attan.) L. 995 f. 241.

— — | — | (2258) Johanni de Hure administratori leprosorum de Sille Le Guillaume Cenoman. dioec. Leprosariam dictam confert. „Vitae ac morum“ (Evangelista | De Liazariis. Enckenw. | Piora | Coll. Attan.) L. 1048 f. 299. Idem L. 1070 f. 132 (ubi Melfit. | De Rizonibus | Gerona | Ponzettus | Coll. Donat.) L. 1029 f. 323 (ubi eadem nomina exc. in fine: Coll. Amer.).

— — | — | (2259) Johanni de la Faye clerico Lugdun. Prioratum S. Petri Day O. S. B. Valentinen. dioec. commendat et Decano B. M. de Lineyo Tullen. dioec. et Sacristae S. Nicerii Lugdun. et Officiali Lugdun. exsecutionem committit. „Laudabilia“ (Supra: — Infra: Delius. Cabredo p. Comp. | A. de Castillo | Coll. Attan.) L. 996 f. 140.

— — | — | (2260) Leonardo Chameau Priori Prioratus B. M. de Agento O. S. B. Lemovicen. dioec. dictum Prioratum, qui conventualis non est, confert. „Religionis zelus“ (Castillion. | Marciaci | Valtrini | Coll. H. de C.) L. 1048 f. 310.

25. April. (VII. Kal. Mai.) | — | (2261) Marco S. Mariae in Porticu diac. Card. commendat canonicatum et alia beneficia in dioec. Tarvisina. „Dum exquisitam“ (Ph. de Senis | Salvius | Bucan.) L. 991 f. 202.

[1] St. Trinité de Vendôme. Cf. Gallia christ. t. 8 p. 1364 seq.

1513.

25. April. (VII. Kal. Mai.) Romae apud S. Petrum (2262) Leonardo Vecuhol ecclesiam paroch. S. Pantaleonis de Turrentia Lemovicen. dioec. confert. L. S. (Sadolet. | Delius. Cabredo | Cyprian. | Coll. P. Bucan.) L. 991 f. 207.

— — — (2263) Evangelistae Tarasconio secretario et commissario suo praecipit, ut severe contra resistentes in oppidis agri Arimin. procedat. „Magna cum molestia intelleximus“ (Sadol.) Brev. t. 5 (28) f. 64.

— — — (2264) Falconium de Caprinis laicum Viterbien. absolvit ab excessibus et incursionibus factis tempore Julii II. „Nuper nobis exponi fecisti“ (Sadol.) Brev. t. 30 f. 16. Brev. t. 2 n. 14 (ibi est petitio n. 13).

— — — (2265) Mag. Johanni Georgio de Monteserrato cler. Casalen. notario suo monasterium S. Christophori de Bergamasco O. S. B. Aquens. dioec. provinc. Mediolan.[1] in commendam tradit. „Romani Pontificis“ (Sadoletus | Colardi. Draco | Balbus | Coll. Am.) L. 1015 f. 62.

— — — (2266) Episcopis Militen. Cavallic. et Tricassino mandat, ut monasterium S. Laurentii extra muros Adversanae civitatis O. S. B.[2], quod Aldobrandinus archiepisc. Nicosien. obtinebat, Aloysio S. Mariae in Cosmedin diac. Card. commendare curent. „Romani Pontificis“ (Ph. de Senis | *Visa* Delius | J. de Gais | Coll. II. d. C.) L. 991 f. 280, b.

— — — (2267) Antonio de Maresta rectori paroch. ecclesiae S. Johannis de Cheveluto Bellicen. dioec. dictam ecclesiam confert. „Vitae ac morum“ (Scutarius | Marciaci. Aloysius p. Comp. | De Castillo | Coll. H. d. C.) L. 1175 f. 307.

— — — (2268) Mag. Francisco Armellino famil. et secretario suo confert canonicatum in ecclesia S. Petri de Sorio Oxomen. dioec. G. D. (Evangelista | Gratis pro clerico Camerae. Balbus | Valtrini | Coll. Donatus) L. 1033 f. 4.

— — — (2269) Dominico episc. Lucerino dat in mandatis, ut Zutpheldum Wardenberg cler. Zwerinen. dioec. (n. 1304) in corporalem possessionem beneficiorum paroch. ecclesiarum S. Jacobi oppidi Sunden. et villae Thomhagen Caminen. dioec. inducant. G. D. (Ph. de Senis | Gratis pro script. Archiv. Millinus. Enckenw. | Valtrini | Coll. Donatus) L. 1023 f. 15.

— — — (2270) Scipioni de Ursinis cler. Romano concedit pensionem an. super monasterii S. Mariae de Bansio O. S. B. Acherontin. dioec.[3], quod Aloysius S. Mariae in Cosmedin diac. Card. in commendam obtinet, fructibus quoad vixerit. „Laudabilia“ (Evangel. | Gratis de mand. Suno. | Salvius | Coll. Am.) L. 1007 f. 96.

— — — (2271) Caesari de Ursinis cler. Romano concedit pensionem an. super eodem monasterio sicuti Scipioni. Idem init. (Iidem script.) L. c. f. 99.

— — — (2272) Leonardo tit. S. Susannae presb. Card. concedit liberum regressum ad canonicatum et praebendam ecclesiae della Cuniga Compostellan. dioec. „Ad personam tuam“ (Evangel. | De Vega | Coll. Amerin.) L. 1084 f. 275.

— — — (2273) Stephano de Borderia monacho ecclesiae Montisalban. O. S. B. locum et monachalem portionem ecclesiae Montisalban. O. S. B. confert et perpetuam vicariam paroch. ecclesiae SS. Genesii et Nazarii Caturcen. dioec. commendat. „Religionis zelus“ (Blondus | W. de Enckenw. Milanesius | Jo. Attanantis. Coll. F. de Attanant.) L. 1113 f. 152, b.

— — — (2274) Mag. Thomae Guerrerio canonico Panormitano U. J. doctori, notario et familiari suo, cui jam olim concessum erat, ut si vacaret Prioratus monasterii per Priorem gubernari soliti B. Mariae de Junquera O. S. Aug. Aurien. dioec., quem nunc Alvarus Roderici obtinet, canonicatui suo, quamdiu illum possideret, incorporaretur, hoc jus contra praedictum Alvarum confirmat. „Votis fidelium“ (Gratiadei | Andreae | Coll. Am.) L. 1027 f. 80, b.

— — — (2275) Mag. Joh. Antonio de Trivultio Capell. et caus. P. A. aud. mandata dat de unione praedicti Prioratus B. Mariae de Junquera *Dainbias* cum canonicatu ecclesiae Panormitanae. „Apostolicae Sedis“ (Melf. | Gratis pro socio | Andreae | Coll. H. d. C.) L. 1021 f. 62.

26. April. (VI. Kal. Mai.) — (2276) Thomam ep. Feltrinorum misso exemplo literarum ad Ducem Mediolan. datarum jubet cum eo Duce agere, ut Marco Card. Senogallien. restituendam curet possessionem oppidi Cagnoli. „Exemplum literarum, quas ad Maximilianum Mariam Ducem“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 13 p. 13.

— — — (2277) Per Raphaelem Card. Camerarium Universitati et hominibus terrae Pontiscurvi confirmat privilegia, tertiam partem salis pro reparatione murorum condonat, prohibet dari licentiam ad aedificandas scalas et porticus in viis publicis, praecipit plura de appellatione

---

[1] al. extra muros Bergamoschi Dioec. Acqui. Cf. *Ughelli* t. 4 p. 456.

[2] San Lorenzo di Aversa. Cf. *Lubin* p. 37.

[3] S. Maria di Vanzo presso la città di Venosa Dioc. di Acerenza (al. di Baudro). Cf. *Ughelli*, Ital. sacr. t. 7 p. 40 ed. vet. *Lubin* p. 41.

1513.

		a sententiis deputatorum syndicatorum, de bonis ecclesiae S. Mariae de Misericordia ejusdem loci *Hospitale Confraternitatis* nuncupatae, de non cogendis hominibus dictae terrae ad deferendum granum in Urbem. „Promeretur fides et devotio.“ Div. Cam. 63 f. 21, b.
26. April. (VI. Kal. Mai.)	Romae apud S. Petrum A. S. Petro ad	(2278) Indulget, ut Prioratus monasterii B. Mariae de *Juniquera Dambera* (sic) O. S. A. Aurien. dioec., secundum priora decreta (n. 2274 sq.) cum primum per regressum vel decessum actualis Prioris Alvari Roderici vacaverit, canonicatui Panormit. quem obtinet Mag. Thomas Guerrerius, uniatur. A. F. R. M. — „Romani Pontificis“ (Melf. | Gratis pro socio | Andreae | Coll. H. d. C.) L. 1021 f. 59.
— —	Lateranum	pergit circa horam XX. — Palatium Lateran. ita a Camera ap. reaedificatum erat, ut Pontifex commode quandocumque vellet ibi posset habitare (P. de Grassis f. 30).
— —	Laterani	(2279) Cavallic. et Imol. episcopis et vicario ep. Adrien. in spiritual. gen. mandat, ut Achilli tit. S. Sixti presb. Card. paroch. ecclesiam S. Antonii de Villa de Salvaterra Adrien. dioec. commendare curent. „Dum exquisitam“ (Supra sine nom. | *Visa* Delius | Benedictus | Coll. H. d. C.) L. 991 f. 288.
— —	—	(2280) Fernando de Acre cler. Toletano lite pendente inter ipsum et Fernandum de Veredia canon. Segobien. super paroch. ecclesia B. Mariae de Carascas Segobien. dioec. concedit pensionem an. super dictae ecclesiae fructibus et jus ad plura beneficia obtinenda et si literarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, insisteret, singulos fructus, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, percipiendi facultatem. „Vitae ac morum“ (Carrotius | Gratis pro famil. script. Delius | Tarin. | Coll. Cipellus) L. 1033 f. 301.
— —	—	(2281) Mag. Joh. Ant. de Trivultiis Capell. et caus. P. A. aud. mandat, ut Johannem de Yepes cler. Toletan. decret. doctorem famil. suum in corporalem possessionem paroch. ecclesiae de Valdemorillo dictae dioec., de qua olim lis inter ipsum et Gabrielem Sermiento tunc in humanis agentem pendebat, inducat. G. F. (Evangel. | Gratis de mand. Millinus. Gauden. | De Mendes. | Coll. S. de Spol.) L. 1037 f. 119, b.
— —	—	(2282) Petro Paulo Mainardo cler. Catharen. cum par. ecclesiae B. M. de Figalis Catharen. cesserit et Hieronymum de Rocha rectorem par. ecclesiae B. M. de Catharo etiam Catharen. in possessione primo dictae ecclesiae pacifice dimiserit, pensionem annuam super fruct. ecclesiae de Catharo reservat eique accessum ad ecclesiam de Figalis concedit. „Vitae ac morum“ (J. de Lerma | Gratis pro scutifero. Enckenw. Gentilis | Marciaci. Coll. S. de Spoleto) L. 1184 f. 257.
27. April. (V. Kal. Mai.)	in Lateran. Basilica	celebrat sessionem sextam Concilii Lateran. praesentibus 5 episcopis 12 presbyteris 5 diaconis Cardinalibus, duobus Patriarchis, 12 aliis Solio Pontif. Assistentibus, 13 Archiepiscopis, 62 Episcopis, duobus abbatibus et Imperatoris et variorum Italiae principum oratoribus. *Hard.*, Conc. t. IX p. 1671 seq.
— —	—	(2283) constitutione solemni omnibus ad Concilium Lateran. venturis exceptis schismaticis et a communi jure exclusis salvum conductum et plenam securitatem concedit et principes christianos ut idem faciant hortatur. S. A. C. — „Superna“. *Hard.* l. c. p. 1677—1679. *Bzovius* a. 1513 n. 19 p. 185. Cf. *Raynald* h. a. n. 25 p. 11. 12.
— —	Romae apud S. Petrum	(2284) Ducem Urbini monet, ut bona Isottae et Laurae de Guidonis de Montefalcono Urbinaten. dioec. ficte restitui faciat, a monialibus S. Petri de Callio sequestrata propter cum Bartholomaeo et Petro Archangelo Serafini contractum matrimonium, cum dicti Bartholomaeus et Petrus sententiam pro se super matrimonio hujusmodi reportaverint; solum cautionem in eventum succumbentiae litis posse postulari. „Nuper nobis exponi fecisti“ (Sadol.) Brev. vol. 30 f. 17. Brev. an. 1513. 1514 t. 2 n. 15.
— —	—	(2285) Alphonso Atestino Ferrariensium Duci scribit, Franciscum et Pasotum Fantutios cives Bononien. bene de se meritos ab ejus ministris captos et complures jam menses in custodia habitos quam primum libertati esse restituendos. „Franciscum et Pasotum“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 14 p. 13. 14.
— —	—	(2286) Mag. Bartholom. de Baena beneficium perp. in paroch. eccl. S. Petri loci de Sancto Luca de Alprezim Ispal. dioec. confert. G. D. (Evangel. | Verdes. | De Juvenibus) L. 992 f. 183.
— —	—	(2287) Gundisalvo de Villarel rectori par. ecclesiae S. Petri oppidi de Arenato Abulen. dioec. eam ecclesiam et praestimonialem portionem s. simplex beneficium in eccl. S. Stephani loci de la Lustra et unum ex al. simpl. beneficiis confert. G. F. (Colotius | Delius | De Verdes. | Coll. Bucan.) L. 991 f. 210.
— —	—	(2288) Joh. Antonio Trivultio Capell. et caus. P. A. auditori mandat, ut Petrum de Candia cler. Forojulien. J. U. doct., si intrusus non sit, surroget in omne jus, quod ejus in lite adversarius Honoratus de Candenis nunc defunctus habuit et dummodo cuipiam non sit jus quaesitum, ei conferat litigiosum canonicatum, praebendam et Praecentoriam eccl. Forojulien. N. G. (A. de Cast. | Coll. Attan.) L. 991 f. 311.

1513.

27. April. (V. Kal. Mai.) Romae apud S. Petrum

(2289) Gaspari de Agniaco perp. beneficiato in paroch. ecclesia S. Johannis loci de Reheyo Palentin. dioec. confert ecclesias *Heremitoria* nuncupatas S. Martini intra et S. Vincentii del Campo ac S. Nicolai et S. Zoili de Xuaros necnon B. M. de Compasco extra muros oppidi de Portillo ac beneficium *Accolitatus* nuncupatum in paroch. eccl. S. Joh. de Reoyo (sic) locorum Palentin. dioec. ac perp. Capellaniam in eadem ecclesia S. Martini. „Vitae ac morum“ (Castillion. | Gratis pro famil. script. P. de Tuis | R. Saldus | Coll. Donat.) L. 1002 f. 115.

28. April. (IV. Kal. Mai.) —

(2290) Melchiorem de Mazolis civem Bonon. deputat Depositarium doctorum et collegiorum Universit. Studii Bonon. „Sincerae devotionis affectus“ (Ponzettus) Off. div. an. L. 1211 f. 5.

— (2291) Nicolaum Branchaleonum de Civitate Castelli equitem Praetorem nominat. „Complectimur charitate paterna“ (Tuerd.) Div. Cam. t. 63 f. 37, b.

— — — (2292) Henrico Thiendevare confert canonicatum et praebendam in eccl. S. Donatiani oppidi Burgen. Tornacen. dioec. „Vitae ac morum honestas“ (Infra: Delius. Cabredo | Cheminart. | Coll. H. d. C.) L. 991 f. 276.

— — — (2293) Petro Cattereau abbati monasterii S. Ruffi prope et extra muros Valentin. O. S. A. confert Prioratum B. Mariae de Cuvaldo O. S. B. Andegaven. dioec. „Religiônis zelus“ (Evangelista | De Rizonibus. Gerona | Valtrini | Coll. Donat.) L. 1043 f. 210.

— — — (2294) Petrum de Ingllalea decan. eccl. B. M. de Tudellal Tirason. dioec. Credentiarium secretum Julii II. liberat a quacunque molestia ratione sui officii, de quo plene rationem reddidit. „Motu proprio dilectum filium Petrum“ (sine secret.). Div. Cam. t. 63 f. 25.

— — — (2295) Garsiae del Rio canon. Segobien. Raphaelis Ep. Ostien. obsequiis insistenti confert pensionem an. super par. ecclesiae loci de Muñoberos Segobien. dioec. fructibus illaque vacante liberum ad eam accessum et regressum concedit. G. F. (Blondus | Gratis de mand. Delius | Vega | Coll. S. de Spol.) L. 1101 f. 121, b.

— — — (2296) Pro parte Catharinae Fernandez mulieris oppidi de Guadayra Ispalen. dioec. unam domum in oppido de Alcala in Hospitale erigendam offerentis, quod Beatrix de Esquivel nôbilis viri Gometii de Solis militis militiae S. Jacobi de Spada uxor de bonis propriis dotare intendit, dictam domum in Hospitale pro pauperibus et miserabilibus mulieribus recipiendis et alendis cum cimiterio erigit, Catharinae, et ipsa vita functa Beatrici et post obitum Beatricis aliquibus honestis matronis de genere ejusdem Beatricis regimen praefati Hospitalis committit et altare portatile aliaque privilegia et indulta dictae domui concedit. „Sacrosanctae Romanae Ecclesiae quam Dei Filius Jesus Christus auctor ipse pietatis instituit“ (Blondus | Gratis de mand. S. D. Delius | F. de Vega. Coll. Attan.) L. 997 f. 245 bis.

29. April. (III. Kal. Mai.) — (2297) Francisco Marchioni Mantuae nuntiat, se nescire quosdam Italiae principes ejus ditionem velle aggredi, se tamen semper paratum ad eum defendendum. „Intelleximus de Alexandro Glaboneta procuratore tuo, certiorem te factum, quosdam principes in Italia viros contra te cogitare armaque ab iis comparari“. (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 15 p. 14.

— — — (2298) Regem Daciae Francorum Regi foedere junctum retrahere conatur a bello Anglorum Regi inferendo. „Perlatum est ad nos“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 16. Ex parte *Raynald* h. a. n. 56 p. 26.

— — — (2299) Hippolyto Card. Atestino officiosissime gratulanti et aegre ferenti, quod suffragiorum ferendorum tempore non adfuerit, amorem suum attestatur, ejus fratrem commendatum habet, dolet vero quod ipse Dux infectis rebus Roma discesserit. „Ex tuis literis intelleximus“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 17 p. 14. 15.

— — — (2300) Prioribus et Communi terrae Amandulae confirmat privilegia a praedecessoribus concessa et censum unius anni Camerae Ap. debitum ad reparandos eorum muros condonat. „Inducimur singularis fidei et devotionis vestrae“ (Sadolet.) Brev. ad princip. et al. t. 30 f. 19. Brev. t. 2 n. 17.

— — — (2301) Mag. Antoniotto Pallavicino cler. Januen. de nobili genere procreato, Nicolai tit. S. Priscae Card. pronepoti et Johannis Ep. Cavallic. ex fratre germano nepoti. Eum recipit in notarium Sedis Ap. „Pii Patris altissimi“ (Cintius) L. 999 f. 169, b.

— — — (2302) Adjacen. et Dolien. episcopis mandat, ut ab eodem Antoniotto solitum fidelitatis debitae juramentum juxta insertam formam recipiant. „Cum nos hodie“ (Cintius) L. c. f. 170.

— — — (2303) Bernardo Sculteti cler. Vladislav. decretorum doctori, Accolito et Capellano suo, regressum ad canonicatum in eccl. Merseburgen. concedit, quem post obitum Sigismundi Pflugk a Julio II. impetraverat et postea cessit. G. D. et F. O. (Castillion. | Millin. Enckenw.) L. 1001 f. 240.

— — — (2304) Alexandro de Raynaldis decret. doctori canonicatum et praebendam et Prioratum saecul. de S. Gabriele Feltren. dioec., de quibus antea ei provisum fuerat, sed quibus cesserat, ita ut eos Julius II. Joh. tunc Card. de Medicis commendaret, nunc plene confert. G. F. (Evangel. | Delius. Cabredo. | De Comitibus) L. 991 f. 18, b.

(2305) Roberto Famuli presb. dioec. Sagien., qui libere cesserat juri suo in Prioratum

1513.

a monasterio S. Joh. prope Falesiam [1] Ord. Praemonstr. dependentem, super eo pensionem assignat. „Vitae ac morum honestas“ (Armellin.) L. 1001 f. 7.

29. April. (III. Kal. Mai.) Romae apud S. Petrum (2306) Cavallic. et Vercellen. episcopis ac vicario gener. episcopi Taurin. mandat, ut Joh. B. de Usla (al. Costa) cler. Burgen. pensionem ei assignatam in eccl. Taurin. procurent. G. F. (Carrotius | Gratis de mand. S. D. N. Millinus. Enckenw. | J. de Lerma) L. 1006 f. 104, b.

— — — (2307—2308) Johanni Knyben cler. Maguntin. dioec. causarum P. A. notario confert an. pensionem super fructibus perp. Capellaniae ad altare SS. Petri et Pauli Apost. ac S. Mariae Magdal. situm in ambitu ecclesiae Constantien. prov. Maguntin. et Warmien. et S. Johanni Maguntin. ecclesiarum Decanis ac Officiali Constantien. exsecutionem demandat. G. D. O. — „Hodie dilecto filio Joh.“ (Colotius | Gomiel. Milanes. Gratis pro notar. Pal. | L. Valtrini | Coll. H. d. C.) L. 1066 f. 169 seq.

— — — (2309) Johanni de Ortigosa Thesaurario eccl. Calaguritan. famil. suo unionem canonicatus, praebendae ac beneficiorum in Calaguritan. et Calciat. ac Oxomen. civitatibus et dioeces. consistentium Thesaurariae ejusdem Calagurit. eccl. a Julio II. factam ac vi decreti initio sui Pontificatus emanati revocatam in pristinum restituit et a qualibet futura revocatione aut limitatione immunem declarat. G. F. O. (Evangel. | Gratis de mand. J. Colardi | A. de Verdes. | Coll. J. B. Nasius) L. 1206 f. 21. Cf. n. 2044.

— — — (2310) Alfonsum Aegidii rectorem paroch. ecclesiae *Abbatia* nuncupatae B. Mariae de Ventosa Visen. dioec. in suum et Ap. Sedis notarium recipit. „Pii Patris altissimi“ (Infra: Delius. Cabredo | Vega | Coll. Camp.) L. 995 f. 54, b.

— — — (2311) Pro Ordinis Minimorum fratribus transfert indulgentiam ecclesiae S. Mariae totius gratiae de Nigeac prope Parisios concessam in ecclesiam cathedralem Gratianopolitanam. „Licet nuperrime.“ Brev. t. 30 f. 175.

— — — (2312) Plenariam indulgentiam tribuit pie visitantibus ecclesiam conventus S. Annae Ord. Minimorum B. Francisci de Paula Patavien. et manus adjutrices pro ejus reparatione porrigentibus. „Licet is, de cujus munere venit.“ L. c. f. 178.

— — — (2313) Plenariam indulgentiam sub certa forma concedit iis, qui die Pentecostes et duobus diebus immediate sequentibus ecclesiam S. Ubaldi extra muros Eugubin. Ord. canon. regul. S. A., ad quam nobilis mulier Elisabeth Ducissa Urbini singularem gerit devotionis affectum, devote visitantes pro reparatione seu fabrica dicti monasterii manus adjutrices porrexerint. Init. ut supra (Bemb.) L. c. f. 181. [2]

— — — (2314) Mag. Johanni de Vigneto notario suo canonicatum et praebendam in ecclesia Metensi confert. G. D. (Sadoletus. | Millin. Enckenw. | Valtrini | Coll. Bucan.) L. 1005 f. 121.

30. April. (prid. Kal. Mai.) — (2315) Paulo Middelburgensi episcopo Forosempronienſium concedit privilegium pro ejus libro de Paschae celebratione, ita ut nemo praeter ipsum possit eum imprimere vel imprimi facere vel venundare [3]. „Egregiam in omni prope disciplina doctrinam tuam.“ (Bemb.) Ed. Bembi Epist. L. II ep. 18 p. 15.

— — — (2316) Sigismundum Poloniae Regem monet, ut concordiam in conventu Petricoviensi cum Alberto Teutonicorum militum Magistro sancitam et sanciendam servet, modo ejusmodi sit, ut inde arma et discordiae auferantur. „Proximis diebus te hortari unis atque alteris literis“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 19 p. 15. *Bzov.* a. 1513 p. 186. 187 n. III. *Raynald* h. a. n. 35 p. 16.

— — — (2317) Albertum Teutonicorum militum Magnum Magistrum monet, ut falsum eum rumorem ostendat, quasi ipse impediat pacem et foedus cum Rege Poloniae. „Superiori epistola ad te“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 20 p. 15. 16. *Bzov.* l. c. p. 187 n. IV. *Raynald* l. c. n. 37 p. 16.

— — — (2318) Equites Marianos Teutonicos hortatur, ut M. Magistrum Albertum compellant ad pacta accipienda et servanda, cum illius culpa res nondum esset perfecta. „Scribimus Alberto“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 21 p. 16. *Bzov.* l. c. n. V. Cf. cit. apud *Raynald* l. c. n. 38 p. 17.

— — — (2319) Sixto S. Petri ad vincula presb. Card. Vicecancell., qui monasterium S. Laurentii de Campo O. S. B. Fanen. dioec. in commendam acceperat et cesserat, ita ut Francisco Guerra cl. Saon. commendaretur, reservat omnes ejus monasterii fructus et regressum si denuo vacaverit. „Ad personam tuam“ (A. Melf.) L. 991 f. 306. 307.

— — — (2320) Episcopis Nicien. Cavallic. et Agrigent. nuntiat eam reservationem. „Hodie cum dil. filius Sixtus“ (Cheminart. | Attan.) L. c. f. 307.

— — — (2321) iisdem episcopis mandat, ut monasterium praedictum praefato Francisco Guerra servitio Card. Sixti addicto assignent. „Inter sollicitudines varias“ (J. Agrigent. | Gratis. Delius | Cheminart.) L. 992 f. 72.

— — — (2322) Carolo Juvenali de Ursinis cler. Melden. dioec. commendat Prioratum S. Fidis de

[1] St. Jean de Fallaise dioc. de Séez. Gall. christ. t. 11 p. 754.

[2] Ex hoc tertio brevi et ex serie desumimus dat. duorum praecedentium, qui eo carent.

[3] Celeberrimi hujus mathematici nati a. 1455, professoris Patavini, ab Alexandro VI. a. 1494 ad episcopatum promoti, opus de recta Paschae celebratione et de die Passionis D. N. J. C. revera a. 1513 Forosempronii typis excusum est una cum hoc pontificio diplomate. De eo disserit *Kaltenbrunner,* Die Vorgeschichte der Gregorianischen Kalenderreform. Wien 1876 p. 90—99.

1513.

Columbariis. O. S. B. Melden. dioec. N. G. (Sadolet. | Delius. Cabredo | L. Valtr. | Coll. H. d. C.) L. 991 f. 274.

30. Apr. (prid. Kal. Mai.) Romae apud S. Petrum (2323) Thomae Regis cler. Redon. scriptori et fam. suo indultum de beneficiis concedit. G. D. et F. O. (Ph. de Senis | De Verdes. | Coll. H. d. C.) L. 992 f. 103, b.

(2324) eidem Thomae concedit regressum ad paroch. eccl. de Cletnen Pochaer Corisopit. dioec. G. D. (Iidem script.) L. 992 f. 203, b.

— — — (2325) Alfonso S. Theod. diac. Card. commendat abbatiam S. Mariae in Asturic. dioec., quam resignavit Bern. de Bibiena cler. Aretin. „Dum ad exquisitam“ (Colotius | Delius | De Cast. | Coll. H. d. C.) L. 992 f. 23.

— — — (2326) Blasio Hostalis confert paroch. ecclesiam B. Mariae de Cabasalt Agennen. dioec. „Vitae ac morum“ (Infra: Delius. D'Andreae | Coll. Donatus) L. 993 f. 134, b.

— — — (2327) Roberto Milet confert paroch. ecclesiam de Cevilly alias de Subligny Senonen. dioec. „Vitae ac morum“ (P. de Cesis | Millin. Enckenw. | Madrigal. | Coll. H. d. C.) L. 999 f. 149.

— — — (2328) Johanni de Chaillon confert paroch. ecclesiam Morandimonasterii alias de Maresmonstiere Ambianen. dioec. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Salvius. Vives | De Cabredo | Coll. Attan.) L. 1078 f. 292.

— — — (2329) Civitati Tuderti, cujus non modo privatae domus, sed etiam palatia et moenia publica superioribus annis desolata fuere, quum ad pristinam formam reduci cupiat, subsidium unius anni Camerae Ap. solvi consuetum et tribus annis continuis tertiam partem quolibet anno remittit. „Exposuere nobis“ (B. Tuerdus) L. 1210 f. 6.

— — — (2330) episcopos Quinqueecclesien. Vesprim. et Jaurien. deputat pro conservandis juribus et privilegiis archiepiscopatus Strigonien., quem Thomas Card. S. Martini in Montibus obtinet. „Ad regimen universalis Ecclesiae“ (Gratis. Millin. | De Castillo | Casanova | Coll. H. d. C.) L. 992 f. 87.

— — — (2331) Joh. de Vaurelle paroch. ecclesiam S. Venantii in suburbiis Lugduni confert. L. S. (Colotius | De Bertinis | De Gais | Coll. Attan.) L. 1001 f. 203, a.

— — — (2332) Lupo de Salazar cler. Senon. confert Prioratum de Commaigny O. S. B. dioec. Nivern. „Vitae ac morum“ (Colotius | de Bertinis | De Gais) L. 1001 f. 106. Idem n. 1986.

— — — (2333) Decernit unionem paroch. ecclesiae de Cletnen Pochaer (n. 2324) Corisopiten. dioec. cum canonicatu Corisopiten., quem obtinet Mag. Bertrandus Clerici canonicus, notarius, brev. ap. scriptor, quamdiu illum tenuerit canonicatum. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Evangel. | Gratis pro script. Millin. | L. Valtr. | Coll. Attan.) L. 998 f. 236.

— — — (2334) Realdo Cenaine Mag. in artibus par. ecclesiam de Masseriis Remensis dioec. confert. L. S. (Evangel. | Balbus | Gibraleon. | Valtrini. | Coll. Attan.) L. 1049 f. 152.

— — — (2335) ei confirmat collationem ac mandat, ut Johannes Cunel illicitus detentor amoveatur. „Vitae ac morum“ (Colotius | J. de Gais) L. 1047 f. 214.

— — — (2336) Didaco de Aguillar cler. Segobien. famil. omni juri ad archidiaconatum de Niebla in eccl. Ispalen. cedenti an. pensionem super fructibus dicti archidiaconatus assignat et regressum ad eum concedit. G. F. (Blondus | Gratis de mand. Gomiel. | Contreras | Coll. Attan.) L. 1083 f. 190.

— — — (2337—2338) Johanni Cynthio cler. Tiburtino brevium apost. scriptori, cubiculario et famil. suo unum in de Quiros, aliud in S. Martini de S. Eulalia Astoricen. dioec. paroch. ecclesiis beneficia et par. eccl. de Anagaz ejus dioec. confert. G. D. (Ph. de Senis | Gratis pro script. brev. Millinus. Enckenw. | Valtrini. | Coll. H. d. C.) L. 996 f. 44. 47.

— — — (2339) eidem confert praestimonia seu simplicia beneficia in de Losar Placentin. et in B. Mariae de Caceres Caurien. dioec. parochial. ecclesiis. G. D. (Lante | Cabredo. Delius | Bertrandi | Coll. H. d. C.) L. 999 f. 178.

— — — (2340) eidem quoque confert simplicia beneficia in B. Mariae de Truxillo et S. Jacobi dicti loci Placentin. dioec. paroch. ecclesiis. G. D. (Sine secret. | Gratis pro script. brev. Delius. | Cabredo. Cet. ut supra) L. c. f. 180, b.

— — — (2341) Nicolao de Catia cler. Mediolan. (n. 1801) causarum P. A. notario et famil. suo pensionem an. super fructibus archipresbyteratus ecclesiae S. Laurentii de Misano Cremonen. dioec. assignat. G. D. (Gratiadei | Gratis pro notario Rotae. J. Ingenwinckel. C. de Liazariis | Marciaci | Coll. H. d. C.) L. 1158 f. 114.

(d. ?) April. — (2342) Ludovico (XII.) Francorum Regi nuntiat se laetari, Bartholomaeum de Alviano[1] diu ab eo sub custodia retentum in libertatem restitutum esse, laudat regiam liberalitatem et optimam erga se voluntatem et hominem dignum sua humanitate pronuntiat. „Postquam nobis renunciatum fuit“ (Sadol.) Ed. Sadol. ep. 10 p. 11. 12. *Roscoe* t. V doc. 74 p. 241. 242.

[1] De hoc celebri belli duce Veneto, qui anno 1515 obiit, plura habent Nanius, Guicciardinius aliique. Jam mense Maio in Lombardiae castris comparuit. Captus fuerat a Gallis in magna illa Venetorum clade d. 14. Maii 1509, liberatus est post foedus cum republica percussum exeunte Martio. Breve videtur scriptum in priori parte mensis Aprilis.

1513.

(d.?) April. Romae apud S. Petrum (2343) Cum certa castra sive oppida plebis Bononien. dioec. ad mensam episcop. Bononien. pertinentia in loco adeo diversis aquarum et fluminum diversorum et paludum inundationibus subjecto constituta noscerentur, ut formidandum esset, ne tempore procedente nisi debite provideretur ab ipsis aquis funditus submergerentur nec bene provideri posse constaret nisi per Ducem Ferrariae p. t. existentem, qui ob territorii sui inibi vicini dispositionem ac fluminis Padi commoditatem suamque ad hoc habilitatem castra s. oppida praedicta illorumque territoria brevi tempore ab ipsis aquarum inundationibus saltem pro maxima parte expurgare posset, Alexander VI. ad preces incolarum ea cum illorum possessionibus a Bononien. ecclesia data illi idonea et utili recompensa separare ac Herculi Duci ejusque liberis, haeredibus successoribusque perpetuo concedere voluit. Quae res diu agitata sub Julio II. et Alphonso Duce Ferrariae [1], Herculis filio et haerede, effectum consecuta est. Hanc demum Leo X. sua auctoritate confirmat mandans super eadem Adrien. ac Comaclen. episcopis ac vicario archiepiscopi Ferrarien. gen. A. P. R. M. — R. C. (Evangel. | Balbus | Gibraleon. Delius | Coll. Donatus) L. 1020 f. 114.

— — — (2344) Jacobo de Venturis civi Senensi mercatori concedit ad quinquennium Dochanam grasciae almae Urbis cum onere solvendi ultra pretium consuetum quolibet anno Camerae Ap. 400 duc. auri eique mutuandi 8000 duc. „Accepimus siquidem dilectum filium.“ Div. Cam. t. 63 f. 84.

— — — (2345) Antonio Januario Neapolitano, qui literas laetitiae plenas de novo Pontifice scripserat, benevolentiam se suam servaturum spondet. „Etsi dubium Nobis non erat“ (Sadol.) Ed. Sadol. ep. 7 p. 9.

— — — (2346) Trojano principi Melfis de mutua dilectione per adversae fortunae societatem roborata rescribit seque illi semper propitium fore affirmat, quam paternam voluntatem Carraciolus gratulationis officio ejus nomine perfunctus vicissim referre poterit. „Gratae nobis admodum“ (Sadol.) Ed. Sadol. ep. 9 p. 10. 11.

— — — (2347) Duci dell' Infantado amanter respondet ad gratulatorias literas. „Singularem tuam laetitiam“ (Probab. Sadol.) Brev. ad princ. vol. 5 (28) f. 21.

— — — (2348) Ludovico Francorum Regi laetum animum declarat, quod induciae ad annum inter eum et Ferdinandum Aragoniae et Siciliae Regem factae sint, in quibus Maximilianus el. Rom. Imp., Anglorum et Scotorum Reges aliique principes comprehendantur [2]. Narrat pacta et capitula a se studiose fuisse lecta, placuisse optimum exordium de sancta contrahentium intentione sibique maximam affulsisse spem fore, ut arma inter fideles principes ponerentur, adversus impios sumerentur; verum spem laetitiamque subsequentia imminuisse, quibus continebatur, Ludovicum R. a domesticis periculis vacuum conversurum arma ad Italiam suumque ibi jus prosecuturum [3], arma non deponere, sed transferre potius velle. Monet, longe gloriosiorem militiam a Rege christianissimo exspectari, in Italia jura ejus potius *per viam tractatus et honorificae compositionis* esse prosequenda. *„Ac nos quidem, quoniam in memoria versantur ea, quae tot annos continuos magno cum dolore vidimus, misera et calamitosa detrimenta Italiae, nihil mirum est, si et pro pastorali officio, quod sustinemus, et pro amore patriae, cui tamquam homines et non ingrati alumni affecti sumus, metu impendentium malorum commovemur.“* Meminit tristium et nefandorum facinorum in bellis superioribus patratorum et horret ab eorum renovatione. Orat Regem et obsecrat, ut suum christianissimum nomen cogitet, Regem pacificum imitetur et viam juris et compositionis ingrediatur, in qua se omnem aequitatem et benevolentiam ipsi ostensurum promittit. Init.: „Ex eis literis, quas Julianus de Medicis noster secundum carnem germanus ab oratore Florentinorum, qui apud Majestatem Tuam legati officio fungitur, ad se scriptas nobis misit“ (Sadolet.) Ed. Sadol. ep. 11 p. 12—16. *Roscoe* t. V doc. 75 p. 240—246. [4]

[1] Hic Alphonsus tempore suo peritissimus celebrabatur artium mechanicarum, praesertim ad rem militarem pertinentium, operumque hydraulicorum. Nihilominus qualemcumque cessionem territorii ad ecclesiam Bonon. pertinentis Pontificia confirmatio non fuisset subsecuta, quamdiu ipse Dux nondum Romanae Ecclesiae reconciliatus in rebellione perstitit. Unde falsum datum apposuere scriptores XIV. Kal. April. a. I. Sed post diem 11. Aprilis ea confirmatio locum habere potuit, licet nondum quaestiones principales essent compositae.

[2] *Zurita*, Hist. del Rey D. Hernando el Catholico t. 2 p. 352. *Jacob de Bannissis*, Lettres IV 114. Cf. *Le Glay*, Correspondance t. 2 p. 145 seq. *Ranke*, Opp. histor. t. 33 p. 308. Ferdinandus recesserat a Liga Mechlin. 5. April. conclusa (*Rymer*, Foed. VI. I p. 42. *Dumont*, Corps diplom. IV, I p. 173. *Roscoe* t. 4 p 38).

[3] sc. quoad Ducatum Mediolanensem.

[4] Die 12. Mai 1513 exercitus Ludovici jam Alexandriae stetit; epistola haec scripta fuit probabiliter mense Aprili ad exitum vergente vel ineunte Maio.

ANNO PRIMO MENSE MAIO. 1513.

1513.

1. Mai. (Kal. Mai.) Romae apud S. Petrum (2349) Dissolvit unionem, qua ecclesia S. Mariae in Cosmedin monasterio S. Pauli extra muros Urbis O. S. B. Congregat. Montiscasin. al. S. Justinae de Padua perpetuo unita erat[1], illam ecclesiam in collegiatam mutat, qualis olim fuisse dicebatur, archipresbyteratus dignitatem, novem canonicatus et totidem praebendas erigit, sex capellanos amovibiles constituit, pro dote et oneribus a mensa monasterii certam bonorum quantitatem separat. A. P. R. M. „In apostolicae dignitatis specula“ (Delius | A. de Castillo) L. 991 f. 29 (Evangel. | Colardi. Draco | Millin. Coll. | H. de Cesis) L. 997 f. 187.

— — — (2350) Pro parte moderni abbatis et conventus monasterii SS. Petri et Pauli in Wissenburg O. S. B. Spiren. dioec.[2], quod a primaeva erectione opulenter dotatum erat, sed a pluribus annis abbatum negligentia aliisque sinistris eventibus, quibus partes illae laboraverant, magnam bonorum suorum partem amisit, cum exponant, in alienatione bonorum dicti monasterii fuisse stipulatum, ut dicta bona ad monasterium reverterentur, si pretium ab emptoribus solutum restitueretur, ut abbas et conventus annuum emptoribus censum solventes ea in locationem interim tenerent, et monasterium adeo gravari, ut abbas et conventus commode se sustentare nequeant, et cum supplicent, ut iis licentia concedatur, ut ad effectum pretium praefatis emptoribus restituendi ista bona aliis personis cum pacto ea reluendi vendere possint et interim ea pro minore censu ab his in locationem accipiant, mandat abbatibus monasteriorum in Gotzawe Spiren. et S. Walburgis in sacro foresto Argentin. dioec. O. S. B., ut dictam licentiam concedant, si re inquisita ipsis constiterit eam cedere in monasterii utilitatem. „Injunctum Nobis desuper“ (Benzon | Barotius) Arch. Lat.[3] tom. 7. f. 226, b.

— — — (2351) Paridi Electo Pisaurien. declarat, nullas et invalidas esse literas, quibus praedecessor jam corpore et mente infirmus ecclesiam Pisaur. nunc Paridi traditam[4] Accursio de Cazinigo nec non monasterium S. Crucis O. S. B. ejus dioec. nunc a Pontifice praefatae ecclesiae unitum Scipioni de Ruvere concesserat, et utrique praetendenti suam provisionem oppugnanti silentium esse impositum. „Cum alias tempore fel. rec. Julii“ (Sadolet.) Div. Cam. 64 f. 64.

— — — (2352) Jacobo Semyol Aloysii S. M. in Cosmedin Diac. Cardin. servitiis insistenti, qui par. ecclesiam loci de Garinga et certa beneficia Barchinon. dioec. cum Antonio de Talavera canonico Barchinon. permutare intendit, post utriusque resignationem de canonicatu et *hebdomadaria* nuncupata praebenda in eccl. Barchinon. providet. „Apostolicae Sedis“ (Sadolet | Delius. Cabredo p. comp. | J. Tarin. Coll. Donatus) L. 1008 f. 5.

— — — (2353) Johanni Bardonis seniori canonicatum et praeb. et archidiaconatum Ulmesii ecclesiae Tholosanae olim O. S. A. nunc ad saecularitatem redactae permutationis causa resignanti confert canonicatum et praeb. ecclesiae S. Vincentii Montisregalis et S. Petri de Granata nec non *archidiaconatum* nuncupatam loci de Lauraco magno paroch. ecclesias Carcassonen., Aduren. et Mirapicen. dioec., quos Mag. Georgius de Marsano eadem de causa dimisit. „Apostolicae Sedis circumspecta benignitas“ (Sadolet. | Delius. Cabredo | Cotini. Coll. Attan.) L. 992 f. 137.

— — — (2354) Mag. Georgio de Marsano dictos canonicatum et praeb. et archidiaconatum ecclesiae Tholosan. confert. Init. et script. ut supra. L. c. f. 139.

— — — (2355) Henrico Vastinari Cardin. Vicecancellarii famil. vicariam ad altare quatuor Doctorum situm in par. eccl. S. Joh. Luneburgen. Verden. dioec. resignatione Joh. Keller vacantem confert. „Vitae ac morum“.

— — — (2356) Abbati monasterii S. Michaelis Luneburgen. et praeposito et decano Hamburgen. et Bardewicen. ecclesiarum Bremen. et Verden. dioec. executionem committit. „Hodie dil. filio“ (O. de Cesis. J. Danielo | Grat. de mand. p. fam. R. D. Vicecanc. Nardinus) Arch. Lat. tom. 6 f. 351; f. 351, b.

— — — (2357) Johanni Paiz Sixto Cardin. Vicecancellario inservienti confert canonicatum et praebendam in ecclesia Lucensi. „Vitae ac morum“ (Infra: Delius. Cabredo | Marciaci) L. 998 f. 15, b.

— — — (2358) Antoniae de Martello priorissae prioratus S. Columbae Transrodan. prope et extra

[1] Factum id fuit a. 1435 ab Eugenio IV. Cf. *Moroni* t. 12 p. 103 seq. Tabula taxarum apud *Doellinger* l. c. p. 1 adnotat: „Aucta est taxa monasterii S. Pauli ad florenos de Cam. 50 propter unionem ecclesiae S. Mariae in Cosmedin alias *Scola Graeca* de Urbe factam dicto monasterio.“

[2] Weissenburg in Alsatia. Cf. Gallia christ. t. 5 p. 741 seq.

[3] Sic citabimus documenta ex Arch. Datariae Ap. ea parte, quae in Palatio Lateran. asservatur, selecta.

[4] Vide supra p. 115 ad d. 4. April.

1513.

muros Viennen. O. S. B. confert dictum prioratum per obitum Philippae Ybaude priorissae vacantem eique, si super eo lis pendeat, omne jus ad illum concedit, quod Franciscae de Optuoz moniali per majorem partem electae tempore resignationis competebat; Abbatibus monasteriorum S. Petri Forisportini Viennen. et S. Andreae extra muros Viennen. ac Officiali Viennen. mandat, ut recepto prius fidelitatis juramento Antoniam in possessionem prioratus inducant, et si iste litigiosus existat, ad omne jus dictae Franciscae competens surrogent. „Religionis zelus“ (Bembus | P. Millinus. W. de Enckenwort | Cyprianus. Coll. Hipp. de Cesis) L. 993 f. 290, b.

1. Mai. (Kal. Mai) Romae apud S. Petrum (2359) Magistratui Bononiae mandat, ut ad Regii Lepidi forum muniendum ex militibus ibi morantibus 25 cum strenuo praefecto mittat, antea vero consilium hoc cum Regiensi Magistratu communicet. „Demonstratum Nobis est“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 22 p. 15.

— — — (2360) Rufino Regii Lepidi Magistratui haec Bononiam scripta nuntiat. „Intelleximus operae pretium esse“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 23.

— — — (2361) Marco Martello[1] Regii Lepidi Quaestori mandat, ut quae Julii II. tempore ex salis aliarumque rerum vectigalibus aerario pontificio publicanorum reliqua debebantur, ea curet et exigat, in quo ei Magistratus praesto sit. „Mandamus tibi, ut quae“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 24.

— — — (2362) Magistratui Regii Lepidi et M. Martello Quaestori mandat, ut omnes istius aerarii proventus et vectigalia ad rationem ac formam, quam lege Julia acceperant, revocent eaque deinceps utantur. „Volumus et vobis mandamus“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 31.

— — — (2363) Francisco episc. Sabinen. ecclesias S. Mariae de Nicone et S. Mariae de Lexcera Civitatis Castellan. dioec. et monasterium S. Salvatoris Vallis Pirte[2] O. S. B. Perusin. dioec. commendat et archiepiscopo Crainen. et episc. Cavallic. et vicario gener. episcopi Castellan. mandat, ut ei assistant. „Romani Pontificis providentia circumspecta“ (P. de Cesis | *Visa* P. Delius | A. de Castillo | Coll. H. de Ces.) L. 993 f. 141, b.

— — — (2364) Johanni de Hortigosa rectori paroch. ecclesiae S. Genesii loci de Roias Oxomen. dioec., qui liti et causae super par. ecclesia S. Andreae ejusd. dioec. cessit, jus accedendi, ingrediendi seu regrediendi ad secundo dictam eccl. concedit. G. F. (J. B. Nasius | Grat. de mand. L. de Bertinis | A. de Verdes. Coll. Attan.) L. 1008 f. 109.

— — — (2365) Hieronymo de Colonio cler. Bergamen. obsequiis Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. insistenti fam. suo concedit indultum quoad beneficia. G. F. (P. de Cesis | Grat. de mand. S. D. Colardi. Draco | Casanova. Coll. S. de Spol.) L. 1034 f. 72, b.

— — — (2366) Guillelmo de Natheo canonico prioratus S. Geraldi O. S. A. Lemovicen. dioec. parochiam de Tholus Ruthenen. dioec. confert. R. Z. (Sine secretario | de Bertinis | A. de Castillo. Coll. H. de Cesis) L. 1000 f. 215, b.

— — — (2367) Bandinello tit. S. Sabinae presb. Card. reservat canonicatus et praebendas majoris et S. Laurentii eccles. Lauden., quos Jeronimus Maganis obtinet. „Ad personam tuam“ (Evangel. | *Visa* Benedictus. Coll. Camp.) L. 1000 f. 155.

— — — (2368) Petro Santii cler. Palentin. Bernardini Gutterii script. fam. concedit indultum quoad beneficia in Castellae et Legionis regnis impetranda necnon privilegia, quae competunt filiis patrimonialibus paroch. ecclesiarum de Hempudia et de la Torre de Mormoion ac de Torquemada locorum Palentin. dioec. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Delius. Vives | A. de Verdes. Coll. Harnia) L. 1009 f. 135.

— — — (2369) Natali Belier confert canonicatum et archidiaconatum majorem eccl. Andegaven. „Vitae ac morum“ (Sadolet. | Colardi. Draco | Salvius. Coll. H. d. Ces.) L. 1014 f. 33.

— — — (2370) Archidiacono et Stephano Marodin canonico eccl. Cajacen.[3] ac vicario Episc. Cajacen. gen. mandat, ut Johanni Aurificis cler. Cajacen. dioec. monasterium S. Crucis O. S. B. dictae dioec. tradant. „Romani Pontificis“ (Nasius | Gratis pro famil. Vicecancell. Colardi | Gerona. Coll. Attan.) L. 1013 f. 224.

— — — (2371) Petro de Sotto cler. Compostell. dioec. Lic. in decr., qui canonicatum et praeb. eccl. Lucen. resignavit, assignat pensionem an. super fructibus dicti canonicatus aliorumque beneficiorum, quae Joh. Paiz de canonicatu provisus (n. 2357) obtinet. L. S. (Gratiadei | Gratis pro fam. Vicecanc. Delius. Cabredo | Marciaci. Coll. Donatus) L. 1008 f. 138, b.

— — — (2372) Mag. Johanni de Lerma Cantori eccl. Burgen. scriptori et fam. suo ejusque familiae, etsi desierit esse scriptor ap., amplissimas exemtiones a jurisdictione eccles.

---

[1] In edit. modo Marcello, modo Martello legitur.
[2] sic; an sit coenobium Vallis Pontis (*Łubin* p. 403. 404), dubium.
[3] Cajazzo (terra di Lavoro) suppressus episcopatus a. 1818. *Moroni*, Diz. t. 6 p. 228.

1513.

et saecul. et gratias concedit. G. D. et F. (Ph. d. Senis | Vega. Coll. Attan.) L. 1008 f. 307, b.

1. Mai. (Kal. Mai.) Romae apud S. Petrum (2373) Mag. Silvio Passerino cler. Cortonen. notario et fam. suo reservat unum aut plura certi valoris beneficia in Aretin. et Corton. civitatibus et dioec. G. D. (Evang. | Grat. de mand. Colardi. Draco | De Comitibus. Coll. H. de Cesis) L. 997 f. 230.

— — — (2374) Mag. Johannem Bapt. Almadianum cler. Viterbien. Apost. Sedis notariorum numero et consortio aggregat. „Pii Patris altissimi“ (Castillion.) L. 1211 f. 82.

— — — (2375) Thomae Regis canonico Nanneten. notar. et fam. suo ampla concedit privilegia. „Exigunt grata devotionis“ (Gratiadei | Grat. p. socio | Madrigal. Coll. Attan.) L. 1123 f. 26 [1].

— — — (2376) Petro de Valdemeso cler. Burgen. fam. suo unum vel plura beneficia certi valoris in civit. et dioec. Ispalen. Palentin. et Salamantin. consistentia reservat. „Etsi beneficiorum omnium“ (Evangel. | Grat. de mand. S. D. Aloys. | Valtrini. Coll. H. de Cesis) L. 1027 f. 248. (P. d. Cesis | Delius | Salvius. Coll. H. d. Ces.) L. 992 f. 27, b cum init. G. F.

2. Mai. (VI. Non. Maii.) — Oratores quatuor Lucenses die 22. April. Urbem ingressi in consistorio publico praestant Papae obedientiam [2].

— (2377) Sigismundo S. Mariae novae diac. Card. S. Mariae Magdalenae de S. Georgio Beneventan. aliasque Praeceptorias militiae S. Lazari, quas Barthol. Roys resignavit, ad 6 menses commendat. „Ad personam tuam“ (Evang. | *Visa* P. Delius. | Valtrini. Coll. Harnia) L. 999 f. 99.

— — — (2378) Joanni de Bailly rectori pac. ecclesiae de Boullencourt Ambian. dioec. Mag. in art. commendat Prioratum non conventualem B. Petri de Maresmotier Cluniac. Ord. dictae dioec. a monasterio B. Arnoldi de Crespuy dicti Ord. dioec. Silvanecten. (Senlis) dependentem. L. S. (Evangel. | De Rizonibus. Berona | Gais. Coll. Attan.) L. 1027 f. 158, b.

— — — (2379) S. Vincentii Oveten. et B. M. Vallis Dei Oveten. dioec. monasteriorum [3] abbatibus et Officiali Oveten. mandat, ut canonicatum et praeb. ecclesiae Oveten. et abbatiam saecul. et collegiatae eccl. S. Petri de Teberga dictae dioec., necnon perp. capellaniam in capella de Dongueterre nuncup. in eadem eccl. Oveten. fundata Fernando de Ilanes, qui pro clerico se gerit et dicta beneficia injuste detinet, et aliis vocandis vocatis Alphonso Cuerno cler. Oveten. famil. suo, si nemini sit jus quaesitum, conferre curent. G. F. (Colot. | Gratis d. mand. S. D. Gomiel | Verdes. Coll. Donatus) L. 1054 f. 124.

— — — (2380) Mag. Thomae Nudry cler. Brechinen. (Scotia), qui Petri t. S. Eusebii presb. Card. obsequiis insistit, Ministratum domus de Hoston O. S. Trinit. redempt. captiv. S. Andreae dioec. obitu Thomae Dykson vacantem ipsi per Julium II. sub plumbo et a Leone in forma brevis concessum, cum ista concessio viribus non subsistat, commendat et deinde si in fratrem dictae domus receptus professionem emiserit, eum ipsi confert. „Apostolicae Sedis providentia“ (Blondus | Grat. de mand. S. D. L. de Bertin. Baena | F. Bernardus. Coll. Amerin.) L. 1082 f. 66, b.

— — — (2381) Moderno episcopo Martoran. Neapoli commoranti mandat, ut Marino de Januario cler. Neapolitan. si eum ad hoc idoneum esse repererit, canonicatum et praeb. ecclesiae Neapolitan. conferat. „Dignum“. (A. de S. Severino | Barotius) Arch. Lat. vol. E f. 84, b.

— — — (2382) Leonardo Lauredano Venetiarum principi nuntiat, se Marchionem Mantuae in suum patrocinium suscepisse et eum tractari velle ut a se maxime dilectum. „Franciscum Gonzagam“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 33 p. 18.

— — — (2383) P. Bibienae internuncio apud Venetos misso prioris epistolae exemplo mandat, ut dictum Marchionem pro viribus adjuvet. „Exemplum literarum.“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 32.

— — — (2384) Vitello Camilli Nicolai de Vitellis laico Civitatis Castellae concedit legitimationem natalium. „Cupientes te, qui, ut nobis exponi fecisti.“ (Sadolet.) Brev. vol. 30 f. 20; vol. 2 n. 18.

— — — (2385) Nicolaum de Colle Lucen. confirmat Potestatem civitatis Castri. „Vidimus electionem, quam dilecti filii priores populi“ (Sadol. Coll. Cipell.) Div. Cam. L. 64 f. 133, b.

— — — (2386) Fernandum Monzano rectorem par. ecclesiae S. M. de Gratia Conchen. dioec.

---

[1] Legitur: MDXIV Kal. Maii anno primo.

[2] Narrat P. de Grassis, ante consistorium Pontificem esse sciscitatum, an Pontifex semper deberet personaliter oratoribus respondere an Principibus tantum personaliter loquentibus, et quis hunc ritum introduxerit. Addit: *Non haec a me petebat, ut ipse timeret, sed quia periculosum erat nimis in Pontifice loqui per modum oratoris.* Habet plura scitu digna in responsione, ubi inter alia ad Pium II. oratorem egregium hunc morem reducit, quem Paulus II., ne timidus diceretur, secutus dicitur (f. 35).

[3] S. Vicente — S. Maria de Val de Dios D. Oviedo. Cf. España sagr. t. 38 p. 114. 178.

1513.

Laur. Puccii lit. ap. abbreviatoris familiarem in suum et S. Sedis Accolitum Capellanum recipit. „Virtutibus clarens.“ (Infra: Gratis pro famil. assist. Millin. Enckenw. | F. de S. Joh. Coll. Bucan.) L. 996 f. 71.

2. Mai. (VI. Non. Maii.) Romae apud S. Petrum — (2387) Lupo Alfonsi perp. capellaniam ad altare S. Eufemiae in eccl. Auriensi confert. G. F. (Ph. de Senis | Delius. Cabredo p. Comp. | F. de Vega | Coll. Harnia) L. 991 f. 323.

— (2388) Episcopo Cavallic., Praeposito Fesulan. et Officiali Aurien. committit praeced. diplomatis executionem. „Hodie dilecto filio“ (Iid. script.) L. c. f. 324, b.

— — — (2389) Mag. Johanni de Renti diac. notario ap., de baroniali genere procreato, confert Decanatum eccl. S. Audomarii Morinen. dioec. vacantem obitu Joh. Canis. G. D. (Evangel. | Balbus. Gibraleon | Castillo. Coll. Harnia) L. 1019 f. 34.

— — — (2390) Antonio Bohier ex nobili genere nato confert archidiaconatum eccl. Rothomagen. vacantem cessione Thomae ep. Tarvien. „Laudabilia“ (Evangel. | Cheminart. Aloysius | De Comitibus. Coll. Bucan.) L. 1008 f. 191.

— — — (2391) Guillermo Amyot presb., portae ferreae Palat. ap. custodi, capellaniam *stipendiariam* nuncupatam ad altare B. M. in eccl. par. S. Georgii Pictaven. dioec. confert. G. F. (P. de Cesis | Grat. de mand. S. D. Colardi. Draco | Tarin. Coll. H. d. Ces.) L. 1007 f. 181.

3. Mai. (V. Non. Maii.) — (2392) Mariano Prosperi de Astallis cler. Romano confert canonicatum et praebendam proxime vacaturos in eccl. B. Mariae Majoris de Urbe, mandans interim, ut in canonicum supranumerarium recipiatur. „Laudabilia“ (Sine secretario. | De Comitibus) L. 993 f. 16.

— (2393) Jeronimum Caravale constituit Capitaneum seu judicem appellationum civitatis Perus. „Exigit tua in Nos et hanc S. Sedem Ap.“ (Bembus) L. 1211 f. 57.

— — — (2394) Gundisalvo Maldonado cler. Hispalen. fam. suo assignat pensionem an. G. F. (Infra: Gratis de mand. S. D. Suno | Verdes. Coll. Attan.) L. 1014 f. 163.

— — — (2395) Dominico Henrici confert par. ecclesiam de Dompno Martino Meten. dioec. „Vitae ac morum“ (Colot. | Delius. Baena. | Cotini. Coll. S. de Spol.) L. 1002 f. 4.

— — — (2396) Ovidio de Bazelinis de Castro Burgi dioec. Bononien. petenti concedit, ut castrum Burgi et villa Vadi a civitate et communi Bononien. eximantur, dismembrentur ac separentur, ipsumque Ovidium et fratres ac successores ejus Comites castri Burgi et villae Vadi creat, confirmans et approbans literas ea de re a gubernatore Bonon. jam antea confectas. „Tuae devotionis probata sinceritas“ (J. Sadoletus | P. Delius. R. Cabredo p. comp. | J. de Madrigal. | Coll. de Juvenibus.) L. 997 f. 206.

— — — (2397) Laurentio Galliani perp. Capellano ad altare omnium SS. situm in ecclesia Gratianopolitan. O. S. A. canonicalem portionem in ea eccl. concedit. „Apostolicae Sedis providentia“ (Colotius | Cheminart. Aloysius. | De Gais | Coll. H. d. Ces.) L. 1006 f. 247, b.

— — — (2398) Capitaneo Patrimonii, Dochaneriis tractarum ejus provinciae et Joh. Paulo Argenteo commissario suo nuntiat se concedere nobili mulieri Felici de Ruvere mille rubra frumenti seu tritici e portu Pali extrahere. „Concessimus dilectae in Domino“ Brev. ad princ. vol. 5 f. 212, b.

— — — (2399) Jacobo de Thiarno baccal. in legibus par. ecclesiam B. M. de Cavasante Agennen. dioec. confert. N. G. (P. de Senis | L. de Bertinis | J. de Gais. Coll. S. de Spol.) L. 1002 f. 198.

— — — (2400) Mag. Johanni de Lerma, scriptori et fam. suo canonicatum et praeb. eccl. Burgen. vacantes resignatione Petri Sarmiento confert. G. D. (Carrotius | F. de Vega. Coll. Attan.) L. 999 f. 188.

— — — (2401) Johannem de Roca, cui per praesidentes conciliabuli Pisani de par. eccl. B. M. de Boreto Montisalb. dioec., cum Bernardus Bonihominis eidem eccl. in manibus eorundem renuntiasset, erat provisum, absolvit a censuris et irregularitate eique facta abjuratione praefatam ecclesiam confert. „Sedes Apostolica pia mater“ (Evangelista | Marciaci. Aloys. | Cheminart. Coll. Attan.) L. 1035 f. 52.

— — — (2402) Bartholomaeo Salis monacho monasterii Casaedei O. S. B. Claromont. dioec.[1] commendat prioratum B. M. de Flaghaco O. S. A. Sancti Flori dioec. a monasterio Piperaci ejusd. Ord. et dioec.[2] dependentem. R. Z. (F. Armellin. | Suno. Baena | Madrigal. Coll. de Campan.) L. 1004 f. 159.

— — — (2403) Mag. Johanni Lyb[3] praeposito ecclesiae S. Florentii Hasthacen. Argentinae dioec. decret. doctori, notario et fam. suo concedit regressum ad canonicatum et praeb. ac Portariam ejusdem eccl. S. Florentii. G. D. (Evangel. | Millin. | P. Marciaci. Coll. H. d. Ces.) L. 1048 f. 73.

---

[1] St. Robert de la Chaise Dieu D. Clermont. Gallia christ. t. 3 p. 327 seq.

[2] Notre Dame de Pébrac de St. Flour. Gallia christ. t. 2 p. 457 seq. Monasterium vocatur Piperucense.

[3] Cf. n. 1386.

1513.

3. Mai. (V. Non. Maii.)	Romae apud S. Petrum	(2404) Richardo Woode vicario par. ecclesiae de Brakley Lincolinen. dioec. indultum quoad beneficia concedit. „Vitae ac morum“ (A. de S. Severino | Colotius) Arch. Lat. vol. E f. 291, b.
— —	—	(2405) Simile indultum Thomae Pyere vicario par. ecclesiae de Barsted Cicestren. dioec. baccal. in legibus concedit. L. S. Script. iid. L. c. f. 290.
— —	—	(2406) Idem indultum pro Johanne Bellynghin cantario cantariae S. Catharinae in eccl. B. M. V. de Gyllyngin Saresbirien. dioec. „Vitae ac morum“. Scr. iid. L. c. f. 289.
— —	—	(2407) Idem pro Nicolao Henshaw rectore par. ecclesiae S. Georgii de Clist Exomen. dioec. Init. et scr. ut supra. L. c. f. 287.
— —	—	(2408) Idem pro Willelmo Tayllour rectore par. eccl. de Queryngton Lincolin. dioec. Init. et scr. ut supra. L. c. f. 286, b.
— —	—	(2409) Idem pro Willelmo Webbe Sacrista eccl. Lichefelden. Init. et scr. ut supra. L. c. f. 296, b.
— —	—	(2410) Catharinae Angliae Reginae concedit, ut sex presbyteros idoneos capellanos suos eligere possit, qui horas canonicas, missas et alia divina officia diurna et nocturna secundum usum, ritum et consuetudinem Ecclesiae Rom., quamdiu ipsius obsequiis insistant, recitare et omnes beneficiorum fructus (quotidianis distributionibus exceptis) percipere valeant ac si personaliter resideant. „Exigit tuae devotionis“ (Infra: Colotius) Arch. Lat. tom. 7 f. 23, b.
4. Mai. (IV. Non. Maii.)	—	(2411) Francisco Fidelis Mag. in art. paroch. ecclesiam B. Mariae de Remereuge Belvacen. dioec. confert. L. S. (Bembus | Millin. Enckenw. | J. Colardi | Coll. H. d. Ces.) L. 991 f. 123.
— —	—	(2412) Archiepiscopo Jadren. Episcopo Agien. et Vicario gener. Ep. Tarvisin. mandat, ut Marco S. Mariae in porticu diac. Card. par. ecclesiam S. Liberalis terrae Castellifranchi Tarvisin. dioec. commendent. „Ad personam dilecti filii nostri Marci“ (Infra: Delius | Salvius | Coll. Attan.) L. 992 f. 155.
— —	—	(2413) Cavallic. et Bisignan. Episcopis et vicario gen. Episc. Anconitani mandat, ut ecclesiam paroch. S. Claudii Anconitan. Jacobo Lutii cler. Anconitano conferre curent, quam Gabriel archiep. Dyrrachien. in commendam obtinuerat et nunc resignavit. G. F. (Armellin. | Gratis de mand. S. D. Delius. | Balbus | Coll. H. d. Ces.) L. 991 f. 112, b.
— —	—	(2414) Jacobo Cholet rectori par. ecclesiae de Annovilla Rothomagen. dioec. indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ (F. Castilion. | Delius | F. Bernardus. Coll. Blondus) L. 1205 f. 650.
— —	—	(2415) Officialibus consilio et communitati terrae Suriani confirmat prisca privilegia quae in usu sunt et remittit tertiam partem subsidii unius anni ab ipsis debiti in reparationem murorum vel ecclesiae S. Nicolai ejusd. loci convertendam. „Sinceritatis affectus necnon fides et devotio“ (*Visa* J. de Viterbio) Div. Cam. tom. 63 f. 63.
— —	—	(2416) Constantino del Castillo cler. Palentin. dioec., famil. Leonardi de Bertinis famil. sui, Praeceptoriam domus B. M. V. de Castellano al. Castellanos O. Hospit. ejusdem B. M. Teutonicorum extra et prope muros oppidi de la Mota Zamoren. dioec. vacantem cessione dicti Leonardi cum eccl. annexa S. Martini commendat et beneficium in par. eccl. S. Salvatoris dicti oppidi confert eumque dicto Leonardo surrogat, si lis pendeat. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Gratis pro fam. script. Millin. Enckenw. Salvius. Coll. H. d. Ces.) L. 1024 f. 297.
— —	—	(2417) Johanni de la Panda cler. Conchen. accessum ad canonicatum et decanatum eccl. Conchen. concedit Gregorio Alvari de Alcala cedente. Init. ut supra (Infra: Millin. Enckenw. | Salvius. Coll. Donat.) L. 1008 f. 17, b.
— —	—	(2418) Episcopo Cavallicen. et Praeposito S. Simeonis Treveren. ac Officiali Treveren. mandat, ut Johanni Quetzplenning cler. Treveren. Mag. in artibus, qui Mag. Joh. Hieronymi Benzon abbreviatoris literarum ap. et in illarum expeditione Card. Vicecancellario assistentis familiaris existit, canonicatum et praebendam ecclesiae S. Florini oppidi Confluent. Treveren. dioec. obitu Willelmi de Lapide canonici vacantes conferre et assignare curent. L. S. (Infra: Colotius, add. XV. Kal. Jun.) Arch. Lat. vol. E f. 117.
— —	—	(2419) Alexandrin. et Cavallicen. Episcopis et Vicar. gen. Episcopi Novarien. mandat, ut Georgio Merate cler. Novarien. fam. suo canonicatum et praebendam ecclesiae SS. Gervasii et Protasii loci Domodosullae Novarien. dioec. et perpetuam capellaniam in eccl. S. M. de la Nive in confinibus ejusdem loci conferant. G. F. (Evang. | Grat. de mand. | Delius. Cabredo | Cheminart. Coll. H. de Cesis) L. 993 f. 71, b.
— —	—	(2420) In favorem Mag. Stephani Gabrielis Merino. scriptoris, cubicularii secreti et familiaris sui, canonicatum et praebendam ecclesiae Giennen. primo vacaturos Archidiaconatui de Baeza in eccl. Giennen., quamdiu ipse eumdem obtinuerit, unit et annectit. A. F. R. M. — „Romanum decet Pontificem“ (Evangelista | Gratis pro socio | L. Valtrini | Coll. H. d. Ces.) L. 993 f. 96.
— —	—	Vigil. Ascens. Papa solemn. Vesperis assistit.

1513.

5. Mai. (III. Non. Maii.) Romae apud S. Petrum — Festo Ascens. Pontifex rei sacrae adest, celebrante Card. de Grassis et Joh. B. Casalio canonico Lateran. sermonem faciente atque creat duos milites S. Petri auratos, unum nobilem Helvetium et quemdam Aldobrandinum Platesium (P. de Grassis f. 38).

— — — (2421) Magistratibus Parmae declarat, se eos nunc redeuntes paterno amore amplecti et operam daturum, ut neque se diligentiae in ea civitate recuperanda neque ipsos studii et observantiae poeniteat. „Optimum vestrum in Nos alacremque animum“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 34 p. 18.

— — — (2422) Magistratibus Placentiae scribit, sibi gratum et optatum fuisse eorum obsequium et se redeuntes in suam fidem et clientelam recipere. „Et obsequium vestrum et cultus, quem Nobis Lazarus Malvicinus et Nicolaus Scottus interpretes vestri diligenter praestiterunt“ (Bemb.). Ed. Bemb. l. c. ep. 35.

— — — (2423) Thomae episcopo Feltrinorum apud Mediolan. internuncio mandat, ut oppida Placentiam et Parmam ad ditionem eccles. redeuntia suo nomine recipiat liberaliterque tractet[1]. „Mandamus tibi, ut oppida“ (Bemb.). Ed. Bemb. l. c. ep. 36 p. 19.

— — — (2424) Mag. Johanni de Renti confert decanatum ecclesiae S. Audomaris Morinen. dioec. G. D. (Evangel. | Balbus | A. de Castillo. Coll. Harnia) L. 1019 f. 34.

— — - (2425) Marco Antonio Columnae mandat, ut Cotignolam oppidum in deditionem suo nomine recipiat itaque tractet, ut ejus municipibus et incolis nihil detrimenti a militibus inferatur. Quoad mulctam Decurionibus statuendam se propediem Bononiae Magistratui scripturum. „Mandamus tibi, ut Cotignolam“ (Bemb.). Ed. Bemb. L. II ep. 37.

— — — (2426) Alexandro de Lecanis cler. Lauden. canonicatum et praebendam in eccl. Lauden. confert. G. F. (Ph. de Senis | Delius. | Madrigal. | Coll. H. d. Ces.) L. 991 f. 2, b.

— — — (2427) Hippolito de Cesis cler. Spoletano Camerae Ap. notario plura donat indulta. G. F. (Colotius | Gratis de mand. Millin. Enckenw. | Cotini | Coll. Attan.) L. 994 f. 24.

— — – (2428) Mag. Johannem Tarin cler. Caesaraugustan. inter Ap. Sedis notarios recipit. „Pii Patris altissimi“ L. 1211 f. 33.

— — — (2429) Marescallatus Sedis Ap. sive Rom. Curiae officium, quod nobilis vir Troilus de Sabellis exercet, transfert in ejus filium Tullium Hostilium, ita ut hoc cedente vel decedente dictus Troilus absque alia literarum apost. desuper expeditione ad praedictum officium liberum accessum, regressum et ingressum habeat. „Devotionis tuae“ (Evangel.) L. c. f. 83, b.

— — — (2430) Simoni de Taxis confert canonicatum in eccl. S. Petri Turnonten. Cameracen. dioec. „Vitae ac morum“ (Colotius | De Bertinis | Coll. Camp.) L. 1001 f. 296, b.

— — — (2431) Michaeli Wauugh rectori par. ecclesiae S. Michaelis Archangeli de Harbaldoune Cantuarien. dioec. indultum quoad beneficia concedit. „Vitae ac morum“ (Lambert. | Ph. de Senis) Arch. Lat. vol. E. f. 299.

— — – (2432) Idem Roberto Leyff rectori par. ecclesiae de Istenhinsted Theyne Lincolinen. dioec. Init. et scr. ut supra L. c. f. 300.

— — – (2433) Episcopis Agrigentin. et Cavallicen. et Offic. Oxomen. mandat, ut Didaco de Leon cler. Calaguritan. dioec. baccal. in decr. fam. suo par. ecclesiam S. Crucis oppidi de Soria Oxomen. dioec. conferre curent. G. F. (P. de Cesis | Grat. p. fam. assistit. Delius | Casanova. Coll. Campan.) L. 995 f. 94.

— — — (2434) Mag. Mercurio de Vipera capell. suo et caus. P. A. auditori mandat, ut Johanni Guidonis cler. Antissiodoren., si nemini sit jus quaesitum, par. eccl. S. Georgii de Sonciaco Bisuntin. dioec. tradat. „Vitae ac morum“ (J. B. Nasius | Gratis p. fam. R. Vicecanc. Suno. Baena | Verdes. Coll. Attan.) L. 1003 f. 7.

— — – (2435) Francisco Lopez de Roa cler. Oxomen. dioec., inter quem et Antonium Sancii de Palenzuela et Gabrielem de Vertanillo clericos Palentin. dioec. super eccl. par. S. Michaelis oppidi Vallisoleti dictae dioec. lis et causa in Rom. Curia pendebat, cum liti et causae cesserit, pensionem an. super ejusdem eccl. fructibus assignat. Init. ut supra (Armellin. | Gratis d. mand. S. D. Liazar. Ingenw. | Madrigal. Coll. Amerin.) L. 1053 f. 228.

6. Mai. (prid. Non. Maii.) — (2436) Conventui monasterii S. Dominici de Silos O. S. B. ac Johanni Velasquez[2] laico

[1] Civitates Parmam et Placentiam a Julio II. recuperatas tempore interregni Prorex Neapolitanus et Senatus Mediolan. Romanae Ecclesiae eripuerant 5. Mart. 1513; reclamante Leone X. tum Rex Hisp. et Neap. tum Mediolan. Dux eas restitui jusserunt. De ea possessione S. Sedis agunt *Fontaninius*, Hist. summi Imperii Apost. Sedis in Ducatum Parmae ac Placentiae. Romae 1721. *Antonellius*, Ragioni della Sede Apost. sopra Parma e Piacenza, praesertim doc. 3. 10. 21. 35. 37. 39 seq. Analecta juris pontificii a. 1867 p. 1048 seq.

[2] Nominatur consiliarius Ferdinandi Regis catholici.

1513.

Burgen. et Abulen. dioec., declarat, literas priores super permutatione quorundam bonorum ab aliis ejusd. monasterii bonis remotorum et super annuo censu a dicto Johanne solvendo in omnibus valere. „Honestis petentium votis“ (Colotius | De Bertinis. Gomiel. | A. de Verdes. | Coll. Attan.) L. 1007 f. 15, b.

6. Mai (prid. Non. Maii.) Romae apud S. Petrum (2437) Rogerio abbati monasterii B. M. V. de Symorra [1] O. S. B. Auxitan. dioec. confert vacantem Prioratum S. Martini de Tugeto Cluniac. O. Lumbarien. dioec. (Lombez). „Personam tuam“ (Colotius | Cheminart. Aloysius. | J. de Gais | Coll. H. d. C.) L. 1006 f. 245.

— — (2438) Carolo de Cosualo Prioratum S. Germani de Crocia O. S. B. Caturic. dioec. commendat. N. G. (Sine secretario Delius. Vives | Coll. Bucan.) L. 991 f. 229.

— — — (2439) Petro tit. S. Eusebii presb. Card. commendat beneficia in dioecesibus Oxom. et Salamantic. olim ab Antonio Gundisalvi obtenta. „Ad personam tuam“ (Ph. de Senis | *Visa* Delius | Verdesotto | Coll. H. d. Ces.) L. 991 f. 278.

— — — (2440) Honorato Laborelli cler. Forojulien. dioec Prioratum S. Jacobi O. S. A. Vapinc. dioec. in commendam tradit. „Vitae ac morum“ (Sadolet. | Delius. Cabredo | J. de Gais) L. c. f. 326.

— — — (2441) Archiepiscopo Baren. Episcopo Cavallic. et vicario Ep. Urbinat. mandat, ut monasterium *abbatiam* nuncupatum S. Christophori de Castrodurante O. S. B. Nullius dioec. [2] Alexandro Card. S. Eustachii committant. „Romani Pontificis providentia circumspecta“ (Armellin. | De S. Johanne | Coll S. de Spol.) L. 1000 f. 307.

— — — (2442) Joh. Marcello de S. Salvatore confert paroch. ecclesiam S. Mariae de Fusignano Ceneten. dioec. „Vitae ac morum“ (Sadolet. | Colardi. Draco. | Cyprian. | Coll. S. de Spol.) L. 1000 f. 235, b.

— — — (2443) Theodoricum de Limpurch beneficiatum ad altare X. millium Martyrum situm in ecclesia Treviren. recipit in suum Accolitum Capellanum. „Virtutibus clarens (A. de Castillo | Delius. Cabredo | Marciaci Coll. Campan.) L. 995 f. 46.

— — — (2444) Johannem Gomerii Portionarium eccles. Corduben. (nepotem ex fratre germano Mag. Bartholomaei de Baena scriptoris et fam. sui) S. Palatii comitem creat. „Ecclesia Romana“ (Evangel. | Gratis pro nep. script. Millinus. Enckenw. | De Verdes. | Coll. H. d. Ces.) L. 992 f. 243.

— — — (2445) Episcopo Cavallicen., praepos. Fesulan. et archipresb. Ferrarien. mandat, ut Stephano de Stenchariis de Ferraria O. Pr. sufficienti dispensatione suffulto socio Johannis de Raphanellis de Ferraria O. Pr. Magistri S. P. par. ecclesiam de Gurzon Ferrarien. dioec. Thomae de Gatis resignatione vacantem conferre curent. „Apostolicae Sedis“ (P. de Senis | Grat. de mand. Millin. Enckenw. | Cyprian. Coll. D. de Juvenibus) L. 993 f. 302, b.

— — — (2446) Revocat privilegia ecclesiae Scepusiensi (Zips) in Hungaria a Pio II. d. d. Mantuae 17. Nov. 1459 a. II. concessa eamque jurisdictioni archiepiscopi Strigonien. Hungariae Primatis subjicit. A. F. R. M. „Regimini universalis ecclesiae praesidentes de universis orbis ecclesiis“ (Ponzettus | *Visa* Millin. | Cotini. Coll. H. de Ces.) L. 998 f. 105, b. Ed. *Theiner*, Monum. Hungar. t. II p. 593. 594 doc. 799. Utrumque docum. apud *Peterffy*, Conc. Hungar. Viennae 1742 t. I p. 181—198.

— — — (2447) Priorissae et conventui monialium S. Lucae in Montibus extra muros Bononien. O. S. A. secundum instituta fratrum Praedicatorum degentium committit prorsus imaginem B. Mariae Virg. custodiendam [3]. „Exponi Nobis nuper fecistis.“ Ex Archiv. Ord., in quo exemplar authenticum ex autographo Bononien. ed. Bullar. Ord. Praedic. t. IV p. 296.

— — — (2448) Quibusdam Ord. Minim. ecclesiis, ad quas B. Franciscus de Paula peculiarem devotionem ostenderat [4], Turon. Ambasien. Parisien. et Giennen. dioec. concedit indulgentias et gratias, speciales facultates pro confessariis adjungens [5]. „Pastoris

---

[1] N. D. de Simorre Dioc. d'Auch. Gallia christ. t. 1 p. 1014.

[2] De hoc monasterio in Ducatu Urbini agunt *Ughelli* t. 2 p. 975 seq. *Lubin* p. 92. *Cappelletti* t. 3 p. 411 seq.

[3] Revocat literas a quodam Card. dictae civit Legato impetratas, quibus quidam laici officiales et confratres hospit. B. M. de morte Bononien. habebant custodiam et claves tabernaculi, ubi ea imago, quae a S. Luca depicta esse pie creditur, asservatur.

[4] scil. Jesu Mariae Turon., B. M. et omnium SS. Ambas. et ejusdem B. M. Totius gratiae Parisien. et S Helenae Giennen.

[5] Correctores Ord. singulis annis 6 confessarios idoneos deputare possunt, quibus facultates speciales conceduntur.

1513.

aeterni“ (Sadolet. | Gomiel. | De Comitibus) L. 1198 f. 51 (Sadol. | Gratis de mand. S. Millin. Enckenw. | Gomiel. Coll. Camp.) L. 1011 f. 180.

6. Mai. (prid. Non. Maii.) Romae apud S. Petrum (2449) Petro Fresneau Prioratum B. Mariae Magdalenae domus Dei prope et extra muros villae Partiniaci O. S. A. Pictaven. una cum Prioratu de Jarnaco Champaigne O. S. B. dioec. Xancton. qui a monasterio S. Salvatoris de Carrofio O. S. B. Pictav. dioec.[1] dependet, regendum concedit. R. Z. (Castillion. | De Bertinis | Gomiel. | A. de Castillo. | Coll. Attan.) L. 1001 f. 60.

— — — (2450) Gentilem Santesium Pindarum civitatis Parmae Referendarium et Secretarium suum constituit. „Gratia, doctrina“ (Sadolet. | Div. Cam. t. 63 f. 51.

— — — (2451) eumdem capitaneum citadellae civitatis Placentiae nominat. „Praestans doctrina“ (Sadol.) L. c. f. 51, b.

— — — (2452) Vincentium et Sebastianum de Saulis quietat pro restitutione peracta unius adamantinae et duorum saphirorum pectorali aureo simul intextorum, duorum balasiorum et unius smaragdi, quae omnia pro 10 000 ducat. auri Julio II. praestitis in pignore detinebant. „Confitemur praesentibus“ L. c. f. 53, b.

— — — (2453) Motu proprio mandat, ut Eustachio Petruccio de Senis pro custodia 10 equitum balistariorum solvatur provisio 20 ducat.[2] „Ut decentius in nostris et Ap. Sedis“ L. c. f. 38.

— — — (2454) Andreae de Pace archidiacono de Limia in eccl. Aurien. J. U. doctori, literarum ap. sollicitatori, famil. suo reservat fructus et regressum, ne dispendium patiatur ex dissolutione unionis parochialis ecclesiae loci de Horcayo Caurien. dioec. cum suo archidiaconatu et ex collatione parochiae Francisco de Miranda facta. G. D. (Evangel. | Delius. Cabredo | Bertrandi. Coll. H. d. Ces.) L. 992 f. 199, b.

— — — (2455) Cavallic. et Asculano Episcopis ac Decano ecclesiae Argentin. mandat, ut Jacobo Abbel (n. 1295 seqq.) cler. Argentin. dioec. conferant decanatum eccl. SS. Michaelis et Petri senioris nuncup. Argentin. „Vitae ac morum“ (Sadolet. | Colardi. Draco | A. de Castillo. Coll. Donat.) L. 1008 f. 24.

— — — (2456) Petrum Mormosin monachum monasterii S. Sulpicii Cisterc. Ord. Bellicen. dioec.[3] abbatem commendatarium et administratorem huic monasterio constituit, postquam Claudius Aynardi abbas per procuratorem suum libere et sponte cessit, certis sibi fructibus reservatis, legitimam vero aetatem adeptum Petrum vere abbatem praeficit. „Summi dispositione rectoris“ (Sadolet | Delius. Cabredo | De Vega. Coll. Camp.) L. 1000 f. 159.

— — — (2457) Carolo de Balionibus domicello Perusino petenti licentiam propriis sumptibus in uno vel pluribus locis sub S. Sedis dominio existentibus aliquam ferri, aeris, argenti vel auri venam quaerendi audita Camera Apostolica concedit fieri contractum (Supplicatio. Bñe Pater. Exponitur etc. cum resp.) Div. Cam. t. 63 p. 78.

— — — (2458) Monasterium SS. Simonis et Judae in Hersfeldt O. S. B. Maguntin. dioec. in suis bonis et aedificiis valde desolatum ad instantiam Maximiliani in Imper. Electi monasterio Fulden.[4] Herbipolen. dioec. perpetuo unit. A. P. R. M. „Ad ea per quae ecclesiarum et monasteriorum“ (Lambertus | Colotius) Arch. Lat. tom. 7 f. 146. — Const. „Ex apostolicae sollicitudinis“ Ed. J. Fr. *Schannat* Hist. Fuldens. Francof. a. M. 1729 p. 347 n. 248.

— — — (2459) Decanis S. Johannis Maguntin. et S. Johannis Novimonasterii Herbipolen. et S. Severi Erforden. Maguntin. dioec. mandat, ut Johannem Fabri de Fulda praepositum ecclesiae B. M. in Gotha Maguntin. dioec. lit. Ap. sollicitatorem et fam. suum in suis bonis et juribus efficaciter defendant. „Militanti Ecclesiae“ (Copis | Colotius) Arch. Lat. tom. 7 f. 129.

— — — (2460) Sixtus IV. priori monasterii B. M. loci de Bienton O. S. A. Bathonen. et Wellen. dioec.[5] ejusque successoribus pontificalia insignia concessit. Julius II. Wilhelmo ejusdem monast. priori concessit, ut ipse et successores dicti monast. abbates existerent, et ipsis facultates benedicendi et ecclesiam istius monast. et capellam B. M. V. visitantibus indulgentias est elargitus, et dicto monasterio indulsit, ut omnibus privilegiis Congregationi Lateranen. concessis gauderet. Ad instantiam dicti Wilhelmi abbatis, illum et successores in suos et S. Sedis filios recipit, illi facultates amplas, ecclesiam et capellam praedictas visitantibus indulgentias, atque fratribus, sororibus,

---

[1] St Sauveur de Charroux. Cf. Gallia christ. t. 2 p. 1277 seq.

[2] In libro introit. et exit. Camerae sign. n. 551 saepe occurrit solutio Petruccio facta; sic f. 176, b; 189, b.

[3] De hoc monasterio *Janauschek* t. 1 p. 27 n. 65.

[4] Fuldensi coenobio tunc praefuit Johannes ab Henneberg mortuus 26. Maii 1513. *Schannat*, Hist. Fulden. p. 346.

[5] Bath et Wells. *Gams* p. 181.

1513.

familiaribus et officialibus dicti monasterii privilegia concedit. A. P. R. M. „Suprema dispositione“ (Lambertus | Nardinus) Arch. Lat. tom. 9 f. 325.

6. Mai. (prid. Non. Maii.) Romae apud S. Petrum — (2461) Pro parte praepositi, decani et capituli ecclesiae B. M. oppidi Condaten. comitatus Hamionae (seu Hamioniae) Cameracen. dioec., quae a comitibus Hamionae erecta et dotata et inter collegiatas eccl. dictae dioec. una ex antiquioribus et principalioribus est, cujus paucis annis elapsis ingentibus belli motibus et gravi dicti oppidi obsidione domus, villae et possessiones incendio ignis fere combustae et devastatae sunt, in qua nihilominus divinus cultus in plano cantu nunquam intermissus, sed in musicali symphonia assidue continuatus est, cum ex 18 capellanis ad personalem residentiam obligatis ob fructuum tenuitatem pauci resideant, sex ex dictis capellaniis, unam ad S. Petri in crypta, aliam ad B. M. de Macourt, aliam ad S. Elisabeth, aliam ad S. Joh. Evangel., aliam ad S. Catharinae in dicta eccl. sita altaria et aliam *leprosaria* nuncupat. mensae capitulari, ut vicarii in musica idonei et experti pro divini cultus augmento et dictae ecclesiae decore deputentur, Margarethae archiducissae Austriae et ducissae et comitissae Burgundiae supplicationibus inclinatus, perpetuo unit et annectit. A. P. R. M. „Ex debito pastoralis officii“ (De S. Severino | Nardinus) Arch. Lat. tom. 9 f. 405, b.

— — — (2462) Abel de Altobosco Caroli de A. episc. Tornacen. fratri germano ecclesiam par. S. Eligii de Monte Albano Maclovien. dioec., quam Carolus ep. in commendam obtinebat, confert. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Delius. Cabredo p. comp. | F. de S. Joh. Coll. H. d. Ces.) L. 994 f. 271, b.

— — — (2463) Johanni Veyresii monacho professo O. S. B. confert officium claustrale Infirmariae monasterii S. Sori de Terrassono O. S. B. Sarlaten. dioec.[1] R. Z. (Evangel. | Cheminart. Aloys. | Cypr. Coll. P. Bucan.) L. 1010 f. 29 (Carrot. | Balbus. De S. Johanne | Cypr. Coll. Cipell.). L. 1033 f. 277.

— — — (2996) Georgio de Marate fam. suo confert canonicatum et praeb. ecclesiae Novarien., qui archidiaconatui ejusd. eccl. erant uniti, dicta unione cum consensu Melchioris de Langhis archidiaconi illius eccl. dissoluta. G. F. (Colot. | Grat. de mand. S. D. Milanesius | F. de Rosal. Coll. H. de Cesis) L. 1164 f. 95; L. 1157 f. 48, b (script. iid.).

— — — (2997) Marco Clupffel presb. Herbipolen. dioec., qui ecclesiae par. in Gossmansdorff ejusd. dioec. renuntiavit, assignat pensionem annuam super dictae eccl. fructibus per Valentinum Geckner ejus rectorem solvendam nec non pensionem annuam super fruct. vicariae ad altare S. Walburgis situm in ambitu ecclesiae S. Johannis in Haugis extra muros Herbipolen. per Joh. Senglein ad dictum altare vicarium solvendam. „Vitae ac morum.“

— — — (2998) Praedictae pensionis executores nominat episcopum Cavallicen. et decanum ecclesiae Herbipolen. et Officialem Herbipolen. „Hodie dil. filio“ (Lambertus. G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 21 f. 174, b; f. 175, b.

5. Junii. (Non. Jun.) — — (2999) Bernardino Leaulte rectori par. ecclesiae S. Venantii de Mailleyo Turonen. dioec. Lic. in legibus commendat prioratum loci de Tierceyo O. S. A. Andegaven. dioec.[1] obitu Theobaldi Motays abbatis monasterii omnium SS. Andegaven. dicti Ord. vacantem. L. S. (Sadolet. | Delius De Gais | Coll. H. d. Ces.) L. 991 f. 103.

— — — (3000—3001) Mag. Alberto Caraneo cler. Placentin. not. suo fructus canonicatuum et praeb. Placen. et SS. Gervasii et Protasii de Borgonzola Mediolan. dioec. ecclesiarum et cujusd. beneficii in eccl. B. M. loci Pizeri Papien. dioec. ab ipso resignatorum cum jure regrediendi reservat. G. D. Executores nominat archiepisc. Sipontin. et S. Germani de Potentiano ac S. Vitalis de Pomario Placen. dioec. ecclesiarum archipresbyteros. „Hodie cum dil. filius“ (Benzon. A. de Alvarottis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 14 f. 336, b; f. 337.

— — — (3002) Jacobo Stanyol presb. Barchin. concedit indultum quoad beneficia. G. F. (J. Agrigentin. | Millin. Enckenw. | J. Tarin. | Coll. H. d. Ces.) L. c. f. 165.

— — — (3003) Gastono de Fagotz presb. monach. confert Infirmariam monasterii novi[2] Cluniac. Ord. Pictav. dioec. „Religionis zelus“ (Colotius | De Bertinis. Gomiel. | Valleoleti | Coll. Attan.) L. 1001 f. 56.

— — — (3004) Commendatario Brundusino Ord. S. Joh. Hieros. concedit, ut propter necessitatem praesentiae in provincia sua non teneatur venire Rhodum (nisi interea a gravi insulae obsidione periculum esset) neque ad Concilium Lateranense. „Expositum nobis fuit tuo nomine“ (Sadol.) Brev. vol. 30 p. 39 tom. 2 n. 31.

— — — (3005) Thesaurario civitatis Perusinae mandat, ut Stivalnio de Antio (ed. Aretio), qui sibi summa fide servivit, 6 duc. auri de tribus mensibus in tres menses persolvat. M. P. „Dilecto filio moderno et pro tempore existenti“ Div. Cam. tom. 63 f. 62, b. Cf. Archivio storico italiano III, III. p. 234. 235 (sine d.).

6. Junii. (VIII. Id. Jun.) — — (3006) Pro parte Bernardini Boiardi archipresb. Regin. et abbatis atque conventus monasterii S. Prosperi extra muros Regin. O. S. B. Congr. Casinen. al. S. Ju-

[1] Error adest scriptoris (cf. n. 2994; si Oliverius supradictus statim resignasset, de hoc mentio fieret.

[2] Montier neuf Dioc. de Poitiers. Gallia christ. tom. 2 p. 1263 seq.

1513.

stinae[1] qui loco dicti monasterii, quod arci civit. Regin. proximum bello urgente pro arcis structura fere ad majorem partem est dirutum, novum monasterium in alia parte, ubi non adsit simile periculum, aedificare et ad hunc effectum solum penes ecclesiam S. Petri Regin. archipresbyteratui Regin. perpetuo unitam consistens et ad eundem archipresbyteratum ratione unionis forsan pertinens emere intendunt, licentiam concedit in dicto solo, si emptum erit, novum monasterium dictorum ord. et Congr. construendi et cementa et lapides monasterii fere diruti (non tamen illud totaliter demoliendo) ad monasterium construendum deferendi; et si aedificia constructa fuerint, inibi monasterium per abbatem annualem regendum erigit et ecclesiam S. Petri praedictam, cujus unionem cum archipresbyteratu Regin. dissolvit, sub certis conditionibus pro ecclesia erigendi monasterii abbati et conventui concedit, et novo monasterio omnia privilegia, quibus alia ejusd. Congr. monasteria fruuntur, indulget. „Ex debito pastoralis officii“ (A. de S. Severino | Barotius) Arch. Lat. tom. 15 f. 340, b.

6. Junii. (VIII. Id. Jun.) Romae apud S. Petrum (3007) Abbati monasterii S. Gertrudis Lovanien. et praeposito Dionanten. ac decano S. Jacobi Lovanien. oppidorum Leodien. dioec. pro parte Huberti Heunkyn laici Namurcen. Leodien. dioec., cujus uxor Maria Cassau, ut Hubertus exposuit, falso asserit, cum in ipsam cum tanta vesania saevisse, ut de personae suae periculo trepidaret, et coram Officiali Leodien. divortium et bona dotalia impetrare intendit, cum Hubertus a dicto Officiali indebite se gravari affirmet, mandat, ut de praesenti negotio cognoscentes, quod justum fuerit, decidant. „Humilibus“ (Lambertus | Barotius) Arch. Lat. tom. 7 f. 91.

— — — (3008) Mag. Urbano de Mialano cler. Gratianopolitan. dioec. notario confirmat literas, quibus monasterium S. Ranniberti Juren O. S. B. Lugdunen. dioec.[2] vacans obitu Jugonis de Saxo ei est commendatum. „Exigentibus meritis“ (Castillo | Nardin.) Arch. Lat. tom. 9 f. 69, b.

— — (3009) Universis Episcopis et aliis personis in dignitate eccl. constitutis mandat, ut Zutpheldum Wardenberg decanum eccl. S. Caeciliae Gustroen. Caminen. dioec. decretorum doctorem, Accolitum Capell. et Arch. Rom. Cur. script., in suis bonis et juribus contra injustos aggressores tueantur. „Militanti Ecclesiae“ (Ph. d. Agnell. | Grat. pro script. Arch. Nardinus) Arch. Lat. tom. 7 f. 208, b.

— — — (3010—3011) Simoni Bloquel Ministro domus S. Trinitatis prope Atrebatum O. ejusd. S. Trinit. Redempt. Captiv. Ministratum domus S. Trinit. de Templosio in Fonca ejusd. ord. Noviomen. dioec. resignatione Michaelis de la Folye vacantem commendat, indultum quoad beneficia adjungit et commendam dictam viribus subsistere declarat, etiamsi praefatus Michael tempore resignationis in aliqua infirmitate constitutus infra 20 dies decedat. R. Z. Episcopo Cavallicen. et decano ecclesiae de Perona Noviomen. dioec. et Officiali Atrebaten. mandat, ut eum in corporalem dicti Ministratus possessionem inducant. „Hodie dil. filio“ (P. Lambertus. G. de Prato. Add. V. Id. Jun. a. I. Ph. de Senis) Arch. Lat. vol. E f. 121; f. 123.

— — — (3012—3013) Michaeli de la Folye praedicto fratri ejusd. Ordinis pensionem annuam super fruct. dicti Ministratus ab ipso resignati reservat. R. Z. Nominat eosd. executores, ut in praeced. „Hodie dil. filio“ (Script. iid. sine addid. dat.) L. c. f. 240; f. 241.

— — — (3014) Episcopo Cavallicen. et Johanni Figuli canonico ecclesiae Virdunen. et Officiali Tullen. mandat, ut Viano de Bellavilla juniori cler. Tullen. cursori et fam. Pontificis canonicatum et praeb. ecclesiae Tullen. obitu Simonini de Bellavilla vacantes conferre curent. G. F. (Lambert. | Colotius) Arch. Lat. tom. 15 f. 35, b.

— — — (3015) Mag. Petro de Ben presb. Compostellan. script. et fam. suo fructus cujusdam beneficii in par. ecclesia S. Mariae loci de Cee Compostellan. dioec., cui cedit, reservat eique regressum ad illud concedit. „Grata devotionis“ (Gratiadei | Grat. p. socio | F. de S. Johanne. Coll. Bucanus) L. 993 f. 106.

— — — (3016—3019) Pariter quoad ecclesiam *Heremitorium* nuncupatam S. Pelagii prope locum de Cee et beneficia in par. ecclesiis S. Jacobi de Chedondella, S. Eulaliae de Devesa Compostellan., Tuden., Mindonien. dioec. — quoad beneficia in paroch. ecclesiis de Lagen et de Dozon Compostellan. dioec. — quoad ecclesiam Heremitorium nuncup. S. M. de Canugno prope oppidum de Muros et beneficia in par. ecclesiis S. Andreae de Liba, de Migno, de Conspido, de Villarim Compostellan. et Lucen. dioec. — necnon quoad beneficia in ecclesiis paroch. S. Verisuni de Sirgude et in Dameyxeda locorum Compostellan. dioec. ipsi idem indulget. Initum et script. in quatuor docum. ut supra. L. 993 f. 107; f. 108, b; f. 110; f. 111, b.

[1] SS. Pietro e Prospero di Reggio. *Lubin* p. 322. *Moroni* tom. 57 p. 45.
[2] S. Rambert de Joux dans le territoire de Bugey. Gallia christ. tom. 4 p. 254 seq.

1513.

6. Junii. (VIII. Id. Jun.) | Romae apud S. Petrum

(3020) Thomae Bini cler. Cenoman. famil. Mag. Laur. Puccii lit. ap. abbreviatoris liti et causae, quam cum Mariotto de Binis super Praepositura eccl. Florentin. habuit, cedenti accessum ad eam concedit. „Vitae ac morum“ (Colotius | Gratis pro fam. assist. Millin. Enckenw. | Casanova. Coll. Attan.) L. 998 f. 234, b.

— — | —

(3021—3022) Petro du Tartre ecclesiam par. S. Germani in Montana Bisuntin. dioec. confert. N. G. et executionem demandat Ludovico de Petra canonico eccl. Lausannen. et Lausannen. et Bisuntin. Officialibus. „Hodie dilecto“ (Sadolet. | Colardi. Draco | Salvius. Coll. de Harnia) L. 1003 f. 100, b.

— — | —

(3023) Mag. Bartholomaeo Scarampis cler. Alben. dioec. notar. et fam. concedit facultatem in monasterio SS. Petri et Pauli de Ferrania O. S. A. dictae dioec., quod in commendam obtinet, clericos recipiendi, qui in eodem monasterio sub regul. habitu per ejus canonicos gestari solito Domino famulentur, pariter ac si illud in titulum obtineret. „Eximiae devotionis“ (Carrotius | Marciaci. Corbinus | Bernardus. Coll. Donatus) L. 1044 f. 217.

— — | —

(3024—3025) Christophoro de Badacoz cler. Segobien. fam. suo assignat pensionem an. super fructibus eccl. S. Angeli de Aldisii et perpet. Capellaniae eccl. S. Salvatoris majoris Capuan. ac rectoriae eccl. S. Marci a Palazoli Capuan. dioec. G. F. (Jul. Agrigentin. | Grat. de mand. S. D. N. P. Enckenw. Draco). Episcopis Cavallicen. et Militen. et vicario gener. Archiep. Neapolit. executionem committit. „Hodie dilecto filio“ (Grat. de mand. Enckenw. Draco | Tarin. Coll. S. de Spol.) L. 1004 f. 43. 44.

— — | —

(3026) Matthaeo S. Angeli Diac. Cardin. qui canonicatum et praeb. ecclesiae Augusten. provinc. Maguntin. obitu Sigismundi Pflueg vacantes sibi concessos resignavit, regressum ad illos concedit, si Joachim Scad, cui de illis est provisum, decedat aut ejus immediatus successor cedat vel decedat vel eos quomodolibet dimittat. „Ad personam tuam“ (Jo. de Lerma | *Visa* Suno | A. de Castillo. Coll. H. de Cesis) L. 1163 f. 201, b.

— — | —

(3027) Laurentio Puccio cler. Florentin. lit. ap. abbreviatori et Card. Vicecancellario assistenti famil. suo officium scriptoriae lit. apost. ab Hieronymo episc. Asculano resignatum concedit. G. D. et F. (Armellinus | Gratis pro assist. Delius. | Aloysius | Coll. De Camp.) L. 992 f. 71.

— — | —

(3028) Ludovico de Mata, familiari Mag. L. Puccii lit. ap. abbreviatoris, confert ecclesias par. *del Recuenco* et *de Salmeron* oppidorum Conchen. dioec. cessione Johannis de Salmeron vacantes easque invicem unit, quamdiu dictus Ludovicus illas obtinuerit. „Vitae ac morum“ (Castillion. | Gratis pro famil. assist. Millin. Enckenw. | Gerona | Coll. Amerin.) L. 1012 f. 276.

— — | —

(3029) Eidem, qui de crimine falsi praetextu certae confessionis in carceribus ab ipso metu tormentorum factae reus declaratus et postea a poenis et censuris absolutus et ad obtinenda beneficia compatibilia rehabilitatus fuerat, declarat praecedentes literas in omnibus valere, ac si de praemissis mentio facta fuisset (Init. et script. ut supra) L. c. f. 278, b.

— — | —

(3030) Alphonsum Atestinum Ducem Ferrariae hortatur iterum, ut Franciscum et Pasottum Fantutios, pro quibus Pontifex jam intercesserat et quibus solum commodiorem carceris conditionem Dux teste ejus Oratore concessit, penitus liberet, quod cum cives Bononienses sint, Romanae Sedis dignitas omnino postulet. „Superioribus diebus te sumus per literas hortati“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. II ep. 43 p. 19. 20.

— — | —

(3031) Leonardum Lauredanum Ducem Venetiarum hortatur, ut Augustinos cives suos cogat fidem solvere Herculi Atestino, qui obligatum sibi fuisse adamantem, quem Julio II nihil tale opinanti vendiderant, pro summa ipsi debita affirmat. „Venit ad nos Hercules Atestinus narravitque“ (Bemb.) Ed. Bemb. l. c. ep. 44. p. 20.

— — | —

(3032) Nuntio apud Venetos mandat, ut agat cum Duce Leonardo Lauredano de re pecuniaria Herculis Estensis. „Ex eo quod cum his literis“ Brev. tom. 2 n. 32; tom. 30 p. 41.

7. Junii. (VII. Id. Jun.) | —

(3033) Legato provinciae Marchiae mittit confirmationem privilegiorum civitatis Firmanae. „Nuper pro parte“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 33.

— | —

(3034) eidem vel ejus locumtenenti scribit super controversia, molestationibus et incursionibus inter communitates Castri Valdi et terrae Sarnani occasione reaedificationis cujusdam molendini et derivationis aquae[1]. Init. ut supra (Sadol.) Brev. tom. 30 p. 42.

— — | —

(3035—3036) Raphaeli de Treballis, Mag. Alvarotti de Alvarottis lit. ap. abbreviatoris et Card. Vicecancellario assistentis familiari, par. ecclesiam S. Caeciliae Cremonen. confert. „Vitae ac morum.“ Executionem committit episcopis Cavallicen. et Polen. et vicar. gen. episcopi Cremonen. „Hodie dil. filio“ (Bregeon. Ph. de Agnellis | Grat. p. fam. assist. Ph. de Senis) Arch. Lat. tom. 14 f. 57, b; f. 59.

[1] Vide infra n. 3146 die 12. Jun.

1513.

7. Junii. (VII. Id. Jun.) | Romae apud S. Petrum | (3037) Guillelmo Hebrardi confert rectoriam seu perpetuam vicariam paroch. ecclesiae B. Mariae de Aimeto Sarlaten. dioec. „Vitae ac morum“ (Bembus | Millin. Enckenw. | Colardi | Coll. S. de Spol.) L. 991 f. 134.

— — — (3038) S. Martini et S. Ludgeri Monasterien. decanis mandat, ut Hildebrando Juven. cler. Monasterien., qui Mag. Pauli de Cesis Cancellariae apost. Regentis et praelati domest. obsequiis insistit, canonicatum et praeb. ecclesiae S. Remigii oppidi Berken. dictae dioec. conferre curent, si vocatis vocandis eos vacare repererint. G. F. (Armellin. | Grat. p. fam. D. Regentis. L. de Bertinis. Gomiel. | Jo. de Cesis. Coll. S. de Spol.) L. 1001 f. 146.

— — — (3039) Guillelmo de Sudria J. U. baccal. providet de canonicatu et praebenda in eccl. Caturicen. N. G. (Sine secretario | Millin. Enckenw. | Cheminart. Coll. H. de Cesis) L. 1001 f. 262.

— — — (3040) Mag. Johanni de Lerma cler. Burgen. notario et fam. suo assignat pensionem ann. super fructibus canonicatus et praeb. ecclesiae Abulen., quos Joh. de Ayala obtinet, et accessum ad eos necnon regressum concedit ad certum beneficium in par. eccl. loci de Mugnogalindo Abulen. dioec., cui renuntiavit lite super eo cum dicto *Johanne* pendente. G. D. (Gratiadei | F. de Vega. Coll. S. de Spol.) L. 999 f. 300.

— — — (3041) Antonio Franchonis canonico Ebredunen. decret. doctori Prioratum conventualem B. M. de Palmis O. S. A. Ebredunen. dioec. confert. L. S. (Evangel. | Suno. Baena. | Bertrandi. Coll. Bucan.) L. 1003 f. 133.

— — — (3042) Petro Rocha cler. Tarraconen. indultum concedit quoad beneficia. G. F. (A. Melfit. | Grat. de mand. S. D. Colardi | Tarin. Coll. Attan.) L. 1000 f. 254, b.

— — — (3043) Johanni de Castanerio cler. Caturicen. par. ecclesiam S. Hilarii de Duroforti Caturicen. dioec. resignanti reservat cum certis aedificiis et possessionibus medietatem fructuum dictae ecclesiae, quae cum eccl. illi annexa S. Pauli de Bugnes ejusd. dioec. Aimerico de Castanerio cler. dictae dioec. conceditur. N. G.

— — — (3044) Episcopo Aquinaten. et Caturicen. et Montisalbani Officialibus executionem demandat. „Hodie cum dil. filius“ (De Prato. J. Danielo | Nardinus) Arch. Lat. tom. 6 f. 353.

— — — (3045) Concordiam inter Archiepiscopum latinum[1] et metropolitam graecum in insula Rhodi a praedecessoribus suis, praesertim a Sixto IV., salubriter constitutam confirmat et nonnulla supplendo declarat. Licet metropolita graecus vere sit archiepiscopus, eum tamen sub nomine et titulo *Metropolitae graeci* censeri et nominari debere ad differentiam latini Archiepiscopi, ac licet non sit ille hujus suffraganeus, hunc tamen in illum jurisdictionem habere tamquam Apostolicae Sedis legatum, quam mature, ut decet, modo et ordine a bulla concordiae praescripto adhibeat oportet. Lites inter latinos clericos Archiepiscopus, lites inter Papates et clericos graecos metropolita decidat; in litibus inter Graecos et Latinos ambo conjunctim procedant, si alter procedere negligat, ab altero diligenter requiratur; si adhuc differat, Magnus Magister requiratur et cum eo vel ab eo deputato procedat; sententia ab illis ferenda robur habeat. Quod in concordia legitur de monachis et clericis intelligendum etiam de *calogeris*[2], qui incedunt in habitu clericorum. Universis et singulis, ad quos hae Nostrae literae pervenerint. „Suscepti regiminis Nos cura sollicitat“ (Melfit. | De Comitibus | Coll. Sadoletus) L. 1198 f. 44. 45.

— — — (3046) Constantio Keller canonico Bernensi declarat, Julii II indultum de reservatis ei beneficiis non includi in suo de revocatis reservationibus decreto. Frid. *Stettler*, Regesten der vor der Reformation . . . bestandenen Kloester und kirchlichen Stifte. Chur. 1849. p. 8 n. 36.

— — — (3047) Episcopis Cavallicen. et Millopotamen. et Offic. Maurianen. mandat, ut Gaspardo de Cheveluto (cf. n. 1584) cler. Gratianopolitan. par. ecclesiam S. Albini loci Veteriarum Maurianen. dioec. vocatis vocandis, si nemini sit jus quaesitum, conferre curent. „Vitae ac morum“ (P. de Cesis | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Colardi. Draco | Marciaci. Coll. S. de Spol.) L. 1002 f. 235.

8. Junii. (VI. Id. Jun.) — (3048) Ludovicum Gonsalez Ordinis fratrum minorum de observantia nuncupatorum professorem, ut sequentes literae suum sortiantur effectum, ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis consueta clementia“ (Benzon. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 12 f. 15, b.

— — — (3049—3056) Eundem praeficit episcopum Ampurien. et Civitaten.[3] obitu Francisci epi-

[1] Dicebatur Colocensis jam inde a saec. XIV. ex quo milites S. Joh. Hieros. insulam occuparant. Cf. *Le Quien*, Oriens christ. tom. III p. 1049 seq. Tab. taxar. cit. p. 82.

[2] Καλόγεροι (boni senes) est commune graecorum monachorum nomen (*Goar*, Euchologi. graec. p. 120. 493 ed. Paris. 1647), usurpatur vero etiam pro iis, qui mere laici sunt, ut fratres conversi, eremitae etc.

[3] Ampurias (Cività et Tempio) in insula Sardiniae. *Gams* p. 833 habet de Ludovico Gonzalez: 1515 sedit usque ad 1519. — Ecclesia Ampuriensis erat sub metropoli Turritana (Sassari), Civitatensis quadamtenus sub Arborensi (Oristano). Vide tabul. taxar. Append. l. c. p. 295.

1513.

scopi Ampurien. et Civitaten. vacantibus ecclesiis invicem perpetuo unitis. „Apostolatus officium"; qua de re scribit a) capitulis, b) cleris et c) populis, d) vasallis utriusque ecclesiae. „Hodie" e) archiepiscopo Turritano „Ad cumulum", f) archiep. Arboren. (Id. init.), g) Ferdinando Regi. „Gratiae divinae" (Benzon. | De Nardinis) L. c. f. 13, b.

8. Junii. (VI. Id. Jun.) Romae apud S. Petrum — (3057) Ludovicum Guillart[1] cler. Parisien. ob sequentem praefectionem ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis consueta clementia" (Copis | Nardin.) L. c. f. 53, b.

— (3058) Cum eodem in 22. aetatis suae anno constituto super defectu aetatis dispensat. „Divina supereminens largitas" (Scr. ut supra) L. c. f. 53, b.

— — — (3059—3065) Eidem ecclesiae Tornacen. resignatione Caroli episcopi vacantis administrationem committit, donec 27. annum attigerit, et deinde eum praeficit dictae eccl. in episc. et pastorem. „Apostolatus officium[2] et de hac provisione certiores facit a) capitulum, b) clerum et c) populum civit. et dioec., d) vasallos „Hodie", e) archiepiscopum Remensem „Ad cumulum", f) Ludovicum Francorum Regem. „Gratiae divinae" (J. Copis | De Nardinis) L. c. f. 51 seqq.

— — — (3066) Provisionem praedictam validam esse et efficacem declarat, etiamsi Carolus ex aliqua infirmitate, in qua forsan existat, infra 20 dies decedat. „Exigentibus meritis" (Scr. iid.) L. c. f. 54, b.

— — — (3067) Episcopis Parisien. et Ambianen. mandat, ut a praefato Ludovico fidelitatis debitae juramentum recipiant. „Cum nos hodie" (Infra: Nardin.) L. c. f. 55.

— — — (3068) Mag. Urbanum de Miolano cler. Gratianopolitan. ad cautelam absolvit, ut provisio infradicta suum sortiatur effectum. „Apostolicae Sedis consueta benignitas" (Bregeon. | Barotius) Arch. Lat. tom. 3 f. 130, b.

— — — (3069—3072) Eidem Urbano notar. suo, nobilitate generis praedito, Caroli Ducis Sabaudiae consiliario monasterium S. Ranniberti Juren. O. S. B. Lugdunen. dioec.[3], Hugonis de Saxo obitu vacans commendat eique mandat, ut juramentum fidelitatis praestet[4]. „Romani Pontificis providentia." De hac provisione scribit a) conventui dicti monasterii, b) ejusdem vasallis, c) archiepiscopo Lugdunen. „Hodie monasterium" (Scr. ut supra) Arch. Lat. tom. 3 f. 128 seqq.

— — — (3073) Archiepiscopo Tarantasien. et episcopo Maurianen. mandat, ut ab eodem Urbano fidelitatis debitae juramentum recipiant. „Cum nos hodie" (Scr. ut supra) Arch. Lat. tom. 3 f. 131.

— — — (3074) Dominicum Ydiacaiz cler. Pampilonen. U. J. doctorem[5], ut provisio infradicta suum sortiatur effectum, ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis consueta clementia" (Bregeon. | Colotius.) Arch. Lat. tom. 12 f. 135.

— — — (3075—3081) Eundem in diaconatus ordine constitutum Brundusin. et Oritan. ecclesiis invicem unitis obitu archiepiscopi Roberti vacantibus praeficit in archiepisc. et pastorem. „Divina disponente clementia," qua de praefectione scribit a) dictarum eccles. capitulis, b) clero et c) populo Brundusin. et Oritan. civit. et dioec., d) vasallis earundem eccles. „Hodie Brundusinae" e) Ferdinando Aragonum et Siciliae regi „Gratiae divinae praemium", f) episcopis suffraganeis „Hodie Brundusinae" (Script. ut supra) L. c. f. 129 seqq.

— — — (3082) Militen. et Cavallicen. Episcopis et Officiali Maioricen. mandat, ut Marco S. M. in via lata Diac. Card. archidiaconatum ecclesiae Maioricen. et canonicatum ejusdem eccles. et beneficia in par. ecclesiis de Petra et de Alcudia locorum. Maioricen. dioec. commendare curent.

— — — (3083) Iisdem Episcopis et Officiali Barchinonen. mandat, ut dicto Cardinali Prioratum S. Michaelis Dezfay O. S. B. Barchinonen. dioec. commendent.

— — — (3084) Iisdem Episcopis et Officiali Caesaraugustan. mandat, ut Camerariam Prioratus B. M. de Pilari Caesaraugustan. O. S. Aug. et par. ecclesiam de Tramarastil ejusdem dioec. ipsi commendare curent.

— — — (3085) Iisdem mandat, ut praefato Cardinali Prioratum de Epea militum O. S. B. Caesaraugustan. commendent. Init. quatuor docum.: „Ad personam dilecti filii nostri" (Supra: Evangelista. Coll. Narnia, infra in prim.: Bertrandi; in secund.: de Castillo; in tert.: Saldus; in quart.: Benedictus) L. 993 f. 57—67, b.

---

[1] al. Guillard. *Gams* p. 251. Variae fuerunt episcopatus Tornacen. et ipsius episcopi vicissitudines, de quibus in seq. sermo recurret.

[2] Ejusdem tenoris est Const. „Divina disponente clementia" in Arch. Vatic. L. 994 f. 59, ubi ad finem leguntur: Millin. Enckenw. | Cotini. Coll. Campania.

[3] St. Rambert de Joux al. S. Regaberti. Gallia christ. tom. 4 p. 254 seq.

[4] Eamdem commendam refert Const. „Exigentibus meritis" in Arch. Vat. L. 1016 f. 35, ubi leguntur: Evangel. | Suno | Balbus. Coll. Bucanus.

[5] Cf. n. 1900 cum nota 2.

1513.

8. Junii. (VI. Id. Jun.) Romae apud S. Petrum (3086) Durando Ferrey presb. baccal. in theol., qui in Univ. stud. Paris. Regens existit, confert ecclesiam par. S. Thomae de Lithaire Constancien. (Coutances) dioec. prov. Rothomagen. L. S. (Armellin. | Suno. Baena. Coll. Attan.) L. 1002 f. 120 (Evangel. | Rizon. Gerona | Ponzett. Coll. S. de Spol.) L. 1052 f. 6.

— — — (3087) eidem Prioratum de Percay O. S. B. Turonen. dioec. commendat. L. S. (Armellin. | Suno. Baena | Valtrini | Coll. Attan.) L. 1002 f. 121.

— — — (3088) Thomae de Rubeis cubicul. suo archidiaconatum ecclesiae Cariaten. et ecclesias Annunciationis Cariaten. ac S. Basilii de la Scala Cariaten. dioec. confert. G. F. (Evangel. | Gratis de mand. S. D. Cheminart. Aloys. | de Acre. Coll. Harnia) L. 1015 f. 199.

— — — (3089) Francisco de Ussello Prioratum saecul. S. Christophori de Prisio (al. Prissio) Ruthenen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Sadol. | Colardi. Balbus p. comp. | F. de Vega. Coll. H. d. Cesis) L. 999 f. 33.

— — — (3090) Eidem Francisco de Ussello declarat, literas praecedentes in omnibus valere, ac si in iis omnia rite sint expressa. „Vitae ac morum“ (Colotius | De Bertinis. Gomiel | Vega | Coll. Bucan.) L. 1001 f. 86, b.

— — — (3091) Jacobum Scotorum Regem monet, ut a bello contra Regem Angliae desistat et potius arma sumat adversus hostes crucis Christi. „Grave et molestum“ (Sadolet.) Brev. tom. 2 n. 55; cf. infra ad d. 28. Jun.

— — — (3092) Johanni de Malurgris Priori Prioratus S. Petri de Bargnolio O. S. A. Taurinen. dioec. Prioratum B. M. de Balinis O. S. A. Ebredun. dioec. commendat. „Religionis zelus“ (Colotius | L. de Bertinis. Gomiel. | Cotini | Coll. Camp.) L. 1001 f. 312, b.

— — — (3093) Ludovico de la Pennella confert beneficium in eccl. par. S. Michaelis oppidi de Andular Giennen. dioec. et indulta circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ (Gratiadei | Gratis pro famil. scriptoris. Millin. Enckenw. | De S. Joh. Coll. Donat.) L. 1010 f. 166, b.

— — — (3094) Lamberto Johannis de Worcken cler. Trajecten. indultum quoad beneficia concedit. „Vitae ac morum“ (Evang. | Grat. p. fam. script. [sc. Cypriani de Numaio] Millin. | Guerrerius | J. de Gais. Coll. P. de Roma) L. 1205 f. 773.

— — — (3095) Enimundo de Ganameria cler. Gratianopolitan. commendat Prioratum S. Romani de S. Romano O. S. B. Dien. dioec. N. G. (Sadol. | Colardi. Draco | Madrigal. Coll. H. de Cesis) L. 996 f. 298, b.

— — — (3096) Jacobo Bruscho cler. Neapolitan. reservat medietatem fructuum capellaniae ad altare S. M. Magdalenae de Crispani situm in eccl. Neapolitan. ab ipso resignatae et si in perceptione fructuum hujusmodi impediatur regressum ad dictam capellaniam ei concedit. G. F. (Evangel. | Grat. de mand. S. D. Guerrerius. Bertrand. | Marin. Coll. H. de Cesis) L. 1064 f. 91, b.

— — — (3097) Mag. Silvio Passerino concedit liberum regressum ad par. ecclesiam SS. Petri et Pauli de villa Aquarone Cortonen. dioec. G. D. (Colotius | de Rizonibus | Madrigal. Coll. S. de Spol.) L. 1042 f. 227, b.

— — — (3098) Leonardum Bucuti rectorem ecclesiae S. Petri de Baralo Tranen. dioec., ne literae sequentes valeant impugnari, ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis consueta clementia“ (Benzon. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 12 f. 292, b.

— — — (3099—3105) Eundem de nobili genere procreatum et in sacerdotio constitutum ecclesiae Cannen., cum Georgius Electus Nazareth, qui eam in commendam obtinebat, illius regimini renuntiet, praeficit in episc. et pastorem[1]. „Apostolatus officium“; hanc provisionem nuntiat a) capitulo ecclesiae Cannen., b) clero et c) populo civit. et dioec. Cannen., d) vasallis istius eccl., „Hodie ecclesiae“ e) archiepiscopo Nazareth „Ad cumulum“, f) Ferdinando Siciliae regi. „Gratiae divinae praemium“ (Script. iid.) L. c. f. 290, b seqq.

— — — (3106) Leonardo Electo Cannen. concedit, ut ecclesiam S. Petri supradictam aliaque jura retinere valeat una cum Cannen. et Nazareth ecclesiis, si ad hanc eum transferri contingat. „Personam tuam“ (Scr. iid.) L. c. f. 293.

9. Junii. (V. Id. Jun.) — (3107) Leonardo Electo Cannen. concedit, ut a quocunque voluerit catholico antistite, recepto prius per illum fidelitatis juramento, possit consecrari. „Cum nos pridem“ (Benzon. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 12 f. 292, b.

— — — (3108) Ludovico Electo Ampurien. et Civitaten. (n. 3048) concedit, ut a quocunque maluerit catholico episcopo recepto prius per ipsum fidelitatis juramento munus consecrationis suscipere valeat. „Cum nos pridem“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 12 f. 16.

[1] Calixtus III a. 1455 Cannensem ecclesiam archiepiscopatui de Nazareth univerat. Cf. Tab. tax. l. c. p. 90. *Gams* p. 866.

1513.

9. Junii. (V. Id. Jun.) | Romae apud S. Petrum | (3109) Dominico Electo Brundusin. et Oritan. (n. 3074 seq.) idem concedit. „Cum nos pridem“ (Bregeon | Colotius) Arch. Lat. tom. 12 f. 132.

— | — | (3110—3111) Mag. Francisco de Caveisrubeis cler. Burgen. notario, camerario secr. et lit. ap. sollicitatori, confert praestimonialem portionem in par. ecclesia loci de Tordoles Burgen. dioec. G. D. et F.; scribit archiep. Neapolit. et archidiacono atque Alfonso de Turrecremata canonico eccl. Burgen. de executione. „Hodie dilecto filio“ (Evangel. | Gratis pro sollic. Delius | J. de Madrigal | Coll. Attan.) L. 997 f. 249, b; 251, b.

— | — | (3112) Perretae de Montbron moniali monasterii B. M. de Roncerayo Andegaven. dioec. O. S. B. concedit pensionem an. super Prioratus B. Mariae de Aveneriis O. S. B. Cenoman. dioec. ab ipsa resignati fructibus. R. Z. (Colotius | Guerrerius. Bertrandus | Cheminart. Coll. H. d. Cesis) L. 1047 f. 254, b.

— | — | (3113) Bononiae Magistratui mandat, ut praefectis militum eorumque vicariis significet, gratissimum sibi fore, si quam primum cum suis militibus Parmam Placentiamque se conferant, quum ea municipia se credant derelicta et deserta esse a R. Pontifice. „Etsi Nobis dubium non est, quin omnes nostri praefecti militum paratissimi sint, quocunque oporteat proficisci“ (Bemb.) Bemb. L. II ep. 45 p. 20.

— | — | (3114) Praefectis militum eorumque vicariis ad superiores literas provocans mandat, ut cum copiis, quas habent, Parmam atque Placentiam decedant ad ea municipia tuenda. „Cum magnopere vos cupiamus cum ea manu“ (Bemb.) Ed. L. c. ep. 46.

— | — | (3115) Antonio Molinerii rectoriam seu perp. vicariam ecclesiae par. S. Christophori de Cambis loci de Pinolibus Agennen. dioec. Johanne Molaur libere resignante confert. „Vitae ac morum“ (Bembus | Millin. Enckenw. | Cyprian. Coll. H. d. Ces.) L. 998 f. 59.

— | — | (3116) Christophoro Czlung cler. Frisingen. dioec. fam. suo reservat pensionem an. super par. ecclesiae S. Georgii Frisingen. fructibus per Wolffangum Barbinger ejus rectorem solvendam et accessum ad eam concedit. G. F. (Evangel. | Grat. d. mand. Enckenw. De Comitibus | J. d. Cesis Coll. Attan.) L. 1013 f. 290.

— | — | (3117) Alexandro S. Eustachii diac. Card. unum vel plura beneficia in civitate et dioec. Placent. ad valorem usque 300 duc. auri reservat. „Ad personam tuam“ (Sine secret. | Millinus | F. de S. Johanne | Coll. H. d. Ces.) L. 991 f. 68, b.

— | — | (3118) Johanni Michaeli de Bonis Auguriis cler. Romano canonicatum et praebendam ecclesiae Lateran. primo vacaturos reservat eum interim nominans canonicum supranumerarium. „Vitae ac morum honestas“ (P. Delius. Cabredo p. Comp. | De Comitibus | Coll. H. d. Ces.) L. 991 f. 107.

— | — | (3119) Claudiam de Beaunau instituit Priorissam Prioratus monialium B. M. de Ameneriis prope Lavalem O. S. B. Cenoman. dioec. „Religionis zelus“ (Castillion. | Cheminart | Coll. Attan.) L. 1041 f. 116.

10. Junii. (IV. Id. Jun.) | — | (3120) Aegidium Viterbiensem electum Priorem gener. Eremitarum S. Aug. confirmat, omnes definitiones Capituli generalis Neapoli celebrati approbat tamquam ab omnibus tam de Observantia quam ab aliis Augustinianis observandas novumque Generalem laudibus extollit. „Inter cetera recte et laudabiliter in Capitulo generali“ (Sadoletus) Brev. tom. 30 f. 45 tom. 2 n. 35. Ex brevi origin. Romae in Archiv. Ord. n. 4 ed. in Bullar. Ord. Eremit. S. A. p. 232—234.

— | — | (3121) eidem confirmat privilegiorum omnium Ordinibus regular. concessorum communicationem eaque innovat, invalidas declarans impetratas in contrarium ab Apost. Sede gratias, nisi Prior generalis assentiatur. „In rerum christianarum curam vocatis Nobis“ (Jac. Sadoletus) Brev. vol. 30 f. 53 tom. 2 n. 39 (ubi 11. Jun.). Ex brevi origin. asserv. in Arch. Ord. n. 3 ed. *Margarini* Bullar. Casin. tom. I. p. 363. 364 n. 348.

— | — | (3122) Gaufrido Helies rectori paroch. ecclesiae S. Amantii Petragoricen. dioec. Licent. in decr. Prioratum S. Nazarii de Junhac ejusd. dioec. commendat. G. D. (Sadolet. | Delius. Cabredo | De Gais | Coll. Donat.) Bull. L. 991 f. 111.

— | — | (3123) Hominibus civitatis Castr . . . mandat, ut bulla Julii P. II. super maleficiis concessa ab omnibus observetur, ac remittit ipsis tertiam partem subsidii unius anni pro reparatione murorum civitatis. „Cum nuper“ (Sadol.) Brev. Leon. tom. 4 n. 1.

— | — | (3124) Thomam de Fornatiis in familiarem contin. commensalem suum recipit. „Virtus et probitas tua“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 36[1].

— | — | (3125) episcopo Civitaten. et Johanni de Albicis commissariis suis mandat, ut omissa veterum damnorum inter Spoletinos et Trebanos mentione ad examen de novis hinc inde illatis damnis procedant et ad se referant. „Superioribus diebus per alias Nostras“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 34 vol. 30 p. 44.

— | — | (3126) Bernardino Xelio Potestati seu locum tenenti Gubernatoris civitatis Ravennae mandat, ut non procedat ad executionem literarum in favorem Marci Lando emanatarum super restitutione fructuum monasterii S. Petri ad vincula Ravennat., cujus

[1] Similiter Bernardinum de Graffiis, ut in hoc docum. adnotatur.

1513.

Marcus est commendatarius, cum ad eos jus habeat Electus Julius Vitellus Civitat. Castelli. „Superioribus diebus cum nuper“ (Sadolet.) Brev. tom. 30 p. 50; tom. 2 n. 37.

10. Junii. (IV. Id. Jun.) Romae apud S. Petrum (3127) Prioribus populi et communitati civitatis Narnien. permittit, ut nundinas de mense Maio ad Augustum transferant in perpetuum illasque singulis annis per XV. dies celebrent incipiendo a festo Assumptionis B. M. V. „Cum sicuti nobis nuper exponi fecistis“ (Sadolet.) Brev. tom. 2 n. 38 tom. 30 p. 51.

— — — (3128) Bernardo Juliani baccal. in decr. confert ecclesiam par. S. Michaelis de Rayssaco Carcassonen. dioec. N. G. (Armellin. | Balbus. Baena | J. de Madrigal. Coll. H. d. Cesis) L. 1022 f. 242.

— — — (3129) Carolo de Montion presb. confert canonic. eccl. Turonen. et S. Florentii de Ambasia Turonen. dioec. „Vitae ac morum“ (P. d. Cesis | Suno. Baena | Madrigal. Coll. Bucan.) L. 1016 f. 27.

— — — (3130) Jacobo Fusco eleemosynario suo confert Primiceriatum eccl. Gaetan. et par. ecclesiam de Irana Gaetan. G. F. (Armellin. | Grat. de mand. Colardi. Draco | Verdes. Coll. Attan.) L. 1007 f. 147.

— — — (3131) Episcopis Cavallicen. et Agrigentin. et Offic. Compostellan. mandat, ut Vasco Prego cler. Compostellan. par. ecclesiam de Surrizo dictae dioec. conferre curent. „Sedes Ap. perpia mater recurrentium ad eam“ (Sadol. | Colardi. Draco | Verdes. Coll. H. de Ces.) L. 995 f. 118.

— — — (3132) Episcopis Cavallicen. et Agrigentin. et Officiali Abulen. mandat, ut Johanni Gundisalvi de Anchieta cler. Placentin., Mag. Garsiae de Gibraleon script. familiari, par. ecclesiam loci de Tormelas Abulen. dioec. obitu Benedicti Diaz vacantem et dicto Johanni antea non rite collatam conferre curent. „Vitae ac morum“ (Blondus | Grat. p. fam. script. Millin. Enckenw. | Verdesotto. Coll. Bucanus) L. 1071 f. 36.

— — . (3133) Ludovico Electo Tornacen. (n. 3057) concedit, ut a quovis catholico episcopo juramento fidelitatis per ipsum prius recepto consecrari possit. „Cum nos pridem“ (Copis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 12 f. 55.

11. Junii. (III. Id. Jun.) — (3134) Maximiliano Mariae Mediolanensium Duci gratulatur victoriam ab Helvetiis[1] reportatam et quod conatus in eum suscepti irriti fuerint, licet ob magnum occisorum numerum doleat, hortaturque, ut clementia in subditos utatur. „Allatum est Helvetios pro tua ditionisque tuae propugnatione“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. III ep. 1 p. 21. *Bzov.* h. a. p. 190 n. I. *Raynald* h. a. n. 29 p. 13. *Roscoe* tom. V doc. 78 p. 251.

— — — (3135) Raimundo Cardonae proregi Neapolis nuntiat Helvetiorum victoriam sibi fuisse gratissimam, licet moleste ferat tot fortes et claros homines periisse. „Pacem enim maxime, non bella, hominumque in Deum pietatem, non jacturam christiani sanguinis aut proelii dimicationem cupere singuli exoptareque debemus.“ Petit ab eo, ut sua studia juvet, quibus Ducem Mediol. ad placabilitatem, lenitatem et misericordiam, injuriarumque oblivionem inducere conatur. „Helvetiorum contra Gallos victoria, de qua nuntii nuper ad nos sunt allati“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. III ep. 2 p. 21. *Roscoe* l. c. doc. 79 p. 253.

— — — (3136) Simoni Simonis de Macerata in terrae Apiri Potestatem electo concedit, ut immediate post finitum tempus Ludovici de Albricis praesentis Potestatis ingredi possit et debeat. „Cum sicut accepimus“ (Bemb.) Brev. tom. 30 p. 66, b [2].

— — — (3137) Petro Vacca cler. Legionen. beneficium in eccl. S. Marinetis loci de Lugneres Legionen. dioec. confert. G. F. (Gratiadei | Grat. de mand. S. D. Millin. | F. de S. Joh. Coll. Bucanus) L. 993 f. 112, b.

— — — (3138) Nicolao Gepi par. ecclesiam *Prioratum* nuncupatam S. Nazarii loci de S. Nazario Lederesii Bitteren. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Scutar. | Salvius. Contreras | Attanant. Coll. Amerin.) L. 1120 f. 207.

— — — (3139) Petro de Vesto canonico Valentinen. notar. suo indultum quoad beneficia a Julio II. ipsi concessum in omnibus suffragari declarat, ac si exprimenda in literis praedecessoris sint expressa. G. D. (Armellin. | Guerrer. Bertrand. | Bernard. Coll. B. de Alex.) L. 1066 f. 118.

— — — (3140) Michaeli Ermenier Archiv. Rom. Curiae scriptori confert Sacristiam eccl. Redonen. G. D. et F. (Castillion. | Gratis pro script. Arch. | P. Cotini | Coll. Attan.) L. 998 f. 28.

— — — (3141) Francisco de Montarby Priori Prioratus de Meriaco super Secanam O. S. B. Trecen. dioec. de nobili genere nato commendat Prioratum non conventualem de Fomiet O. S. B. Lingonen. dioec. vacantem obitu Antonii Borrelico. R. Z. (Armellin. | Suno. Baena | Valtrini. Coll. Attan.) L. 1020 f. 2.

---

[1] Die 6. Junii 1513 Helvetii apud Novariam impetu audaci aggressi Gallos magnam eis cladem attulerant. Cf. *Guicciardini* L. XI c. 5 t. III p. 161 seq. *Belcaire* L. XIV p. 411 seq. *Roscoe* t. IV p. 45.

[2] Brev. tom. 2 n. 46 idem docum., sed assignatur d. 15. Jun.

1513.

11. Junii. (III. Id. Jun.) Romae apud S. Petrum — (3142) Bertrando Clerici par. ecclesiam de Pleherel Briocen. dioec. confert. G. D. (A. Gratiadei | Grat. p. script. brev. Enckenw. | Bernardus. Coll. H. de Cesis) L. 1040 f. 287.

— — — (3143) Michaeli Dulcis cler. Neapolitan. fam. suo pensionem an. 11 ducat. auri d. C. super fruct. eccl. S. Petri de Caniano Aversan. dioec. assignat. G. F. (Colotius | Gratis de mand. S. D. Balbus | J. de Cesis. Coll. Donatus) L. 1030 f. 302.

12. Junii. (prid. Id. Jun.) — (3144) Helvetiis gratulatur victoriam; Gallos ob schisma dicit depressos. „Equidem cum in ea victoria“ Bemb. L. IV ep. I p. 29 [1]. *Bzovius* a. 1513 p. 190 n. II. *Rayn.* n. 31 p. 13. 14.

— — — (3145) Mediolan. Ducem hortatur iterum ad moderationem et clementiam et specialiter ei commendat Marchionem Montisferrati, qui ob tenuem ditionem non se poterat ejus inimicis opponere. „Heri pro nostro singulari in te amore et studio“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. III ep. 3 p. 21. 22.

— — — (3146) Legato provinciae Marchiae vel ejus locum tenenti committit, ut constito summarie de tribus sententiis conformibus in favorem communitatis de Valdo contra communitatem de Sarnano latis in rem judicatam transgressis priorem communitatem a molestiis et vexationibus Sarnanensium liberet hosque debito satisfacere cogat refractarios puniendo [2]. „Nuper pro parte dil. filiorum communitatis civitatis nostrae Firmanae nobis expositum fuit, quod cum quasi per septennium in Curia Rom. quaedam lis et controversia super reaedificatione cujusdam antiqui molendini et derivatione aquae“ (Sadol.) Brev. tom. 41 p. 15.

— — — (3147) Hieronymo Sacrato Ferrariensi notario et famil. suo in patriam revertenti liberum passum concedit. „Universis et singulis, ad quos praesentes pervenerint, salut.“ „Cum dilectus filius Hieronymus“ (Sadolet.) Brev. tom. 2 n. 40, tom. 30 p. 57.

— — — (3148) Christophoro de Cisneros canonicatum et praebendam confert in eccl. Palentina. „Vitae ac morum honestas“ (Evangel. | Millinus. Enckenw. | Valtrani | Coll. Bucan.) L. 992 f. 287, b.

— — — (3149) Johanni de Ortega canonico Palentin. et brev. ap. script. et fam. suo omnes fructus canonicatus et praeb. ejusd. eccl. Palentin. ab ipso resignatorum et Christophoro de Cisneros concessorum reservat, ita ut eos una cum canonicatu et praeb., quos obtinet, percipere et in suos usus convertere valeat, necnon regressum, accessum et ingressum ad illos ipsi concedit, si certae conditiones verificentur. G. F. (A. Colotius | Grat. p. scr. brev. Millin. Enckenw. | Verdesotto. Coll. Bucanus) L. 1061 f. 161.

13. Junii. (Id. Jun.) — In publico consistorio admittit pro praestanda obedientia Oratores regis Poloniae. Archiepiscopus Gnesnen. Johannes Laski orationem habet, in qua expositis caedibus a Turcis perpetratis deprecatur Pontificem et omnes christianos principes, ut armis Reges Poloniae et Hungariae adjuvent (P. de Grassis f. 43). In eodem consistorio P. creavit tres milites, oratorem Polonum et duos Florentinos.

— — — (3150) Prioribus et communitati civitatis Firmanae confirmat statuta et privilegia per RR. PP. concessa, capitula cum terra Montis Fortini conclusa et reformationes, *„quatenus justa et rationabilia et in usu sint et in praejudicium libertatis ecclesiasticae et Camerae Ap. non tendant“* eisque condonat tertiam partem talearum praesentis anni Camerae Ap. debitarum in reparationem murorum utiliter convertendam. „Exigit vestra in Nos et S. R. E. fidei et devotionis spectata sinceritas“ (Sadol.) Brev. tom. 41 p. 13 et tom. 4 n. 4.

— — — (3151) Laurentio Malaspinae mandat, ut intra XX dies compromissum faciat super litibus, quas habet cum Galeotto fratre suo. „Cum pro illa paterna dilectione“ (Sadol.) Brev. tom. 30 p. 58, tom. 2 n. 41.

— — — (3152) Amadeae de Alidoxis concedit, ut de mille ducatis ipsi pro dote a Card. Papien. fratre germ. sub certis conditionibus assignatis et penes abbatissam et moniales monasterii S. Mariae novae depositis et pro se et ad vitam alterius personae cum abbatissa et monialibus praedictis seu dicti monasterii aut hospitalis rectore concordare possit. „Cum felicis record. Julius“ (Sad.) Brev. tom. 30 p. 60; tom. 2 n. 42.

— — — (3153) Hominibus terrae Ceperani, ut eorum inobedientiam reprimat, sub poena indignationis et 500 ducatorum mandat, ut possessionem dictae terrae procuratori Cardinalis S. Mariae in Cosmedin illius gubernatoris tradant. „Deputavimus nuper“ (Sadolet.) Brev. tom. 30 p. 64; tom. 2 n. 44.

---

[1] In ed. Bembi et eorum, qui eam sequuntur, est prid. Id. Jul. (14. Jul.) *Roscoe* tom. V doc. 77 p. 248—250. In collect. *Sammlung älterer eidgenössischer Abschiede* p. 721, ubi ad literas origin. Bernae exstantes provocatur, pariter est 14. Julii. Sed vix crediderim, tam sero Pontificem Helvetiis literas gratulatorias misisse, qui dudum Duci Mediol. gratulatus fuerat. Mendum potius scriptoris adesse videtur.

[2] Vide supra die 7. Jun. n. 3034.

1513.

13. Junii. (Id. Jun.) Romae apud S. Petrum

(3154) Angelum de Palatiis J. U. doctorem confirmat Judicem appellationum et nullitatum Romani Populi Capitaneum. „Sperantes quod“ (P. Bemb.) Brev. tom. 30 p. 83; tom. 2 n. 56.

— — —

(3155) Andream Griffonis deputat Commissarium super bonorum restitutione facienda familiae de Bentivolis Bononien., ita tamen, ut liquidis creditoribus satisfiat. „Nuper pro quiete et tranquillitate civitatis nostrae Bononiae“ (Bemb.) Brev. tom. 30 p. 62; tom. 2 n. 43.

— — —

(3156) Alexandrum de Bonis nobilem Florentin. constituit Castellanum arcis Faventiae ad unum annum. „Exigit virtus et probitas tua“ (Bemb.) Lib. Cameral. 63 p. 106 [1].

— — —

(3157) Johannem Antonium de Comitibus de Fulgineo Conservatorem civitatis Viterbii ad annum nominat. Id. init. (Sadolet.) Brev. tom. 30 p. 73.

— — —

(3158) Bernardo Adelmann de Adelmansfelden canonico Augusten. [2] pensionem an. 30 floren. auri Rhen. super fructibus paroch. ecclesiae S. Viti in Pangaro Salzeburgen. dioec. assignat. „Vitae ac morum“ (Sadolet. | J. Colardi. Draco | A. de Verdes. Coll. Harnia) L. 1000 f. 206.

— — —

(3159) Raimundo Proregi Neapolis commendat Marchionem Montisferrati ab eo petens, ut Maximiliano Insubrum Duci persuadeat, ne in eum ditionemve ejus velit quidquam durius aut acerbius cogitare, quod is Gallorum rebus non adversissimus fuerit, quum ejus ditionis status sit, ut inimicus esse Gallis, etiamsi velit, non possit. „Guillelmum Marchionem Montisferrati virum probum et spectata virtute hominem“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. III ep. 4 p. 22.

— — —

(3160) Maximiliano Mariae Duci Mediolan. commendat Pallavicinorum gentem, ut eam liberaliter tractet. „Pallavicinorum gentem tibi quidem magnopere deditam“ (Bemb.) Ed. l. c. ep. 5.

— —

(3161) eidem commendat Constantinum Cominatum Achaeorum Ducem Macedoniaeque principem et Concilii Lateran. Custodem (n. 7) auxilio iis in rebus, quas in Monteferrat. habet, egentem. „Constantinum Cominatum“ (Bemb.) Ed. l. c. ep. 6.

— — —

(3162) Helvetiis commendat Marchionem Montisferrati desiderans, ne vindicta malint quam liberalitate, odio quam benevolentia uti. „Scripsimus vobis vosque pro Nostro singulari amore“ (Bemb.) L. c. ep. 7 p. 22. 23.

— — —

(3163) Ludovico Gales cler. Barchinon. (n. 2186) pensionem tribuit super dimisso canonicatu ecclesiae Illerden. „Vitae ac morum“ (Colotius | Gratis de mand. Millinus. Enckenw. | Madrigal. | Coll. Attan.) L. 992 f. 82, b.

— — —

(3164) Mag. Bernardo de Accoltis cler. Aretin., Petri tit. S. Eus. presb. Card. fratri germano, S. Lebuini Davantrien. et S. Plechelmi Adenzalin., S. Panocli Susaten. Trajecten. et Colonien. dioec. ac S. Camberti Colonien. praeposituras, ac scolasteriam S. Petri Trajecten. et S. Petri et S. Camberti et S. Andreae Colonien. ecclesiarum Canonicatus et praeb. ac par. ecclesiam in Rotterdam dictae Trajecten. dioec., quos Andreas Venreaed cler. Colonien. obtinet, reservat. G. D. et F. (Evang. | Saldus. Coll. Attan.) L. 996 f. 175.

— — —

(3165) Francisco de Caveisrubeis cler. Burgen. lit. ap. sollicitatori, qui lite cum Alvaro Valentiano portionario eccl. Legionen. super par. eccl. loci de Paiares Legionen. dioec. pendente omni juri cessit, pensionem an. super ejus eccl. fructibus assignat. G. F. et D. (A. Gratiadei | Gratis pro sollicit. Millin. Enckenw. | Benedictus. Coll. Attan.) L. 998 f. 50.

— — —

(3166) Joanni Baranger presb. Pictav. baccal. in decr. commendat Prioratum S. Petri (de) Aygonnayo O. S. A. a monasterio B. M. de Stirpo dicti Ord. Lemovicen. dioec. dependentem, resignatione Ludovici de Lannay vacantem. „Vitae ac morum“ (Armellin. | De Bertinis. Gomiel | Gais Coll. Attan.) L. c. f. 279, b.

— — —

(3167) Episcopo Cavallic. et Andreae Vives canon. eccl. Illerden. et Officiali Jacen. mandat, ut Berengario Serra cler. Dertus. dioec. Arch. Rom. Curiae scriptori et fam. suo portionem eccl. Jacen. conferant medietate patronorum, si sit juris patronatus, assentiente. G. D. et F. (A. Colotius | Gratis pro script. Arch. Millin. Enckenw. | F. de S. Joh. Coll. H. d. Ces.) L. 997 f. 136, b.

— — —

(3168) Johanni Bellet perp. capellano ad altare S. Catharinae situm in eccl. S. Stephani loci de Cella episcopali Pictav. dioec. pensionem ann. 20. ducat. super fruct. dictae par. eccl. ab ipso permutationis causa dimissae assignat et quamdam

---

[1] Reperitur ibidem inventarium rerum et bonorum arcis et documentum consignationis arcis d. d. 21. Julii.

[2] De eo ac Conrado ejus fratre vide *Doellinger*, Die Reformation tom. I p. 522 seq. Simul et alius Augusten. canonicus Bernardus de Waltkirchen liti et causae, quam cum Joh. Cronberger praeposito eccl. B. M. oppidi Wetzlar. Treviren. dioec. super ea Praepositura, quae de jure patron. Maximiliani El. Imp. existit, habuerant, cessit et pariter pensione an. donatus est.

1513.

domum et nonnulla alia ei reservat. „Vitae ac morum“ (Sadol. | Colardi. Draco | J. de Gais. Coll. H. d. Ces.) L. 1000 f. 12.

13. Junii. Id. Jun. — Romae apud S. Petrum — (3169) Didaco de Montoya cler. Toletan. dioec. fam. suo, obsequiis Francisci episc. Sabinen. insistenti, assignat pensionem an. super eccl. par. de Villaquilambre Legionen. dioec. G. F. (Colotius | Grat. de mand. S. D. Millin. | Verdes. Coll. H. d. Ces.) L. 1049 f. 254.

14. Junii. (XVIII. Kal. Jul.) — — (3170) Roberto tit. S. Anastasiae presb. Card. monasterium S. Arnulphi O. S. B. Meten. dioec.[1] in commendam tradit. „Romani Pontificis“ (Gratiadei | Cotini | Coll. H. d. Cesis) L. 991 f. 136.

— — — — (3171) Johanni Petro de Camponago famil. suo confert canonicatum et praeb. eccl. S. Theclae Mediolan. executionem demandans episcopo Cavallic., Praeposito eccl. S. Victoris de Massaya dioec. Mediolan. et vicario gen. archiepiscopi Mediolan. G. F. (A. Melfit. | Gratis de mand. S. D. Suno. De Baena | Verdes. Coll. D. de Juvenibus) L. 1007 f. 118, b.

— — — — (3172) eidem Johanni Petro confert archipresbyteratum eccl. S. Fidelis in Casate dioec. Mediol. (In. et script. ut supra) L. c. f. 121.

— — — — (3173) S. Mariae de Catani et S. M. de Montforte par. ecclesias Visen. et Elboren. dioec. Henrici de Meneses resignatione vacantes et par. ecclesiam de Sortelha Egitanien. dioec. ecclesiae de Montforte, quamdiu dictus Henricus eam obtineret, annexam, ad preces Emmanuelis Portugaliae Regis et militiae Jesu Christi perpet. administratoris mensae magistrali dictae militiae ad vitam praefati Henrici annectit, dummodo Leonorae Reginae et Ducis Bragantiae, quibus jus patronatus quoad ecclesias de Catani et Montforte respective competit, expressus accedat assensus, et eidem Henrico domos presbyterales ac fructus earum ecclesiarum, etiam postquam ipse habitum dictae militiae assumpserit, loco pensionis annuae reservat. „Apostolicae Sedis“ (Sadolet. | P. Millin. Enckenw. | L. Valtrini | Coll. Campania) L. 1002 f. 23, b.

15. Junii. (XVII. Kal. Jul.) — — (3174) Angeli Gabrielis civis Romani electionem in Camerarium Ripae et Ripettae almae Urbis per Procuratores dictae Ripae factam confirmat. „Elegerunt te“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 45; Brev. vol. 30 p. 65.

— — — — (3175) Johanni de Vigatis de Tridino canonicatum et praebendam ecclesiae Vercellen. confert. G. F. (Ponzettus | Gratis de mand. S. D. Millinus | J. Salvius | Coll. H. d. Ces.) L. 991 f. 161, b.

— — — (3335) Petro de Abbatia presb. Oloren. dioec. commendat Prioratum non conventualem Bonarum Vallium O. S. A. Uticen. dioec. dependentem a monasterio S. Ruffi Ord. et dioec. praedict. „Vitae ac morum“ (Colotius | Bertinis | Vega. Coll. Attan.) L. 1010 f. 180.

— — — (3336) Dominico episc. Lucerino mandat, ut Bandinellum tit. S. Sabinae presb. Card. ad omne jus surroget, quod Alfonso de Cepeda tempore obitus in par. ecclesiam de Villo Rejo al. Villaresco de Fuentes Conchen. dioec. competebat, eamque illi, si nemini sit jus quaesitum, commendet. „Dum exquisitam dilecti filii nostri“ (P. de Cesis | *Visa* de Bertinis | F. de S. Joh. Coll. Attan.) L. 1007 f. 33 (Castilion. | Marciaci. | Casanova. Coll. Bucan.) L. 1032 f. 143.

— — — (3337) Mag. Petro Suares cler. Hispalen. lit. Poenitentiariae scriptori et fam. suo pensionem an. assignat ex paroch. de Benalfarrico Zamoren. dioec. cum jure accessus ad eam. G. D. et F. (Jul. Agrigent. | Grat. de mand. S. D. Suno. Baena | D. Andreae Coll. F. de Attan.) L. 1006 f. 185.

— — — (3338) Eidem assignat aliam pensionem super fructibus par. eccl. loci de Casasola Zamoren. dioec., quam eadem die Alfonso de Alisen cler. Conchen. confert, et pensione non soluta accessum ad eam concedit. (Init. et script. ut supra) L. 1004 f. 126.

1513.

24. Junii. (VIII. Kal. Jul.) | Romae apud S. Petrum | (3339) Archidiacono et Scholastico B. Mariae *la Rotunda* oppidi de Logroño et S. Martini loci de Alvelda Calaguritan. dioec. ecclesiarum invicem unitarum ac Officiali Calaguritan. mandat, ut Johannem Rodriguez alias Valleoleti cler. Calagurit. dioec. baccal. in decr. ad participationem fructuum superexcrescentium ecclesiae B. M. de Palacio oppidi de Logroño dictae dioec. admittant, si de expositis ipsis constiterit. L. S. (P. de Cesis | Delius. Cabredo | Lerma. Coll. S. de Spol.) L. 1025 f. 408, b.

— — | — | (3340) Praeposito ecclesiae S. Victoris extra muros Maguntin. mandat, ut Laurentium Drovik cler. Maguntin. dioec., familiarem Mag. Antonii Draco scriptoris ap., in ecclesiam paroch. *Pastoriam* nuncupatam S. Georgii villae Dalhen. dictae dioec. inducat, literas praecedentes de hac re omnino valere declarans. „Vitae ac morum“ (Castilion. | Grat. p. fam. script. Colardi. De Comitibus | Gerona. Coll. Amerin.) L. 1019 f. 95, b.

— — | — | (3341) Egidio Wibert Mag. in artibus canonicatus in Remen. Noviomen. Ambianen. et Laudunen. dioec., ad effectum in illis dignitates, officia etc. obtinendi dumtaxat, dummodo ad illas vel illa, si plura sint, dispensationem ap. obtineat, confert et privilegia largitur. L. S. (Castilion. | Grat. pro fam. assist. Millin. | J. de Lerma. Coll. Blondus) L. 1206 f. 123, b.

— — | — | (3342) Petro de Maricourt canonico ecclesiae Castri Monchiaci Beluacen. dioec. par. ecclesiam S. Martini de Montiginaco ejusd. dioec. Aegidii Charpentier resignatione vacantem, donec 18. annum attigerit, commendat et ex tunc confert. N. G. (Sadol. | Delius | de Castillo Coll. Campania) L. 994 f. 70.

— — | — | (3343) Othoe de Spinosa cler. Calaguritan. dioec. fam. suo quoddam beneficium de Asvalcazar et de Sarro nuncupatum Ispalen. dioec. obitu Alfonsi de Cepeda vac. confert. G. F. (A. de Calchaneis | Grat. de mand. S. D. Salvius. | Verdesotto. Coll. Attan.) L. 1119 f. 46, b.

— — | — | (3344) Archidiacono et Thesaurario B. M. de Logroño et S. Martini de Alvelda oppidorum Calaguritan. dioec. eccles. invicem unitarum mandat, ut Johannem Rodriguez cler. Calaguritan. baccal. in decret., si ea, quae dictus Johannes exposuit, vera sint, ad perceptionem fructuum superexcrescentium ecclesiae par. S. Jacobi oppidi de Logroño et aliarum eccles. illi forsan annexarum admitti faciant. L. S. (Gratiad. | Grat. de mand. Enckenw. Milanesius | G. de Rubeis) L. 1153 f. 233, b.

— — | — | (3345) Episcopo Fundano et vicario gen. Venafren. declarat concessionem factam, ut confines monasterii Casinen. O. S. B. nec non ecclesiarum et castrorum ejusdem, quando scripturae non apparerent, per testes probari et tuto possideri possint. „Dilecti filii abbatis.“ Arch. Montis Casin. Caps. IV n. 66.

— — | — | (3346) Antonio de Natis canonico monasterii B. Mariae de Monte Salino O. S. A. Sancti Flori dioec. locum et canonicalem portionem dicti monasterii confirmat priore provisione viribus non subsistente. R. Z. (A. Colotius | B. de Rizonibus. Gerona | Contreras. Coll. H. d. Ces.) L. 1043 f. 78, b.

25. Junii. (VII. Kal. Jul.) | — | (3347—3348) Pro parte Marchionis Brandenburgen. et Burgraviorum Nuremburgen. Pius II. statuit, ut vasalli, familiares, subditi, incolae et habitatores in terris et locis dictis Marchion. et Burgraviis subjectis commorantes in causis civil. et crimin. coram alio vel aliis nisi coram praefatis March. et Burgrav. vel judicibus ab eis deputatis in judicium trahi et conveniri non possent et ad respondendum non tenerentur, dummodo coram dictis judicibus juri stare essent parati et illi in ministrando justitiae complementum negligentes non forent. Nicolaus V. pro parte Federici March. Brandenb. et S. R. J. Electoris Marchioni, vasallis, subditis Marchionatus Brandenburgen. et dominiorum suae temporalis ditionis concessit ut „nullus ex quibuscunque conservatoribus ecclesiasticis personis contra inferentes eis .... molestias et jacturas per Sedem Ap. pro temp. deputatis et eorum commissariis ac etiam ordinariis judicibus et eorum loca tenentibus .... extra loca sui incolatus vel illis viciniora infra districtum Marchionatus et dominiorum hujusmodi consistentia, ubi pro parte ipsorum judices ecclesiastici deputati forent, pro quibusvis causis mere profanis ipsos vasallos et subditos invitos in causam trahere vel ad judicium evocare posset“, dummodo coram propriis judicibus eccles. se sisterent. Quod indultum Sixtus IV. approbavit et ad successores dicti Federici extendit. Pro parte Joachim et Alberti Marchionum Brandenb. singulas praedecessorum literas approbat et simile indultum concedit. A. P. R. M. „Ex benignitate Sedis Apostolicae, quae omnibus se gratiosam exhibet.“ Executores nominat episcopos Brandenburgen. et Havelbergen. et abbatem monasterii in Levin (Lehnin) Brandenburgen. dioec. „Hodie emanarunt“ Arch. Lat. tom. 21 f. 14, b; f. 17.

— — | — | (3349) Cum juxta expositionem Matthaei tit. S. Pudentian. presb. Card. civitas et dioec. Sedunen. pro majori parte idioma germanicum loquatur et rectores par. ecclesiarum

1513.

ipsius majoris partis in idiomate germ. Verbum Dei praedicent, nihilominus tamen ea civitas et dioec. sub Concordatis, quae inter Sedem Ap. et inclytam nationem germanicam olim tempore Nicolai PP. V. inita fuerunt, non comprehendantur, Pontifex attendens Meten. et nonnullas alias civitates et dioec. partium ultramont., quae partim germanico, partim aliis idiomatibus utuntur, sub iis Concordatis comprehensas fuisse, declarat ex nunc ecclesia, civit. et dioec. Sedunen. sub Concordatis nationis german. comprehendi. A. P. R. M. „Super universas orbis ecclesias." (Ph. de Senis | Cotini. Coll. H. d. Ces.) L. 999 f. 54.

25. Junii. (VII. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum — (3350) Universis fidelibus nuntiat: Cum Matth. Card. praedictus episc. Sedun. prope suam eccles. (cathedr.) unam ecclesiam sub invocat. S. Theoduli olim episc. Sedun.[1] de bonis propriis fundaverit, se concedere hanc ecclesiam in festo Annuntiat. visitantibus, si ad conservationem, reparationem et fulcimentum ejus manus adjutrices porrexerint, plenariam indulgentiam, ad quam consequendam episc. Sedun. p. t. existens confessores special. facultatibus instructos deputare valeat. „Adscensurus in coelum" (Scr. ut supra) L. c. f. 53, b.

— — — (3351) Joh. Mariae Bartholomaei de Mastriciis cler. Eugubino fam. suo commendat ecclesiam par. S. Salvatoris de Nervisio Eugubin. dioec. per monachos O. S. B. regi solitam. G. F. (Gratiadei | Grat. de mand. S. D. Millin. Enckenw. | Tarin. Coll. H. d. Ces.) L. 999 f. 86, b.

— — — (3352) Francisco de Julianis cler. Suessan. Laurentii Puccii lit. ap. abbreviatoris obsequiis insistenti indultum circa beneficia concedit. G. F. (Evangel. | Grat. p. fam. assist. Millin. | Cheminart. Coll. Blondus) L. 1206 f. 115.

— — — (3353) Guillermum abbatem monasterii B. M. V. de Beccoheluini O. S. B. Rothomagen. dioec.[2] poenitentem a gravibus excessibus absolvit poenitentia per confessarium ab eo eligendum injungenda. „Sedes Apostolica pia mater" (Gratiadei | Marciaci. Corbinus | F. de Vega. Coll. Blondus) L. c. f. 119.

— — — (3354) Aymerico de Albinhaco Camerario Prioratus S. Erminae O. S. B. Mimaten. dioec. baccal. in decr. providet de Prioratu S. Theodorici O. S. B. Uticen. dioec. R. Z. (Evangel. | De Rizonibus. Baena | Contreras. Coll. H. d. Ces.) L. 1044 f. 7, b.

— — — (3355) Antonio de Bruilh cler. Bituricen. dioec. ecclesiam par. S. Cypriani Bituricen. dioec. cessione Johannis de Bruilh monachi O. S. B. vacantem ad certum tempus commendat et deinde confert. N. G. (Sadolet. | Millin. Enckenw. | Castillo. Coll. H. d. Ces.) L. 1034 f. 252, b.

— — — (3356) Petro de Geys cler. Valentinen. commendat Prioratum Vallis S. Clementis O. S. A. Viennen. dioec., qui conventualis non est et immediate a Prioratu conventuali S. Felicis, mediate a monasterio S. Ruffi extra muros Valentinen. dicti ord. dependet. N. G. (Sadol. | Colardi. Draco | Cotini. Coll. H. de Cesis) L. 996 f. 107.

— — — (3357) Johanni de Salmaron cler. Conchen. dioec. Laurentii Puccii lit. Ap. abbrev. et datarii fam., de Recuenco et de Salmaron locorum par. ecclesias Conchen. dioec. resignanti, regressum, accessum seu ingressum ad eas concedit ac in eventum hujusmodi eas invicem unit, quamdiu eas obtinuerit. „Vitae ac morum" (Evangel. | Grat. p. fam. assist. Millin. Enckenw. | Verdesotto. Coll. S. de Spoleto) L. 1072 f. 157, b.

— — — (3358) Mag. Philippo de Arinabenis canonico Mantuan. U. J. doctori script. et fam. suo facultatem confessorem sibi eligendi, altare portatile habendi aliaque privilegia concedit. „Sincerae devotionis affectus" (Blondus | Grat. p. socio | Tonella) L. 1205 f. 258.

— — — (3359) Alphonso Duci Ferrariae commendat res archiepiscopi Ravennaten., praesertim, quae ad ejus immunitates pertinent. „Res rationesque omnes" (Bemb.) Ed. Bemb. L. III ep. 17 p. 25.

— — — (3360) Locis ditionis Ravennat. confirmat privilegia et immunitates a praedecessoribus concessa et eximit a solutione taxarum militarium ad annum. „Promeretur fidei et devotionis" (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 30.

— — — (3361) Communitati et hominibus civitatis Castellanae confirmat jus a Julio II. iis ad poenas maleficiorum concessum et partem subsidii unius anni pro reparatione murorum remittit. „Cum nuper Oratores" (Sadolet.) Brev. tom. 2 n. 49.

— — — (3362) Episcopo Cavallic. et Scholastico ecclesiae Palentin. ac Officiali Astoricen. mandat, ut Francisco tit. SS. Joh. et Pauli presb. Card. Prioratum *de la Puente* de *S. M. y Dios tambien* O. S. A. Astoricen. dioec. a monasterio B. M. de Benevivere ejusd. Ord.

---

[1] Theodulus al. Theodorus I. saec. IV. fuit Sedunen. episcopus, saec. VI. Theodorus II., etiam Theodulus dictus. *Gams* p. 312.

[2] Notre Dame du Bec. Dioc. de Rouen. Gallia christ. tom. 11 p. 216 seq.

1513.

Palent. dioec. dependentem commendare curent. „Ad personam dilecti filii“ (A. Melf. | Tarin. Coll. H. d. Ces.) L. 993 f. 90.

25. Junii. (VII. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum — (3363) Johanni B. de Sozcis scholari Venetiarum assignat medietatem omnium fructuum ecclesiae par. *archipresbyteratus* nuncup. S. Blasii de Lignaro Paduan. dioec. ipsi, postquam clericali charactere insignitus est, a Cornelio Pisauri parocho ejusque successoribus, quoad vixerit, solvendam. „Laudabilia“ (Infra: Suno. Baena | Questenberg. Coll. Attan.) L. 1010 f. 290.

— — — (3364) Petro de Abbatia presb. Oloren. dioec. commendat Prioratum Bonarum Vallium O. S. A. Uticen. dioec. a Monasterio S. Ruffi Ord. et dioec. praedict. dependentem. „Vitae ac morum“ (Carotius | Cheminart. Nasius | F. de S. Joh. Coll. Attan.) L. 1021 f. 131.

— — — (3365) Jacobo Barthomier Lic. in legibus canonicatum et praebendam in eccl. Ebroicen. confert. L. S. (Bemb. | Millin. Enckenw. | Cheminart. Coll. H. d. Ces.) L. 999 f. 106, b.

— — — (3366) Prospero de Brexanis accolito et famil. suo canonicatum in ecclesia S. Quirini terrae Corregiae Regien. dioec. confert. G. D. (Melf. | Gratis de mand. S. D. P. Millin. | Valtrini) L. c. f. 176, b.

— — — (3367) Claudio Lanthenas confert ecclesiam par. S. Martini de Charmes Claromont. dioec. resignatione Antonii Lanthenas vacantem. „Vitae ac morum“ (P. de Cesis | Suno. Baena | Castillo. Coll. Attan.) L. 1020 f. 143.

— — — (3368) Jacobo Bruscho cler. Neapolit. fam. suo pensionem an. super fructibus monasterii S. Andreae de Apis O. S. B. Caputaquen. dioec. assignat. G. F. (Castilion. Gratis de mand. Cheminart. Aloys. | Saldus. Coll. F. de Attan.) L. 1022 f. 139.

26. Junii. (VI. Kal. Jul.) — (3369) Aurelium de Fuscis cler. Perusinum, Parafrenarium et famil. suum, constituit Revisorem arcium in territorio, comitatu et ducatu civitatis Perusiae post finitum tempus actualis Revisoris. „Promerentur honestae“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 53 tom. 30 f. 75.

— — — (3370) In favorem Mag. Gabrielis Baeni notarii et fam. sui, cum fructus Cantoriae eccl. Lauden., quam obtinct, admodum tenues sint, ei alia beneficia dioec. ejusd. unit et incorporat. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Evangel. | Gratis de mand. Delius. Vines | J. de Gais | Coll. H. d. C.) L. 992 f. 79.

— — — (3371) Jacobum de Plesseys monasterio B. Mariae de Bullencuria Ord. Cisterc. Trecen. dioec.[1] praeficit abbatem. „Summi dispositione“ (Evangel. | Enckenw. De Radicibus | Bernardus. Coll. Narnia) L. 1047 f. 295.

— — — (3372) Francisco Lenfant confert par. ecclesiam S. Martini de Igeyo Sagien. dioec. obitu Johannis Lenfant vacantem. „Vitae ac morum“ (Sadol. | Millin. Enckenw. | A. de Castillo. Coll. H. de Cesis) L. 995 f.

27. Junii. (V. Kal. Jul.) — In Consistorio praesentibus 21 Card.[2] Bernardinum Carvajal et Fridericum a. S. Severino schismaticos Cardinales post lectam ab eis retractationis formulam et veniam expetitam imposita poenitentia absolvit et pristinae dignitati restituit. *Raynald* h. a. n. 44—49 p. 20—22.

— — — (3373) Regem Franciae hac de re certiorem facit. „Hodie, quae dies Junii septima et vigesima est“ (Sadol.) Brev. ad princ. vol. 5 f. 5.

— — — (3374—3377) Simile scriptum Regibus Scotorum, Portugalliae, Angliae et Margarithae de Austria (ibid.)[3].

— — — (3378) Francisco Mariae Urbinatium Duci mandat, ut cum milites Bononiae commorantes mox se Veronam conferant ad eam civitatem muniendam, ipse se et suos itineri comparet, ne quid sit morae, sed profectioni praesto esse possit. „Scripsimus ad eam Nostram militiam“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. III ep. 18 p. 25.

— — — (3379) Venturino de Actis, Laur. Puccii lit. Ap. abbreviatoris fam., canonicatum et praeb. ecclesiae Tudertin. necnon ecclesiam S. Bernardini Tudertin. Paschini Bernardini obitu vac. cum ecclesiis annexis confert. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Grat. p. fam. assist. Millin. Enckenw. | Valtrini. Coll. Attan.) L. 996 f. 115. G. F. (Infra: Gratis pro scutifero. Madrigal | Valtrini. Coll. H. d. Ces.) L. 1089 f. 99.

— — — (3380) Claudio Gerard canonico Biturícen. Licent. in legibus Prioratum B. M. de Calvomonte O. S. A. Biturícen. dioec. commendat. L. S. (Sadol. | Colardi. Draco | Salvius. Coll. H. de Cesis) L. 996 f. 90, b.

— — — (3381) Didaco de Alloqua famil. suo confert ecclesiam par. S. Nicolai loci de Collado Hermoso Segobien. dioec. G. F. (Colotius | Gratis de mand. S. D. Millin. W. Enckenw. | F. de Vega. Coll. H. d. Ces.) L. 997 f. 220.

---

[1] *Janauschek* I p. 118 n. 303.

[2] *Tres noluerunt venire: Anglus, Sedunensis et Vicecancellarius* (P. de Grassis).

[3] Regi Angliae scriptum cum inclusis exemplis et die 6. Julii duplicatum, tamen non apposita clausula *„Quorum amborum“* etc. Ceteris sine exemplis inclusis.

1513.

27. Junii. (V. Kal. Jul.) | Romae apud S. Petrum | (3382) In favorem Federici Jacobi de Petrucciis archidiac. eccl. Senen. ecclesiam par. S. Petri in Castroveteri Senen. resignatione Jacobi Nicolai vacantem dicto archidiaconatui, quamdiu ipse eum obtinuerit, unit et annectit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Ph. de Senis | Gratis de mand. P. Millin. | D'Andreae. Coll. L. Amerin.) L. 998 f. 131, b.

— — | — | (3383) Dominico de Cenato par. ecclesiam S. Petri loci de Broqueriis alias de Milhano dioec. Auxitan. confert. „Vitae ac morum“ (Bemb. | Millin. Enckenw. | Madrigal. Coll. Donat.) L. 1011 f. 80, b.

— — | — | (3384) Hugnetto Denise famil. suo Cancellariam eccl. Bituricen. confert ac Prioratum B. Mariae de Calvomonte O. S. A. Bituric. dioec. commendat. G. F. (Jul. Agrigentin. | Grat. de mand. S. D. Millin.) L. 1000 f. 176.

— — | — | (3385) Bene alias Bentura de Tessitoribus fam. suo confert ecclesiam par. *Archipresbyteratus* nuncupatam S. Mauri de Terranova Solispate Thelesen.[1] dioec. necnon S. Angeli et S. Martini etiam Solispate ecclesias dictae dioec. G. F. (Agrigent. | Grat. d. mand. S. D. Draco. Colardi | Verdes. Coll. Donatus) L. 1034 f. 203.

— — | — | (3386) Philippum de Ruppe baccal. in decret. et notarium suum, qui a Rectore Universitatis Studii Tolosan. vi privilegiorum et juris nominandi ad paroch. ecclesiam S. Bartholomaei de Squinisazinis Convenarum dioec. nominatus, sed ab ejusdem episcopo et archiep. Auxitano indebite recusatus erat, in ea parochia confirmat. G. D. (P. de Cesis | De Bertinis. Gomiel | Valleol. Coll. Attan.) L. 1028 f. 138, b.

— — | — | (3387) Supplicante communitate Ravennaten. monasterio S. Apollinaris O. S. B. ibidem, quod Silvius Passerini cler. Cortonen. in commendam obtinet cujusque ecclesia cum ejus residentia et domo fratribus minor. de Observ. nuncup. tenenda concessa est, incorporat nonnulla beneficia dioec. Ravennat., quamdiu Silvius illud obtinuerit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Bembus | Millin. Enckenw. | De Comitibus) L. 992 f. 273, b.

— — | — | (3388) Johanni de Nuptiis cler. Albien. concedit portionem fructuum monasterii S. Sibinii O. S. A. Albien. „Apostolicae Sedis“ (Supra: sine Secretario. | Infra: Millinus. Enckenw. | A. de Castillo | Coll. H. d. C.) L. 1001 f. 252.

— — | — | (3389) Jacobo Rippante cler. constituit beneficiatum ad majus in par. ecclesia B. Mariae de Albate et ad B. Joh. Bapt. ac de passione in eccl. domus B. Mariae Ord. fratrum ejusdem B. M. de Monte Carmelo Tolosan. sita altaria. „Vitae ac morum“ (Colotius | Suno | Cabredo. Coll. Attan.) L. 1022 f. 282.

— — | — | (3390) Claudio de Monteacuto confert eccl. par. S. Thomae Castrinovi dioec. Valentin. Init. ut supra (Castillion. | Draco. Colardi | Balbus. Coll. Attan.) L. 1024 f. 36.

— — | — | (3391) Petrum Tallon rectorem paroch. ecclesiae S. Petri de Villa Regis Melden. dioec. ecclesiae Sabaten. eum praefecturus ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis consueta clementia“ (Bregeon | Barotius) Arch. Lat. tom. 12 f. 22.

— — | — | (3392—3394) Eundem Ordinis fratr. minor. religiosum et s. theologiae professorem ecclesiae Sabaten. jam antea Georgio episcopo adhuc eidem praesidente dispositioni Apost. reservatae et nunc obitu ejusd. Georgii episc. vacanti, in qua plures Christifideles habitant, quamvis in partibus infidelium existat, praeficit in episcopum et pastorem. „Apostolatus officium.“ De hac praefectione scribit a) populo civit. et dioec. Sabaten., „Hodie ecclesiae Sabaten.“, b) archiepiscopo Caesareae. „Ad cumulum“ (Script. ut supra) L. c. f. 20.

28. Junii. (IV. Kal. Jul.) | — | (3395) Franciscum de Chassaignes cantorem ecclesiae Burdegalen. in decr. ob sequentem provisionem ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis consueta clementia“ (A. de Alvarottis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 12 f. 234, b.

— — | — | (3396—3401) Eidem monasterium S. Salvatoris de Blania[2] O. S. B. Burdegalen. dioec. obitu Ademari Chati canonici O. S. Aug. vacans commendat. „Romani Pontificis“; qua de re scribit a) conventui, b) vasallis, c) archiepiscopo Burdigalen., d) Ludovico Regi „Hodie“, e) episcopis Sarlaten. et Lemovicen. committit, ut ab eo recipiant juramentum. „Cum Nos hodie“ (A. de Alvarottis | Nardin.) L. c. f. 322 seq.

— — | — | (3402) Archidiacono B. M. oppidi de Logroño Calaguritan. dioec. et Didaco Garsiae de Vaquerin canonico ecclesiae Calaguritan. mandat, ut Garsiae de Lerma cler. Burgen. brev. Apost. script. par. ecclesias B. M. de Paganis et ejusd. B. M. de Quintana locorum Calaguritan. dioec. conferre easque invicem unire curent, quamdiu dictus Garsias eas obtinuerit. G. D. et F. (Ph. de Agnellis | Grat. p. script. brev. Nardin.) Arch. Lat. vol. E f. 139.

— — | — | (3403) Rogerio Scherman perpetuo vicario par. ecclesiae Plenynte Exonien. dioec.

[1] Telese Provincia Terra di lavoro. *Ughelli* tom. 8 p. 519 seq. *Moroni* tom. 73 p. 265 seq.
[2] De hoc monasterio (St. Sauveur en Blaye). Gallia christ. tom. 2 p. 880.

1513.

indultum quoad beneficia concedit. „Vitae ac morum“ (O. de Cesis | Nardin.) L. c. f. 231, b.

28. Junii. (IV. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum (3404) Simile indultum concedit Johanni Colchestre al. Neblond monacho monasterii S. Edmundi de Bury O. S. B. Norwicen. dioec. R. Z. (Lambert. | Nardin.) L. c. f. 242.

— — — (3405) Ad preces Thomae Seirell canonici Londonien. decretorum doctoris unit canonicatui et de Hoxton nuncupatae praebendae ecclesiae Londen. Londonien. dioec., quamdiu illos obtinet, par. ecclesiam de Leynborne Roffen. dioec. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (O. de Cesis | De Nardinis) Arch. Lat. vol. E 137, b.

— — — (3406) Jacobum Regem Scotiae bellum Regi Angliae inferre meditantem hortatur, ut ab hoc consilio desistat et Ecclesiae causam suae praeferat, declarans se in eo potissimum curas suas ponere, ut parta inter christianos principes pace adversus Turcam viribus unitis arma suscipiantur, quod proxime legatis de latere missis se tractaturum pollicetur. „Grave et molestum Nobis fuit intelligere, Majestatem tuam praeter eam spem“ (Sadol.) Brev. tom. 30 p. 80. Unde textum habet *Raynald* a. 1513 n. 55 p. 25.

— — — (3407) Helvetiis inculcat priores literas, quibus eis causam Ducis Genuen. commendarat et audito priora postulata renovari renovat intercessionem pro Fregosiis fratribus. „Scripsimus nudiustertius ad vos“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. III ep. 19 p. 25.

— — — (3408) Maximilianum Mariam Ducem Mediolan. deducere conatur a consilio, ut a Duce Genuen. arcem sibi dedi et a se militari praesidio communiri curaret; pollicetur ipsi sinceram amicitiam Octaviani Fregosii Ducis et ejus fratris Friderici archiepiscopi Salernitani. „Etsi existimemus, te literis lectis, quas Fabricio familiari“ (Bemb.) Ed. L. c. ep. 20 p. 25. 26. Citat *Raynald* h. a. n. 80 p. 37.

— — — (3409) Franciscum Mariam Metaurensium Ducem laudat ob diligentiam in sedandis Fani municipum factionibus et ad eum laboribus levandum adjungit ei episcopum Policastrensem et Bernardum Cardulum famil. suum, quorum consiliis uti possit. „De cura, studio diligentiaque tua“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. III ep. 21 p. 26.

— — — (3410) Maximiliano Roman. Imp. designato notificat, Bernardinum Carvajalem et Fredericum Sanseverinatem Cardinales a schismate ad poenitentiam rediisse et a se benigne receptos ac in suam dignitatem restitutos esse. „Heri, quemadmodum Deo O. M. placuit, qui delinquentium interitum non vult, sed ut eos poeniteat et vivant“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. III ep. 22 p. 26. 27. *Bzovius* h. a. n. 23 p. 181. 182. *Raynald* h. a. n. 50 p. 22. 23. *Roscoe* tom. V doc. 85 p. 268—270.

— — — (3411) Francisco de Castillione alias de la Grane Priori *Decano* nuncupato Prioratus *Decanatus* nuncupati de Caremiaco Cluniac. Ord. Caturcen. dioec. de collatione dubitanti Prioratum hunc confirmat. „Religionis zelus“ (Sine secretario | Millin. Enckenw. | J. de Gais | Coll. H. d. Ces.) L. 991 f. 246.

— — — (3412) Commissario, visitatoribus, Guardianis ac fratribus minoribus de Congregatione olim B. Amadei nuncupata concedit liberam facultatem in nudis pedibus calepodia deferendi et illis utendi sine scrupulo conscientiae, prout tempore capituli generalissimi totius primi Ordinis B. Francisci in Urbe an. 1506 mense Jun. celebrati utebantur. „Ad Nos, qui Dominici gregis“ (Marc. Ep. Praenestin. Card. Senogall. P. Card. S. Euseb.) Brev. tom. 2 n. 54; tom. 30 p. 76 [1].

— — — (3413) Nicolao de Mornay cler. Rothmagen. dioec. commendat ecclesiam par. loci de Tresquienne ejusd. dioec. N. G. (Bembus | Millin. Enckenw. | A. Castill. Coll. J. Attan.) L. 997 f. 255.

— — — (3414) Francisco Richard (al. Riccard) cler. Leonen. dioec. fam. suo, Mag. L. Puccii datarii ap. obsequiis insistenti, commendat Prioratum S. Juliani de Cancellis O. S. B. Nanneten. dioec. obitu Christophori de Listre monachi dicti Ord. vacantem. G. F. (Castillion. | Grat. de mand. S. D. Bertin. | Cheminart. Coll. Narnia) L. 1035 f. 148.

— — — (3415) Guillermo de la Grutuse cler. Ambianen. dioec. notario suo commendat Prioratum *Decanatus* nuncupatum S. Cosmae de Montibus Cluniacen. Ord. Constantien. dioec. provinciae Rothomagen., a monasterio Cluniacen. dicti Ord. dioec. Matisconen. dependentem et Francisci Dysque resignatione vacantem. „Laudabilia“ (P. Bembus | Millin. Enckenw. | J. Colardi. Coll. S. de Spol.) L. 1004 f. 262.

— — — (3416) Petro Vacherie presb. Lemovic. Prioratum S. Mauri de Cavarupe O. S. A. Bituricen. dioec., qui conventualis non est et a monasterio de Puy Ferrand Ord. et dioec. praedict. [2] dependet, in commendam tradit. „Vitae ac morum“ (Bemb.) | Millin. Enckenw. | Castillo. Coll. De Camp.) L. 999 f. 218.

— — — (3417) Johanni Arnaldi perp. vicariam ecclesiae par. S. Joh. de Ampiaco Ruthenen.

[1] In priori volum. gravia damna passo assignatur d. 28. Jun., in posteriori d. 26. Jun.
[2] al. de Podio Ferrandi s. Notre Dame de Puy Ferrand. Gallia christ. tom. 3 p. 171.

1513.

		dioec. confert. Init. ut supra. (Infra: Colardi. Draco | de Vega. Coll. H. d. Ces.) L. 997 f. 226.
28. Junii. (IV. Kal. Jul.)	Romae apud S. Petrum	(3418) Archidiacono Taurinen. mandat, ut Octaviano Cananopii cler. Taurinen. capellaniam ad altare S. Hippolyti situm in eccl. Taurin. conferat. N. G. (P. d. Cesis | Bertin. | Marciaci) L. 1008 f. 43, b.
— —	—	(3419) Henrico Ferdinandi cler. Astoricen. dioec. concedit pensionem an. super ecclesiae par. S. Petri de Castanaro ejusd. dioec. fructibus. „Vitae ac morum“ (Castilion. | Millin. Gauden | Verdes. Coll. de Alexandris) L. 1037 f. 281, b.
— —	—	(3420) Guillermo de Cambray Licent. in legibus Cancellariam ecclesiae Bituricen. permutationis causa ab Ermindo Gentil resignatam confert. „Apostolicae Sedis“ (Sadol. | Colardi. Draco | Salvius. Coll. H. de Cesis) L. 996 f. 95.
— —	—	(3421) Ermindo Gentil archidiaconatum Sigaloniae ecclesiae Bituricen. permutationis causa a praefato Guillermo de Cambray dimissum confert. (Init. et script. ut supra) L. 996 f. 97.
— —	—	(3422) Episcopis Cavallicen. et Alexandrin. et Johanni Decio canonico ecclesiae Nanneten. mandat, ut Guillermo Rocaz cler. Nanneten. fam. suo Prioratum S. Opportunae O. S. B. Nanneten. dioec., quem quondam Christophorus de Listre in commendam obtinebat, commendare curent. G. F. (Ph. de Agnellis | Grat. de mand. Nardin.) Arch. Lat. vol. A. f. 429.
— —	—	(3423) Johanni Collys perp. vicario paroch. eccl. de Stone Cantuarien. dioec. Mag. in artibus concedit indultum quoad beneficia et residentiam. L. S. (P. Lambertus | De Nardinis) Arch. Lat. vol. E f. 275, b.
— —	—	(3424) Henrico Asshaton rectori par. eccl. Qwarlay Wintonien. dioec. idem indultum. „Vitae ac morum“ (P. de Cesis | De Nardinis) L. c. f. 277.
— —	—	(3425) Johanni Colchestre al. Neblond monacho monasterii S. Edmundi de Bury O. S. B. Norwicen. dioec. indulget, ut quodcunque beneficium etiam per clericos saeculares teneri solitum accipere, de licentia ordinariorum vel aliorum ad quos spectat verbum Dei ubicunque praedicare et habitum sui monasterii sub toga seu veste alicujus honesti et decentis coloris coopertum deferre valeat. „Religionis zelus“ (P. Lambertus | De Nardinis) L. c. f. 242.
— —	—	(3426) Roberto Marton rectori par. eccl. de Pylham Lincolinen. dioec. indult. de benef. „Vitae ac morum“ (O. de Cesis | De Nardinis) L. c. f. 229.
— —	—	(3427) Johanni Hall rectori par. eccl. S. Vincentii de Catherp Lincolinen. dioec. simile indultum. Init. et scr. ut supra. L. c. f. 230.
— —	—	(3428) Rogerio Scherman perp. vicario par. eccl. Plenynte Exomen. dioec. (Exeter) idem indultum. Init. et scr. ut supra. L. c. f. 231, b.
— —	—	(3429) Petro Electo Sabaten. (n. 3391) concedit, ut a quocunque maluerit cathol. antistite, qui ab ipso etiam fidelitatis juramentum recipiat, munus consecrationis suscipere valeat. „Cum nos pridem“ (Bregeon. | Barotius) Arch. Lat. tom. 12 f. 21.
29. Junii. (III. Kal. Jul.)	—	Papa, qui praeced. die in Vigilia solemnes Vesperas cantaverat, celebrat in festo S. Petri solemniter Missam et concedit indulgentiam plenariam, quam diaconus praeter solitum in vulgari publicat. Exeunte autem Papa ex basilica Orator Hispanus praesentavit equum album, quem *Chineam* vocant, cum solita oratione. Papa respondit: *Acceptamus*, et non aliud. Quod videns Orator Gallus replicavit petens a Papa, ut saltem acceptaret *sine praejudicio aliorum habentium interesse.* Et Papa iterum dixit: *Acceptamus.* Unde inter Oratores Gallum et Hispanum fuerunt aliquae rixae verbales cum risu multorum. (P. de Grassis f. 52, b.)
— —	—	(3430) Mag. Joh. Gozadino archidiacono eccles. Bononien. confirmat Julii II. literas executioni demandatas, quibus ei monasterium B. Mariae de Angelis Faventin. O. S. B. in commendam dedit. „Romani Pontificis“ (Ph. de Senis) L. 991 f. 71, b.
— —	—	(3431) Berengario Ruthene locum et canonicalem portionem et Pictantiariam eccl. B. M. Bellimontis O. S. A. Vabren. dioec. confert, si professionem emiserit. „Apostolicae Sedis“ (Colotius | Cheminart. Aloysius | Bertrandi. Coll. F. de Attan.) L. 1003 f. 24, b.
— —	—	(3432) Abbati monasterii B. M. in Campis extra muros Fulginat. et Johanni Paulo Cantagallo ac Antonio Vaciarotto canonicis eccl. Fulginat. mandat, ut si vera sint relata, amoto Amico Dominici rectore ecclesiae par. *plebaniae* nuncupatae B. M. de Berchiano Spoletan. dioec. Aeneae de Falconibus fam. suo ac Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. obsequiis insistenti istam eccl. conferre curent. G. F. (Blondus | Gratis de mand. S. D. Chemin. Aloys. | Cotini. Coll. Amerin.) L. 1016 f. 224, b.
— —	—	(3433) Mag. Johanni Danielo notario et famil. suo confert ecclesiam par. S. Aegidii de Monte Albano Maclovien. dioec. G. D. et F. (Infra: Gratis de mand. S. D. Suno. | Balbus. Coll. H. d. Ces.) L. 1023 f. 33.
— —	—	(3434) Archidiacono ecclesiae Lauden. dat facultatem recipiendi et admittendi resignationem Hieronymi de Maganis canonici ecclesiae S. Laurentii Lauden., qui canonicatum

1513.

et praeb. ejusd. eccl. resignare proponit, necnon de iisdem canonicatu et praeb. resignatione peracta Johanni Paulo de Berinzago al. etiam de Maganis cler. Lauden. providendi, si iste idoneus reperiatur, omnibus fructibus et jure regrediendi praefato Hieronymo reservatis. „Apostolicae Sedis providentia“ (Ph. de Agnellis | Add. prid. Non. Jun. Colotius) Arch. Lat. vol. E f. 265.

29. Junii. (III. Kal. Jul.) — Romae apud S. Petrum — (3435) Johanni Paulo de Berinzago al. de Maganis cler. Lauden. concedit, ut si praefatus Hieronymus in aliqua infirmitate sit constitutus et ex ea infra 20 dies post resignationem supra dictam decedat, canonicatum et praebendam praedictos non per obitum, sed per resignationem vacare censeantur. „Vitae ac morum“ (Ph. de Agnellis | Campan.) L. c. f. 253.

30. Junii. (prid. Kal. Jul.) — — In Consistorio admittit obedientiam Oratorum Senensium, qui die 8. Jun. Urbem ingressi fuerant. Castellanus Castelli S. Angeli patria Senensis multas bombardas resonare fecit. (P. de Grassis f. 43, b.)

— — — — (3436—3437) Antonio de Cuccinis confert canonicatum et praeb. ecclesiae S. Marci de Urbe resignatione Juliani Cecii arch. Rom. Cur. script. vacantes. Episcopis Cavallicen., Asculan. et Lucerin. committit executionem. „Vitae ac morum“, „Hodie dil. filio“ (Lambert. G. de Prato | J. de Senis) Arch. Lat. tom. 15 f. 288, b.

— — — — (3438—3439) Alexandro de Menghellis [1] ecclesiam par. S. Blasii de Palude majori territorii S. Felicis dioec. Mutinen. confert. G. F. Militen. at Cavallic. Episcopis et vicario gen. Ep. Mutinen. mandat executionem. „Hodie dilecto filio“ (Colotius | Grat. de mand. S. D. Millin. | Tarin. Coll. Donat.) L. 1009 f. 262, b; 263, b.

— — — — (3440) Petro Bibienae apud Venetos internuntio mandat, ut moneat eorum principem, ne permittat Aloysio Duranti moram fieri ad templi sui fructus percipiendos utque det operam, ne quid Pontechiani deinceps ejus procuratoribus molestiae exhibeant. „Intelleximus Pontechianos, qui vicus in Rodigiensi est Hadrianae dioeceseos, nolle Aloysio Durantis“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. III ep. 23 p. 27.

Junii. — — (3441) Wolfgango Tanner cler. Frisingen., L. Puccii fam., assignat pensionem an. super fructibus par. ecclesiae S. Laurentii in Niderneuhausen Ratisbonen. dioec., cassans similem pensionem Wolfgango Kabinger jam sub d. VIII. Kal. April. a. primo (25. Mart.) assignatam. „Vitae ac morum“ (F. Armellin. | Gratis pro fam. assist. P. Delius. R. Cabredo p. comp. | Jo de Cesis Coll. M. de Campan.) L. 1004 f. 180 [2].

— — — — (3442) Locumtenenti Neapolitano commendat Fabricium de Capua cler. Neapolitanum et cubicularium suum, ut ille tribus in lite super abbatia S. M. de Ripalta O. Cisterc. dioec. Civitaten. sententiis conformibus pro se reportatis justitiae effectum consequatur. „Commendamus Nobilitati tuae“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 57 [3].

— — — — (3443) Federico archiepiscopo Salernitano et Octaviano Duci Genuae gratulatur reditum in patriam [4]. „Quod vobis ambobus in patriam restitutis et ad honoris amplissimi fastigium vestrorum civium suffragiis evectis quoddam singulare gaudium acceperimus“ (Sadol. prob.) Brev. vol. 5 f. 21.

ANNO PRIMO MENSE JULIO. 1513.

1513.

1. Julii. (Kal. Jul.) — Romae apud S. Petrum — (3444—3445) Pro ecclesia Hospitalis sive *domo S. Thomae Mart.* de Acon Londonien. dioec., in qua magister et fratres sub regula S. Aug. degunt et certa confraternitas utriusque sexus est instituta et quae in suis aedificiis non modicam minatur ruinam, ad ejusdem reparationem et manutentionem et ad debita, quae Johanne Yong moderno magistro ingrediente ad summam 70 marcharum sterlingorum ascendebant, solvenda iis, qui vere poenitentes et confessi certis diebus ecclesiam praedictam visitaverint et pro ea manus adjutrices porrexerint, tot et tales indulgentias largitur, quot et quales consequerentur, si capellam *Scalam coeli* nuncupatam in eccl. monasterii Trium Fontium extra muros Urbis Cisterc. Ord. ac basilicas et ecclesias et alia loca pia almae Urbis et extra eam consistentia diebus Quadragesimae et aliis anni temporibus,

---

[1] Dicitur familiaris Leonardi S. Susannae presb. Card.

[2] Desideratur mensis et dies; sed ad calcem legitur: Junii.

[3] Caret loco et data. Praecedit ibid. n. 56 Breve d. d. 13. Junii 1513.

[4] Fratres Fregosii Januae antea dominantes, irruentibus Gallis pulsi per 21 dies, post Helvetiorum victoriam 6. Jun. 1513 ab Hispanis sub Ferdinando Davalos Pescarae Marchione militantibus reducti et iterum summa rerum potiti sunt. Cf. *Ranke*, Opp. hist. tom. 33 p. 306. *Balan*, Storia d'Italia vol. V p. 497 L. XL n. 47.

1513.

in quibus stationes celebrantur, personaliter visitarent, facultates pro confessariis et privilegia pro domo et confraternitate concedens. A. P. R. M. „Illius, qui Dominicum gregem a perpetua morte suo pretiosissimo sanguine redimere dignatus est.“ Archiepiscopo Cantuarien. et Episcopis Londonien. et Norwicen. executionem committit. „Hodie a Nobis“ (Colotius | Grat. de mand. S. D. Delius | Madrigal. Coll. Campania) L. 994 f. 192; 193, b.

1. Julii. (Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum (3446) Johanni Claro monacho monasterii Dalcobaça Cisterc. Ord. Ulixbonen. dioec.[1] theologiae professori et in presbyteratus ordine constituto ob sequentem provisionem absolutionem a censuris tribuit. „Apostolicae Sedis“ (Bregeon. Barotius) Arch. Lat. tom. 12 f. 19, b.

— — — (3447—3451) Eundem monasterio S. Johannis de Tharoncha Cisterc. Ord. Lamacen. dioec.[2] obitu Alvari abbatis vacanti praeficit in abbatem. „Summi dispositione Rectoris.“ Quam praefectionem a) dicti monasterii conventui, b) ejusd. vasallis, c) abbati monasterii Cistercii Cabilonen. dioec., d) Emmanueli Portugaliae regi nuntiat. „Hodie monasterio“ (Script. ut supra) L. c. f. 16, b seq.

— — — (3452) Johanni praefato abbati concedit, ut a quocunque episcopo communionem Apost. Sedis habente munus benedictionis suscipere valeat, mandans, ut idem antistes fidelitatis juramentum ab ipso recipiat. „Cum nos hodie“ (Script. iid.) L. c. f. 19.

— — — (3453) Julii II. bullam *Ab impositione decimarum* d. d. Romae a. 1512 VI. Id. Febr. Pont. a. X., cujus tenore Dux Mediolan. indiget, transscriptam roborat et transsumpto originalis documenti vim donat renovans concessionem. A. F. R. M. „Provisionis nostrae“ (Sadol. | De Comitibus) L. 1198 f. 48, b.

— — — (3454) De literis, quas scribit ad Ferdinandum Regem cath. rogans, ut velit permittere, ut sine impedimento et absque gabellae solutione e regno Neapol. et Sicil. frumenta in certa quantitate pro almae Urbis et Lat. Conc. commoditate extrahi possint, certiorem facit suum in Hispania Nuntium. „Scribimus charissimo in Christo“ (Sadolet.) Brev. ad princ. tom. 5 f. 8.

— — — (3455) Parochialem ecclesiam s. perp. vicariam S. Joh. Cabeoli Valentinen. dioec. unit cum paroch. ecclesia S. Mauricii Montesonis ejusdem dioec., quamdiu hanc Aynardus de Belleseris obtinuerit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Bemb. | Millin. Enckenw. | L. Valtr. | Coll. H. de Ces.) L. 991 f. 163.

— — — (3456) Episcopis Comen. et Cavallic. atque Officiali Maclovien. mandat, ut Johanni Jouchet cler. Maclovien. dioec. fam. suo ecclesiam par. de S. Abram ejusdem dioec. obitu Petri Loret vacantem conferant. G. F. (Melfit. | Gratis de mand. S. D. Suno | Marciaci | Coll. Attan.) L. 1017 f. 239.

— — — (3457) Nicolao Volschi presb. Cracovien. dioec. de familia et armis Stanislai de Ostrorog canonicatus in eccl. Cracovien. et in eccl. B. M. Vimeiowien. et S. M. Lancicien. Gnesnen. dioec. confert et praebendas in iisd. eccl. ac duas dignitates seu officia reservat. N. G. (Infra: Grat. Millin. | Tarin. Coll. H. d. Ces.) L. 999 f. 66. *Theiner*, Monum. Polon. II p. 348.

— — — (3458) Eidem unum aut plura beneficia certum valorem non excedentia reservat. N. G. (Infra: Grat. d. mand. Millin. Enckenw. | Madrigal. Coll. H. d. Ces.) L. 999 f. 303, b.

— — — (3459) Mag. Martino Ramebyzki not. suo canonicatus in Gnesnen. Cracovien. Plocen. et Posnanien. eccl. confert et praeb. in iis eccl. cum tribus dignit. s. officiis ei reservat. G. D. (Infra: Grat. de mand. Millin. Enckenw. | Madrigal. Coll. H. d. Ces.) L. 999 f. 308, b. Cf. *Theiner* l. c. n. 374.

— — — (3460) Laurentium de Mutina, Nicolaum de Albis et Joh. Jacobum de Tarvisio in cantores suos secretos admittit cum salario 5 duc. auri d. C. quolibet mense instar aliorum cantorum. Init. non exstat. Archivio storico ital. S. 3, III, I p. 234[3].

— — — (3461) Mag. Francisco Jusarte (n. 1447 seq.) Petrus Elect. Portugalen. officium tabellionatus seu scriptoris Cam. ap. Portugalen., de quo ad nutum Episcopi Portugal. disponi consuevit, obitu Petri Gundisalvi vacans tenendum quoad vixerit concessit; ei concessioni robur apostolicae confirmationis adjicit. G. D. et F. (A. Melfit. | Grat. pro sollicitat. Suno. Baena | Valtrini. Coll. H. d. Ces.) L. 1006 f. 266.

— — — (3462) Johanni Thomandi cler. Lemovicen. dioec. commendat Prioratum non conventualem S. Martini de Gargenville O. S. A. Rothomagen. dioec. resignatione Leonardi Thomandi vacantem. „Laudabilia“ (Colotius | Bertin. Gomiel. | Valleol. Coll. Donat.) L. 1010 f. 263.

— — — (3463) Guidoni de Petrabufferia cler. Lemovicen. dioec. commendat Prioratum S. Martini de Bertrandicuria O. S. B. Carnoten. dioec. vacantem resignatione Francisci etiam de Petrabufferia, cujus dictus Guido frater germanus existit, executionem committens Leonardo Boyol et Petro Benedicti sen. canonicis eccl. Lemovic. et Officiali Lemovicen. N. G. (Armellin. | Cheminart. Aloys. | Ponzet. Coll. Attan.) L. 1051 f. 169.

[1] Vide Janauschek l. c. p. 110 n. 278. [2] Cf. Janauschek p. 61 n. 148.
[3] In libro introit. et exit. 551 f. 175, b his tribus 15 ducati soluti 9. Jul. referuntur.

1513.

1. Julii. (Kal. Jul.)	Romae apud S. Petrum	(3464) Petente Alphonso de Frias fam. et cantore capellano suo unit ecclesiam par. S. Martini de Villarubia Aurien. dioec. cum eccl. par. *abbatia* nuncupata S. Jacobi de Losanda Lucen. dioec., quamdiu dictus Alph. hanc obtinuerit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Ponzett. | Grat. de mand. S. D. Millin. | Vega. Coll. Donat.) L. 1023 f. 22.
— —	—	(3465) Guillelmo Bochetel canonico eccl. S. Germani Antissiodoren. Parisien. Lic. in leg. Prioratum S. Fulgentii Biturícen. O. S. A. commendat, decreti executores constituens Cancellarium et Claudium Gerardi canonicum eccl. Biturícen. ac Biturícen. Officialem et indultum quoad beneficia adjungens. L. S. (Colotius | J. Cheminart. Aloys. | Gais. Coll. Attan.) L. 1005 f. 61.
— —	—	(3466) Venturino de Actis cler. Tudertin. concedit pensionem an. super fructibus canonic. et praeb. eccl. Urbevetan. et liberum ad eos regressum. „Vitae ac morum“ (Infra: Millin. Enckenw. | Valtrini. Coll. H. d. Ces.) L. 1104 f. 226.
— —	—	(3467) Stanislao Myeszynsten[1] canonicatum et praeb. eccl. Gnesnen. confert. Init. ut supra (Ph. de Roma | Suno | Cabredo. Coll. S. de Spol.) L. 1116 f. 257.
— —	—	(3468) Cum Johanne Caillet cler. Pictavien., qui se criminalibus immiscuerat, super irregularitate inde contracta dispensat. „Sedes Apostolica“ (Blondus | Marciaci. J. de Gais) L. 1208 f. 470.
— —	—	(3469) Episcopo Ruthenen. mandat, ut Bertrandum de Mostuerolis cler. Ruthénen. dispensationem super irregularitate ex defectu corporis petentem ad se vocet et prout ipsi videatur cum illo faciat. N. G. (Evang. | Bertin. Gais. Coll. Blondus) L. 1207 f. 320, b.
— —	—	(3470) Johanni Julian cler. Leodien., Mag. Johannis Gozadini referendarii Pontificis obsequiis insistenti, pensionem annuam ex par. eccl. S. Martini de Boel dictae dioec. per Gerardum Naus ejus rectorem solvendam assignat, donec ipsi Gerardo procurante de beneficio aequi valoris sit provisum. G. F. (P. de Cesis | Grat. de mand. S. D. Guerrerius | Cabredo. Coll. Donatus) L. 1068 f. 257.
— —	—	(3471) Cum Turchae in partibus Syriae morte virorum et bonorum usurpatione non contenti provinciam Pastroveti et omnes ejusdem provinciae ecclesias, monasteria et loca pia destruxissent et incolas in crudelem servitutem abducerent, Johannem de Georgio Nicolai de Georgio domicelli in ista provincia genitorem et Damianum et Lucam dicti Johannis fratres cum 50 personis vel circa de progenie et parentela ipsius Johannis in captivitatem redegerunt magnam pecuniae summam pro eorum liberatione postulantes. In eorum favorem fidelibus iis per eleemosynas succurrentibus indulgentias concedit. „Creator omnium“ (Colotius | Nardin.) Arch. Lat. vol. E f. 243.
— —	—	(3472) Archiepiscopo Neapolitan. et episcopo Lucerin. et vicar. gen. episcopi Lucan. mandat, ut Thomae Pighinucio cler. Lucan. brev. Ap. script. et fam. suo ecclesiam par. S. Salvatoris extra et prope muros oppidi de Petrasancta Lucan. dioec. conferre curent. G. D. et F. (Ph. de Agnellis | Grat. p. script. brev. Add. III. Id. Jul. I. Nardin.) Arch. Lat. vol. E. f. 143.
2. Julii. (VI. Non. Jul.)	—	(3473) Isuardo Claperii praeposito ecclesiae B. Mariae de Alpibus Forojulien. dioec. mandat, ut Johannem Antonium de Vigiis presb. Papien. dioec. fam. suum in omne jus Petro Lanheri cler. Vivarien. defuncto ad perp. capellaniam ad altare S. Siffredi situm in eccl. Carpentoraten. competens surroget eamque illi, si nemini sit jus quaesitum, conferat. G. F. (Infra: Millin. Enckenw. | de Gais. Coll. H. d. Ces.) L. 1039 f. 20, b.
— —	—	(3474) Joanni Baptistae Pirachie (al. Perachia) indulget contrariis derogans, ut perp. capellaniam ad altare S. Ipoliti situm in eccl. Taurinen. recipere possit. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Enckenw. | Verdes. Coll. Attan.) L. 1036 f. 131, b.
— —	—	(3475—3476) Aeneae Oldoyno cler. Cremonen. archipresbyteratum eccl. S. Martini in Olzia Placentin. dioec. resignatione Alexandri archiepisc. Caesarien. vacantem commendat. „Apostolicae Sedis“ (Ph. de Agnellis | O. de Cesis) Executionem demandat archiepiscopo Neapolit. et Praeposituraе S. Jacobi et ecclesiae S. Agathae Cremonen. Praepositis. „Hodie dilecto“ (Nardinus) Arch. Later. vol. E f. 28, b; 32, b.
— —	—	(3477—3478) Alexandro archiep. Caesar. praefato reservat omnes fructus dicti archipresbyteratus et regressum ad eum. „Personam tuam.“ Executores constituit eosdem. „Hodie cum“ (script. iidem.) L. c. f. 244. 245.
— —	—	(3479) Episcopo Oveten.[2] respondet ad gratulatorias literas, jucundam sibi esse amari et probari a praelato et doctrina et pietate insigni. „Ut ei exspectationi, quam de Nobis habere affirmas, satisfacere possimus, non virtuti Nostrae confidimus, sed divinam opem atque auxilium imploramus, ut is Nos dirigat, qui ad tantum munus vocare dignatus est.“ Init.: „Nobis gratae admodum fuerunt tuae literae.“ Brev. ad princ. tom. 5 f. 13.

[1] Ind.: Mieszynstren.

[2] Erat Didacus de Muro, fund. Collegii S. Salvatoris Salmanticae † 1525. *Gams* p. 59.

1513.

2. Julii. (VI. Non. Jul.) Romae apud S. Petrum — (3480) Gervasio Corbean baccal. in decr. confert par. ecclesiam de Nulleyo supra Vironem Cenoman. dioec. L. S. (Colotius | Bertinis | Castillo. Coll. Attan.) L. 1012 f. 190.

— (3481) Antonio La Roche Pascaleto confert canonicatum eccl. S. Desiderii Avenion. vacantem obitu Joh. Rosa. „Vitae ac morum“ (Castillion. | Gratis pro famil. Vicecanc. Colardi | Cheminart. Coll. H. d. Ces.) L. 1014 f. 37; L. 999 f. 206.

— — — (3482) Vicario gen. Taurin. mandat, ut Johanni B. Perrachia (Ind.: Perrarchia) cler. Taurin. capellaniam ad altare S. Hippolyti situm in eccl. Taurin. conferre curet, si idoneus reperiatur [1]. „Dignum arbitramur“ (Armellin. | Bertin. | Balbus. Coll. Attan.) L. 1016 f. 99.

— — — (3483) Honorato Franconis cler. Ebredunen. Prioratum B. M. de Valinis O. S. A. Ebredunen. dioec., cum Joh. Chabassolis canonicus Ebredunen. concessioni sibi factae renuntiet, commendat. „Laudabilia“ (Bembus | Millin. Enckenw. | Cyprian. Coll. H. de Cesis) L. 993 f. 295.

— — — (3484) Priori S. M. de Lavieja Abulen., abbati de los Huertos Segobien. monasteriorum mandat, ut Priorissae et conventui monialium domus monasterii nuncup. S. M. Incarnationis Abulen. O. S. M. de Monte Carmelo sub cura fratrum ejusd. ordinis degentium, quae exposuerunt, ipsarum domum „in situ humidissimo et humanae complexioni contrario“ existere et ecclesiam adeo esse angustam, ut moniales in ea seu in illius choro omnes convenire non possint, dictamque domum refectorio, dormitorio, ortis, ortaliciis et aliis officinis necessariis carere et saecularibus habitationibus adeo esse vicinam, ut saeculares ex suis domibus moniales ipsas videre et cum illis confabulari possint ad vitae contemplativae turbationem, si exposita sint vera, de licentia earum Superioris, unam aliam domum sub dicta invocatione intra vel extra muros Abulen. in loco ad id idoneo cum ecclesia, campanili, refectorio, dormitorio, infirmaria, hortis, hortaliciis et necessariis officinis aedificandi et inibi habitandi et ad eam omnia bona et jura a priori domo transferendi, priorem domum et ecclesiam vel vendendi vel demoliendi et in novae domus aedificationem convertendi licentiam et facultatem largiantur, novaeque domui omnia privilegia, si constructa erit, concedit, quibus aliae ejusd. Ordinis domus gaudent. „Cathedram praeeminentiae pastoralis in hac militanti Ecclesia“ (J. Copis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 15 f. 82, b. [2]

3. Julii. (V. Non. Jul.) — Creat militem auratum Pompejum de Udeliis Perusinum (P. de Gr. f. 53, b.)

— (3485) Johanni de Villaroux qui Prioratum Mansi SS. Puellarum O. S. B. vel alterius Ord. in dioec. S. Papuli in commendam obtinet, indultum quoad beneficia concedit. „Vitae ac morum“ (Castillion. | De Bertinis. Gomiel | Saldus | Coll. Attan.) L. 1001 f. 33.

— — — (3486) Lazaro Cornesii confert par. ecclesiam S. Erigii de Rochasterono dioec. Glandaten. (Glandèves) Init. ut supra (Evangel. | Suno. Baena | F. Bernardus. Coll. Attan.) L. 1005 f. 304.

— — — (3487) Roberto Gaskin, quem per alias literas a macula, infamia et inhabilitate, quam contraxit ex eo, quod insimul par. ecclesiam S. Trinitatis de Dorchestre Saresbirien. dioec. et perp. vicariam par. ecclesiae S. Nicolai de Milton Abbot dictae dioec. nulla super hoc dispensatione obtenta detinuerat, absolvit et cui retentionem dictae ecclesiae S. Trinitatis indulsit, concedit indultum quoad beneficia. „Vitae ac morum“ (P. Lambertus | Nardinus) Arch. Lat. vol. E f. 236, b.

— — — (3488) Andreae de Guidonibus cler. Mutinen. fam. et cubiculario secr. suo commendat par. ecclesiam S. Dominici de Rodea Regien. dioec. obitu Benedicti Fiordebello vacantem. G. F. (Bembus | Millin. Enckenw. | D. de Comitibus. Coll. H. de Cesis) L. 996 f. 210.

— — — (3489) Maximilianum Mariam Ducem Mediolan. hortatur, ut Sebastianum Bonum, Vincentium Venerium et Bernardinum Tajapetram cives Venetos, qui cum captivi apud Gallos quatuor annos fuissent missi tandem facti et e Gallia redeuntes in ejus ditione iterum capti apud Jacobum Galenarum civem Mediol. in custodia sunt, missos faciat. „Allatum est ad Nos“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. III ep. 24 p. 27.

— — — (3490) Joachimo Marchioni Brandeburgen. respondet ad gratulatorias literas de Pontificatu et spondet suam operam se navaturum, si qua in re amplificare ejus commoda et dignitatem possit. Laudat ejus procuratorem Johannem Phanchefelem [3] jurisperitum, doctum et prudentem. „Literae tuae, quibus“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. III ep. 25 p. 27.

— — — (3491) Martino de Cabannas cler. Burgen. dioec. famil. suo pensionem an. super fructibus

---

[1] Cf. n. 3474.

[2] Dicta domus S. M. Incarnat. monialium O. S. M. de M. Carm. nondum reformatarum postea extra muros Abulen. est constructa et ibi S. Theresia regularem habitum assumpsit.

[3] Joachim I. deputavit Johannem *Blankenfeld* J. U. doct., qui Francofurti ad Od. jus canonicum docuerat, et procurator Ord. Teutonici Romae factus est. Is postea 19. Dec. 1513 in Lateran. Conc. Sess. VIII una cum Lupo de Lapide (Eitelwolf von Stein) et Bensone de Alvensleben (Alvenschen in act.) Orator Electoris ejusdem comparuit.

1513.

par. eccl. S. Crucis oppidi de Alva Salamant. dioec. et aliarum ecclesiarum dictae dioec. concedit. G. F. (Colotius | Gomiel | Andreae. Coll. Bucan.) L. 1084 f. 263, b.

4. Julii. (IV. Non. Jul.) Romae apud S. Petrum — Dominum de Burghesiis Senen. creat militem auratum, quem declaravit futurum Senatorem Urbis (P. de Gr.).

(3492) Jacobum de Rucellariis de Florentia constituit commissarium suum apud homines et communitatem civitatis Corneti pro adducenda in Urbem congruis temporibus parte frumenti Camerae ap. debita, ne Urbs frumenti penuria laboret (Inter alia: „quia in Concilium Lateran., quod Deo dante ad finem perducere intendimus, e diversis regionibus diversi homines concurrunt et in dies magis concurrent"). „Cupientes a dilectis filiis" (Sadol.) Div. Cam. t. 63 f. 85.

— — — (3493) Congregationes Eremi Camaldulensis et S. Michaelis de Murano monachorum O. S. B. in unam congregationem reducit et plura statuit circa electionem superiorum et circa indulta et gratias (§§ 143) A. P. R. M. „Etsi a summo rerum omnium Conditore, cujus inscrutabili providentia cuncta reguntur" (Millin. Enckenw. | De Comitibus | Coll. Amer.) L. 995 f. 19; Ed. Bullar. M. Luxemb. 1742 p. 527; Bull. ed. Taur. tom. V p. 542 Const. 2.

— — — (3494) Mag. Johanni Blanchfeldt cler. Brandeburgen. dioec. J. U. doctori, notario et fam. suo, qui etiam N. V. Joachimi Marchionis Brandeb. Elect. Imp. ad Sedem Ap. Orator destinatus et Alberti ex Marchionibus Brandeburg. O. B. Mariae Teutonicorum Magni Magistri consiliarius et dicti Ord. procurator generalis existit, reservat unum aut plura certi valoris beneficia in Magdeburgen., Halberstad. et Lubicen. civitat. et dioec. consistentia. G. D. (Evang. | Gratis de mand. S. D. Millin. Enckenw. | De Castillo. Coll. S. de Spol.) L. 999 f. 290.

— — — (3495) Praeceptori et Donato Okeallakayn canonico ecclesiae Corcagen. mandat, ut juxta literas Pauli II. d. d. 1465 IV. Id. Maii a. I., in quibus formam tradit circa commissiones alienationum rerum ecclesiasticarum, circa certos fructus redditus et proventus, quos Jacobus abbas monasterii B. Mariae de Magio Cisterc. Ord. Limericen. dioec.[1] sibi pensionem pro eis solventi assignari vult, procedant. „Ex commissi" (Infra: Millin. Enckenw. | Verdes. Coll. Donatus) L. 999 f. 104.

— — — (3496) Jacobo Perean rectori par. ecclesiae S. Petri de Monstrolio supra Breschiam Beluacen. dioec. Lic. in legibus Prioratum de Belleville O. S. A. Lucionen. dioec., qui conventualis non est et a monasterio in Anglia O. S. A. dependet, in commendam tradit. L. S. (Bemb. | Millin. Enckenw. | Castillo. Coll. M. de Campania) L. c. f. 215.

— — — (3497) Pro parte Urielis archiepiscopi Maguntin., qui exposuit, quod olim Fridericus et Sigismundus Duces Saxoniae et Marchiones Misniae ac Henricus et Wilhelmus eorum fratres et Fridericus Lantgravii Thuringiae ac etiam Marchiones Misniae et Ludovicus Lantgravius Hassiae, qui dum viverent, nonnulla oppida, castra, dominia et bona ad eccl. Maguntin. spectantia obtinebant in feudum, concordiam inter se inierunt, ut si unus ex eorum successoribus absque haeredibus legitimis decederet, reliquorum superstites in hujusmodi bonis succederent, quod Sigismundus Imperator approbavit declarans dictam concordiam et approbationem in dictae ecclesiae detrimentum cedere non posse vel debere, declarat concordiam inter dictos Duces, Marchiones et Lantgravium factam ecclesiae Maguntin. iu suis bonis, dominiis et feudis praejudicium non afferre potuisse aut debuisse seu etiam posse, et in futurum iis vel aliquibus ex eis absque haeredibus legitimis decedentibus dominia praedicta ad eccl. Maguntin. devolvi et devoluta esse. A. P. R. M. „Injunctum nobis desuper."

— — — (3498) Archiepiscopis Colonien. et Treviren. et episcopo Spiren. mandat, ut archiepiscopo Maguntin. ejusque successoribus efficacis defensionis praesidium quoad praemissa exhibeant. „Hodie a nobis" (Jo Copis. L. Puccius | Barotius) Arch. Lat. tom. 7 f. 228; f. 229, b.

— — — (3499) Fernando Mancano Laur. Puccii lit. ap. abbreviatoris fam. confert par. ecclesiam de Torrubia Conchen. dioec. „Vitae ac morum" (Ponzettus | Grat. p. fam. assist. Millin. Enckenw. | F. de S. Joh. Coll. H. de Cesis) L. 995 f. 4.

— — — (3500) Petrum Sancii de Bezar rect. par. eccl. S. Aegidii oppidi de Bezar Placentin. dioec. S. Sedis notarium creat. „Pii Patris altissimi" (Infra: Millin. Enckenw. | F. de Vega. Coll. Campania) L. 995 f. 57.

— — — (3501) Abbati saecul. et collegiatae eccl. B. M. de oppido Vallisoleti mandat, ut praedicto Petro, fidelitatis debitae solito juramento recepto, notariatus insignia impendat. „Cum nos hodie." Script. ut supra. L. 995 f. 57, b.

— — — (3502) In favorem Federici archiepiscopi Salernitan., ut onera ipsi incumbentia commodius perferre valeat, canonicatum et praeb. et unam ex integris portionibus ecclesiae Salamantin. unit mensae archiepiscopali, quamdiu Federicus ecclesiae Salernitan. praefuerit.

[1] De hoc monasterio in Hibernia celebri *Janauschek* I p. 114 n. 291.

1513.

„Romanum decet Pontificem“ (Gratiadei | Grat. de mand. S. D. Millinus | Marciaci. Coll. S. de Spoleto) L. 996 f. 12.

4. Julii. (IV. Non. Jul.) Romae apud S. Petrum (3503) Jeronymo Ferro cler. Imolen. Galeatii Sfortia script. fam. par. ecclesiae de Torrubia Conchen. dioec. cedenti pensionem annuam 24 duc. auri sup. fruct. archipresbyteratus de Piedrahita Abulen. dioec. assignat et accessum ad hunc archipresbyt. et regressum ad paroch. eccl. supradictam concedit. „Vitae ac morum“ (Colot. | Grat. p. fam. script. Colardi. Balbus p. Comp. | F. de S. Joh. Coll. Narnia) L. 1000 f. 199.

— — — (3504) Johanni Marchant Priori Prioratus S. Remigii de Marines O. S. A. Rothomagen. dioec. commendat Prioratum B. M. de Amersis O. S. A. ejusd. dioec. R. Z. (Sadol. | Colardi. Draco | Gais. Coll. H. d. Ces.) L. 995 f. 226.

— — — (3505) Cavallic. et Asculano episcopis ac vicario gen. episc. Ariminen. mandat, ut Alexandro S. Eustachii diac. Card. monasterium S. Rosselli de Foripapulo O. S. B. Britonorien. dioec. ac par. ecclesiam loci de Castro Satrugnaia Ariminen. dioec. commendent. „Romani Pontificis“ (Colardi | J. de Gais. Coll. F. de Attan.) L. 1003 f. 118, b.

— — — (3506) Aloysio S. M. in Cosmedin diac. Card. reservat fructus mensae episc. Castren. et regressum ad istam eccl., cui cessit. Init. ut supra (Melfit. | *Visa* Suno | Salvius. Coll. S. de Spol.) L. 1013 f. 201.

— — — (3507) Petro Sorella al. Albero cler. Dertusen. pensionem annuam super fructibus par. ecclesiae SS. Angeli, Petri et Mariae terrae Montisfloris et aliam super fruct. ecclesiae S. Petri de Frena in territorio dictae terrae Firman. dioec. per Bernardinum Marinum earum rectorem solvendam. „Vitae ac morum“ (Gratiadei | Ingenwinckel. de Liazariis | J. de Gais. Coll. B. de Alexandris) L. 1140 f. 247.

— — — (3508) Novarien. et Canneli ac Niciae de la Pallia Asten. et Aquen. dioec. domorum Praeceptoribus mandat ut, Caesari et Alexandro de Monteferrato scolaribus Casalen. dioec. fratribus germanis in Hospitali S. Johannis Hierosol. regularem vitam ducere cupientibus sub certis conditionibus habitum istius ordinis exhibeant eorumque professionem, si aetatem legitimam adepti sunt, admittant; iisdemque Caesari et Alexandro indultum concedit quoad beneficia non obstante defectu natalium. „Cupientibus vitam ducere regularem“ (P. Lambertus | Nardin.) Arch. Lat. tom. 15 f. 99, b.

— — — (3509) Augustinum Chisium[1] appaltatorem Alumeriae S. Crucis apud Tulfam[2] tempore Julii II de quadam incisione arborum et de quibusdam damnis Camerae Ap. in eadem Alumeria illatis accusatum inspectis rationibus et calculis litem penitus exstinguendo absolvit. „Cum, sicut accepimus, tempore fel. record. Julii II praed. N. Camera ap. et fiscus ad instigationem Joh. Francisci de Castro litem moverit adversus dil. fil. Aug. Chisium“ Div. Cam. tom. 63 f. 97, b.

— — — (3510) Confirmat appaltum aluminum pro annis duodecim Andreae Bellanti et sociis concessum pro pretio ducatorum 15 000 de carlenis 10 pro quolibet duc. ex veteri moneta quolibet anno solvendorum. M. P. „Cum, sicut accepimus, Camera Nostra“ L. c. f. 99.

— — — (3511) Andreae Bellanti et sociis appaltatoribus Alumeriae mandat, ut 75 000 duc. in contractu appaltus mutuandos Camerae Ap. promissos solvant. „Cum in contractu appaltus“ L. c. f. 100, b.

— — — (3512) Fatetur se ab Andrea Bellanti et sociis supradictos 75 000 recepisse et se quolibet anno 7000 restituturum promittit. „Fatemur per praesentes“ L. c. f. 100, b[3].

5. Julii. (III. Non. Jul.) — (3513—3514) Petro Johannis Berthis laico Forolivien. petias terrarum incultarum in territorio Ravennaten. ac quamdam domum in civit. Ravennat., antea ad Petrum Moresinum et Petrum Vinciguerre ac Helisabetham Francisci Georgii pertinentia, postea tamen ob rebellionem erga Sedem Ap. ad Cameram Ap. seu fiscum sub Julio II. applicata et devoluta, praedecessoris concessionem confirmans donat. „Eximiae fidelitatis“ et archiepiscopo Ravennat. et archidiacono ac Antonio Francino canonico eccl. Ravennat. executionem demandat. „Hodie donationem“ (Millin. Enckenw. | Cotini. Coll. H. d. Cesis) L. 999 f. 84, b; 85.

— — — (3515) Francisco Maurice monacho monasterii Cormeriaco O. S. B. Turonen. dioec. confert Prioratum B. M. de Locantertre O. S. B. Turon. dioec. R. Z. (Infra: Millin. Enckenw. | J. d. Gais. Coll. Donat.) L. 992 f. 6.

— — — (3516) Mag. Johannem Scribanum canonic. Salamant. creat Ap. Sedis notarium. „Pii

---

[1] Vide de eo G. *Cugnoni*, Agostino Chigi il Magnifico. Roma 1881. Appendice al commento della vita di Ag. Chigi il Magn. Roma 1883.

[2] Sub Pio II. haec Alumeria detecta et sacrae expeditioni in Turcas a Paulo II. addicta. Cf. *Raynald* a. 1463 n 85, a. 1464 n. 65. *Tournon*, Études statistiques sur Rome. Paris 1831, vol. I p. 64. 65. *Voigt*, Enea Silvio tom. III p. 546—548.

[3] Tria antecedentia documenta data carentia necessario praeposuimus et revera tempore non multum praecedere ea probabile. Hoc unum doc. habet 4. Jul.; duo alia rursum data carent.

1513.

		Patris“ (Castil. | Gratis d. mand. Colardi. Draco | F. d. Gomiel | Coll. Donat.) L. 1211 f. 44.
5. Julii. (III. Non. Jul.)	Romae apud S. Petrum	(3517) Militen. et Cavallicen. episcopis ac vicario episcopi Camerinen. gen. mandat, ut Federico Cibo scolari Januen., famil. suo, si militiae clericali adscriptus fuerit, monasterium SS. Mariae et Blasii extra muros oppidi Sermani et Prioratum B. Mariae de Platea O. S. B. dioec. Camerin. commendent. „Romani Pontificis“ (Castilioneus | Bertin. Gomiel | Gerona. Coll. S. de Spol.) L. 1096 f. 150, b.
— —	—	(3518) Johanni Prunier presb. Lic. in legibus confert Praeposituram de Blalayo in eccl. Bmi Martini Turonen. L. S. (Infra: Millin. Enckenw. | Casanova. Coll. Donat.) L. 1008 f. 1.
6. Julii. (prid. Non. Jul.)	—	(3519) Alexandro de Chahanay canonico Cenoman. Mag. in artibus in commendam tradit monasterium B. Mariae di Tironnello [1] Cisterc. Ord. Cenoman. dioec. „Romani Pontificis“ (Millinus. Enckenw. | J. Cheminart | Coll. H. d. Ces.) L. 991 f. 183.
— —	—	(3520—3521) Petro de Petra rectori par. ecclesiae S. Hilarii de Pulchrovisu Magalonen. dioec. et U. J. doctori pensionem an. super fruct. par. eccl. S. Blasii de Robiaco Nemausen. dioec. per Blasium Chambonis solvendam assignat, cum omni juri ad eam sibi competenti renuntiaverit. L. S. Officiales Magalon., Nemausen. ac Bitteren. executores nominat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. Prato | Campan.) Arch. Lat. tom. 19 f. 167; f. 168, b.
— —	—	(3522) Nicolao Rigovel cler. Remen. Prioratum B. M. V. et S. Ludovici de Boessiaco sicco O. S. A. Carnoten. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Infra: Millin. Enckenw. | Cotini. Coll. H. d. Ces.) L. 999 f. 128, b.
— —	—	(3523) Literas, quibus Julius II. Matthaeum tit. S. Pudentian. presb. Card. episc. Sedunen. ab omni jurisdictione, visitatione et correctione archiepiscopi Tarantasien. exemit, approbat perpetuo eas valituras decernens. A. P. R. M. „Sedes Apostolica“ (Ph. de Senis | J. Tarin. Coll. H. d. Ces.) L. 999 f. 55.
— —	—	(3524) Bernardino episc. Sabinen. commendat Praeposituram eccl. Creten. ac Cheronen. et Milopotamen. ecclesiarum canonicatus et praebendas obitu Johannis episc. Archadien. vacantes. „Ad personam tuam“ (Melf. | Verdes. Coll. S. de Spol.) L. 1010 f. 114.
— —	—	(3525) Ludovico de Breton monacho nuper abbati monasterii B. M. de Thironnello Cistercien. Ord. Cenoman. dioec. Prioratum de Moze O. S. B. Andegaven. dioec., qui conventualis non est et a monasterio SS. Sergii et Bachi extra muros Andegaven. dicti Ord. [2] dependet et per illos monachos regi consuevit, in commendam tradit. R. Z. (J. Sadolet. | Millin. Enckenw. | Cheminart. Coll. Amerin.) L. 999 f. 62.
— —	—	(3526—3527) Johanni de Moncellio par. ecclesiam B. M. de Segonzago dioec. Petragoricen. confert et executionem demandat abbati monasterii S. Michaelis de Fluviano Gerunden. dioec. [3] et Officialibus Lemovicen. et Petragoricen. „Vitae ac morum.“ — „Hodie dilecto filio . . .“ (Sadol. | Millin. Enckenw. | Tarin. Coll. H. d. Ces.) L. 1007 f. 216. 217.
— —	—	(3528) Johanni de Nozoriis baccal. in decr. confert ecclesiam par. *perpet. vicariam* nuncupatam SS. Juliani et Baselicae de Fonte coperto Narbonen. dioec. L. S. (P. d. Cesis | Suno. Baena | Valleol. Coll. Attan.) L. 1014 f. 85, b.
— —	—	(3529) Dominico de Martinis cler. Venetiarum reservat fructus monasterii S. Petri de Colle O. S. B. Ceneten. dioec., quod Joh. Philippus de Sartoris cler. Mutinen. in commendam obtinet, usque ad 100 duc. „Vitae ac morum“ (Gratiadei | Grat. de mand. S. D. Millin. | J. d. Cesis Coll. Donatus) L. 1033 f. 135.
— —	—	(3530) Johanni Malaefossae canonicatum et de nemore nuncup. praebendam ecclesiae Agathen. confert priore collatione viribus non subsistente. „Vitae ac morum“ (A. Melfit. | C. de Liazariis. A. de Baena p. comp. | F. de S. Joh. Coll. Narnia) L. 1067 f. 49, b.
7. Julii. (Non. Jul.)	—	(3531) Petente Germano Lionnet Generali Correctore confirmat privilegia Ordini fr. Minimorum concessa. A. P. R. M. „His quae pro fidelium omnium“ (Sadolet. Millin. Enckenw. | Gomiel. Cotini. Coll. Camp. Auscult. Sadol.) L. 1198 f. 52; L. 1011 f. 178.
— —	—	(3532) Officium et festum B. Francisci de Paula fundatoris Ord. Minimorum in Ord. dumtaxat concedit, sicut Franciscanis indultum fuerat pro B. Bernardino de Montefeltrio. A. P. R. M. „Illius, qui semper in Sanctis suis mirabilis est, vices“ (Scr. ut supra) L. 1011 f. 176; L. 1198 f. 53, b. Ed. *Bolland,* Acta SS. tom. I April. p. 165 [4].
— —	—	(3533) Maximiliano Mariae Insubrum Duci commendat restitutionem Joh. Galeatii Corrigii

[1] al. Tyronello (Tyronneau) ad confluentes Divae et Olinae reg. Sarthe *Janauschek* I p. 116 n. 297.
[2] Cf. Gallia christ. tom. 14 p. 641.
[3] S. Miguel de Fluvia D. Gerona O. S. B. España sagr. tom. 45 p. 184.
[4] Transsumptum a Raphaele Card. Camerario datum die 4. Aug. Parisiis Archiv. nation. L. 330 n. 32, b (*Vidimus* super chartam pergamenam).

1513.

a Gallis ex oppido Castellatio, cujus dominus erat, vi et injuria expulsi in possessionem suam. „Johannis Galeatii Corrigii jus“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. III ep. 26 p. 27.

7. Julii. (Non. Jul.) Romae apud S. Petrum (3534) Viceregem Principatus laudat ob auxilium Gubernatori Beneventi praestitum in capiendis nonnullis profugis et justitia exercenda, ejusque in posterum officia desiderat. „Ex iis, quae cognovimus“ Brev. ad princ. vol. 5 f. 12, b.

— — — (3535) Antonio Mariae Marchioni de Pallavicinis suum erga eum amorem nova suae dignitatis amplificatione esse auctum declarat. „Nostra erga te et fratres tuos benevolentia“ (Sadol.) L. c. f. 10.

— — — (3536) Joachim de Monteacuto cler. Vivarien. dioec. commendat Prioratum SS. Salvatoris et Mariae de Vauhassio O. S. B. Vivarien. dioec. N. G. (Bembus | Millin. Enckenw. | Cotini. Coll. Attan.) L. 994 f. 231.

— — — (3537) Georgio Laserre par. ecclesiam B. M. de Montelato Sarlaten. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Sadol. | Colardi. Balbus p. comp. | Gais. Coll. H. de Cesis) L. 995 f. 248, b.

— — — (3538) Unum vel plura certi valoris beneficia in Concordien. et Vicentin. civit. et dioec. consistentia reservat [pro Cardin. Angliae, — Index]. A. F. R. M. „Etsi beneficiorum“ (A. Melfit. | Millin. | de Comit. Coll. Evang.) L. 1206 f. 12.

— — — (3539) Johanni Jacquemart cler. Tullen. canapario et fam. suo liti et causae super par. eccl. de Villanis Tullen. dioec. cedenti pensionem annuam super dictae eccl. fruct. assignat atque regressum seu accessum ad eam illi concedit. G. F. (J. de Lerma | Grat. de mand. S. D. Suno. Vives | Verdesotto. Coll. H. de Cesis) L. 1166 f. 288.

— — — (3540) Christophoro tit. S. Praxedis presb. Card. reservat beneficia certi valoris in Concordien. ac Vicentin. civit. et dioec. consistentia. „Ad personam tuam“ (Melfit. | De Comitibus | Coll. H. d. Cesis) L. 1001 f. 182.

— — — (3541—3542) Didaco de Villostada, decano S. Martini de Alvelda et B. M. Rotundae de Logroño Calaguritan. dioec., familiari Roderici de Cabredo scriptoris[1], pensiones varias assignat. L. S. (Evangel. | Gratis pro fam. script. Millinus | Verdes. | Coll. De Narnia) L. 1015 f. 213, b (Agrigent. | Millin. Enckenw. | Verd. Coll. Donat.); L. 1032 f. 211.

— — — (3543) Eidem Didaco super fructibus archidiaconatus eccl. Malaginen. reservat pensionem an. et ea deficiente regressum ad par. ecclesiam S. Pelagii Salamantin. dioec. concedit. L. S. (A. Melf. | Gratis p. fam. script. | Millin. Enckenw. | Verdes. Coll. S. de Spol.) L. 1029 f. 120, b.

— — — (3544) Petro Bellicocq presb. confert canonicatum et praeb. eccl. Beluacen. „Vitae ac morum“ (Carrotius | Cheminart. Aloys. | De Gais. Coll. H. d. Cesis) L. 1020 f. 129.

— — — (3545) Johanni Electo Sibinicen. mandat, ut Francisco de Pallavicinis cler. Mediolan., si nemini sit jus quaesitum, conferat canonicatum et praeb. eccl. S. Trinitatis Papien. Init. ut supra (J. B. Nasius | Gratis pro fam. R. D. Vicecanc. Millin. Enckenw. | Madrigal. Coll. H. d. Cesis) L. 1007 f. 207.

— — — (3546) Georgio Gual cler. Maioricen. an. pensionem 13 librarum monetae Maioricen. super fructibus eccl. par. S. Jacobi Maioricen. assignat. Init. ut supra (Evangel. | Millin. Enckenw. | Tarin. Coll. Camp.) L. 1000 f. 146.

— — — (3547) Johanni Bosqueti cler. Tolosano baccal. in legibus commendat Prioratum S. Saturnini de Montenolz O. S. B. Caturicen. dioec. L. S. (P. d. Cesis | Suno. Baena | J. de Gais. Coll. Attan.) L. 1021 f. 203.

— — — (3548) Archidiacono eccl. Veneten. et Officialibus Colonien. et Maguntin. mandat, ut Johanni Renchen (Ind.: Rucken. Ind. separ.: Ricken) cler. Colonien. Mag. in art. conferant canonicatum et praeb. eccl. S. Cuniberti Colonien. L. S. (P. Blondus | Grat. p. fam. script. Suno | D'Andreae Coll. H. d. Cesis) L. 1117 f. 261.

8. Julii. (VIII. Id. Jul.) — Robertum tit. S. Anastasiae Presb. Card. Nanneten. renuntiat Legatum Avenion.[2], qui postea annuente Pontifice redit ad aedes suas comitante Cardinalium collegio (P. de Grassis f. 54).

— — — (3549) Robertum tit. S. Anastasiae presb. Card., matura cum Cardinalibus in Consistorio praehabita deliberatione, officium Angelo archiepiscopo Turritan. commissum revocans, deputat in suum et S. Sedis vicarium generalem in spiritualibus et temporalibus pro civit. Avenionen. et comitatu Venassino et in illis necnon in Viennen., Arelaten, Ebredunen., Aquen. et Narbonen. provinciis ac illis adjacentibus terris et locis S. Sedis Legatum constituit plenam jurisdictionem cum mero et mixto imperio ac cum aliis facultatibus ipsi concedens. „Licet potestatis plenitudo desuper nobis commissa“ (Ph. de Senis | Visa de Curia Millinus | Cotini. Coll. Attan.) L. 996 f. 260.

— — — (3550) Dominicum episc. Portuen.[3] constituit gubernatorem civitatis Balneoregien. ejus-

[1] In secundo doc.: J. U. doctori clerico Calaguritan.

[2] Vide *Sebastian. Fantoni Castrucci* Storia della città di Avignone. Venezia 1678, tom. I L. III c. 2 n. 25 p. 353.

[3] Dominici Card. Grimani eruditio et ditissima bibliotheca magnopere celebrantur, maxime

1513.

que territorii, Roberto praedicto Card. ejus regimini cedente. „Dum onus universi gregis“ (Evangelista | Verdesotto | Coll. S. de Spol.) L. 993 f. 8, b.

8. Julii. (VIII. Id. Jul.) Romae apud S. Petrum (3551) Subjicit monasterium in Engelthal (seu Valle Angelorum) dioec. Eystetten. Provinciali Ord. Praedicat. provinc. Teutonicae, ut ex deformatione ad reformationem reducatur. „Quanto magis in religionis puritate et honestate“. Ed. *Joh. Christophor. Martini*, Beschreibung des Klosters Engelthal. Ed. II. Nürnberg 1798 p. 128—132.

— — — (3552) Mag. Silvio Passerino cler. Cortonen. notar. et fam. suo reservat unum vel plura beneficia certi valoris in civit. et dioec. Vercellen., Cremonen., Taurinen., Brixien., Cuman. Placentin. Terdonen. et Nucerin. consistentia. G. D. et F. (A. Gratiadei | Gratis de mand. P. Millin. | Cyprian. Coll. H. d. Cesis) L. 998 f. 129.

— — — (3553) Jeronimo Clario de Camplo confert plebaniam ecclesiae B. Mariae terrae Campli Aprutin. dioec.[1] „Vitae ac morum“ (Melf. | Millin. Enckenw. | Valtrini. Coll. H. d. Ces.) L. 999 f. 296.

— — — (3554) Ad petitionem Gryffini David Duy rectoris par. ecclesiae S. Aegidii abbatis de Wendylburg Lincolinen. dioec. dictae ecclesiae, quamdiu eam obtinuerit, vicariam par. ecclesiae S. Mylycey de Lavarth Meneven. dioec.[2] unit et annectit. „Romanum decet Pontificem.“ (O. d. Cesis | Nardinus) Arch. Lat. vol. E. f. 134.

— — — (3555) Petro Lesalli juniori cler. Sarlaten. dioec. par. ecclesiam seu perpet. vicariam de Gamucrio Sarlaten. dioec. ad certum tempus commendat et deinde confert. „Laudabilia“ (Bembus | Millin. Enckenw. | de Castillo. Coll. Attan.) L. 994 f. 227, b.

— — — (3556) Bernardino de Garepio[3] ex Marchionibus Cene accolito capellano suo confert ecclesiam ruralem S. Joh. de Nemore al. de Zerbo Alben. dioec., cujus commendam Alexander t. S. Eustachii Diac. Card. resignat. G. D. (Scutarius | Grat. de mand. Enckenw. Milanes. | Jo. de Gais. Coll. H. de Cesis) L. 1138 f. 210, b.

— — — (3557) Franciscum Mariam Metaurensium Ducem hortatur, ut Johanni Mariae Germano viro artis musicae peritissimo suoque familiari auxilio sit, quo arcem Vercuchianam per Vicarium custodiendam, quam eidem concessit, remota oppositione veteris arcis praefecti et oppidanorum capessere possit. „Concesseramus superioribus diebus“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. III ep. 27 p. 27. 28.

9. Julii. (VII. Id. Jul.) — (3558) Universitati hominum terrae Marthenisii Capuan. dioec. et procuratoribus et yconomis ecclesiae et Hospitalis sub invocat. B. M. Annuntiatae dictae terrae concedit, ut ejusd. Hospitalis bona, fructus et oblationes ac pia legata tenere, administrare et de illis disponere et plures capellanos ad nutum amovibiles, qui inibi missas et divina officia celebrent, deputare, iisdem capellanis pro ipsorum sustentatione emolumenta, prout placuerit, assignare, residuum bonorum, fructuum et oblationum in augmentum et refectionem ecclesiae et Hospitalis hujusmodi et in alios pios usus convertere, quinque procuratores et yconomos laicos, probos viros, ad nutum amovibiles, qui bona, fructus, eleemosynas recipiant, levent et erogent et desuper rationem reddant et de praemissis lucidos quinternos habeant, constituere, campanis populum ad missas et divina officia in dicta ecclesia seu Hospitali celebranda convocare libere et licite valeant, aliaque privilegia adjungit. A. P. R. M. „Piis fidelium votis“ (Ph. de Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 19 f. 258.

— — — (3559) Magistratibus Bononiensibus respondet, ut ea tantum in causa Bentivolorum tractanda statuant, quae in suis ad eos literis continentur, neque ullius hominis tergiversationes et morae, sicut appellationes Romae interpositae, impedimento sint, quominus imperata ad exitum perducantur. „Ad ea, quae novissime Bernardo Bibienae quaestori Nostro scripsistis“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. III. ep. 28 p. 28.

— — — (3560) Nicolaum de Pictis cler. Florentin. suae capellae cantorem priorem aliorum cantorum, quoad vixerit, constituit cum salario (ultra portionem per eum percipi solitam) 4 ducat. auri d. C., cum onere custodiendi libros et alia ad cantum necessaria et cum potestate cantores, ut officium suum diligenter adimpleant, corrigendi et poenis etiam pecuniariis mulctandi. Mandat cantoribus, ut eidem Nicolao obediant. „Cupientes, ut capella nostra ad laudem ejus, qui habitat in excelsis, divinis praeconiis valeat resonare ac cantores in ea divina decantantes officia illis majori diligentia insistant et in musica se exerceant“ (H. de Cesis) Div. Cam. tom. 63 f. 81, b; Ed. Archivio storico ital. III. III, 1 p. 235.

— — — (3561) Petente Mag. Bartholomaeo de oppido Baena oriundo, cujus incolis in expugnatione regni Granat. de re christiana bene meritis Alexander VI. ad preces Eneci Fernandi

---

ab Antonio Bellono Utinensi. Vide *Quesnelli* Praef. in Opp. S. Leonis M. gener. n. V. *Migne*, PP. lat. tom. 54 p. 40—42.

[1] Teramo (Abruzzo ulteriore I) *Ughelli* t. 1 p. 388. *Moroni* tom. 74 p. 63 seq.

[2] Meneven. s. S. David in Angliae comitatu Pemproke. Tab. taxar. l. c. p. 161 n. 543.

[3] in ind. Garestio; in ind. separ. Garesio.

1513.

de Cordova, Fernandi Regis et Elisabeth Reginae ad S. Sedem Oratoris, et Didaci Fernandi de Cordova, Comitis de Cabra, domini temporalis illius oppidi praefati Eneci fratris germani, quorum genitor cum suo exercitu viriliter in campo pugnando infidelem dicti regni regem pro fidei cath. exaltatione devicit, indulgentias concesserat, hoc indultum etiam ad circumvicinos incolas infra 12 leucas ab oppido Baena habitantes ad 12 annos extendit. A. F. R. M. „Intenta semper salutis operibus Apost. Sedis benigna clementia“ (Nasius | Verdes. Coll. Attan.) L. 1009 f. 90.

9. Jul. (VII. Id. Jul.) Romae apud S. Petrum — (3562) Roberto Guerin Mag. in theol. canonicatum et praeb. eccl. Bituricen. confert. L. S. (P. de Cesis | L. de Bertinis. Gomiel | Valleol. Coll. Attan.) L. 1000 f. 268.

— (3563) Alexandro de Amatis canonico Pisaurien. Card. Vicecancellarii familiari indultum quoad beneficia aliaque privilegia concedit. „Vitae ac morum“ (Gratiadei | Grat. p. fam. R. V. Cheminart. | Salvius) L. 1206 f. 95.

— — — (3564) Cum aliquae personae devotae utriusque sexus, praesertim Ulricus Voger Tusch laicus Constantien., ordinassent, ut in par. ecclesia oppidi Baden Constantien. dioec. prov. Maguntin. („quod in Liga Helvetiorum ac sub VII. primorum et veterum Cantonum dominio insigne et famosum ac apud multos nominatum existebat“) seu in Crypta Ossorii coemeterii ejusdem eccl. bis in hebdomada missae mortuorum et omnibus Sabbati diebus Vesperae mortuorum cum Antiphona *Salve Regina* decantari deberent, Julius II. ad vitam dicti Ulrici iis, qui interessent, indulgentiam est elargitus, quam perpetuis futuris temporibus valere decernit. A. P. R. M. „Supra gregem Dominicum“ (Infra: *Visa* A. Draco de mand. | Casanova) L. 1195 f. 88.

— — — (3565) Adam de Chibau canonicatum et praeb. ecclesiae S. Spirit. Capitis pontis Bayon. Aquen. dioec. provinc. Auxitan. obitu Guillermi de Cardinali vacantes confert. „Vitae ac morum“ (Sadolet. | Colardi | Balbus. Coll. Attan.) L. 996 f. 255.

— — — (3566) Andreae Michot rect. par. eccl. de Monsterolio de Gasto Cenomanen. dioec. cantori capellano suo indult. quoad benef. concedit. G. F. (Blondus | Grat. de mand. S. D. de Bertinis | Mendes. Coll. Blondus) L. 1205 f. 689.

— — — (3567) Nicolao Rindt Johannis Copis lit. apost. correctoris et abbrev. fam. cler. Herbipolen. dioec. Mag. in artibus (n. 1352), qui alias in manibus vicarii episcopi Herbipolen. in spirit. generalis ecclesiam parochialem B. M. V. villae Huchperg dictae dioec. resignavit, ne ex resignatione nimium dispendium patiatur, annuam super ejus fructibus pensionem per Andream Ruot illius rectorem solvendam assignat. L. S. (Melfit. | Grat. p. fam. assist. B. de Rizonibus | Valtrini. Coll. Cipellus) L. 1041 f. 185, b.

— — — (3568) Leodegarium Vicecomitis alias Dietmann cler. Tullen. Ap. Sedis notarium creat. „Pii Patris altissimi“ (Infra: Enckenw. Draco | A. de Castillo. Coll. Bucan.) L. 1001 f. 45.

— — — (3569) Guillermo Ker Mag. in art. tenorem literarum, quibus Julius II. ei archidiaconatum ruralem de Tymdale Glasguen. dioec. (d. d. 1510 V. Kal. Mai. a. VII.) contulit, transcribi facit, eumque habere eundem vigorem ac lit. orig. declarat. A. F. R. M. „Provisionis nostrae“ (Sine secret. | Millin. Enckenw. | Cotini. Coll. Amerin.) L. 998 f. 12, b.

— — — (3570) Priori S. Joh. Theristi Squillacen. dioec. et Cantori Militen. ac vicario gen. episcopi Militen. mandat, ut vocatis vocandis, si nemini sit jus quaesitum, monasterium S. Laurentii de Arreria Ord. S. Basilii Militen. dioec., quod Joh. de Arta pro cler. se gerens injuste detinet, Johanni Danielo cler. Veneten. (n. 941, s.) ad 6 menses commendent et, si sit idoneus, regularem habitum dicti monasterii exhibeant, et eum professione relig. recepta isti monasterio in abbatem praeficiant. „Apostolicae Sedis providentia circumspecta“ (Infra: Millin. Enckenw. | Cheminart.) L. 992 f. 220, b.

— — — (3571) Andreae de Harrion, Roberti tit. S. Anastasiae presb. Card. ex sorore germ. nepoti, confert archidiaconatum eccl. Nanneten. N. G. (Evangel. | Gratis pro nepote Card. Millin. Enckenw. | Cheminart. Coll. D. de Juvenibus) L. 1012 f. 246.

— — — (3572) Desiderio Querin al. Antrini presb., famil. Mag. Johannis Colardi scriptoris ap., confert capellaniam ad altare S. Eustachii situm in eccl. Catalaunen. „Vitae ac morum“ (Carot. | Gratis de mand. S. D. Suno. Baena | Valtrini. Coll. Campan.) L. 1020 f. 257.

— — — (3573) Johanni Chamelici[1] ecclesiam par. S. Mederici de Crouse Sancti Flori dioec. obitu Joh. de Moyssiaco al. Moyssiato vacantem confert. Init. ut supra (Evangel. | Cheminart. | Valtrini. Coll. Cipellus) L. 1017 f. 271 (Evang. | Suno. Baena | Casanova. Coll. Bucanus) L. 1005 f. 128.

— — — (3574) Nicolaum de Sonnuery (in ind. Sonnerii) alias de Ramilly praeficit in abbatem monasterio Septem Fontium alias Sancti Loci Cistercien. Ord. Eduen. dioec.[2] resignatione Johannis de Ramylli nuper ipsius monasterii abbatis vacanti. „Sollicitae con-

[1] al. Channelici, in ind. Channelis.

[2] Sept-Fons. *Janauschek* I p. 25 n. 59. Novus abbas erat nepos Johannis de Ramylli abbatis resignatarii.

1513.

		siderationis indagine“ (Ph. de Senis | Bertin. Gomiel | Cheminart. Coll. Attan.) L. 1005 f. 308.
9. Julii. (VII. Id. Jul.)	Romae apud S. Petrum	(3575) Antonio de Azebedo canonico Zamoren. concedit, ut beneficia in civit. et dioec. Legionen. obtinere valeat, quamvis inibi non sit canonicus actu praebendatus aut perp. beneficiatus. „Vitae ac morum“ (Benzon. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 7 f. 271, b.
10. Julii. (VI. Id. Jul.)	—	(3576) Antonio de Gimello Elemosynario ecclesiae Tutellen. O. S. B. commendat Prioratum S. Salvatoris de Guoffanis al. de Goffanis O. S. B. Montisalban. dioec., quem antea Aegidius de Falgario abbas monasterii S. Petri de Curte al. de Mansogarnesii O. S. B. Tolosan. dioec.[1] in commendam obtinuerat et quem tunc membrum de Goffanis nuncup. ab Infirmaria dicti monasterii, cui erat unitus et quam Aegidius abbas etiam obtinebat, cum consensu conventus dismembratum in Prioratum regularem sub invocat. S. Salvat. erexerat ejus loco certam portionem dictae Infirmariae applicans. R. Z. (P. Cesis | Suno. Baena | Cotini. Coll. Attan.) L. 1081 f. 292. — Idem L. 1003 f. 172, b.
— —	—	(3577) Aloffo de Gimello cler. Lemovicen. dioec. liti et causae super monasterio S. Petri de Curte O. S. B. Tolosan. dioec. cedenti pensionem annuam ex dicto monasterio assignat, donec ipsi Egidio ejusd. monast. abbate procurante de beneficio similis valoris sit provisum. N. G. (Infra Colardi. Draco | Cotini. Coll. Attan.) L. 996 f. 265, b.
— —	—	(3578) Vitali de Fargis baccal. in decr. locum et canonicalem portionem ecclesiae Auxitan. O. S. A. confert. „Apostolicae Sedis“ (P. de Cesis | L. de Bertin. | Cheminart. Coll. Attan.) L. 1002 f. 279, b.
— —	—	(3579) Ducem Mediolan. iterum hortatur, ut universas et integras possessiones faciat restitui episcopo Comensi et Petro et Augustino et Philippo Trivultiis fratribus; negat se acquiescere posse ejus responso, quod, quae fecerat, jure fecisset, non literas nec nuntium ejus Romam venisse asseverat. „Graviter ac moleste accepimus, te Fabricio familiari nostro ad te propterea misso“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. III ep. 29 p. 28.
11. Julii. (V. Id. Jul.)	—	(3580) Jacobo Sabello concedit praefecturam equitum cataphractorum 70 cum titulis et praeeminentiis dari consuetis. „Quod et virtus tua et genus Nobis pollicentur“ (Sadol.) Brev. tom. 5 f. 9. 10. 29 (ter.).
— —	—	(3581) Jacobum Cheminart, fratrem Mag. Johannis Cheminart scriptoris ap., praeficit monasterio omnium Sanctorum Andegaven. O. S. A.[2] in abbatem. „Summi dispositione Rectoris“ (Melfit. Gratis pro fratre script. Suno | Castillo. Coll. Attan.) L. 1019 f. 10 (Colot. | Gr. p. fr. scr. Marciaci | Castillo. Coll. Attan.) L. 1026 f. 241[3].
— —	—	(3582) Pro parte Hugonis de Urria, baronis baroniae de Ayerbe Oscen. dioec., Ferdinandi Aragoniae Regis Secretarii, ecclesiam par. S. Johannis, quae prope et extra muros oppidi Ayerbe infra limites abbatiae Montis Aragonum Oscen. dioec. sita tempore belli ab hostibus occupari solebat et vetustate consumta non modica reparatione indigebat, cum omnibus beneficiis ibi institutis, cum fonte baptismali et aliis par. insigniis ad capellam arcis dicti oppidi, cum ista convenienter constructa sit, transfert et relicto in priori loco tantummodo sacello, ad quod fideles devotionis causa accedere possint, alia aedificia funditus destruendi licentiam concedit. „Sincerae devotionis affectus“ (Ph. de Senis | Gratis de mand. S. D. Millin. Enckenw. | A. de Verdes. Coll. Bucan.) L. 997 f. 6.
— —	—	(3583) Johanni Gourssandi confert capellaniam in eccl. Agennen. „Vitae ac morum“ (Colot. | Draco. Colardi | Bernard. | Coll. Attan.) L. 1020 f. 182.
— —	—	(3584) Nicolao Moret confert Prioratum de Monasteriis O. S. B. Antissiodoren. dioec. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Balbus. Colardi | Valtrini. Coll. F. d. Attan.) L. 1013 f. 248.
— —	—	(3585) Johanni Frauther presb. confert par. ecclesiam S. Audoeni prope et extra muros Beluacen. Init. ut supra (Evangel. | Suno. Baena | Casanova. Coll. Attan.) L. 1033 f. 33.
12. Julii. (IV. Id. Jul.)	—	In castello (S. Angeli) aliquot dies manens creat ibi milites auratos quatuor nobiles Polonos deprecante Card. de Grassis regni Poloniae protectore (P. de Gr. f. 53, b).
	—	(3586) Nobilem virum Stanislaum de Ostrorog Castellanum Callisien. Oratorem Sigismundi Poloniae Regis creat comitem Aulae S. P. Lateran. „Sincerae devotionis“ (Infra: Gratis de mand. S. D. Millin. Enckenw. | Madrigal. Coll. H. d. Ces.) L. 999 f. 306.
— —	—	(3587) Cavallic. et Vicentin. et Agrigentin. episcopis mandat, ut Petro tit. S. Eusebii presb. Card. archidiaconatum Catanen. O. S. B. Agrigentin. dioec., canonicatum et

[1] Mas-Garnier sive Mas de Verdun. D. Toulouse. Gallia christ. tom. 13 p. 113 seq.
[2] Mon. Toussaints chez la porte de St. Albin à Angers. Gallia christ. tom. 14 p. 709.
[3] Eadem collatio legitur L. 1019 f. 12; sed hic mentio fit injusti possessoris dicti monasterii Petri de Valle, qui pro ejusd. monast. canonico se gerit, et executoribus mandatur, ut istum Petrum vocent et alios vocandos. (Infra: Grat. p. fr. scr. Suno. \| Saldus. Coll. Attan.)

1513.

de Cantore nuncup. praeb. Ravennaten., Cantoriam Panormitan., quandam portionem Legionen. cum aliis beneficiis dictarum dioec. commendare curent. „Ad personam“ (A. Melfit. | Copis. Coll. S. de Spol.) L. 1004 f. 18, b.

12. Julii. (IV. Id. Jul.) Romae apud S. Petrum (3588) Mag. Nicolao de Aretio capell. suo et caus. P. A. aud. mandat, ut Simonem Salvaginis de Beccaria cler. Papien. ad omne jus surroget, quod Joh. Francisco de S. Marci cler. Casalen. in capellania sub invocat. S. Joh. ad altare S. Michaelis situm in eccl. Papien. competebat. „Vitae ac morum“ (Carrot. | Gomiel. Milanesius | Piora. Coll. Attan.) L. 1057 f. 231.

— — — (3589) Episcopum Olmucen. et abbates Millic. et S. Crucis (Heiligenkreuz) constituit conservatores jurium et privilegiorum literarum Universitatis Vindobon. Copia inserta epistolae Sigismundi abbat. Millicen. d. d. Vindobonae 23. Aug. 1519. J. Fr. *Keiblinger*, Gesch. des Benedictinerstifts Melk in Niederösterreich. Wien. 1867 tom. I Nachträge p. 20.

— — — (3590) Guidoni de Nogerolis baccal. in leg. in collegio S. Martialis Univers. Studii gener. Tolosan. actu studenti confert canonicatum et praeb. ecclesiae B. Martini Insulae Jordanis Tolosan. dioec. obitu Stephani Auffroy vacantes. L. S. (Sadoletus | Colardi. Draco | Madrigal. Coll. H. de Cesis) L. 1012 p. 150; L. 1009 f. 9; L. 996 f. 281.

— — — (3591) Johanni de Lanzelergio, filio Philippi de L. consiliarii Ludovici Francorum Regis, canonico eccl. Magalonen. O. S. A., qui habitum O. S. A. suscepit et professionem emisit, commendat ecclesiam par. S. Amantii Castren. dioec. et huic annexam B. M. de Fornilibus ejusd. dioec. R. Z. (Armellin. | De Bertinis. Gomiel | Cheminart. Coll. Attan.) L. 998 f. 274.

— — — (3592—3593) Pro parte cleri et eccles. personarum tam saecularium quam regul. oppidi Groningen certique districtus partium Frisiae Trajecten. dioec. confirmat statuta in Synodo provinciali Colonien. contra sacrilegos violentas manus in clericum vel alias personas eccles. injicientes edita. A. P. R. M. „Exposcit Nobis commissum desuper.“ Abbati monasterii in Adewen Monasterien. et decanis S. Clementis Strenwygen. ac S. Walburgis Zutphanien. Trajecten. dioec. ecclesiarum mandat, ut de praemissis requisiti dicta statuta solemniter publicent et observari faciant. „Hodie a Nobis emanarunt“ (Lambertus. de Prato | Nardinus) Arch. Lat. tom. 7 f. 264, b; 266, b.

— — — (3594) Ad instantiam Joannis Langlier canonici ecclesiae B. M. de Molinis Eduen. dioec. Mag. in medic. unit et annectit dictis canonicatui et praeb., quamdiu eos obtinuerit, Praeceptoriam domus S. Antonii loci de Ruffeyo O. S. A. Bisuntin. dioec. „Romanum decet Pontificem“ (J. B. Nasius | Suno. Baena | Cotini. Coll. Attan.) L. 1005 f. 27.

— — — (3595) M. Mercurio de Vipera capell. suo et causarum P. A. auditori mandat, ut Johannem Danielo Veneten. dioec. surroget ad omne jus, quod Guillermus Reginaldus cler. Virodunen. in perp. capellaniam ad altare S. Gerardi situm in eccl. Tullen. habebat. G. F. (Scutarius | Enckenw. | H. Busseyo. Coll. Attan.) L. 1119 f. 66.

— — — (3596) Mag. Johanni Danielo not. et fam. suo confert perp. capellaniam *tertiam Missam* nuncupatam ad altare S. Gerardi situm in eccl. Tullen. G. D. (Colot. | Grat. pro assist. Draco. Colardi | Cheminart. Coll. H. de Cesis) L. 1022 f. 105.

— — — (3597) Precibus Sigismundi Regis Poloniae inclinatus fidelibus certis diebus par. ecclesiam S. Hedwigis oppidi Grodzysko Posnanien. dioec. et ecclesias S. Annae et S. Spiritus ejusd. oppidi et ecclesiam B. M. oppidi de Lovo ejusd. dioec. visitantibus indulgentias concedit. A. P. R. M. „Etsi cuncti orbis“ (Infra: Gratis de mand. S. D. Millin. Enckenw. | Tarin. Coll. H. d. Ces.) L. 999 f. 63, b.

— — — (3598) Indulgentias a Sbigneo Gnesnen. archiep. fidelibus, qui processionibus, quae singulis mensibus in eccl. S. Nicolai oppidi Vartha Gnesnen. dioec. et quolibet anno tribus vicibus ab eccl. praefata ad capellam S. Joh. Ev. extra dictum oppidum fiunt, intersunt, concessas confirmat. A. P. R. M. „Gloriosus Nicolaus“ (Infra: Grat. Millin. Enckenw. | Madrigal. Coll. H. d. Ces.) L. c. f. 64, b.

— — — (3599) Cavallic. et Agrigent. episcopis ac vicario gen. episc. Cefalonen. mandat, ut Petro tit. S. Euseb. presb. Card. monasterium S. Anastasiae O. S. B. Cefalonen. dioec. obitu Marchini (al. Merchini) de Cathaneis et cessione Orlandi de la Paglia vacans commendare curent. „Romani Pontificis providentia“ (P. de Cesis | Copis. Coll. Donat.) L. 1011 f. 89.

— — — (3600) Cum canonicatu ecclesiae Messanen., quem Nicolaus Buxus fam. obtinet, Cantoriam ejusdem eccl., quamprimum vacaverit, perpetuo unit. A. P. R. M. „Injunctum Nobis desuper“ (Colotius | Grat. de mand. S. D. Millin. Enckenw. | Valtrini) L. 1049 f. 270, b.

— — — (3601) Roderico de Robles cler. Ispalen. pensionem annuam super fruct. S. Bartholomaei ad tres Sanctos et S. Matthaei Agromolo Florentin. dioec. par. ecclesiarum antea Caesari de Attanantis cler. Roman., qui literis non confectis resignavit, concessam per

1513.

Laurentium Puccium earum rectorem solvendam. „Vitae ac morum“ (Jo. de Lerma | Grat. de mand. S. D. Milanesius | Jo. Attanant. Coll. F. d. Attan.) L. 1177 f. 45.

12. Julii. (IV. Id. Jul.) Romae apud S. Petrum — (3602) Mag. Antonium de Ruvere cler. Taurinen. creat Ap. Sedis notarium. „Pii Patris“ (Colotius | Gratis pro nep. Card. Millin. Enckenwort | J. de Gais | Coll. H. d. Ces.) L. 1211 f. 11.

— — — (3603) Apparem de Christichinis de Montesancto quaestorem exactorem et commissarium suum et fabricae basilicae Principis Apostolorum de Urbe in Aretin. et Vulterran. dioec. pro colligendis quaestibus, eleemosynis, oblationibus, pie relictis et aliis sub nomine B. Antonii Viennen. exigi consuetis a Julio II. dictae fabricae applicatis cum facultate ministros deputandi et substituendi constituit. „Exigit fides et singularis devotio tua“ (Sadol.) Div. Cam. tom. 63 f. 88, b. [1]

— — — (3604—3605) Franciscum Tiarculo cler. Senen. numero Accolitorum participantium loco resignantis Manilii Ralli aggregat, et de hac re Card. Camerarium certiorem facit. „Virtutibus clarens.“ „Hodie dilecto filio“ (Madrigal. | Millin. Enckenw.) L. 992 f. 248.

— — — (3606) Caesari de Attanantis scriptori Archiv. Rom. Curiae ac famil. suo, qui permutationis gratia canonicatum et praeb. eccl. Florentin. resignavit, canonicatum et praeb. Basilicae Principis Apostolorum de Urbe confert, quem simili modo resignavit Alexander de Salicettis. „Apostolicae Sedis circumspecta benignitas“ (Infra: Gratis proscript. Arch. Millin. | J. Tarin. Coll. Attan.) L. 997 f. 253, b.

— — — (3607) Henr. Cornel. Agrippam [2], de cujus praeclara in Sedem Ap. devotione per Nuntium apud Helvetios edoctus est, collaudat et hortatur, ut in eo sensu permaneat. „Ex literis vener. fratris Ennii episc. Verulani“ (Bemb.) Ed. in epistolis Henr. Corn. Agrippae. Opere del Card. Bembo ed. cit. tom. IV p. 262.

— — — (3608) Altosaxo duci exercitus Helvetiorum laudes elargitur et ad perseverandum hortatur; ejus filium a M. Card. Sedunen. commendatum se in paternae sinu charitatis collocasse et cum primum occasio se dederit, ornaturum ornamentis, quibus suum in eum amorem possit percipere. „Cum de tuo forti magnoque animo“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. III ep. 30 p. 28.

— — — (3609) Anselmo Grafevio Accolito nuntiat, se eum a Card. Sedun. commendatum sublegasse ad ea sacerdotia, quae ex ejus usu animaeque saluti ipsi fore credidisset; literas ea de re confectas se mittere. „Studium et diligentia“ (Bemb.) Ed. Bemb. l. c. ep. 31.

13. Julii. (III. Id. Jul.) — (3610) Radulphum de Vitalibus cler. Pergamen. dioec. creat suum et S. Sedis Accolitum. „Virtutibus clarens“ (Infra: Millinus | Vega | Coll. H. de Cesis) L. 992 f. 240, b.

— (3611) Conradum (III) de Rechberg abbatem monasterii B. Mariae loci Heremytharum O. S. B. (Einsiedeln) propter suam in S. Sedem devotionem laudat hortaturque, ut in eadem sententia permaneat. „Ex literis vener. fratris Ennii episc. Verulani“ (P. Bemb.) Ed. Documenta Archiv. Einsid. tom. I Capsula II p. 74. Citat P. *Gallus Morel*, Die Regesten der Bened.-Abtei Einsiedeln. Chur 1848 p. 89 n. 1188. Orig. exstat in arch. Einsied. sign. A. HEa.

— — — (3612) Confirmat ultimum testamentum Melchioris tit. S. Nicolai inter imagines presb. Card. Brixinen. vulgariter nuncupati [3], quo Hospitale B. Mariae de Anima Teutonicorum de Urbe haeredem universalem constituerat, praecipitque, ut omnes debitores Card. defuncti debita fateantur eaque dicto Hospitali persolvant censurisque ecclesiasticis feriantur detentores et occultatores bonorum dicti Cardinalis. „Cupimus, ut fabrica ecclesiae Hospitalis B. M. de Anima Teutonicorum de Urbe sumptuose a fundamentis instaurari et fabricari coepta“ (Bemb.) Deest doc. orig., sed exstat apud dictam ecclesiam copia vetusta.

— — — (3613) Cameram apostolicam M. P. jubet solvere Hospitali B. M. de Anima Teutonicorum de Urbe mille ducatos, quos sub Julio II. ex bonis Card. Brixin. acceperat, quum ex ultimo ejusdem testamento huic Hospitali legati fuerint. „Hospitale nationale B. M. de An.“ Div. Cam. tom. 63 f. 87 [4].

— — — (3614) Michaeli Biennenn Mag. in artibus capellam sub invocat. SS. Martyrum Guym-

[1] Nota Cod.: Die 16. Jul. 1513 Apparus (Breve vocat Apparem) solitum in forma praestitit juramentum et fidejussit, prout in Brevi continetur etc.

[2] Nondum famosus iste magus et astrologus, judaicae Cabbalae addictus, variorum operum auctor (ed. Lugd. 1550. 1600), animum suum patefecerat; opus *de occulta philosophia* multo serius (1531 Antwerp.) publicatum fuit, quatuor annis ante ejus mortem. De eo confer *Gaillard*, Histoire de François I. Paris 1769 seq., tom. VI L. VII ch. 5 p. 62 seq.; tom. VII p. 65 seq. *Sommer de Sommersberg*, Diss. de H. C. Agrippa. Lips. 1717. *Ravius* de Agrippae vita. Vitenb. 1726. *Morley*, The Life of H. C. Agr. Lond. 1856, voll. 2.

[3] Melchior de Mekau a. 1482 factus est episc. Brixin., a. 1503 Card. Obiit Romae 3. Mart. 1509. Cf. *Gams* series Episc. p. 265.

[4] Datum, quod ibi deest, ex num. pracc. supplevimus.

1513.

		fortis et Leonisfortis sitam infra limites par. eccl. B. Mariae de Arduno Malleacen. dioec. confert. L. S. (Carotius | Draco. Cheminart. | De Comitibus. Coll. Attan.) L. 1028 f. 173.
13. Julii. (III. Id. Jul.)	Romae apud S. Petrum	(3615) Johanni de Yepes decret. doctori fam. suo quandam portionem ecclesiae Palentin. obitu Francisci de las Casas vacantem confert. G. F. (Blondus | Grat. de mand. L. d. Bertin. J. Bertrandi p. comp. | De Mendes. Coll. Amerin.) L. 1082 f. 71.
— —	—	(3616—3617) Mag. Thomae de Praepositis alias Probst cler. Treveren. lit. apost. abbreviat. et fam. suo par. ecclesiam S. Laurentii de Pozolengo Veronen. dioec. resignanti omnes ejusd. ecclesiae fructus, de qua Bernardino de Pomellis presb. Veronen. providetur, reservat et jus regrediendi ei concedit. G. D. et F. Executionem committit episcopis Chien. et Trichonien. et vicario gen. episcopi Veronen. „Hodie cum dil. filius“ (A. de S. Severino. P. de Agnellis | Grat. p. abbrev. Nardin.) Arch. Lat. tom. 21 f. 183; f. 184.
— —	—	(3618) Francisco episcopo Sabinen. canonicatum ecclesiae Bisuntin. et beneficia, quae Johannes Richardi dictae ecclesiae canonicus in civit. et dioec. Bisuntin. obtinet, quam primam vacaverint, in commendam reservat. „Dum exquisitam tuae circumspectionis industriam“ (Infra: Questenberg. Coll. Attan.) L. 994 f. 243.
— —	—	(3619) Gerardo Spatasorra cler. Panormitan. pensionem super fruct. ecclesiae S. Thomae de Curte Paduan. dioec. et pensione deficiente accessum ad eam concedit. „Vitae ac morum“ (Colot. | Millin. Enckenw. | Gerona. Coll. Narnia) L. 995 f. 301, b.
— —	—	(3620) Michaeli Ballart cler. Calaritan. (Sardinia), qui cum Joh. Ocharello super archipresbyteratu Octanen. litigabat, sed liti et causae cedebat, pensionem super ejusdem archipresbyteratus fruct. et regressum ad illum concedit. „Vitae ac morum“ (Scutar. | Grat. de mand. S. D. Salvius | Valtrini. Coll. Donatus) L. 1192, f. 169, b.
— —	—	(3621) Vasco Piego canonico Compostellan. confert canonicatum et praeb. eccl. Compostellan. vacantes per cessionem Fernandi de Castro non obstante, quod par. ecclesiam S. Petri de Surrizo ac perp. simplex beneficium in par. eccl. S. Petri de Cella Compostell. et Tuden. dioec. obtinet. „Vitae ac morum“ (Sadol. | Colardi. Draco | Verdes. Coll. H. d. Cesis) L. 999 f. 152. 279, b.
— —	—	(3622) Cum Antonio Pidoux dispensat, ut una cum Prioratu S. Stephani Damaillon O. S. A. Malleacen. dioec. et (si eam pacifice assequatur) eleemosynaria S. Petri de Aurevalle O. S. A. ejusd. dioec. tertium beneficium incompat. retinere valeat. R. Z. (Blondus | Enckenw. Milanes. | H. de Busseyo) L. 1205 f. 579.
14. Julii. (prid. Id. Jul.)	—	(3623) Hieronymo Frescobaldo suum manifestat favorem. „Postquam ad hoc summum Apostolatus culmen“ (Sadol.) Brev. ad princ. 5 f. 10, b.
	—	(3624) Abbati S. Bertini peramanter scribit monens eum, ut valetudini suae consulat. „Memores tuae probitatis et virtutis“ (Sadol.) L. c.
— —	—	(3625) Mag. Jacobo Simoneta capell. suo et causar. P. A. auditori mandat, ut Theodoricum de Eynem cler. Magunt. dioec. causarum P. A. notar. (n. 1273 seq.) in lite super Decanatu eccles. S. Crucis Hildesem. defuncto Siffrido Antonii canonico dictae eccl. surroget et, si nemini sit jus quaesitum, Decanatum illi conferat.„ Vitae ac morum“ (Senis | Gratis pro not. Pal. Cheminart. Aloys. | Marciaci. Coll. Attan.) L. 1014 f. 269, b.
— —	—	(3626) Guillelmo de Cambray Lic. in legibus et canonico Biturícen. istius ecclesiae Cancellariam confert. L. S. (Carrotius | Cheminart. Aloysius | Casanova. Coll. H. d. Cesis) L. 1009 f. 192, b.
— —	—	(3627) Petro Desiderii cler. Gratianopolitano, cui Julius II. ecclesiam par. S. Nintini Villarii Arenar. ad certum tempus commendavit et deinde contulit, dubio super ista provisione exorto eam confirmat. „Vitae ac morum“ (Sadolet. | Colardi. Draco | F. de Vega. Coll. H. d. Cesis) L. 997 f. 272.
— —	—	(3628) Johanni Poyureau Lic. in decr. canonicatum et praeb. ecclesiae Biturícen. confert. L. S. (Evangel. | Salvius. Vives | Castillo. Coll. H. d. Ces.) L. 1072 f. 252, b.
— — — (4102) Antonio Electo Melfitano regressum ad monasterium S. Galgani Vulterran. dioec.[1] concedit. „Romani Pontificis providentia“ (Evangel. | Grat. de mand. Bertinis. Gomiel | Vega. Coll. Attan.) L. c. f. 61.

— — — (4103) Georgio Pesch fam. et not. suo confert capellaniam ad altare SS. Felicis et Adaucti situm in eccl. B. M. V. oppidi Czwickaco Numburgen. (Naumburg) dioec. a Bartholomaeo Frenkel resignatam. G. F. (Melfit. | Grat. p. not. P. Colardi | Marciaci. Coll. Attan.) L. 1016 f. 53.

— — — (4104) Martino Fumee canonico eccl. Bmi Martini Turonen. commendat Prioratum de Bosco Raerio prope Turonis Grandimonten. Ord. „Vitae ac morum“ (Bemb. | Millin. Enckenw. | Cotini. Coll. H. d. Cesis) L. 999 f. 197, b.

— — — (4105) Jacobo Huberti de Loemel cler. Leodien. causarum P. A. notario et Mag. Guill. de Enckenwort lit. ap. scriptoris famil., qui Cantoriam ecclesiae S. Germani oppidi Thenit. ejusd. dioec. postmodum Antonio Barbaelongae rectori par. eccl. de Arsmael dictae dioec. collatam resignavit, assignat pensionem an. super fructibus illius eccl. per dictum Antonium solvendam. Init. ut supra (Colot. | Grat. pro fam. script. Cheminart. Aloys. | Bertrandi. Coll. H. d. Cesis) L. 1020 f. 309, b.

— — — (4106) Episcopo Cavallicen. et Praepos. ecclesiae S. Rimoldi Machlimen. Cameracen. dioec. et Officiali Cameracen. mandat, ut Aegidio Henrici cler. Cameracen., Guill. Enckenwort familiari, canonicatum et praeb. ecclesiae S. Martini oppidi Alosten. conferre curent. „Vitae ac morum“ (P. de Senis | Grat. p. fam. script. Millin. | Marciaci. Coll. Bucanus) L. 996 f. 74, b.

— — — (4107) Georgio Electo Viennen. concedit, ut a quocunque maluerit, catholico Antistite gratiam et communionem Apost. Sedis habente accitis duobus vel tribus cathol. episcopis ipsi assistentibus easdem gratiam et communionem habentibus munus consecrationis suscipere valeat, et iste antistes recepto prius fidelitatis juramento juxta formam praesentibus adnotatam dictum munus illi impendere possit. „Cum nos pridem te“ (L. Puccius | Nardinus) Arch. Lat. tom. 3 f. 12, b.

— — — (4108) Didaco de Villostada decano ecclesiarum invicem unitarum S. Martini de Alvelda et B. M. Rotundae de Logroño Calaguritan. dioec. U. J. doctori fam. suo indulget, ut ad unam portionem ecclesiae par. S. Jacobi oppidi de Logroño, quam primum eam pro tempore vacare aut fructus superexcrescere contigerit, per clericos portionarios recipi debeat. L. S. (Gratiadei | Grat. p. scutifero. de Radicibus. A. de Castillo p. Comp. | Gomiel. Coll. Bucanus) L. 1191 f. 212.

— — — (4109) Episcopo et decano ac capitulo ecclesiae Pictaven. mandat, ut Federico Boixroux cler. Malleacen. aliquod beneficium sub certis conditionibus conferant. N. G. (Bembus | Grat. de mand. Millinus. Bembus | Cheminart) L. 1198 f. 470.

— — — (4110) Decano ecclesiae Cenomanen. et Officialibus Pictaven. et Andegaven. mandat, ut executionem praecedentis procurent, si episcopus et capitulum sint negligentes. „Hodie cupientes“ (Script. ut supra) L. 1198 f. 471.

— — — (4111) Decano et capitulo ecclesiae S. Martini Turonen. mandat, ut Johanni Tethu[2] cler. Turonen. aliquod beneficium sub certis conditionibus conferant. „Vitae ac morum“ (Script. ut supra) L. 1198 f. 472.

— — — (4112) Decano ecclesiae Cenomanen. et Officialibus Turonen. et Cenomanen. executionis curam committit. „Hodie cupientes“ (Sine script.) L. 1198 f. 473.

14. Aug. (XIX. Kal. Sept.) — (4113) Episcopo Cavallicen. et vicariis gener. episcoporum Urbinat. et Civit. Castelli mandat, ut Johannem Viceguerre Salamachum cler. Civit. Castelli, fratrem germanum defuncti Hieronymi Salamachi quondam Praeceptoris Praeceptoriae domus S. Joh. de Raynaldello extra muros Civit. Castelli Hospit. S. Joh. Hierosol., affinem Antonii de S. Severino lit. apost. abbreviatoris, dictum Ordinem ingredi cupientem, si eum idoneum repererint, in dictum Hospitale recipi faciant et ejus professionem, si in ipsorum manibus eam emittere voluerit, admittant et dictam Praeceptoriam cum annexis illi

[1] Vide p. 4 not. 10 et cf. n. 32. [2] al. Thetu.

1513.

conferre curent. „Apostolicae Sedis circumspecta benignitas“ (P. de Castello | Campania) Arch. Lat. vol. A f. 329.

14. Aug. (XIX. Kal. Sept.) Romae apud S. Petrum (4114) Andreae Bellanti et sociis apaltatoribus aluminum mandat, ut persolvant Francisco de la Fonte summam 2500 duc. auri pro pretio unius adamantis in ornatum S. Sedis empti. „Vobis tenore praesentium committimus“ (Attan.). Div. Cam. tom. 63 f. 116.

— — — (4115) Mandat Camerae apost., ut duo millia ducat. auri sibi ab Johanne Angelo de Piccolo canonico Urbevetan. olim gratis mutuata in libris Camerae conscribantur et ad ejus requisitionem persolvantur. M. P. „Dilectum filium Johannem Angelum.“ L. c. f. 103.

— — — (4116) Vicariis general. ac provincialibus Ord. FF. Minorum de Observantia nuncup. et Guardianis ac fratribus universis ejusd. Ord. et Observ., praesertim S. Francisci Tullen. et de Novocastro Tullen. dioec. domorum provinciae Franciae literas a Julio II. d. 10. Sept. 1512 in forma Brevis editas incipientes: „*Si quid inter christiani nominis*“ confirmat. „Dudum a fel. rec. Julio PP. II.“ (Sadolet. | Millin. | Madrigal. Coll. H. d. Cesis) L. 997 f. 18.

— — — (4117) Bernardo de Bibiena cler. Aretin. fam. suo confirmat commendam par. ecclesiae loci de Alcala de Xivert Dertus. dioec., quam Ludovicus Vallas obtinebat, declarans, etsi non intelligat nec intelligibiliter loqui sciat idioma dicti loci de Alcala, commendam validam existere. G. F. (Evang. | Balbus | Balandrinus. Coll. H. d. Cesis) F. 1026 f. 260. Idem L. 1028 f. 40; L. 1039 f. 83.

— — — In vigilia Assumptionis B. M. V. (Dominica) in capella Vesperae Papales extraordinariae et simplices.

15. Aug. (XVIII. Kal. Sept.) — Fest. Assumpt. Capella Papalis.

— (4118) Mag. Bernardino Gutterii cler. Salamantin. script. et fam. suo confert unum in S. Salvatoris de la Torre del Campo et aliud in B. M. de Fuente el Rio oppidorum seu locorum Giennen. dioec. paroch. ecclesiis beneficia. G. D. et F. (Evangel. | A. de Verdesotto. Coll. Narnia) L. 995 f. 299.

— — — (4119) Angelo Copso mandat, ut fratri suo Ulixi a se in Urbem evocato et per aegram valetudinem excusato denuntiet, ut valetudinem suam curet eaque recuperata Romam veniat, sicut et Bononiae Magistratui scribit. „Accipimus excusationem tuam“ (Bemb.). Ed. Bemb. L. IV ep. 11 p. 32.

— — — (4120) Herculi Marescotto respondet se eum amare et excusationem in bonam partem accipere, velle tamen, ut libros suos mittat secundum ea quae Bononiae Magistratui scripsit. „Ad tuas literas, quibus excusas“ (Bemb.). Ed. Bemb. L. IV ep. 12 p. 32.

— — — (4121) Laurentio Malvitio mandat, ut rejectis impedimentis Romam veniat et faciat, quae suo nomine Bononiae Magistratus mandat. „Excusationem tuam“ (Bemb.). Ed. Bemb. l. c. ep. 13.

— — — (4122) Joanni Schimpes (vel Schunpes) par. ecclesiam *praeposituram* nuncupatam S. Michaelis oppidi Ihems Maguntin. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Millin. | Marciaci) L. 1040 f. 244.

— — — (4123) Johanni Voss cler. Trajecten. fam. suo beneficia, quae Wilh. de Montfort et Andreas Venraid obtinent, reservat. G. F. (Poncettus | Millin. | A. d. Castillo. Coll. H. d. Ces.) L. 992 f. 259.

— — — (4124) Mag. Philippo de Sergardis cler. Senen. notario ac fam. suo assignat pensionem an. super fructibus par. ecclesiarum S. Petri de Monziudoli et SS. Stephani et Nicolai de Cerreto Senen. dioec., quas Camillus Angeli obtinet, eique jus ad eas accedendi sub certis conditionibus concedit. G. D. et F. (Blondus | Grat. pro cler. Camer. J. Madrigal | J. Salvius. Coll. H. d. Cesis) L. 1080 f. 132.

16. Aug. (XVII. Kal. Sept.) — (4125) Vicariis gener. et provincialibus ac Guardianis et fratribus cismontan. et ultramontanis Ord. FF. Minorum de Observantia nuncupat. — Martinus V. in Conc. Constant. decrevit, ut fratres provinciae Franciae aliarumque provinciarum, qui regularem observantiam tunc inceperant, unum fratrem in vicarium gener. et singulae provinciae unum in vicarium provincialem per Ministros generalem et provinciales ejusd. Ord. resp. confirmandos sibi eligere possent et conventus dictarum provinciarum et singuli fratres, si majori et saniori parti placeret et singuli fratres ad hujusmodi observantiam libere se reducere vellent, hujusmodi vicariis firmiter obedire deberent. Idem Eugenius IV. consistorialiter decrevit et Pius II., Paulus II., Sixtus IV., Innoc. VIII., Alex. VI., Julius II. sub poena excommunicationis latae sent. statuerunt, ne quis frater de Observ. praetextu cujusvis licentiae, etiam Apost., ab obedientia dictorum vicariorum recedere vel alii praelato se submittere nec aliquis taliter recedentes recipere praesumeret, nisi Superiorum licentia in scriptis obtenta, ac declararunt, quod vicarii fratrum de Observ. essent veri Ministri secundum regulam B. Fr. et iisdem obedientes dictae regulae integre satisfacerent, et inhibuerunt, ne quis, quod ipsi fratres non veri fratres minores essent et dicti Ord. regularia instituta non observarent, affirmare eisque injuriari, eos inobedientes, bi-

1513.

gottos aut fratres de Bulla aut aliis ignominiosis vocabulis publice aut occulte aut per literas diffamatorias seu libellos appellare quoquo modo praesumeret. Insuper Julius II. in capitulo generalissimo dicti Ord. ejus jussu in Urbe celebrato statuit, fratres de Observ. sive de Familia nuncupatos omnes domos, quas tunc tenebant, retinere posse, et omnes lites super eis pendentes exstinxit et districte praecepit, ut fratres Congregationum de Clarino, fratres Amadei de Coletanis et de Caputio sive de S. Evangelio et quicunque alii quomodolibet nuncupati fratres dicti Ord. intra terminum unius anni aut Conventualibus aut Observantibus se unire deberent. Cum vero Bonifacius de Cena Minister dictae prov. Franciae et nonnulli alii Ministri et fratres praemissa decreta et mandata parvi pendant, Leo X. expresse assentiente Dominico episc. Portuen. dicti Ord. Protectore omnia praedicta decreta approbat et confirmat et innovat et ad omnes provincias et custodias tam citra quam ultra montes extendit, aliasque insuper ordinationes addit et pro majori cautela loca hujusmodi unita de novo perpetuo unit omnibusque in dignitate eccles. constitutis mandat, ut a fratribus de Observ. requisiti eis assistant. „Ordinis vestri“ (P. d. Cesis | Gratis de mand. S. D. Colardi | Cotini. Coll. Evangel.) L. 1206 f. 78 (Colotius | Gr. d. mand. S. D. de Bertin. | Cotini. Coll. Attan.) L. 1007 f. 40.

16. Aug. (XVII. Kal. Sept.) Romae apud S. Petrum — (4126) Francisco Frescobaldi confert canonicatum et praeb. in ecclesia Aberdonen. „Vitae ac morum“ (Colotius | De Bertinis | Cotini | Coll. Attan.) L. 1001.

— (4127) Francisco Frescobaldi, cui per alias literas de canonicatu et praeb. ecclesiae Aberdonen. resignatione Johannis etiam Frescobaldi vacantibus est provisum, has literas valere declarat, ac si in eis sit expressum, Regem Scotiae ea vice in turno praesentandi existere et Pontificem juri patronatus ejusd. Regis pro hac vice derogare. „Vitae ac morum“ (Melfit. | Gomiel. Milanes. | A. de Castillo. Coll. S. de Spol.) L. 1062 f. 180.

— — — (4128) Episcopo Cavallicen. mandat, ut Dominicum Ferdinandi cler. Lucen. dioec., si humiliter petierit, cum ab alieno episcopo sine dimissorialibus literis ordines susceperit, absolvat et ecclesiam par. S. Salvatoris de Cervalea Lucen. dioec. ei conferat; ipsique Dominico indultum quoad beneficia concedit. „Sedes Apostolica pia mater“ (Castilion. | Gratis pro fam. Vicecancell. Colardi | Castillo. Coll. Donat.) L. 1008 f. 240.

— — — (4129) Aloysio S. M. in Cosmedin. diac. Card. unum vel plura beneficia in regno Neapolit., quorum proventus insimul 400 duc. non excedant, reservat. „Ad personam tuam“ (Ph. de Senis | *Visa:* Millin. | Casanova. Coll. H. d. Cesis) L. 1007 f. 228, b.

— — — (4130) Sancio de Lupo Ulloa fam. suo archidiaconatum de Barocelle in eccl. Aurien. confert. G. F. (Infra: Grat. de mand. S. D. Colardi. Draco | J. de Lerma. Coll. Campan.) L. 995 f. 68.

— — — (4131) Johanni Bapt. episcopo Cavallicen. referendario praelato domestico et script. suo, qui archidiaconatum de Baroncellis in eccl. Aurien. nunc Lupo Sancii de Ulloa[1] concessum eadem die resignavit, super dicti archidiaconatus et alterius ab eodem Lupo obtentae eccles. fructibus pensionem annuam cum jure regrediendi resp. accedendi assignat. „Personam tuam“ (Carrot. | Marciaci. Coll. Amerin.) L. 1053 f. 192, b.

— — — (4132) Francisco Clementis cler. Dertusen. fam. suo accessum ad locum et canonicalem portionem ecclesiae Dertusen. concedit. „Apostolicae Sedis“ (Infra: Grat. p. fam. R. Vicecanc. Colardi. Draco | Vega. Coll. Attan.) L. 996 f. 173.

— — — (4133) Bernardinum episc. Sabinen., qui super monasterio S. Blasii Admonten. Saltzeburgen. dioec. ab Julio II. ipsi commendato cum Michaele Keling et Alexandro Candafer litigaverat, sed duabus sententiis pro se reportatis et appellatione dicti Michaelis adhuc pendente omnibus beneficiis privatus est, restituit, cum Petrus t. S. Eustachii diac. Cardin. ipsi surrogatus renuntiet, in pristinum statum ac decernit, ut ad prosecutionem sententiarum et literarum executorialium et possessionem sibi tradendam admittatur. „Romani Pontificis providentia“ (P. de Senis | Visa Colardi | Questenb. Coll. H. de Cesis) L. 995 f. 268.

17. Aug. (XVI. Kal. Sept.) — (4134) Petentibus Philippo abbate et conventu monasterii S. Georgii imperialis oppidi Isni O. S. B. Constant. dioec. et rem gratam facturus Maximiliano in Imp. Electo, qui dictum monasterium ob religiosam monachorum vitam speciali veneratione prosequitur, abbati ejusd. p. t. existenti concedit facultatem mitra, annulo et pastorali baculo necnon aliis pontifical. insigniis in praedicto et aliis sibi subditis monasteriis et locis utendi, benedictionem solemnem in pontificali habitu super populum, dummodo dioecesanus aut alius antistes vel Sedis Ap. legatus praesens non sit vel praesens assensum praebeat, elargiendi, monachos ad hoc idoneos clericali charactere insigniendi et ad quatuor minores ordines promovendi, vestes sacras benedicendi, ecclesias, capellas, coemeteria sibi subjecta, si polluta fuerint, reconciliandi, altaria transferendi; insuper concedit, ut populus praesens easdem indulgentias lucrari

[1] nomen diversimode scribitur, cf. n. praec.

1513.

possit, ac si benedictioni dioecesani antistitis interesset. „Exposcit vestrae devotionis sinceritas“ (Lambert. Nardin.) Arch. Lat. tom. 7 f. 202.

17. Aug. (XVI. Kal. Sept.) Romae apud S. Petrum (4135) Johanni Pruner jun. cler. Magalonen. dioec. Prioratum S. Andreae castri de Lucemarino S. Bened. vel alterius Ord. Aquen. dioec., quem Joh. Pruner sen. canonicus eccl. S. Martini Turonen. sibi commendatum literis non confectis resignavit, commendat. „Vitae ac morum“ (Bembus | Millin. Enckenw. | A. d. Castillo. Coll. H. d. Cesis) L. 991 f. 60.

— — — (4136) Zutpheldo Wardenberg decretorum doctori ac Arch. Rom. Cur. scriptori fam. suo confert decanatum eccl. Zwerinen. obitu Joachimi Tessenitze et dein resignatione Henrici Elderwolt cler. Trajecten. vacantem. G. D. et F. (Ph. de Senis | Gratis pro script. Arch. Millin. Enckenw. | Valtrini. Coll. Donat.) L. 1023 f. 7.

— — — (4137) Trifonio Bisaucio cler. Cathacen. Prioratum s. Praeceptoriam domus S. Antonii de Carpo O. S. A. Nullius dioec. obitu Galeotti de Piis cler. vacantem ad 6 menses commendat iisque elapsis, si in fratrem dicti monasterii receptus sit, ipsi confert. „Apostolicae Sedis“ (Evangel. Grat. de mand. S. D. Suno. Baena | Cotini. Coll. H. d. Cesis) L. 1006 f. 131, b.

— — — (4138) Beatrici Pacheco mulieri Civitaten., sorori Mag. Francisci Osorio scriptoris ap., quae in civit. Civitaten. monasterium monialium Ord. Eremit. S. Aug. construxerat et dotaverat, cui monasterium istud ingressurae Aegidius Viterbien. Ord. praedicti Minister gener. concessit, ut monasterium ingressa non exspectato anno probationis professionem emittere et habitum professarum suscipere valeat, ut Priorissa perpetua sit ejusd. monasterii et quatuor prudentes moniales ex monasterio B. M. de Gratia prope oppidum de Madrigal Salamant. vel Abulen. dioec. illuc transferat, quarum unam Subpriorissam, aliam Sacristam, aliam novitiarum magistram, aliam procuratricem instituat, has licentias et facultates confirmat praecipiens Francisco Flores et Francisco Alfonsi ac Lupo Diez de Lugones eccl. Civitaten. canonicis, ut ei in praemissis efficacis defensionis praesidio assistant. „Digna reddimur attentione solliciti.“ (Infra: *Visa* Cheminart. | Verdes. Coll. Attan.) L. 1017 f. 123, b.

— — — (4139) Mag. Petro de Trivultiis notar. suo, de nobili genere nato, reservat loco pensionis annuae fructus Praeceptoriae domus S. Antonii Mediolanen. *Commendatariae* nuncup. O. S. A. a monasterio S. Antonii de S. Antonio dicti Ord. Viennen. dioec. dependentis, quae ipso cedente Mag. Augustino de Trivultiis fratri ejus germano commendatur, eidemque Petro jus regrediendi ad dictam Praeceptoriam concedit. G. D. (Colotius | Grat. d. mand. S. D. Suno | Marciaci. Coll. Cipellus) L. 1010 f. 95, b.

— — — (4140) Episcopis Comen. et Alexandrin. et vicario gener. archiepiscopi Mediolanen. mandat, ut dictum Petrum fructus praefatos ipsi reservatos libere percipere et jure regrediendi frui faciant. „Hodie cum dilectus filius“ (Script. ut supra) L. 1010 f. 97.

— — — (4141) Mag. Augustino de Trivultiis cler. Mediolanen. notar. et cubiculario suo Praeceptoriam supradictam commendat. G. D. et F. (Script. ut supra) L. 1010 f. 97, b.

— — — (4142) Petro Compere Mag. in theol. canonicatum et de S. Nicolao nuncupatam praeb. ecclesiae Constantien. provinc. Rothomagen. confert, priore collatione viribus non subsistente. „Literarum scientia“ (Melfit. | Millinus. Gauden. | Valtrini. Coll. Attan.) L. 1037 f. 112.

— — — (4143) Radulfo Woolse Cantario ad altare S. Catharinae situm in eccl. S. Pauli de London Londonien. dioec. indultum quoad beneficia concedit. „Vitae ac morum“ (Lambertus | Nardinus) Arch. Lat. tom. 14 f. 22, b.

— — — (4144) Theobaldo de Rothays rectori par. eccl. S. Hilarii de la Couldre Malleacen. dioec. commendat capellam S. Jacobi de Von Pictaven. dioec., quae de jurepatronatus laicorum etiam forsan nobilium existit et per canonicos monasterii SS. Trinitatis de Maloleone O. S. A. Malleacen. dioec.[1] teneri consuevit. „Vitae ac morum“ (Blondus | Salvius. Contreras | Bernardus. Coll. H. de Cesis) L. 1127 f. 233, b[2].

— — — (4145) Episc. Cavallicen. et Vigornien. et Domitillio de Glussiano canonico ecclesiae Mediolanen. mandat, ut Ludovico de Cavatiis cler. Mantuan. par. ecclesiam S. Ambrosii de Vignate Mediolanen. dioec. resignatione Johannis Antonii de Orsingo et deinde obitu Michaelis de Facinis vacantem conferre curent. „Vitae ac morum“ (Carrot. | Grat. p. fam. Vicecanc. Guerrer. Bertrand. Gais. Coll. Amerin.) L. 1060 f. 126, b.

18. Aug. (XV. Kal. Sept.) — (4146) Syracusano episcopo vel ejus in spiritualibus vicario generali committit, ut Hieronymum Petri Gaietani et Lucretiam filiam Dieghi etiam Gaietani conjuges loci de Centino Syracusan. dioec., qui non ignorantes se in secundo consanguinitatis gradu inter se attinere matrimonium publice de facto contraxerunt, copula inter ipsos minime subsecuta ad evitanda gravia scandala ex eorum divortio probabiliter exori-

[1] SS. Trinité de Mauléon D. Mallezais. Gallia christ. tom. 2 p. 1391.

[2] Dat. a. 1514, sed anno Pontific. *primo*. Priorem numerum falsum reputamus.

1513.

tura, injuncta pro modo culpae poenitentia, absolvant et cum iis super dicto impedimento dispensent. „Oblatae Nobis“ (P. Bembus) Brev. tom. 2 n. 66; tom. 30 p. 95.

18. Aug. (XV. Kal. Sept.) Romae apud S. Petrum (4147) Simonem de Sangro cler. Neapolit. Johanni Francisco de Sangro cler. Sulmonen., qui monasterium S. Clementis in Piscaria O. S. B. Theatin. dioec.[1] in commendam obtinet, sed senio adeo est confectus et corporis viribus destitutus, ut dirigendis dicti monasterii negotiis in spirit. et temporalibus minime sufficiat, coadjutorem cum jure successionis constituit. „Romani Pontificis“ (P. de Senis | Grat. de mand. S. D. Millin. Enckenw. | A. de Castillo. Coll. Hip. de Cesis) L. 993 f. 116.

— — — (4148) Ludovico ex comitibus S. Bonifacii par. ecclesiam S. Petri de Grancona Vicentin. dioec. cum certis ejusd. ac Brixien. dioec. beneficiis obitu Andreae Mocenigo nuper dictae eccl. par. rectoris vacantibus confert. G. F. (Ponzettus | Grat. de mand. S. D. Millin. Enckenw. Coll. Attan.) L. 996 f. 163.

— — — (4149) Johanni de Monterigaldo presb. confert ecclesiam par. S. Pantaleonis Turenne Lemovicen. dioec. „Vitae ac morum“ (Carotius | Suno. Baena | Casanova. Coll. Bucan.) L. 1010 f. 1.

— — — (4150) Gabrieli de Montardie canonico monasterii S. Amandi O. S. A. Sarlaten. dioec. commendat perp. vicariam par. ecclesiae S. Auberti de Laudereron Vasaten. dioec. R. Z. (Evangel. | Draco. Colardi | Cyprian. Coll. Bucan.) L. 1023 f. 186.

— — — (4151) Hugoni Fallioli rectoriam par. ecclesiae de Puniaco Gebennen. dioec. confert. G. F. (Bembus | Grat. de mand. S. D. Balbus. Baena | L. Valtrini. Coll. S. de Spol.) L. 1000 f. 329.

— — — (4152) Mag. Bernardo de Bibiena cler. Aretin. dioec., Thesaurario generali notario et fam. suo, commendat Prioratum S. Michaelis O. S. A. Brixien. dioec. obitu Andreae de Mocenico vacantem. G. D. (Evangel. | L. d. Bertin. | Verdes. Coll. Attan.) L. 1003 f. 261.

— — — (4153) Guillermo Herve Mag. in theol. canonicatum eccl. Andegaven. ad effectum archidiaconatum *majorem* nuncupatum istius ecclesiae obitu Johannis Belenger vacantem obtinendi dumtaxat confert et dictum archidiaconatum, ad quem jam per Universitatem Andegaven. nominatus fuerat, ei pariter concedit. „Literarum scientia“ (Evangel. | Suno. Gomiel p. comp. | J. d. Gais. Coll. B. de Alexandris) L. 1102 f. 130, b.

19. Aug. (XIV. Kal. Sept.) — (4154) Petrum Callaforra Ord. Fratrum Eremit. S. A., S. Theol. professorem, confirmat in officio vicarii generalis domus Aquarum vivarum in Eremo ejusd. Ord. Valentin. dioec., quod ab Alexandro VI. habuit. „Alias fel. rec. Alexander PP. VI.“ (Bembus) Brev. tom. 2 n. 67; tom. 30 p. 96.

— — — (4155) Abbati et conventui monasterii Casinen. O. S. B. Nullius dioec., ad quod singularem gerit affectum, annatas abbatiarum, ecclesiarum aliorumque dicti monasterii membrorum, si obitu vel cessione Cardinalium et aliorum ea in commendam obtinentium juxta concessionem jam ab Innocentio VII. (corr.: Innoc. VIII.) factam et a Pontifice renovatam (n. 3740) praefato monasterio recuperentur, donat et remittit. M. P. „Dilectis filiis Praesidentibus clericis et Officialibus quibuscunque Camerae Nostrae Apost. districte praecipiendo mandamus“ (Coll. Attan.) Div. Cam. tom. 63 f. 115, b.

— — — (4156) Johanni Gayo fam. suo perp. capellaniam in capella B. M. V. Macchabaeorum nuncup. contigua ecclesiae Gebennen. confert. G. F. (Evangel. | De Liazariis. Enckenw. Valtrini. Coll. H. d. Cesis) L. 1047 f. 109.

— — — (4157) Petro de Pulchromonte cler. Leodien. Marci t. S. M. in via lata Diac. Card. familiari unum vel plura beneficia certi valoris in Treveren. et Leodien. civit. et dioec. consistentia reservat. „Vitae ac morum“ (J. B. Nasius | Colardi. Draco | F. de S. Joh. Coll. H. d. Cesis) L. 995 f. 290.

— — — (4158) Theodoro de S. Chamondo abbati monasterii S. Antonii de S. Antonio O. S. A. Viennen. dioec.[2] de nobili genere nato regressum ad Praeceptoriam domus S. Antonii Pontis Montionis al. Leodien. nuncup. O. S. A. Meten. dioec. ab eo dimissam et Jacobo de Rupeforti collatam concedit. „Personam tuam“ (F. Armellin. | L. de Bertinis. Gomiel | D. de Valleoleti. Coll. J. Attan.) L. 998 f. 33.

— — — (4159) Episcopis Milopotamen. et Faventino ac Officiali Bracharen. mandat, ut Francisco Jusarte cler. Ulixbonen. lit. ap. sollicitatori et fam. suo Prioratum monasterii S. Martini de Mancelos O. S. A. Bracharen. dioec. commendent. G. D. et F. (Ph. de Senis | Gratis pro sollicit. Millin. | Valtrini. Coll. de Camp.) L. c. f. 80.

— — — (4160) Bandinello tit. S. Sabinae presb. Card. canonicatum et praeb. ac Praeposituram eccl. Montisregalis reservat. „Ad personam tuam“ (Evangel. | Visa: Millinus | J. d. Gais. Coll. H. d. Cesis) L. 1038 f. 18.

[1] *Ughelli* tom. 6 p. 1291 seq. *Lubin* p. 291.

[2] St. Antoine de Viennois (olim Didier La Mothe). Gallia christ. tom. 4 p. 720.

1513.

19. Aug. (XIV. Kal. Sept.) Romae apud S. Petrum

(4161) Episcopo Lucerino et Lectori Strigonien. ac decano S. Severini Colonien. mandat, ut Gregorio de Pesch canonico Strigonien. J. U. Licent. archidiaconatum Barsien. in eccl. Strigonien., cujus collatio et omnimoda dispositio ad Regem Hungariae p. t. existentem ex privilegio Ap. pertinet et quem Thomas Card. archiepisc. Strigonien. ex facultate a Wladislao Rege accepta dicto Gregorio contulit, cum de valore dictae collationis ortum sit dubium, conferre curent, dummodo expressus Regis assensus ad id accedat. „Literarum scientia“ (Copis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 7 f. 186, b.

— — —

(4162) Archidiacono et Cantori ecclesiae Salernitan. et vicar. gen. archiepiscopi Salernitan. mandat, ut monasteria S. M. Novae de Campania[1] necnon S. M. de Petra de Vigiano O. S. B. Salernitan. et Marsican. dioec., quae Congregatio Montis Oliveti dicti Ord. abbates et conventus de Castillioni, de B. M. de Justitia Gaietan. et Tarentin. dioec. monasteriorum sine titulo detinent, Gundisalvo de Salazar cler. Abulen. baccal. in decret. et lit. apost. sollicitatori commendent, si ipsis nemini jus ad ea competere constiterit. „Romani Pontificis providentia“ (Colot. | Grat. p. solicit. Colardi | Vega. Coll. Campania) L. 1000 f. 107, b.

— — —

(4163) Johanni de Carvaial et Petro de Quiros canonicis ecclesiae Placentin. et Officiali Placentin. mandat, ut Johanni de Almaraz cler. Placentin. benefic. in eccl. par. S. Stephani Placentin. provinc. Compostellan., si nemini sit jus quaesitum, conferre curent. G. F. (Colotius | Grat. de mand. S. D. Balbus. Colardi | Salvius. Coll. Donatus) L. 1062 f. 268.

20. Aug. (XIII. Kal. Sept.) —

(4164) Decano ecclesiae Caurien. et Officiali Caurien. mandat, ut concordiam, quam Gometius episcopus Placentin. et decanus atque capitulum ecclesiae Placentin. ex una et Franciscus de Monroy dominus in tempor. locorum de Beluis et Almaraz ac Delectosa (al. de Layrosa), Placentin. dioec. ex altera parte ad litem super solutione decimarum ex dictis locis provenientium finiendam inierunt, prout in instrumento desuper confecto, in Cancellaria Apost. examinato, ex lingua Hispanica Latine verso et praesentibus literis inserto continetur, approbent et confirment, si eam in utilitatem episcopalis et capitularis mensarum cedere repererint. „His quae pro ecclesiarum quarumlibet utilitate“ (P. Lambertus | Nardin.) Arch. Lat. tom. 14 f. 262.

— — —

(4165—4166) Pro parte Gometii episcopi, decani et capituli praefatorum, qui exponebant, quod Gutterius, dum viveret episc. Placentin., concordiam, quam ipse et decanus et capitulum ejusd. eccl. ad eliminandam litem super oppido de Xararceio (al. Xarareio) Placentin. dioec. et ejus arce, vasallis et redditibus ac aliis juribus Petri Sancii olim istius oppidi domini temporalis testamento mensis episcopali et capitulari dictae eccl. pro indiviso relictis iniverant et Julius II. approbaverat, observare recusavit et lite super dictae concordiae observatione pendente debitum naturae persolvit, quod vero Gometius, modernus episcopus, et decanus ac capitulum ejusd. eccl. super praemissis, ut obviarent litibus et expensis, inter se concordarunt et instrumentum desuper confici fecerunt, quod Latine versum de verbo ad verbum signis et characteribus omissis inseritur, posteriorem concordiam et omnia in dicto instrumento contenta approbat et confirmat. A. P. R. M. „His quae pro personarum quarumlibet.“ Executionem committit archiepiscopo Compostellan. et decano Caurien. ac archidiacono Salamantin. ecclesiarum. „Hodie a nobis emanarunt“ (P. Lambertus. G. de Prato | Nardinus) L. c. f. 240; f. 249, b.

— — —

(4167) Priori Prioratus conventus de Alcantara Caurien. dioec. et Officiali Caurien. mandat, ut Roderico de Argomaniz cler. Calaguritan. dioec., baccal. in decr. archidiaconatum de Caceres in eccl. Caurien. et perp. vicariam oppidi de Caceres atque praestimonium vel beneficium del Casal Caurien. dioec. conferre curent. G. F. (Castilion. | Grat. de mand. S. D. Suno. Baena | Valtrini. Coll. Bucan.) L. 1018 f. 147, b.

— — —

(4168) Roderico de Molina cler. Giennen., Stephani Gabrielis Electi Baren. familiari, assignat pensiones unam 15 duc. super fructibus beneficii in eccl. S. Petri Corduben. et aliam 3000 Morapetin. super fructibus canonicatus et praeb. eccl. Giennen. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Grat. p. fam. script. Millin. | F. de S. Joh. Coll. Attan.) L. 1030 f. 235, b.

— — —

(4169) Cavallicen. et Bellunen. episcopis et vicario episc. Marianen. gen. mandat, ut Thomae Draco de Cena cler. Januen. Majoris et S. Mariae de Fontibus Albinganen. ecclesiarum canonicatus et praeb. ac par. ecclesiam *plebem* nuncupatam S. Joh. Bapt. de Lota Marianen. dioec. conferant. „Vitae ac morum“ (F. Castilion. | Grat. pro fam. assist. Millin. | A. d. Verdes. Coll. P. Bucan.) L. 1004 f. 141, b.

— — —

(4170) Johanni de Tribuscentis par. ecclesiam B. M. de Juranssono Lascuren. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (P. de Cesis | L. de Bertin. Gomiel | Valleoleti. Coll. S. de Spol.) L. 1001 f. 287.

— — —

(4171) Jeronimo Mugiasche par. ecclesiam S. Felicis de Bocaleone Ravennaten. dioec.

[1] S. Maria nuova D. Salerno. *Döllinger* l. c. p. 220 nota 7.

1513.

confert. „Vitae ac morum“ (Gratiadei | Aloys. Vega | A. de Castillo. Coll. B. de Alexandris) L. 1178 f. 1.

20. Aug. (XIII. Kal. Sept.) — Romae apud S. Petrum — (4172) Cum in par. eccl. S. Saturnini Turonen. singulis diebus per presb. et clericos ejusd. eccl. Salutatio Angelica, videl. *Salve Regina* aut alia Antiphona cum magna devotione decantetur et nobilis vir Jacobus de Beaune, cujus pater in dicta eccl. capellam sub invocat. B. M. V. *de pietate* fundavit et dotavit, ad decantationem hujusmodi singularem gerat affectum, fidelibus, qui isti decantationi interfuerint vel alias conditiones expleverint, indulgentias concedit. „Dignum, quin potius debitum reputamus“ (Bembus | Cheminart.) L. 1204 f. 120, b.

21. Aug. (XII. Kal. Sept.) — — (4173) Episcopis Wintonien. et Norwicen. In ecclesia Londonien. abusus inoleverat, ut nullus dictae eccl. canonicus praebendatus ad primam suam residentiam in ista eccl. faciendam admitteretur et emolumenta ratione residentiae debita percipere valeret, „nisi in certis voluptuosis conviviis ac quibusdam aliis excessivis et superfluis sumptibus et expensis 1000 vel saltem 800 vel 700 marcas sterlingorum vel circa primo anno residentiae ... expenderet“, ita ut ex 30 canonicis 5 tantum residerent. Bonifacius IX., de cujus obedientia partes illae fuerunt, dictam consuetudinem reprobavit et statuit, ut recipiendi canonici in utilitatem dictae eccl. 300 marcas solverent, et postea per alias literas ordinavit., in quos usus dictae 300 marcae converterentur. Cum etiam haec solutio adeo gravis et insupportabilis esset, ut ad eam 10 vel 12 annorum fructus corporis alicujus praebendae non sufficerent, Martinus V. eam ad 100 marcas reduxit. Pro parte moderni archiepisc. Richardi, exponentis ordinationes Martini V. primo forsan acceptatas in desuetudinem venisse, ita ut nemo admitteretur, nisi 300 marcas solveret, mandat praefatis episcopis, ut literas Martini V. observari faciant et abusum, quod decanus et canonici residentes plura dominia ad communem mensam canonicorum residentium pertinentia, si vacatio occurrebat, juxta senioritatem sibi optabant, pensionem pro hac locatione longe minorem solventes, quam dicta bona valebant, in grave damnum canonicorum, qui recipiuntur, cum nihil accipiant, nisi pro rata locationis hujusmodi, annullent et omnia cultui divino et residentiae contraria revocent ac restitutionem dictorum bonorum procurent. „Cunctis orbis ecclesiis“ (Infra: L. de Bertinis taxa mutat. Decembr. | Madrigal. Coll. A. Colotius) L. 1206 f. 50.

— — — (4174—4175) Pro parte decani et capituli et Mag. Joh. Ingenwinckel not. et canonici ecclesiae S. Martini Embricen. Trajecten. dioec. exposito, quod fructus fabricae dictae eccl. ad conservationem ejusdem contra vim fluminis Rheni, in cujus ripa sita est, non sufficiant et ideo capitulum dudum concorditer inter alia statuerit, ut ex tunc perp. futuris temporibus in casu vacationis medietas Praepositurae et integritas fructuum unius anni omnium praebendarum dictae fabricae applicetur, haec statuta confirmat et indulgentias, quas bon. mem. Rodulphus episc. Trajecten. pro Christifidelibus vere confessis et manus adjutrices ad manutentionem istius ecclesiae porrigentibus promulgavit, de novo concedit et extendit. A. P. R. M. „In apostolicae dignitatis culmine.“ Executionem demandat S. Lebuini Daventrien. et B. M. Reessen. Trajecten. et Colonien. dioec. ecclesiarum decanis ac Officiali Trajecten. „Hodie a Nobis emanarunt“ (A. Colot. | *Visa:* Aloys. | F. Bernardus | Coll. Evangel.) L. 1206 f. 67, b; 68, b.

— — — (4176) Praeceptori monasterii de Mercede et Cantori B. M. Rotundae oppidi de Logroño Calaguritan. dioec. mandat, ut Ferdinandum Ximenez cler., filium patrimonialem ecclesiae de Lardero Calaguritan. dioec., familiarem Bernardini Gutterii scriptoris, si ab ipso relata vera sint, ad portionem seu perceptionem fructuum superexcrescentium in ista eccl. de Lardero admittant. „Vitae ac morum“ (Carrotius | Gratis pro fam. script. Colardi. Draco | Gerona. Coll. Narnia) L. 998 f. 248.

— — — (4177) Johanni Ping[1] cler. Gerunden., obsequiis Jacobi episc. Albanen. insistenti, liti et causae cum Petro Gutart presb. Urgellen. de beneficio *capellania* nuncup. sub invocat. S. Joh. Bapt. in par. eccl. B. M. *de mari* nuncup. Barchinonen. dioec. exortae renuntianti, necnon liti et causae cum Jacobo Fiella decano eccl. Barchinonen. super quodam beneficio in dicta eccl. Barchinonen. cedenti pensionem assignat per dictos adversarios solvendam. G. F. (Ph. de Senis | Grat. de mand. S. D. Bertin. Gomiel | Acre. Coll. S. de Spol.) L. 1011 f. 288.

— — — (4178) Alfonso Didaci de Lerma, Mag. Gundisalvi de Lerma script. ex sorore germana nepoti, perp. beneficiato in eccl. B. Mariae loci de Antiquidat Palentin. dioec., constitutionibus synodalibus Burgen. et Palentin. dioec. derogans, indultum quoad beneficia et alia privilegia concedit. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Gratis pro nepot. script. | Enckenw. Draco | J. de Lerma. Coll. Bucan.) L. 1102 f. 242, b.

— — — (4179) Matthaeo Wolez fam. suo confert capellanias unam ad altare S. Nicolai situm in

[1] Cf. n. 513, ubi est Joh. Bing.

1513.

eccl. monasterii monialium ad Poenitentes et alteram ad altare S. Walburgis in eccl. S. Barbarae Argentin. obitu Leonardi Bissinger vacantes. G. F. (Castilion. | Grat. de mand. S. D. Marciaci. Corbin. | Valtrini. Coll. Donatus) L. 1033 f. 22, b.

21. Aug. (XII. Kal. Sept.) Romae apud S. Petrum (4180) Raphaeli episcopo Ostien. fructus monasterii S. Antonii de Bedon O. S. B. Oveten. dioec., cujus commendae cessit, reservat, consentiente Joh. de Lerma archidiacono de Vermesca in eccl. Burgen., cui istud monast. commendatur. „Ad personam tuam“ (Armellin. | A. de Lerma. Coll. Bucanus) L. 1002 f. 186, b.

— — — (4181) Jeronimo de Contreras, Ludovico de Castro et Francisco de Lerma canonicis Burgen. mandat, ut monasterium S. Antonii de Bedon O. S. B. Oveten. dioec. resignatione Raphaelis episcopi Ostien. vacans Johanni de Lerma archidiacono de Vermesca in eccl. Burgen., Alfonsi de Lerma script. et notar. nepoti, commendare curent. „Romani Pontificis providentia“ (Lambertus | Grat. p. nep. script. Barotius) Arch. Lat. tom. 8 f. 76.

22. Aug. (XI. Kal. Sept.) — (4182) Christophoro (qui Matthaei S. Angeli diac. Card. magister domus et famil. existit) et Johanni ac Sixto Schenk dominis de Schenckenstan Augusten. dioec. unum altare sub invocatione B. M. V. et SS. Sebastiani, Christophori et Georgii ac Annae et Barbarae in par. ecclesia oppidi Pissingen ejusdem dioec. construendi licentiam concedit et ad illud perp. capellaniam pro uno sacerdote erigit, cui bona a praefatis et a nobili muliere Margaretha de Schenckenstan necnon a parochianis dictae eccl. oblata applicat, et dictis Christophoro, Joh. ac Sixto et eorum successoribus arcem in Hochemberg prope dictum oppidum obtenturis jus praesentandi reservat. A. P. R. M. „Piis fidelium votis“ (F. Armellin. | Gratis de mand. Millin. Enckenw. | Marciaci. Coll. Amerin.) 998 f. 207.

— — — (4183) Ecclesiam par. S. Stephani de Montluz (Montluçon) Nanneten. dioec. antea canonicatui et praeb. eccl. Nanneten., quamdiu illos Mag. Thomas Regis obtineret, annexam, dissoluta cum consensu dicti Thomae hac incorporatione, nunc canonicatui et praeb. eccl. Redonen. unit et annectit, quamdiu illos Johannes etiam Regis, praefati Thomae nepos, obtinuerit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Colot. | Grat. pro nepote script. Colardi | Verdes. Coll. H. d. Cesis) L. 999 f. 267.

— — — (4184) Ecclesiam par. de Gevezeyo Redonen. dioec. a dicto Thoma resignatam canonicatui et praeb. eccl. Redonen., quos praefatus Johannis Regis obtinet, quamdiu eos obtinuerit, annectit et incorporat. A. F. R. M. (Init. et script. ut supra) L. c. f. 269.

— — — (4185) Episcopis Militen. et Cavallicen. ac Officiali Terraconen. mandat, ut Francisco tit. SS. Joh. et Pauli presb. Card. locum et canonicalem portionem eccl. Terraconen. commendare curent. „Ad personam dilecti filii“ (Ph. de Senis | Millin. | Valtrini. Coll. H. d. Ces.) L. 998 f. 152.

— — — (4186) Universis archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis in dignitate eccles. constitutis, Officialibus etc. mandat, ut possessiones, jura et jurisdictiones necnon fructus, census, redditus beneficiorum aliaque bona Johannis de Herrera cler. Toletan. contra injustos invasores defendant. „Militanti Ecclesiae“ (Ph. de Senis | Grat. p. fam. assist. Millin. Enckenw. | L. Valtrini. Coll. Donat.) L. 1022 f. 81.

— — — (4187) Idem mandat in favorem Francisci de Malvenda cler. Burgen. „Militanti Ecclesiae“ (Melfit. | Gratis pro fam. assist. Millin. | Valtrini. Coll. Evangel.) L. 1205 f. 599.

— — — (4188) Antonio Fabri rectori par. eccl. B. M. loci de Balsis al. de Bans Vapincen. dioec., Francisci Gauden scriptoris fam., indultum quoad beneficia concedit. „Vitae ac morum“ (Gratiadei | Grat. p. fam. script. Balbus | Cyprian. Coll. Evangel.) L. c. f. 604.

— — — (4189) Episcopo Cavallicen., decano ecclesiae S. Salvatoris Meten. ac Officiali Meten. mandat, ut Henrico de Murial, rectori par. ecclesiae de Remilleyo Meten. dioec., Antonii Draco script. fam., canonicatum et praeb. ecclesiae Meten., quos Joh. Philippi, dum viveret, obtinebat, conferre curent. „Vitae ac morum“ (P. de Senis | Grat. p. fam. script. Millin. Enckenw. | Cheminart. Coll. Attan.) L. 996 f. 165.

— — — (4190) Canonicatum et praeb. primo vacaturos ecclesiae SS. Apostolorum Colonien. Praepositurae ejusd. eccl., quae inibi dignitas principalis existit et quam Henricus Ingenwinckel S. Sedis Accolitus capellan. et Mag. Johannis Ingenwinckel notarii et script. frater germanus obtinet, quamdiu eam obtinuerit, unit et annectit. A. F. R. M. „Pastoralis officii debitum“ (Colotius | Grat. p. fam. script. L. d. Bertin. Gomiel | W. Enckenw. | Coll. Attan.) L. 1004 f. 10.

— — — (4191) Dominico de Naguilla confert canonicatum et praeb. eccl. Tolosan. ex eo vacantes, quod Raymundus Bagan nuper istius eccl. canonicus in manibus Praesidentium Conciliabuli Pisani resignavit. „Vitae ac morum“ (Carrot. | Grat. pro Deo. Cheminart. Aloys. | Valtrini. Coll. Donatus) L. 1033 f. 234.

— — — (4192) Johannem episcopum Aquilan.[1] praelatum domesticum et commensalem suum in

[1] In Ind. separ.: Squilacen. Sed Aquilanus ep. erat 1504—1515 Johannes de Prato (Gams p. 851), Squillacensis vero 1481—1514 Vincentius Galeotti.

1513.

capellanum et tertium minorem Poenitentiarium in basilica Principis Apostolorum pro natione Italica recipit, eique, si unus ex duobus minoribus Poenitentiariis cedat, de loco et ministerio ipsius providet, ita ut ex tunc de emolumentis participare incipiat. „Personam tuam“ (A. Colot. | Grat. de mand. S. D. Millin. Enckenw. | J. d. Madrigal. Coll. H. de Cesis) L. 994 f. 42.

23. Aug. (X. Kal. Sept.) Romae apud S. Petrum (4193) Universis Christifidelibus. „Ut altare *capella* nuncupat. sacratissimi Corporis Christi situm in eccl. S. Petri loci Veteris Budae Vesprimien. dioec., ad quod . . . Thomas tit. S. Mart. in Mont. presb. Card. singularem gerit devotionis affectum, et . . . canonici dictae eccl. singulis quintis feriis devota processione convenientes inibi solemnem missam in hon. venerab. Sacram. modulantibus organis celebrant, a Christifidelibus in debita veneratione habeatur ipsique . . . eo libentius devotionis causa ad altare praedictum confluant et missae ac processioni hujusmodi frequentius intersint“, concedit indulgentias iis, qui ad praefatam solemnitatem conveniunt vel certis diebus festis dictum altare visitant et certas conditiones implent, adjunctis amplis facultatibus pro confessariis. „Sacratissimi Corporis et Sanguinis D. N. J. Chr. memoriam“ (P. de Senis | Grat. de mand. S. D. Colardi. Draco | Vega. Coll. H. de Cesis) L. 1012 f. 143, b. Apud Theiner, Monum. Hung. tom. II p. 614. 615 doc. 810 dat. Non. Oct. a. primo (7. Oct. 1513).

— — — (4194) Ad instantiam Mag. Garsiae Fernandi de Aunon cler. Toletan. notar. apost. et comitis Aulae Lateran. concedit perpetuam unionem ecclesiae rural. *Heremitorii* nuncupatae B. M. del Madronal alias de la Sierra sitae in territorio oppidi de Aunon Toletan. dioec. cum eccl. par. S. Joh. ejusd. oppidi ac dioec., cujus fructus valde tenues existunt. A. P. R. M. „Ex injuncto Nobis“ (Armellin. | Gratis de mand. S. D. Bertinis | Valleol. Coll. Narnia) L. 1012 f. 70, b.

— — — (4195) Cum confratres confraternitatis S. Joh. Decollati de Urbe ultimo supplicio puniendorum spirituali saluti consulere cupientes unam domum dirutam a confraternitate fabrorum de Urbe sub certis conditionibus acceptassent ibique ecclesiam sub invocatione ejusd. S. Joh. aedificari fecissent et nulla habentes bona nonnisi de eleemosynis pie erogatis ecclesiam ad debitam perfectionem deducere et unam capellam, in qua missae et divina officia celebrarentur et damnatorum capitis confessiones audirentur ac sacramenta ministrarentur, tenere desiderarent: Innocentius VIII. dictae domus concessionem et ecclesiae aedificationem approbavit, in qua dicti damnati ad sepulturam admitterentur, et concessit, ut confratres presbyterum saecularem, confraternitatis capellanum, ad nutum amovibilem haberent, qui damnatis usque ad ultimum vitae spatium consolando et exhortando assisteret, indulgentiasque pro dicta ecclesia elargitus est [1]. Quas praedecessoris literas confirmat decernens, ut confratres juxta tenorem statutorum cogi non possint aliquem recipere, qui non sit de natione Florentin., et ut locus ejusdem confraternitatis a quavis auctoritate auferri non possit, eidemque indulgentias concedens. A. P. R. M. „Romanus Pontifex“ (J. B. Nasius | Grat. d. mand. S. D. Colardi. Draco | Balandrinus. Coll. Evangel.) L. 1206 f. 76.

— — — (4196) Indemnitati collegii secretariorum, cujus proventus per dismembrationem notariatus Ripae et Ripetae et per exemptionem variorum officialium a taxis eidem solvi solitis in 696 ducatis annuatim imminuti sunt, consulturus, alias imponit taxas super variis officiis per Thesaurarium gen. colligendas et ad Curiam Rom. quotannis transmittendas dictoque collegio assignandas. A. P. R. M. „Circumspecta Sedis Apostolicae“ (Bembus | Casanova. Coll. Donat.) L. 1009 f. 106.

— — — (4197) Strigonien. metropolitan. et Quinqueecclesien. et Zagabrien. suffragan. ecclesiis a S. Sede erat indultum, ut contra earum bona non curreret nisi centenaria praescriptio. Cum vero annis elapsis Bohemi ecclesiam Strigonien. et arcem, intra cujus muros ipsa consistit, expugnantes et hostiliter invadentes illius reliquias, privilegia et bona asportassent et ejusd. eccl. tunc vacantis bona plures annos per laicos essent administrata et de dicto indulto constare non posset, ad instantiam Thomae Cardin. Strigonien. decernit, ut contra dictae eccl. bona nullus temporis lapsus obsistat, nisi centenaria praescriptio sit latissime completa. A. P. R. M. „Ex injuncto Nobis desuper“ (P. de Senis | Grat. de mand. S. D. Colardi. Draco | Cotini. Coll. H. de Cesis) L. 1012 f. 143.

— — — (4198) Episcopo Cavallicen. archidiacono atque Johanni de Vicime canonico ecclesiae Plocen. mandat, ut Paulo Jacobo de Lassi al. de Branisko par. ecclesiam in Radziewicc dictae dioec. conferre curent. G. F. (P. d. Cesis | Gratis pro famil. R. D. Vicecancell. J. Colardi. A. Draco | J. Cheminart. Coll. H. d. Cesis) L. 997 f. 70.

---

[1] Innoc. VIII. Const. *Inter desiderabilia cordis* 23. Aug. 1490. De hac pia confraternitate copiose agit Card. *Morichini*, Degli istituti di carità in Roma. II Ediz. 1870. L. III c. 10 p. 763 seq.

1513.

23. Aug. (X. Kal. Sept.) Romae apud S. Petrum — (4199) Leoni de la Haye cler. Redonen. ecclesias par. S. Albini prope Redonis ac de Reminiac Maclovien. dioec. dimittenti assignat pensionem an. super earum fructibus. „Vitae ac morum“ (Agrigent. | Gratis de mand. S. D. Madrigal. Corbin. | Marciaci. Coll. Bucan.) L. 1026 f. 15, b.

— — — (4200—4201) Mag. Joh. Vincentium de Aquaviva Ap. Sedis notarium creat. „Pii Patris.“ Episcopo S. Agathae mandat, ut ab eodem juramentum solitum recipiat. „Cum Nos hodie“ (Millin. Enckenw. | De Comitibus. Coll. H. d. Ces.) L. 1211 f. 18.

24. Aug. (IX. Kal. Sept.) — (4202) Laurentio Parmenio de S. Genesio cler. Camerinen. et Romulo Manmacino canonico Aretin. Bibliothecae S. Palatii custodibus: Cum Sixti PP. IV. institutiones in Bibliothecae ornatum et literatorum commodum editae custodum negligentia et officialium malitia sint abolitae: „Nos qui ab incunabulis bonas artes dilexi-mus et in Bibliothecis per omnem aetatem versati fuimus, considerantes, quanta ex librorum lectione . . . literatis commoda proveniant, quotque labores pro libro-rum conservatione custodes . . . subire oporteat, . . . vobis modernis dictae Biblio-thecae et aliis quibusvis futuris custodibus cameram Bibliothecario et ipsis custo-dibus per eundem Sixtum addictam cum altera camera, ubi quaecunque Bibliothecae suppellectilia recondi consueverunt, ac salarium 6 duc. auri d. C.[1] singulis mensibus . . . solvi solitum confirmamus . . ., et ut tutius et commodius eadem Bibliotheca custodiatur, aliam juxta hortum secretum existentem cameram parvam Biblio-thecae secretae contiguam . . . vobis donamus . . .; et ne libri jam carie con-sumpti a tineis penitus corrodantur pulveribusque putrescant, cum solus famulus tot Bibliothecae onera perferre non possit, alterum . . . famulum vobis concedimus . . .; qui quidem ambo Bibliothecae famuli censeantur ab omnibus et nuncupentur victum-que in tinello[2] Nostro habeant et in rotulo familiarium continuorum commensalium Nostrorum describantur, sintque ad vestri custodum nutum amovibiles. Et ut vos, qui praeter consuetudinem officio rectoris tinelli in praesentiarum fungimini, injunctum vobis legendi onus libentius subeatis, portionem unam cuilibet scutifero Nostro par-ticipanti ex divisionibus Nativit. D. N. J. Chr. et B. Joh. Bapt. dari solitam vobis imposterum annis singulis assignamus . . . Et quia vos custodes libros, quibus Ca-pella Nostra utitur in divinis, custoditis, ut propterea aliquod praemium consequa-mini . . . hac Nostra constitutione perpetuo valitura decernimus, quod tam vos quam praefati duo Bibliothecae famuli . . . indultis, praerogativis et privilegiis omnibus et singulis . . . gaudeatis, quibus cantores Capellae nostrae . . . gaudent. Unam praeterea carbonum salmam[3] in qualibet hebdomada pro dictae Bibliothecae usu per magistrum domus ejusque ministros . . . vobis seu pro vobis recipientibus Bibliothecae famulis . . . cum effectu consignari mandamus.“ „Cum pleraque a fel. rec. Sixto PP. IV.“ (Sadolet. Coll. Attanant.) Div. Cam. 63 f. 153, b.

— — — (4203) Didaco de Montoja rectori par. ecclesiae de Yepes Toletan. dioec. fam. suo liti et causae, quam habebat cum Fernando de Cocha cler. Oxomen. dioec. super duobus beneficiis in de Barcones et de Santamera locorum Seguntin. dioec. par. ecclesiis, cedenti canonicatum et praeb. ecclesiae Seguntin., quos quondam Johannes Martini de Siguenza obtinebat, cum dictus Fernandus omni juri ad eosdem sibi competenti cessisset, per alias literas contulit, pensione ex parochia de Yepes supradicto Fer-nando reservata, de dictis vero beneficiis Gundisalvo de Salazar cler. Abulen. pro-vidit. Eidem Didaco concedit, ut, si dictos canonicatum et praeb. non assequatur, assignatio dictae pensionis necnon resignatio ejusdem Didaci praefata nullius sit roboris. G. F. (A. Melfit. | Grat. de mand. S. D. Enckenw. Cypr. p. comp. | Questenb. Coll. Attan.) L. 1049 f. 105.

— — — (4204) Episcopis Asculan. et Cavallicen. ac Seguntin. Officiali mandat, ut Didaco de Montoya Francisci episc. Sabinen. obsequiis insistenti canonicatum eccl. Seguntin. conferre curent. G. F. (P. de Cesis | Grat. de mand. S. D. Millin. De Baena | Ver-dae | Coll. S. de Spol.) L. 1016 f. 159.

— — — (4205) Balthasari de Rupebaronis confert par. ecclesiam S. Juliani Anniaci S. Flori dioec. „Vitae ac morum“ (Infra: Millin. Enckenw. | Cotini. Coll. H. d. Cesis) L. 999 f. 127.

— — — (4206) Petro de Nicosantibus familiari Mag. Petri de Gabrielis scriptoris canonicatum

---

[1] Totidem solutos fuisse docet Lib. introit. et exit. 551 f. 160. 179. 180. 206. 208 etc.

[2] Tinellus vel tinellum = coenaculum aulicorum. *Ducange-Henschel* VI, 590. *Tinello:* „Si dice anche il luogo, dove mangiano i cortigiani nelle corti de' principi, e i famigliari nelle case de'privati“, *P. Fanfani,* Vocabulario della lingua ital. Firenze 1880, p. 1564.

	—	(4528) In favorem Francisci Minerberti fam. sui ecclesiae par. SS. Stephani et Johannis de Montopoilo *plebi* nuncup. Lucan. dioec., quamdiu illam obtinuerit, capellaniam ejusdem ecclesiae unit et annectit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Melfit. | Grat. de mand. S. D. Balbus. Colardi | Valleoleti. Coll. Attan.) L. 1016 f. 269.
— —	—	(4529) Mag. Benedictum de Solario cler. Asten., Adriani tit. S. Chrysogoni presb. Card. familiarem, recipit in Sedis Ap. notarium. „Pii Patris“ (Evangel. | Grat. de mand. S. D. Balbus | Cabredo. Coll. Donat.) L. 1033 f. 119.
— —	—	(4530) Georgio Crakanthort rectori par. ecclesiae de Newbiggynge Carleolen. dioec. indultum quoad beneficia et residentiam concedit. „Vitae ac morum“ (P. Lambertus | Nardin.) Arch. Lat. tom. 23 f. 93, b.
— —	—	(4531) Mag. Bernardino Gutterii Priori ecclesiae Ispalen. not. et fam. suo, qui Rom. Curiam ultra 20 annos secutus officium clerici caeremoniarum per plures annos laudabiliter exercuit, indultum beneficia permutandi concedit. G. D. et F. (Sadol. | Gomiel | Card. SS. Quatuor.) L. 1194 f. 88.
— —	—	(4532—4533) Johanni Lucio, al. Staphileo, canonicatum et praeb. ecclesiae Tragurien. resignatione episcopi Sibenicen., cujus dictus Johannes nepos existit, vacantes confert. „Vitae ac morum.“ Executionem committit episcopis Lucerin. et Cavallicen. et vicar. gen. episcopi Tragurien. „Hodie dil. filio“ (O. de Cesis. G. de Prato | Grat. de mand. Nardin.) Arch. Lat. tom. 16 f. 298; f. 299, b.
— —	—	(4534—4535) Johanni Laurentio de Parentibus laico Florentin. officium sollicitatoris literarum Apost. ab Angelo Colotio dimissum concedit. „Vitae ac morum.“ Paulo de Cesis cler. Rom. notar. suo mandat, ut ipsum ad dictum officium admitti faciat. „Hodie dil. filio“ (J. Benzon. Ph. de Agnellis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 15 f. 72; f. 72, b.
— —	—	(4536) Francisco Gonzagae Marchioni Mantuae commendat Carolum Orpheum templi Marciani istius oppidi praefectum, qui in Galliam proficiscens suo eum nomine salutaturus est. „Quo amore quave charitate“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. V ep. 2 p. 36.
— —	—	(4537) Sigismundo Card. Gonzagae commendat eundem Orpheum. „Carolum Orpheum“ (Bemb.) Ed. l. c. ep. 3.
— —	—	(4538) Maximiliano Mariae Insubrum Duci commendat Octavianum Marchionem Pallavicinum. „Amavimus semper multum“ (Bemb.) Ed. l. c. ep. 4.
— —	—	(4539) Martinum Bartholomaei Antonii laicum Florentin. Caballarium Camerae ap. cum consuetis honoribus, emolumentis et oneribus creat. „Accepimus siquidem“ (H. de Cesis) Div. Cam. tom. 63 f. 57, b.
— —	—	(4540) Marco S. Mariae in via lata diac. Cardin. Cornelio in prov. Patrimonii Ap. Sed. Leg. concedit fructus, proventus et spolia abbatiarum SS. Gervasii et Protasii Brixien. et SS. Trinitatis Veronen. O. S. B. necnon abbatiae S. Marci Ravennaten. ejusd. Ord. aliorumque beneficiorum obitu Marci Landi vacantium, quae juxta ordinationem Julii II., sicuti de omnibus beneficiis vacantibus erat statutum, fabricae basilicae Principis Apostolorum applicari deberent. „Licet fel. rec. Julius II.“ Brev. tom. 2 n. 75; tom. 30 p. 113.
— —	—	(4541) Episcopo Comen. et Johanni Pontio canonico eccl. Placentin. ac vicario gen. episcopi Placentin. mandat, ut Lazaro de Malvinio de Fontana cler. Placent. Praeposituram ecclesiae S. Joh. Evang. de Domo Placentin. conferre curent. „Vitae ac morum“ (Castilion. | Grat. de mand. S. D. Bertin. Gomiel | Tarin. Coll. H. d. Cesis) L. 1006 f. 115.
— —	—	(4542) Andreae Proforsin confert par. ecclesiam S. Petri de Lussaux Xanctonen. dioec. Init. ut supra (A. Colotius | B. de Rizonibus. S. Gerona | F. de S. Joh. Coll. Donatus) L. 1045 f. 85.

1513.

17. Sept. (XV. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum (4543) Bernardo Daleux canonico monasterii S. Salvii Albien. O. S. A. par. ecclesiam s. illius perp. vicariam S. Jacobi de Ginesteriis Albien. dioec. confert. „Religionis zelus“ (Castilion. | Enckenw. | Contreras. Coll. Attan.) L. 1038 f. 233.

— — — (4544) Petro Bertrandi cler. Caesaraugustan. pensionem reservat super fructibus beneficii eccles. ad altare B. Mariae situm in paroch. ecclesia loci Ruy de Canyes Terraconen. dioec. „Vitae ac morum“ (A. Gratiadei | Aloysius. Marini | G. del Rincon. Coll. S. de Spoleto) L. 1156 f. 113.

— — — (4545) Thomae tit. S. Martini in Montibus presb. Card. Strigon. ac Patriarchae Constantinopolitano Apost. Sedis Legato a lat. nuntiat, se literis et nuntiis fide dignis accepisse, Selinsac alterum Mahumetem Turcarum tyrannum sacrilego jurejurando emisso invasionem in Hungariam parare, Turcas Hungariae, Tartaros Poloniae fines diripere, igni ferroque vastare; summam esse necessitatem christiani nominis hostes reprimendi, et cum ipse ob christianorum principum discordiam expeditionem suscipere non possit, se eum pacis angelum mittere, qui tantisper periclitantibus regnis succurrat. Insuper ei mandat, ut erroribus in Bohemia et Moravia a Conciliis Constantien. et Basilien. damnatis reprimendis et haereticis cum Ecclesia conciliandis det operam tradita ei potestate in eos inquirendi et poenitentes per se vel per delegatos absolvendi, ut ad unitatem fidei reversi vexillum Crucis contra Turcas et Tartaros pro fidei cathol. defensione sumant. Demum eum hortatur, ut onus ipsi impositum ad Dei honorem, animarum salutem ac fidei christianae exaltationem strenue obeat. „Humani generis redemptor D. N. J. Chr.“ (Infra: *Visa* J. Colardi | Vega. Coll. H. d. Cesis) L. 1006 f. 56, b; L. 1007 f. 134. Ed. *Theiner*, Mon. Hung. tom. II p. 608—610 doc. 806. Ex parte *Raynald* h. a. n. 69 p. 32. 33.

18. Sept. (XIV. Kal. Oct.) — (4546) Johanni Raudin Licent. in decr. par. ecclesiam S. Laurentii prope et extra muros Parisien. resignatione Ricardi le Roy al. Regis vacantem cum capella S. Jodoci Parisien. et aliis annexis confert. L. S. (Castilion. | Enckenw. | Madrigal. Coll. Attan.) L. 1064 f. 241, b.

— — — (4547) Matthaeo et Dominico de Tanariis de Gagio et de Umbiana Bononien. dioec. eorumque attinentibus remittit omnem poenam, culpam seu infamiae notam per eos incursam occasione furti in domibus paroch. ecclesiae S. Jacobi de Umbiana perpetrati, absque tamen partium praejudicio et praestita ab ipsis idonea cautione de stando juri. „Exponi Nobis“ (Bemb.) Brev. tom. 2 n. 76; tom. 30 p. 116.

— — — (4548) Johannem Moquet baccal. in decr. ab irregularitate et poenis absolvit eique ecclesiam par. S. Juniani Dardillons Pictaven. dioec. confert. „Sedes Apostolica pia mater“ (Melfit. | Draco. Colardi | Cheminart. Coll. Attan.) L. 1016 f. 305, b.

— — — (4549) Frotardo Peyroneue cler. Caturcen. dioec. commendat Prioratum S. Mariae de Alzona O. S. A. cessione Antonii de Ramando monachi O. S. B. vacantem. „Nobilitas generis“ (Infra: Colardi. Draco | Benedictus. Coll. H. de Cesis) L. 999 f. 143.

— — — (4550) Antonio de Aranda cler. Corduben. fam. suo, qui liti et causae super Prioratu eccl. Giennen. cessit, regressum s. accessum ad eumdem concedit. G. F. (Colotius | Grat. de mand. S. D. L. de Bertinis | Salvius. Coll. S. de Spol.) L. 1006 f. 228, b.

— — — (4551) Mag. Bernardo de Bibiena cler. Aretin. dioec., notario et Thesaurario gener., commendat monasteria SS. Gervasii et Protasii Brixien. et S. Trinitatis Veronen. O. S. B. vel alterius Ord. obitu Marci Landi vacantia. „Romani Pontificis“ (Carrot. | Cheminart | Questenberg. Coll. H. d. Cesis) L. 1012 f. 323, b.

— — — (4552) Petro Ruiz cler. Calaguritan. dioec. regressum ad archipresbyteratum ruralem de Equilaz Calaguritan. dioec. concedit. „Vitae ac morum“ (Melfit. | Cheminart. Aloys. | Verdes. Coll. H. d. Cesis) L. 1047 f. 2, b.

— — — (4553) Paulino Caursini baccal. in decr. confert canonicatum ecclesiae S. Pauli Burgi Narbonnen. „Literarum scientia“ (Evangel. | L. d. Bertinis. Gomiel | Gais. Coll. Attan.) L. 1005 f. 235.

— — — (4554) Antonio Becquet subdiacono, Mag. in artibus, confert par. ecclesiam de Fontannies Ambianen. dioec. obitu Maxentii Fabri vacantem. „Literarum scientia“ (Armellin. | Suno. Baena | Madrigal. Coll. Attan.) L. 1014 f. 88.

— — — (4555) Georgium Eyshoffer fam. suum rectorem capellae B. M. V. in Czemendorff sitae extra muros Novae Civitatis Salzeburgen. dioec. resignatione Ruperti Spiegel vacantis constituit. G. F. (A. de Calcaneis | Grat. de mand. S. D. Aloys. | Questenb. Coll. H. de Cesis) L. 1137 f. 79.

— — — (4556) Pro parte Andreae Vives canonici ecclesiae Barchinonen., cum Julius II. unam dictae eccl. dignitatem cum canonicatu et praeb., quos idem Andreas obtinet, perpetuo univisset, sed haec unio tempore obitus Julii II. effectum non esset sortita, unionem hujusmodi confirmat. A. P. R. M. „Ex suscepto servitutis officio“ (Colardi | Enckenw. Coll. Attan.) L. 1106 f. 123.

1513.

19. Sept. (XIII. Kal. Oct.) | Romae apud S. Petrum | (4557—4558) Cum Maximilianus in Imp. Elect. tunc Austriae Archidux et doctores, magistri et scholares Universitatis Studii Lovanien. dioec. Leodien. exposuissent, „quod nonnulli, qui assiduis laboribus ad summam philosophiae, divini humanique juris notitiam in dicta Univers. pervenerant et tamquam fulgentia lumina in Ecclesia Dei resplendere possent et deberent, exacta aetate sine praemio, sine honore etiam paupertatem in senectute tolerare cogerentur et pressi inopia veluti inertes tristem vitam degerent, quo exemplo adolescentes . . . doctrinam fugerent et juvenes quod ceperant studium desererent, quamlibet vilissimam artem dicentes esse potiorem“, Sixtus IV., „qui in studiis hujusmodi dierum suorum magnam partem egerat ac labores et merita fideliter studentium fructumque inde ecclesiis et fidei cath. provenientem noverat“, rectori Universitatis facultatem perpetuo duraturam concessit nominandi de quinque magistrorum ad id deputatorum consilio et assensu singulis praelatis, conventibus, capitulis, ad quos in terris temporalis dominii dicti Maximiliani et tunc in humanis agentis sui primogeniti Philippi collatio et provisio beneficiorum pertineret, dummodo de sex beneficiis vel officiis disponere possent, et quidem, si agatur de praelatis et singulis personis, semel durante eorum vita et administratione, si agatur de collegiis, capitulis etc., singulis 20 annis unum clericum ex studentibus et graduatis in ipsa Univ. residentibus, obligans praelatos, capitula etc., ut clerico hujusmodi nominato de beneficio providerent, cujus fructus 30 flor. Rhen. auri non excederent. Nunc vero ad preces dicti Maximiliani, Caroli Archiducis, Margarethae Archiducissae et decani ac Facultatis artium ejusdem Univ. exponentium, quod inter quinque Facultates dictae Univ. „Facultas artium, quae per decanum unum p. t. per magistros ipsius Facultatis eligendum laudabiliter admodum in spiritual. et temporalibus regitur et ex qua velut ex fonte ceterae scaturiunt, ac ipsa Theologia, per quam haereses confunduntur, viris literatissimis tamquam fulgentibus candelabris claruerit et florendo clareat, in qua etiam juvenes ipsi, quibus in juventute minus provisum esse consuevit, ab ineunte aetate literarum rudimenta et plerique ex eis paupertate maxima gravati, ingenio tamen pollentes gradum magisterii in artibus magnis studiis et miseriis, sed summo cum honore . . . suscipiunt, aucta sit et in dies augeatur“, quod beneficia ex praedicta nominatione accepta exigui satis sint valoris, ut ea obtinentes in ea Univ. decenter se sustinere nequeant, quod occasione eorum beneficiorum lites cum adversariis potentioribus oriantur, quod multi in illis partibus propter bella continua bonis sint diminuti et studium deserere cogantur, concedit, ut decanus vel vicedecanus dictae Facultatis de assensu et consilio receptoris et quatuor procuratorum (pro quatuor nationibus istius Fac.) per se vel alios singulis decem annis quibuscumque collegiis etc. semel, praelatis et singularibus personis dispositionem de beneficiis habentibus in territorio Maxim. et Carolo subjecto necnon in comitatu Lossen. in civit. Leodien. aliisque civitatibus et partibus, in Tornacen., Morinen., Atrebaten. civit. et dioec. . . . duabus distinctis vicibus vita seu administratione eorum durante unum ex magistris ad tale beneficium, ut nominatus commodius se sustentare possit, nominet, aliaque favorabiliter constituit. A. P. R. M. „Admonet Nos cura pastoralis officii“ (Castilioneus) L. 1206 f. 102. — S. Gertrudis intra et B. M. extra muros Lovanien. monasteriorum abbatibus et S. Petri etiam Lovanien. et S. Gudulae Bruxellen. ecclesiarum decanis Leodien. et Cameracen. dioec. praeced. bullae executionem demandat. „Hodie a Nobis emanarunt“ (Infra: Balbus | Bernardus. Coll. Gratiadei) L. c. f. 108.

— — — | (4559) Cum post invasionem Turcarum Lucretia de Candeleris in civitate Moronensi interfecto viro a Turcis cum duobus filiis in captivitatem abducta summam trecentorum ducatorum auri pro liberatione solvere non possit: omnibus, qui de bonis suis pro redemtione eorum manus adjutrices porrexerint, indulgentiam elargitur. „Licet in desideriis“ (Gratiadei. | Nardinus) Arch. Lat. tom. 5 f. 91.

— — — | (4560) In favorem Francisci Falugi de Ancisa rectoris par. ecclesiae *archipresbyteratus* nuncup. S. Johannis in Valle Reatin. dioec. cum dicta eccl., quamdiu eam obtinuerit, ecclesias par. S. Thomae de Ostina et B. M. de Gretia Fesulan. et Reatin. dioec. unit et annectit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Evangel. | Grat. de mand. S. D. Liazar. | Valtrini. Coll. Attan.) L. 1051 f. 132.

— — — | (4561) Pro ecclesia S. Michaelis loci de Soleriis Tholonen. dioec., ad quam Ludovicus Forbini, dicti loci dominus temporalis et Ludovici Francorum Regis apud S. Sedem Orator, specialem gerit devotionem ad decennium indulgent. concedit. „Quamquam propheta dicente“ (Infra: Questenberg) L. 1194 f. 91, b.

— — — | (4562) Pariter pro eccl. dom. S. Catharinae de Salerobault (al. Solerobault) Forojulien. dioec. indulg. et privil. concedit. „Licet is, de cujus munere venit“ (Questenb.) L. 1194 f. 92, b.

— — — | (4563) Johannem Bapt. de Dactis cler. Brixien., Laurentii Puccii Electi Melfien. fam.

1513.

aulae S. P. Lateran. Comitem creat. „Constantis fidei“ (P. de Senis | Grat. p. fam. assist. Millinus. Enckenw. | Casanova. Coll. Campania) L. 994 f. 77, b.

19. Sept. (XIII. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum (4564) Dominico episc. Lucerin. mandat, ut Georgio de Nynenhem cler. Colonien. Mag. in art. (n. 1330), si neutri litigantium jus competat, parochialem eccl. de Wanloe dictae dioec. conferre curet. L. S. (P. de Cesis | Colardi. Balbus | Marciaci. Coll. H. de Cesis) L. 995 f. 113.

— — — (4565) Antonius Bec, cui ordinaria auctoritate ecclesia par. S. Petri de Condisaquis erat collata, de hac collatione dubitans, cum per Ludovicum Regem, quominus ejus regnicolae ad Rom. Cur. pro lit. apost. obtinendis accederent, esset inhibitum, a Praesidentibus Conciliabuli Pisan. ad civit. Lugdunen. tunc translati indultum quoad dictam collationem impetravit. Eum poenitentem, facta prius Conciliabuli et schismatis hujusmodi abjuratione, a censuris et poenis absolvit, cum eo super irregularitate dispensat et dictam ecclesiam ei confert. „Sedes Apostolica pia mater“ (Evang. | Rizonib. Gerona | Chemin. Coll. Attan.) L. 1026 f. 76.

— — — (4566) Roberto Colchester al. Cuper monacho monasterii S. Benedicti de Hulino Ordinis ejusd. S. B. indultum quoad beneficia concedit. „Religionis zelus“ (O. de Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 14 f. 88.

— — — (4567) Simile indultum concedit Willelmo Sloo monacho monasterii S. Salvatoris de Barmondesey in Sonthweck O. S. B. Wintonien. dioec. Init. et script. ut supra. L. c. f. 87, b.

— — — (4568) Aegidio Bachon perpetuo vicario par. ecclesiae B. M. V. de Narthaston Lincolinen. dioec. indultum concedit quoad beneficia et residentiam. „Vitae ac morum“ (Script. iid.) L. c. f. 88, b.

— — — (4569) Ludovico de Ecclesia confert canonicatum et praeb. eccl. Asten. „Vitae ac morum“ (Nasius | Gratis pro fam. R. D. Vicecancell. Colardi | Gerona. Coll. Bucan.) L. 997 f. 7.

— — — (4570) Pro parte Prioris ac fratrum domus Carpentorat. Ord. Praedic. confirmat concordiam inter hos et advocatum Camerae ap. in comitatu Venayssino coram episc. Ruthen. Vicelegato et rectore dicti comitatus initam super casali in loco Villaedei Vasionen. dioec. ad dictam Cameram pertinente cum molendino, quae olim Antonius de Neneis Thesaurarius dictae Cam. Johanni de Montaigiis in emphyteusim perp. dederat, qui Priorem et fratres praedictos haeredes universales instituerat alienationem bonorum vetans et prohibens, quominus incolis Villaedei aquam Bedalis dicti molendini darent pro irrigandis eorum praediis. A. P. R. M. „Ea quae pro litibus submovendis (Evangel. | Suno. Baena. | Cotini. Coll. Attan.) L. 1010 f. 284.

— — — (4571) Primicerio eccl. Mediolanen. mandat, ut Camillo de Pado cler. Mediolan. canonicatum et praeb. ecclesiae S. Nazarii in Biolio Mediolan. cessione Diomedis de Pado fratris illius vacantem conferat. „Dignum arbitramur“ (Infra: Colardi. Draco | Verdes. Coll. Donat.) L. 1011 f. 98, b.

— — — (4572) Johanni Poynreaul Lic. in decret. confert archidiaconatum eccl. Bituricen. (cf. n. 4476). L. S. (Evangel. | Enckenw. | J. Bertrandi. Coll. Attan.) L. 1045 f. 149.

— — — (4573) Cavallicen. et Asculan. episcopis et Officiali Maclovien. mandat, ut Ludovico de Ecclesia cler. Asten. camerario et fam. Sixti tit. S. Petri ad Vincula presb. Card. decanatum ruralem de Monteforti Maclovien. dioec. conferre curent. „Vitae ac morum“ (A. d. Acre | Grat. p. fam. Vicecanc. Colardi. Draco | Gerona. Coll. Attan.) L. 1033 f. 223.

— — — (4574) Johanni Girault presb. confert eccl. par. S. Petri de Lureyaco sur Abron Nivernen. dioec. Init. ut supra (Melf. | Millin. Gauden. | Piora. Coll. Attan.) L. 1035 f. 244.

— — — (4575) Philippum Amore cler. Theanen., Laurentii Puccii familiarem, creat Acolythum capellanum. „Virtutibus clarens“ (Ph. de Senis | Gratis p. fam. assist. Millin. Enckenw. | J. Cheminart. Coll. Amerin.) L. 1211 f. 21.

— — — (4576) Mag. Evangelistam de Laude canon. eccl. B. M. de Sabloneta Cremonen. dioec. scutiferum ac Laurentii Puccii lit. ap. de majori praesidentia abbreviatoris familiarem creat Comitem Palatinum. „Constantis fidei“ (Carrot. | Grat. p. famil. assist. P. Millin. Enckenw. | Gays. Coll. Bucan.) L. 1005 f. 79.

— — — (4577) Raymundo de Porto baccal. in legibus confert par. ecclesiam de Prioulx Lemovicen. dioec. „Nobilitas generis“ (P. de Cesis | Bertin. | Cotini. Coll. J. Attan.) L. 1003 f. 255.

— — — (4578) Jeronimum Assole cler. Venetiarum S. P. et aulae Lateran. Comitem et Militem ac Nobilem creat. „Constantis fidei“ (P. de Cesis | Grat. pro fam. assist. Balbus) L. 1000 f. 37.

— — — (4579—4580) Johanni Roselli monacho Ord. Fontisebraudi Prioratum S. Crucis ejusd. Ord. Riven. dioec. resignanti reservat fructus illius R. Z. Et episcopo Cavallic., Praeposito

1513.

ecel. Riven. et Officiali Tolosan. demandat executionem. „Hodie cum dilectus“ (Colot. | Draco. Enckenw. | Madrigal. Coll. H. d. Cesis) L. 1017 f. 134, b; 135.

19. Sept. (XIII. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum (4581) Firmineto de Audoco Prioratum supradictum commendat. „Laudabilia“ (Scr. ut supra) L. c. f. 137, b.

— — — (4582) Johanni de Puydorfilla confert vicariam ecclesiae par. S. Saturnini Pontis S. Spiritus Uticen. dioec. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Suno. Baena | Cabredo. Coll. H. d. Cesis) L. 1014 f. 65.

— — — (4583) Melchiorem de Salazar cler. Oxomen. dioec. notarium Ap. Sedis creat. „Pii Patris“ (Nasius | Grat. de mand. S. D. Colardi | Castillo. Coll. Narnia) L. 1034 f. 97, b.

— — — (4584) Johanni Fernandi de Beiar cler. Placentin. dioec. fam. suo concedit accessum ad ecclesiam par. B. M. loci de Candelario Placentin. dioec. G. F. (P. d. Cesis | Marciaci. Corbin. | Verdes. Coll. Cipell.) L. 1033 f. 97, b.

— — — (4585) Marco archiepiscopo Neopatensi [1], qui eccl. Coronen. praeest, cum Jacobus Zierra episcopus quondam Coronen. testamentum condidisset, quo inter alia 1000 duc. auri camerae imprestitorum civitatis Venetiarum pro uno magistro scholarium, qui pueros Coronen. edoceret, legaverat et fructus aliorum suorum bonorum divino cultui et fabricae dictae ecclesiae applicaverat, civitas autem et ecclesia ad manus Turcarum devenissent, concedit, ut literae de executione dicti testamenti ab Alexandro VI. et Julio II. praedec. emanatae, qui ordinationem per Angelum episc. Tiburtin. Leg. a lat. factam approbarant, ipsi ac capitulo Coronen. suffragentur in omnibus, ac si in iis non solum de Hieronymo tunc episc. Coronen., sed etiam de successoribus ejus mentio facta sit. „Exponi Nobis“ (Bembus) Brev. tom. 2 n. 78; tom. 30 p. 119.

— — — (4586) Johannem Alfonsum de Malvenda cler. Burgen. creat Ap. Sedis notarium. „Pii Patris“ (J. Carotius | Colardi. Draco | Gomiel. Coll. Amerin.) L. 1211 f. 31.

— — — (4587) Thomam de Binis cler. Rom. Laurentii Puccii Electi Melfien. familiarem Comitem Palatinum creat. „Constantis fidei“ (Ph. de Senis | Millin. Enckenw. | Casanova. Coll. H. d. Cesis.) L. 1006 f. 10, b.

— — — (4588) Franciscum de Julianis de Suessa Laur. Puccii fam. creat notarium S. Sedis. „Pii Patris altissimi“ (Colot. | Gratis de mand. S. D. Millin. Enckenw. | Verdes. | Coll. Camp.) L. 1002 f. 28, b.

— — — (4589) Nicolao Badin Licent. in decr. confert par. ecclesiam de Auteul et Villemons Beluacen. dioec. L. S. (Evangel. | Suno. Baena | Cotini. Coll. P. Bucan.) L. 1003 f. 142, b.

— — — (4590) Alfonsum de S. Cruce almae Urbis Barisellum ad suum beneplacitum inchoandum a data praesentium (tempore Sebastiani de Belletris praesentis Bariselli nunc finito) creat. „Licet in alma Urbe Nostra Gubernator et Senator nonnullique alii officiales Nostri reddendae et justitiae ministrandae praefecti sint, quia tamen in ipsam Urbem utpote communem omnium patriam novi homines, etiam latrociniis et aliis gravioribus facinoribus dediti, assidue confluunt, Rom. Pontifices praedec. nostri Barisellum cum bona satellitum manu, qui in compescendis et deterrendis reis auctoritatem etiam ordinariam haberet, in eadem Urbe deputarunt“ (Bembus | J. de Juvenibus) Div. Cam. tom. 63 f. 128.

— — — (4591) Magistratui Regii Lepidi, dum mittit literas ad Joh. Bojardum datas (n. seq.), mandat, ut eidem propositis poenis imperet, ne contra Maximilianum Caes. quidquam armatis hominibus tentet. „Exemplum literarum, quas Johanni Bojardo“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. V ep. 5 p. 36.

— — — (4592) Johannem Bojardum admonet, ne sub poenis laesae Majestatis contra Mutinenses, qui in ditione Maximiliani Caes. sunt, armis quid moliatur. „Allatum ad Nos est“ (Bemb.) Ed. Bemb. l. c. ep. 6.

— — — (4593) Arnoldum Goltwert canonicum ecclesiae S. Victoris Xancten. Colonien. dioec. Mag. Johannis Ingenwinckel notar. et scriptoris servitiis insistentem S. P. et aulae Lateran. Comitem creat. „Constantis fidei“ (Evangel. | Grat. p. fam. script. Enckenw. | Bernardus. Coll. Amerin.) L. 1058 f. 6.

— — — (4594) Novello Capriolo cler. Reatin. par. ecclesiam *archipresbyteratum* nuncupat. SS. Joh. et Petri de Castro Roccheranerii Reatin. dioec. resignanti concedit regressum ad eam, Petro Paulo Capriolo, cui ea confertur, cedente vel decedente vel eam alias dimittente. „Vitae ac morum“ (Gratiadei | Milanesius. Gauden. | F. de Vega. Coll. B. de Alexandris) L. 1140 f. 252.

— — — (4595) Praeceptoriam domus S. Antonii de Porcelletis de Padua in Burgo Portae Savanarolae O. S. A. Prioratui S. Antonii Venetiar. O. S. A. Congreg. S. Salvat. perpetuo

[1] Neo-Patrae in Thessalia. *Doellinger*, Tab. tax. p. 175.

1513.

unit. A. P. R. M. „Apostolicae Sedis“ (Evangel. | Cheminart. Aloys. | Gais. Coll. Juvenib.) L. 1063 f. 114.

19. Sept. (XIII. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum (4596) Paulo Andreae Mag. in artibus et Walteri Copis script. familiari confert ecclesiam par. S. Anscharii in Ryndone Ripen. dioec. „Literarum scientia“ (Carrotius | Grat. p. fam. script. de Bertin. | Verdesotto. Coll. Attan.) L. 998 f. 306.

20. Sept. (XII. Kal. Oct.) — (4597) Thomae tit. S. Martini in Montibus presb. Card. Ap. Sed. Leg. instructionem dat de reductione Bohemorum ad unitatem Ecclesiae et de articulis controversis [1]. Art. I. De communione sub utraque specie: Si in aliis Bohemi cum ecclesia convenirent, posse eam concedi secundum formam Basil. Concilii et in Lateran. Concilio desuper decretum edi; de communione puerorum et amentium non habentium lucida intervalla docendos et instruendos esse, ut ab hoc errore recedant propter periculum irreverentiae, eversionis aut exsputionis vel vomitus, *quod et Basileenses, desiderantes multum Bohemis satisfacere, non ausi sunt permittere.* Art. II. De peccatis retinendum, ea omnino esse cohibenda, sed potestatem puniendi criminosos non ad privatas personas, sed ad habentes jurisdictionem servato juris ordine spectare. Art. III. De praedicatione: Praedicandum esse a sacerdotibus et levitis idoneis et per superiores probatis et libere missis, non tamen passim, sed ordinate ac fideliter, salva auctoritate Pontificis. Art. IV. De possessionibus Ecclesiae, ob quas retentas Bohemi ab haeresi non recedunt, posse fieri aliquam concordiam, ut Bohemi ab erroribus recedentes aliquas ecclesias erigerent vel destructas instaurarent et episcopis et sacerdotibus aliquibus instituendis sub ratione alimentorum competenter providerent et pro praeterita fructuum usurpatione ad minus ad unum annum exercitum 10 000 vel 5000 armatorum contra Turcas expedirent et tenerent data illis media solutione stipendii, sic vel simili modo posse tuto Bohemis praeteritos fructus remitti; restituendam Ecclesiae partem bonorum occupatorum, sed inprimis credendum, Ecclesiam esse capacem successionis et acquisitionis bonorum temporalium; de reliquis bonis eccles. occupatis concordiam et per Conc. Lat. concessiones posse fieri. De articulis aliis damnatis (praeter aliquas relevationes et dispensationes) nullam concordiam, nullum tractatum, nullum indultum dari vel haberi posse. „Cum te ad partes Bohemiae tamquam pacis angelum et nuntium pro urgentibus et gravissimis etiam christianam religionem concernentibus negotiis destinaverimus“ (Colardi | Cotini. Coll. H. d. Cesis) L. 1007 f. 137. Ed. *Theiner*, Monum. Hungar. tom. II p. 610—612 doc. 807. Ex parte apud *Raynald.* a. 1513 n. 70—75 p. 33—35.

— — — (4598) Constitutione consistoriali declarat, Julium Medices legitimo thoro esse natum, cum inter Julianum ejus patrem et Floretam Antonii verum matrimonium constiterit, prout etiam Cardinales ad hanc rem inquirendam deputati Franciscus tit. SS. Joh. et Pauli et Leonardus tit. S. Susannae judicarunt, et redarguit varias calumnias in fratrem suum patruelem sparsas. „Ad Romanum Pontificem“ (Bembus | De Comitibus. Subscripti 22 Cardin.) L. 1198 f. 59. Exstat bulla origin. in Tabular. Vatic. ex Arch. Castelli S. Angeli Arm. VIII caps. 2 n. 1. Ed. Bullar. Rom. ed. Luxemb. tom. X p. 22—24. Const. 1. *Balan*, Mon. Ref. Luther. Ratisb. 1884 p. 570—576.

— — — (4599—4600) Gometio de Salmeron cler. Toletan. dioec. Camerae ap. paramentorum ostiario fam. suo omni juri ad ecclesiam par. B. M. Magnae Toletan. cedenti pensionem an. super ejusdem ecclesiae fructibus per Bernardum de Villanova solvendam reservat. G. F. — Executionem demandat episcopis Cavallicen. et Asculan. ac Officiali Toletano. „Hodie dilecto filio“ (Evangel. | Gratis de mand. S. D. Cheminart | Vega | S. de Spol.) L. 1024 f. 60; f. 62.

— — — (4601) Petro Tonduti rectori par. ecclesiae de Cormengau Lugdunen. dioec. commendat Prioratus de Baunol et S. Salvii ac S. Martini de Sancterre O. S. B. Malleacen. seu Lucion. et Nivernen. ac Bituric. dioec. „Vitae ac morum“ (Ph. de Senis | Grat. p. fam. assist. [Mag. Petri Lamberti] Colardi. Balbus | Valtrini. Coll. H. de Cesis) L. 1009 f. 256.

— — — (4602) Gubernatori Rhegii (in Aemilia) mandat, ut in causa homicidii, cujus quidam Aldericus Tacolus accusatur, ejus probationes accipiat et defensioni locum det. „Devotionem tuam“ (Probab. Sadol.) Brev. ad princ. tom. 5 f. 15.

— — — (4603—4604) Mag. Johanni Coritio cler. Treveren. notar. et fam. suo, Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. obsequiis insistenti, pensionem annuam super fructibus Praepositurae ecclesiae B. M. V. oppidi in Feuthwange Augusten. dioec. provinc. Maguntin. per Johannem Knortz ejusd. eccl. Praepositum solvendam et aliam pensionem super fruct. canonicatus et praeb. dictae eccl. assignat et jus accedendi ad dictos canonicatum et praeb. ac Praeposituram concedit. G. D. et F. (Colot. Grat. p. not. Rotae. Millin. Gauden | Casanova. Coll. Donat.) L. 1054 f. 224; L. 1073 f. 245, b (Script. iid. Coll. D. Andreae).

[1] Sunt famosa *Compactata* Basileen., de quibus vide *Hefele*, Concilior. hist. tom. VII p. 568 seq. 618 seq.

1513.

21. Sept. (XI. Kal. Oct.) | Romae apud S. Petrum | (4605) Stephano Gabrieli Electo Baren., liter. ap. scriptori ac Praelato domestico suo, assignat pensionem an. 20 duc. super fructibus beneficii de la Fuentecuberta de Guadalmazan Corduben. dioec. ab ipso in favorem Laurentii Electi Melfien. dimissi et pensione deficiente accessum ad dictum beneficium concedit. „Personam tuam“ (A. Colot. | Grat. pro socio | A. de Verdes. Coll. Campan.) L. 1004 f. 206.

— — | — | (4606) Praeposito S. Trinitatis Spiren. et decanis Constantien. et S. Pauli junioris Argentin. ecclesiarum mandat, ut Johanni Ursini Praeceptori domus S. Spirit. in Gronningen O. S. A. Spiren. dioec. ad dictae domus bona et jura tuenda efficacis defensionis praesidio assistant. „Militanti Ecclesiae“ (Ph. de Agnellis | Campania) Arch. Lat. tom. 8 f. 1.

— — | — | (4607) Mag. Guillermo de Menypeny cler. Bituricen. dioec. Ludovici Francorum Regis Eleemosynario Licent. in decr. notar. suo commendam Prioratus S. Martini de Sanceire O. S. B. dictae dioec. ipsi non rite commendati confirmat. G. D. (Castilion. | Guerrer. Bertrand. | J. de Gais. Coll. Attan.) L. 1059 f. 227.

— — | — | (4608) Francisco tit. SS. Joh. et Pauli presb. Card. canonicatum et praeb. ac Thesaurariam eccl. Licien., quos quondam Trojanus de Guarino dum viveret obtinebat, commendat. „Ad personam tuam“ (Colot. | Colardi | Salvius. Coll. H. de Cesis) L. 999 f. 134.

— — | — | (4609) Eidem eccl. B. M. de la Vetrana et tres rurales ecclesias civitatis et dioec. Licien. commendat. Id. init. (Colotius | Cotini. Coll. S. de Spol.) L. 1002 f. 330, b.

— — | — | (4610) Johanni de Lestang presb. confert ecclesiam par. SS. Gervasii et Protasii de Lusayo Turonen. dioec. obitu Johannis Pasquier vacantem. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Balbus. Gibraleon. | de Gais. Coll. F. de Attan.) L. 1025 f. 30.

— — | — | (4611) Mag. Gasparem de Cavaleriis Cantorem eccl. Cremonen. Ap. Sedis notarium creat et nobilium consortio aggregat. „Pii Patris“ (P. de Cesis | Grat. de mand. Colardi | Cheminart. Coll. S. de Spol.) L. 1211 f. 52, b.

— — | — | (4612) Gabrieli Ticiono fam. suo confert par. ecclesiam S. Agnetis Vercellen. obitu Antonii Astensis vacantem. G. F. (Blondus | Salvius. Contreras. Marciaci. Coll. H. d. Cesis) L. 1120 f. 297.

22. Sept. (X. Kal. Oct.) | — | (4613) Abbati S. Spiritus et Priori B. M. V. de los Huertos extra muros Abulen. et Segobien. monasteriorum ac Gundisalvo de Vega canonico eccl. Abulen. mandat, ut, si veritate nitantur preces abbatissae et monialium B. M. de Jesu Ord. S. Clarae in heremo termini seu loci de las Gordillas Abulen. dioec., quae, cum in dicto termino nemoribus et pascuis constante nulla sit hominum habitatio et tantum tres sint capellae collapsae, S. Justi, S. Christophori de Armenteros et S. Crucis, in quibus missae et divina officia nunquam celebrantur, cumque dictum monasterium non leve patiatur dispendium ex frequenti viatorum transitu ad ipsum divertentium, in isto termino a Maria de Avila monasterii fundatrice et postea abbatissa pro dote eidem donato parochialem ecclesiam construere intendunt, ecclesiam par. cum campanili, baptisterio, coemeterio et parochialibus insigniis pro uno vel duobus rectoribus ab abbatissa de monialium et vicarii confessoris consensu praesentandis erigant, monasterio primitias et decimas praestandas a futuris habitatoribus, quibus monasterium terras concedit et lignorum incisionem permittit, applicent et quod spectat ad decimas pecorum in dicto termino nascentium, quarum dimidiam partem domini pecorum parochis locorum, unde erant oriundi, aliam partem duobus in S. Justi et S. Christophori capellis supradictis beneficia obtinentibus, aliam quibusdam parochis locorum a dicto monasterio unam leucam et ultra distantium praestare consueverant, eas hucusque percipientibus summam 4000 Morapetin. a monasterio solvi curent. „Sub sacro religionis jugo“ (Blondus | Balbus. de S. Joh. | F. de Vega. Coll. Castilion.) L. 1208 f. 462.

— — | — | (4614) Bartholomaeo episc. Justinopolitano Referendario suo et arch. Rom. Curiae scriptori concedit Simone de Brixonia Praeposito cedente ingressum seu accessum ad Praesposituram ecclesiae Pergamen. „Personam tuam“ (Nasius | Grat. pro script. Arch. Cheminart. Aloys. | J. d. Cesis. Coll. Cipell.) L. 1033 f. 232.

— — | — | (4615) Unum aut duo vel tria beneficia cum cura et sine cura in civit. et dioec. Segobien. et Seguntin. consistentia, quorum fructus 50 duc. non excedunt, quam primum vacaverint, in favorem Johannis Herrera, qui Laurentii Electi Melf. obsequiis insistit, paroch. ecclesiis invicem unitis de Latona et Medranda Seguntin. dioec., quamdiu dictus Johannes, si eas assequatur, illas obtinuerit, unit et incorporat. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (F. Armellin. | Grat. p. fam. assist. Millin. Enckenw. | Verdes. Coll. Attan.) L. 1004 f. 278.

— — | — | (4616—4617) Mag. Francisco Armelino confert canonicatum et praeb. ecclesiae Feltren., quos Marcus Lauredanus, dum viveret, obtinebat. G. D. Episcopo Cavallicen. et archidiacono eccl. Milenitan. et vicario gen. episc. Feltren. executionem demandat. „Hodie dilecto filio“ (P. de Cesis | Grat. pro cler. Camerae. L. d. Bertin. Gomiel | Benedict. Coll. Attan.) L. 1004 f. 281; f. 282, b.

1513.

22. Sept. (X. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum (4618) Ad petitionem Mag. Lombardini de Burgo U. J. doctoris, notarii et familiaris sui, rectoris paroch. ecclesiae, *rectoriae* nuncupatae S. Vincentii Placentin., quoddam beneficium in dicta ecclesia eidem paroch. ecclesiae perpetuo unit et incorporat. A. P. R. M. „Ad apostolicae dignitatis“ (Lambertus | Nardinus) Arch. Lat. tom. 21 f. 194, b.

— — — (4619) Poggio Johannis de Martinis cler. Florentin. ad certum tempus commendat et deinde confert ecclesiam paroch. S. Martini de Corella Florentin. dioec. vacantem cessione Johannis Franc. Poggii literarum ap. sollicitatoris et cubicularii sui, cujus ille pronepos existit. „Vitae ac morum“ (Castillion. | Gratis de mand. S. D. Suno | Bertrandi. Coll. Cipell.) L. 1012 f. 95.

— — — (4620) Balthasarem de Buzinis cler. Albien. Apost. Sedis Acolythum capellanum creat. „Virtutibus clarens“ (Infra: Colardi | Balbus. Coll. Attan.) L. 992 f. 65, b.

— — — (4621—4622) Ludovico de Castellini cler. Valentin. concedit accessum ad canonicatum et praeb. majoris ecclesiae et ad paroch. eccl. S. Martini Valentin. dioec., quos Jaufridus Serra obtinet. „Nobilitas generis.“ Hac de re scribit episcopis Militen. et Cavallicen. et Officiali Valentin. „Hodie dilecto filio“ (Melfit. | De Bertinis. Gomiel | Madrigal. Coll. Amerin.) L. 1001 f. 224; f. 227.

— — — (4623) Petrum Cases rectorem Praecentorem nuncup. par. ecclesiae de Seret Elnen. dioec. Ap. Sedis Acolythum capellanum creat. „Virtutibus clarens“ (Infra: Millin. Enckenw. | Balbus | Coll. II. de Cesis) L. 1211 f. 23, b.

23. Sept. (IX. Kal. Oct.) — Praesentibus in Consistorio viginti Cardinalibus quatuor novos Cardinales creat: 1. Laurentium Puccium Florent., Datarium; 2. Julium de Medicis consobrinum suum; 3. Bernardum de Bibiena Thesaurarium generalem; 4. Innocentium Cibo suum ex Magdalena sorore nepotem. Paris de Grassis f. 58, b; qua de re

— — — (4624) Ferdinandum Regem catholicum certiorem facit. „Etsi scimus iis de rebus, quae per Nos publice geruntur, a Legato tuo“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. V ep. 7 p. 37. *Bzov.* l. c. p. 195. *Raynald.* l. c. n. 83 p. 38 (ex parte). *Roscoe* tom. V doc. 83 p. 263. 264. Similiter et alios Reges et principes.

— — — (4625—4626) Petro tit. S. Priscae diac. Cardin. administrationi ecclesiae Cervien. renuntianti fructus mensae episcopalis ecclesiae Cervien. loco pensionis annuae reservat et cedente vel decedente Petro Electo Cervien. regressum ad dictam eccles. concedit. „Dudum ad exquisitam tuae circumspectionis industriam.“ Executionem committit episcopis Cavallicen. et Umbriaticen. et Justinopolitan. „Hodie cum dilectus filius“ (A. de Alvarottis. P. Planca | Campania) Arch. Lat. tom. 23 f. 178; f. 179.

— — — (4627) Mag. Petrum de Flisco Praepositum ecclesiae S. Johannis de Alberia Terdonen. dioec. U. J. doctorem notar. suum, ut literae sequentes suum sortiantur effectum, ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“ (A. de Alvarottis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 13 f. 414, b.

— — — (4628—4632) Eundem ecclesiae Cervien., cui Thomas tunc episcopus Cervien.[1] renuntiavit et cujus administrationem Nicolaus tit. S. Priscae presb. Cardin. lit. non confectis abdicat, praeficit in episcopum et pastorem. „Apostolatus officium.“ Hanc praefectionem nuntiat a) capitulo ecclesiae Cervien.; b) clero et c) populo civit. et dioec. Cervien.; d) vasallis dictae eccl. „Hodie ecclesiae“ (Script. ut supra) L. c. f. 412 seqq.

— — — (4633) Petro Electo Cervien. concedit, ut supradictam Praeposituram et archipresbyteratum ecclesiae S. Stephani de Rodigio Adrien. dioec. retinere valeat. „Personam tuam“ (Script. ut supra) L. c. f. 415.

— — — (4634) Roberto tit. S. Anastasiae presb. Cardin. commendat monasterium S. Juliani Turonen. O. S. B., cujus regimini Johannes Quedillac (al. Quedilac) nuper dicti monast. abbas pensione sibi reservata in praefati Cardinalis favorem renuntiavit. „Romani Pontificis providentia circumspecta“ (Evangel. | Enckenw. | Vega. Coll. Attan.) L. 1053 f. 272.

— — — (4635) Jacobo de Bannissis Maximiliani in Imper. Electi secretario, decano ecclesiae Tridentin. et not. suo, cum Praepositurum ecclesiae S. Victoris Xancten. Colonien. dioec., quae Joh. Ingenwinkel confertur, dimittat, pensionem super dictae et S. Severini ac B. M. ad gradus Colonien. eccl. Praepositurarum fructibus et regressum ad primo dictam et accessum ad alias dictas Praeposituras concedit. „Cum itaque hodie tu“ (Supra: A. Colotius).

— — — (4636) Episcopis Alexandrin. et Cavallicen. et Officiali Colonien. executionem committit. „Hodie cum dil. filius“ (Grat. de mand. S. D. Colardi. Draco | Enckenw. Coll. Attan.) L. 995 f. 183, b; f. 185.

— — — (4637—4643) Thomae t. S. Martini in Montibus presb. Card. ecclesiam Segnien. obitu

[1] Thomas Catanei O. S. D. dicitur mortuus a. 1515 et Petrus Fieschi suffectus eodem anno (*Gams* p. 681), quod corrigendum.

1513.

Jacobi episc. pastoris solatio destitutam, quoad vixerit, gubernandam commendat. „Ecclesiarum utilitati.“ Quam commendam nuntiat a) dictae eccl. Segnien. vasallis; b) populo et c) clero civit. et dioec. Segnien.; d) ejusd. ecc. capitulo. „Hodie ecclesiam“; e) Wladislao Hungariae Regi. „Gratiae divinae praemium“; f) archiepiscopo Spalaten. „Ad cumulum tuae cedit salutis“ (Jo. Copis | Barotius) Arch. Lat. tom. 12 f. 248 seqq.

23. Sept. (IX. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum (4644) Johannem de Quedilac, nuper abbatem monasterii S. Juliani Turonen. O. S. B. nunc Roberto tit. S. Anastasiae presb. Card. commendati, Annae Francorum Reginae gratum et acceptum, monasterio S. Melani prope et extra muros Redonen. O. S. B. praefati Roberti Cardin. resignatione vacanti praeficit in abbatem. „Summi dispositione Rectoris“ (Evangel. | Grat. de mand. S. D. Enckenw. | Marini. Coll. Attan.) L. 1052 f. 274.

— — — (4645) Eidem Johanni abbati reservat pensionem super fruct. dicti monasterii S. Juliani ab ipso resignati. „Personam tuam“ (Evangel. | Enckenw. | Vega. Coll. Attan.) L. 1041 f. 30.

— — — (4646) Ludovicum de Mata cler. Conchen. S. P. et aulae Lateranen. Comitem creat. „Constantis fidei“ (Ph. de Senis | Grat. de mand. Salvius. Contreras | F. de Vega. Coll. L. Amerin.) L. 1142 f. 145, b.

— — — (4647) Mag. Ferdinandum Ponzetto archidiac. Surrentin. notarium suum Rom. Ecclesiae et Camerae apost. Thesaurarium generalem creat Bernardo de Bibiena ad Cardinalatum promoto. „Probata etiam in arduis“ (Ph. de Senis | Gratis pro cler. Cam. Millin. | Madrigal. Coll. Camp.) L. 1009 f. 181.

— — — (4648) Johanni Regis canonico Redonen. nepoti Thomae Regis lit. apost. scriptoris concedit accessum ad paroch. ecclesiam de Altagolena Nanneten. dioec. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Gratis pro nep. script. Colardi. Draco. Verdes. Coll. H. de Cesis) L. 998 f. 262, b.

— — — (4649) Mag. Johanni Ingenwinckel notar. et fam. suo Praeposituram eccl. S. Victoris Xancten. Colonien. dioec. cessione Jacobi de Bannissis vacantem confert. „Dudum siquidem“ (Colot. | Enckenw. Coll. F. de Attan.) L. 999 f. 264.

— — — (4650) Francisco tit. SS. Joh. et Pauli presb. Card. concedit pensionem an. super fructibus loci et portionis canonicalis et Sacristiae eccl. Tarraconen. O. S. A. et accessum ad dicta beneficia cedente Galeardo Icart canonico et Sacrista dictae eccl. „Ad personam tuam“ (Evangel. | Verdes. Coll. Bucan.) L. 1010 f. 299.

— — — (4651) Mag. Antonium Casulanum cler. Senen. in Ap. Sedis notarium recipit. „Pii Patris“ (Castillion. | Colardi. Draco | Casanova. Coll. Cipell.) L. 1032 f. 185.

— — — (4652) Mag. Didacum de Leon cler. Calagurit. notar. et famil. suum S. Pal. Later. comitem constituit. „Constantis fidei“ (Armellin. | Grat. de mand. S. D. Suno. Baena | Valleol. Coll. S. de Spol.) L. 1020 f. 244, b.

— — — (4653) Mag. Johanni de Lerma cler. Burgen. notario et fam. suo, lit. ap. script. et abbreviatori accessum ad duo simplicia beneficia Burgen. dioec. concedit. G. D. et F. (J. Carrot. | Grat. p. socio | A. de Verdes. Coll. S. de Spol.) L. 1002 f. 227, b.

— — — (4654) Gaspari Wirtt (Index: Virol) cler. Constantien., literarum ap. sollicitatori, indultum quoad beneficia concedit. G. D. et F. (Scutar. | Gratis pro sollicit. Aloys. | Marciaci) L. 1206 f. 138, b.

— — — (4655) Antonio de Fonterubeo alias Sarnerii cler. Viennen. dioec. causarum P. A. notario fam. suo Prioratum S. Petri de Sono O. S. B. Viennen. dioec. a Carolo Carbonelli pro monacho se gerente indebite occupatum commendat. G. D. (Carrotius | Enckenw. Cyprian. | Marciaci. Coll. Amerin.) L. 1042 f. 183.

24. Sept. (VIII. Kal. Oct.) — (4656) Johanni Electo S. M. de Lantiqua in India, qui pro commissi sibi pastoralis officii debito ad dictam eccl. personaliter se conferre et ut loci indigenae efferi plane homines christianaeque religionis prorsus exempti ad fidei catholicae cultum convertantur totis viribus curare et conversos in eadem fide edocere proponit et cujus quieti et spirituali consolationi non mediocriter satisfiet, si in tam distanti et longa peregrinatione aliquot sui Ordinis fratres, quorum societate et opera uti possit, secum habeat, ad ejusdem et Ferdinandi Aragoniae Regis instantiam concedit, ut duos vel tres fratres Ordinis fratrum minor. de observ. nuncup. professores tamquam socios sibi eligat et iis, si istos socios morte vel alias amittat, alios ejusd. Ord. professores substituat, superiorum licentia minime requisita, eique indulget, ut tam ipse quam socii, quamdiu apud eum manserint, omnibus favoribus et privilegiis gaudeant, ac si in aliqua dicti Ordinis domo residerent, eique tribuit facultatem in ea Indiae parte quam *Castellam ameam* (fors. amoenam) appellant, ubi nullae dicti Ordinis domus existunt, in sui Ord. fratres ibi commorantes et in domos ejusd. Ord. ibi construendas eadem auctoritate utendi qua vicarii provinciales fruuntur. „Exigunt“ (Benzon | Campania) Arch. Lat. tom. 3 f. 154.

— — — (4657) Pro parte Bernardini Marchionis Palavicini domicelli Parmen., cum ejusdem pater

1513.

Johannes Franciscus testamentum condens ad conservationem familiae illiusque bonorum inter alia disposuisset, ut aliquo ex suis filiis vel ex futuris descendentibus decedente sine filiis masculis ex legitimo matrimonio procreatis alii fratres superstites et ex eis legitime descendentes per stirpes tantum, non per capita, exclusis feminis, in bonis talis decedentis succederent, atque constituisset, ne quis eorum de istis bonis, ne ex urgentissima quidem necessitate, aliqua vendere posset, ita ut „bona hujusmodi alienans bonis alienatis praefatis ac illorum dominio ipso jure privatus esset nec ad illa reverti posset ac alienatio et contractus desuper facti nullius existerent firmitatis et nihilominus alii fratres, filii vel descendentes per stirpes hujusmodi tantum in bonis sic alienatis succederent“: huic testamento robur apostolicae confirmationis adjicit, defectus supplens et omnia in illo contenta approbans. A. P. R. M. „Ex paternae charitatis officio“ (Infra: Colardi. Balbus p. comp. | Marciaci) L. 996 f. 216.

24. Sept. (VIII. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum — (4658—4659) Pro parte Renati Hamon rectoris paroch. eccl. de Veterivinea Nanneten. dioec. et parochianorum ejusd. eccl. concordiam ad litem super decimis certisque juribus finiendam inter quondam Guillermum Boitlesne tunc dictae eccl. rectorem et parochianos initam confirmat. A. P. R. M. „Ex injuncto Nobis.“ Executores deputat Officialem Nanneten. duosque canonicos eccl. Nanneten. „Hodie emanarunt“ (A. de S. Severino. J. Copis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 24 f. 257; f. 260, b.

— — — (4660) Johanni Danielo canonico Veneten. officium abbreviatoriae lit. Apost. de majori praesidentia Card. Laurentii Puccii Electi Melfien. resignatione vacans concedit in dicti Laurentii locum eum substituens, et Mag. Paulo de Cesis cler. Rom., qui Cardinalis Vicecancellarii in Cancellaria Ap. locumtenens existit, mandat, ut praefatum Johannem ad dictum officium recipi faciat. G. D. et F. (Ph. de Senis | Gratis. Millinus | Cotini. Coll. Attan.) L. 994 f. 242.

— — — (4661) Ferdinandum Gundisalvi cler. Legionen. dioec. Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. obsequiis insistentem in suum et S. Sedis Acolythum capellanum recipit. „Virtutibus clarens“ (Carrot. | Grat. de mand. S. D. Suno. Baena | J. de Lerma. Coll. B. de Alexandris) L. 1188 f. 289, b.

— — — (4662) Brimoro Antonelli de Forolivio armorum ductori, cui ob servitia tempore belli contra Venetos pro recuperatione Ravennae et aliarum civitatum gesti praestita Legatus Bononien. ejus devotionem erga S. R. E. recognoscere volens quaedam praedia et possessiones in districtu Ravennaten. consistentia et ad Cameram apost. devoluta seu confiscata cum juribus et pertinentiis suis gratiose donaverat, quorum documenta in direptione Ravennat. per Gallos cum aliis ejusdem Brimori bonis ablata et exportata fuerunt, confirmat ejusmodi concessionem, ac si literae priores deperditae non fuissent. „Exponi Nobis nuper fecisti“ (Colotius) Div. Cam. tom. 63 f. 206.

— — — (4663) Gaspari de Cavaleriis rectori par. ecclesiae *archipresbyteratus* nuncupatae S. Blasii de Rebecho Cremonen. dioec. jus regrediendi ad par. ecclesiam SS. Cosmae et Damiani praefatae dioec. concedit (Ph. de Senis | Grat. de mand. S. D. Balbus. Baena | Verdes. Coll. Cipell.) L. 1004 f. 319.

— — — (4664) Mag. Othoe de Spinosa cler. Calaguritan. dioec. fam. suum inter Ap. Sedis notarios recipit. „Pii Patris“ (Infra: Grat. de mand. S. D. L. de Bertin. Gomiel. | Coll. Attan.) L. 1004 f. 257.

— — — (4665) Mag. Pyrrhum Antonium de Charis cler. Baren. aulae S. P. Laterauen. Comitem creat. „Praeclara fidei“ (Capranica | Millin. Gauden | Vega. Coll. Donatus) L. 1148 f. 187.

— — — (4666) Eundem Apost. Sedis notariorum consortio aggregat. „Pii Patris“ (Script. ut supra) L. 1148 f. 188, b.

— — — (4667) Johanni Arias cler. Salamant. omni juri ad ecclesiam *del Cubo* de *Buena madre* locorum Salamant. dioec. cedenti ejusd. eccl. fructus et accessum ad eam concedit. „Vitae ac morum“ (Blondus | Cheminart. Aloysius | Marciaci. Coll. Harnia) L. 1015 f. 24.

— — — (4668) Mag. Petro de Villalon cler. Tirasonen. dioec. et notario suo, qui omni juri sibi competenti ad Prioratum eccl. Dertusen. et archidiaconatum de Turolis eccl. Caesaraugustan. O. S. A., quos Petrus de Luna obtinet, renuntiavit, accessum ad eos concedit, si denuo vacaverint. G. D. (Evangel. | L. Bertin. Gomiel | Cotini. Coll. Attan.) L. 1007 f. 296.

— — — (4669) Episcopis Umbriaticen. et Cavallic. atque Joh. Antonio Trivultio, canon. Cumano mandat, ut Robertum archiepisc. Reginen. [1] in possessionem canonicat. et praeb. eccl. S. Mariae in via lata de Urbe obitu Marci Antonii Bonatti vacantium amoto Joh. Bapt. de Felicianis indebite eos occupante inducant. „Personam venerabilis fratris“ (Carrotius | Grat. de mand. S. D. Draco. Colardi | Salvius. Coll. Attan.) L. 1017 f. 200

[1] Robertus Orsini archiepisc. Rheginen. *Gams* p. 917.

1513.

24. Sept. (VIII. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum

(4670) Mag. Johannem Bapt. de Nibia canonicum ecclesiae S. Gaudentii prope et extra muros Novarien. Ap. Sedis notariorum consortio aggregat. „Pii Patris altissimi“ (Evangel. | Colardi | Suno. Coll. J. J. Cipellus) L. 1211 f. 82.

— — — (4671) Mag. Franciscum de Morsupinis cler. Florent. notarium creat. Init. ut supra (Evangel. | Gratis. Colardi. Draco. Coll. H. de Cesis) L. 1211 f. 32.

— — — (4672) Antonium de Luna cler. Caesaraugustan. Sedis Ap. notarium creat. „Pii Patris“ (J. Carrotius) L. 1211 f. 49.

— — — (4673) Antonio Ferdinandi de Ledesma par. ecclesiam B. Mariae loci de Copos de Rollan Salamantin. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Evangelista | A. de Verdes. | Coll. De Camp.) L. 1000 f. 99.

— — — (4674) Confraternitatem SS. Corporis et Sanguinis D. N. J. C. in ecclesia domus B. M. Transpontinae de Urbe Ord. ejusdem B. M. V. de Monte Carmelo confirmat et confratribus privilegia et gratias elargitur. A. P. R. M. „Sanctissimi Corporis et Sanguinis“ (Armellin. | Suno. Baena | F. de S. Joh. Coll. Cipell.) L. 1009 f. 26.

— — — (4675) Mag. Antonium Puccium, decanum eccl. Florent., nepotem Card. Laurentii Puccii Electi Melfien., in Camerae ap. clericum numerarium et participantem recipit. G. D. et F. (Infra: Gratis pro nep. script. Millin. Baena p. comp. | De Comitibus. Coll. Camp.) L. 1009 f. 183.

— — — (4676) Anselmo Grafft confert canonicatum et praeb. eccl. Constantien. prov. Maguntin. primo vacaturos. „Vitae ac morum“ (Evangel. | J. Colardi. A. Draco | J. Tarin. Coll. H. de Cesis) L. 997 f. 147, b.

— — — (4677) Francisco SS. Joh. et Pauli presb. Card. confert abbatiam saecul. et collegiatae ecclesiae B. Mariae de Cenaruca Calaguritan. dioec. cessione Jacobi episc. Albanen. vacantem. „Dum exquisitam“ (Melfit. | Suno | Andreae. Coll. de Harnia) L. 1003 f. 73.

— — — (4678) Mag. Bartholomaeo de Petrasancta capell. suo et caus. P. A. auditori mandat, ut Franciscum SS. Joh. et Pauli presb. Card. in omne jus surroget, quod Jacobo episc. Alban. competebat ad Cantoriam eccl. Burgen., eamque illi conferat, si nemini sit jus quaesitum. „Dum exquisitam“ (Castilion. | A. de Verdes. Coll. Attan.) L. 999 f. 282, b.

— — — (4679) Nicolaum Cypli cler. Cameracen., obsequiis Card. Laurentii Puccii insistentem in suum et Ap. Sedis Acolythum capellanum recipit eique facultates largitur. „Virtutibus clarens“ (Infra: Grat. de mand. S. D. Bertin. Gomiel | Madrigal. Coll. Campan.) L. 1020 f. 260.

— — — (4680) Episcopo Cuman. et S. Borini et S. Mariae de Bergolio Alexandrin. ecclesiarum Praepositis mandat, ut monasterium S. Christophori super finibus Bergamaschi[1] Marchionatus Incisae O. S. B. cum illi annexis S. Petri loci Niciae Aquen. dioec. Johanni Jacobo ex Marchionibus Incisae cler. dictae dioec., pro quo etiam nob. vir Oddo Marchio Incisae ejusdem Joh. Jacobi genitor humiliter supplicavit, commendent. „Romani Pontificis providentia“ (Carrotius | Grat. de mand. S. D. Balbus) L. 1000 f. 346, b.

— — — (4681) Pro parte Mag. Didaci de Leon cler. Calaguritan. dignitatem Thesaurariam nuncupatam pro uno Thesaurario, qui stallum in choro et locum in capitulo habeat, in B. M. oppidi de Logroño et S. Martini de Alvelda ecclesiis invicem unitis Calaguritan. dioec. perpetuo erigit, si assensus saltem medietatis capituli accedat, et dicto Didaco hanc Thesaurariam, cui pro dote beneficium in par. eccl. de Hortigosa ejusd. dioec. unit, confert. „Suscepti pastoralis officii“ (Infra: Millin. Enckenw. | De Comitibus. Coll. Campan.) L. 1002 f. 1.

— — — (4682) Cum notarii Cam. Apost. resignationes beneficiorum, quae in Rom. Cur. in Cam. apost. fiebant et in libris ordinariis et authenticis annotari consueverant, ne aliqua fraus fieret et veritas, si opus esset, doceri posset, per abusum non in dictis libris, sed a tergo supplicationum annotarent et supplicationes hujusmodi cum annotatione a tergo petentibus restituerent nulla retenta copia, ita ut, si de talium resignationum admissione quaereretur, in fraudem impetrantium veritas reperiri non posset, Julius PP. II. sub excommunic. l. s. et privatione suorum officiorum Cancellariae et Cam. apost. notariis mandavit, ut in posterum infra tres dies resignationes in dictis libris annotarent, et prohibuit, ne eas ad marginem vel a tergo supplicationum, antequam in istis libris annotatae essent, scriberent, et statuit, ut in annotationibus faciendis dies dat. supplicationis adnotari et tempus trium dierum praedictorum a die praestiti consensus computari deberet, necnon resignationes aliter factas nullius esse roboris decrevit. Leo X. Regenti Cancellariae pro temp. existenti et clericis Camerae hujusmodi mandat, ut has literas solemniter publicari et inviolabiliter observari et singulis diebus Sabbati cujuslibet hebdomadae in defectu notariorum eorum loca sic in albo

[1] S. Christoph. extra muros oppidi Bergamaschi Aquen. (Acqui) dioec. Ughelli tom. 4 p. 456 Tab. taxar. p. 23 n. 37.

1513.

omissa et reperta ac margines collaterales, superiores et inferiores ita et taliter virgulari faciant, ut ibidem aliquid scribi vel annotari nequeat. A. P. R. M. „Injunctum Nobis desuper“ (Infra: D. de Comitibus) L. 1194 f. 85.

24. Sept. (VIII. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum (4683) Unum ex canonicatibus, unam ex praebendis vel dignitatibus, personatibus, administrationibus vel unum ex officiis Valentin. vel alterius etiam collegiatae ecclesiae seu aliquam ex paroch. ecclesiis vel earum perp. vicariis civitat. et dioec. Valentin., quorum fructus 70 duc. auri non excedunt, quam primum vacaverint, unit par. ecclesiae S. Petri de Elda sive in Orieta in villa Compagnolae seu Solariae Mutinen. dioec., quam Bernardus de Poltroneriis obtinet. A. P. R. M. „Ex injuncto Nobis“ (P. de Cesis | Grat. de mand. S. D. Bertin. | Verdes. Coll. Donatus) L. 1005 f. 228.

— — — (4684) Archiepiscopo Messanen. committit, ut Angelae abbatissae monasterii S. Clarae Ord. ejusd. S. Clarae, supplicanti, ut ei ad instar abbatissarum monast. O. S. B. istius regni Siciliae et nonnullarum monasterii S. Clarae praedecess. suarum in signum muneris benedictionis crucem in velamine capitis seu supra ante frontem deferre liceat, dictam crucem deferendi licentiam concedat, prout ipsi videbitur. „Cum sicut Nobis nuper“ (A. Colotius | B. Acutius.) Brev. Lat. tom. 1 f. 2.

25. Sept. (VII. Kal. Oct.) — (4685) In eccl. B. M. oppidi de Vitoria dioec. Calaguritan., quae collegiata insignis et vetusta est et in qua praeter dignitates Cantoriae et Thesaurariae 15 canonicatus et praeb. et inter hos aliqui patrimoniales nuncupati solum filiis patrimonialibus conferri soliti et alii non patrimon. existunt, unum archidiaconatum, qui inibi dignitas non tamen principalis existat et post praedictas dignit. stallum in choro, locum in capitulo ac vocem habeat, erigit eumque Didaco de Paticimia archipresbytero de la Guardia dictae dioec. confert suppresso dicto archipresbyteratu ejusque fructibus pro dote novo archidiaconatui applicatis. A. P. R. M. „Ex supernae providentia majestatis“ (P. de Senis | Grat. de mand. S. D. Colardi | Cotini. Coll. Attan.) L. 1012 f. 196.

— — — (4686) Archidiaconatui in ecclesia colleg. B. M. oppidi de Vitoria Calaguritan. dioec. per alias literas erecto et Didaco de Paticimia fam. suo collato et fructibus archipresbyteratus de la Guardia dictae dioec. suppressi dotato canonicatum et praeb. patrimoniales ex integris portionibus nuncupatos aut non patrimoniales dictae eccl., quam primum vacaverint, perpetuo unit. A. P. R. M. „In suprema apostolicae dignitatis specula“ (De Senis | Gratis de mand. S. D. Colardi | Cotini. Coll. Attan) L. 1012 f. 199.

— — — (4687) Didacum Moreion cler. Salamantin. notarium S. Sedis creat. „Pii Patris altissimi“ (A. Colot. | Gratis pro fam. script. [Bern. Gutterii] Colardi. Draco | F. de Vega. Coll. Donat.) L. 1002 f. 167.

— — — (4688) Andream Vives cler. Caesaraugust., Mag. in artibus et medic , scriptorem suum creat Comitem et Militem S. Pal. et aulae Lateran. eumque nobilitat. „Constantis fidei probata sinceritas“ (Ph. de Senis | De Comitibus | Coll. Attan.) L. 1009 f. 204, b.

— — — (4689) In favorem Jacobi Cros rectoris par. eccl. *hebdomadariae* nuncupatae S. Andreae de S. Felice inferiore Elnen. dioec. familiaris Mag. Andreae Vives scriptoris ap., dictae eccl. par. ecclesiam etiam *hebdomadariam* nuncupatam S. Jacobi de Caneto ejusd. dioec., quamdiu primam obtinuerit, unit et incorporat et facultates ac privilegia ei concedit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (J. B. Nasius | Gratis pro fam. script. Suno. Baena | Marciaci. Coll. F. de Attan.) L. 1006 f. 170.

— — — (4690) In favorem Petri tit. S. Eusebii presb. Cardin. canonicatum et praebendam in eccl. Cremonen. pro uno canonico actu praebendato, qui stallum in choro et locum in capitulo post alios canonicos dictae eccl. ac vocem in beneficiorum collationibus habere et quotidianas distributiones percipere debeat, ita ut illos obtinens ad loca altiora et antiquiora ascendere possit, perpetuo erigit et pro dote par. ecclesiam *archipresbyteratum* nuncupatam S. Blasii de Rebecho Cremonen. dioec., Gasparis de Cavalleriis resignatione vacantem dictis canonicatui et praeb. perpetuo unit et partem fructuum praefatae eccl. pro distributionibus quotidianis dictorum canonicatus et praeb. mensae capitulari perpetuo applicat et istos canonicatum et praeb. antea nominato Cardinali commendat. A. P. R. M. „Ex supernae providentia divinae majestatis“ (Evang. | Grat. de mand. S. D. Colardi. Balbus p. comp. | Saldus. Coll. Attan.) L. 996 f. 170, b.

— — — (4691) Gabrieli de Guidalottis civi Urbinaten. fam. suo officium scriptoriae literarum Poenitentiariae concedit eum Ludovico de Lazise de Verona isti officio renuntianti substituens. „Laudabilia probitatis et virtutis merita.“

— — — (4692) Leonardo tit. S. Susannae presb. Cardin. majori Poenitentiario mandat, ut eum ad dictum officium admittat. „Hodie dilecto filio“ (P. de Castello. Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 14 f. 97; 98, b.

— — — (4693) Episcopo Cavallic. et Praeposito S. Andreae Parmen. et archipresbytero de Arolis Parmen. dioec. ecclesiarum mandat, ut instrumentum super venditione castri Capriaci

1513.

ab Alphonso Ferrariae Duce tunc censuris innodato facta et investitura subsecuta in favorem Johannis de Casale domicelli Parmen. et uxoris ejus Cassandrae emptorum, qui totam fere substantiam suam pro pretio solvendo impenderant, confirment. „Ex paternae charitatis officio“ (Infra: Colardi. Balbus p. comp. | Marciaci. Coll. H. de Cesis) L. 997 f. 22.

25. Sept. (VII. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum (4694) Johanni de Ruppe Lic. in decr. Infirmariam monasterii S. Salvatoris villae Figiaci Cluniacen. Ord. Caturcen. dioec.[1] confert, si habitum per monachos dicti monast. gestari solitum susceperit et professionem emiserit. „Apostolicae Sedis“ (Infra: Colardi. Draco | de Vega. Coll. H. de Cesis) L. 999 f. 249.

— — — (4695) Antonio de Carraria, Card. Laurentii Puccii famil., confert canonicatum eccl. Melfien. supra numerum cum plenitudine juris canonici et cum exspectativa praebendae, quam secundo loco vacare contigerit. „Vitae ac morum“ (Grat. p. fam. assist. Millin. Enckenw. | Verdes. Coll. Campan.) L. 1000 f. 35.

— — — (4696) Octaviano Fregosio Genuen. Duci donat oppidum S. Agathae et ejus ditionem, quae ad imperium pontificium pertinet quaeque ipsi ut sororis filio a Guidobaldo olim Ubaldo Urbinatium Duce donata erat. „Plurima egregiaque“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. V ep. 8 p. 37.

— — — (4697) Episcopis Aragoniae scribit de interstitiis a Prioribus Aragon. provinciae Ord. FF. Praedicat. servandis. „Dudum fel. record. Julio PP. II.“ (Th. Pighinus) Bull. Ord. Praed. tom. IV p. 297. 298 (non integre, ubi habes: Legitur apud Castellinum in tract. de electione pag. 498 in Addit. ad cap. XI).

— — — (4698) Universis Christifidelibus, qui par. ecclesiam SS. Hippolyti et Cassiani Pisan. dioec. quibusdam diebus visitaverint et ad ejus instaurationem manus adjutrices porrexerint, indulgentias concedit. „Pro salute“ (Castilion. | Grat. de mand. S. D. Bertin. | Cotini. Coll. Attan.) L. 1005 f. 291.

— — — (4699) Johanni de Meyendorp archidiacono Asthaniae in eccl. Halberstaden. concedit regressum in Cellerariam ejusdem eccl. Halberstaden. N. G. (A. Melfit. | Balbus. de Gibraleon | F. de S. Joh. Coll. Donatus) L. 1021 f. 268, b.

— — — (4700) Matthaeo S. Angeli diac. Card. extendit reservationem beneficiorum a Julio II. ipsi concessam. „Decens reputamus“ (Evang. | Visa: Salvius | Verdesotto) L. 1206 f. 43, b.

— — — (4701) Antonio de Orto baccal. in jure civ. confert par. ecclesiam de Gimmhargiis Caturcen. dioec. obitu Petri de Calciata vacantem. „Literarum scientia“ (Evangel. | Balbus. Gibraleon | Cyprian. Coll. Attan.) L. 1027 f. 180.

— — — (4702) Petente Didaco Diaz cler. Corduben. fam. suo et obsequiis Petri tit. S. Eusebii presb. Card. insistente in eccl. Corduben. novam dignitatem *abbatiam de Alfaro* nuncupandam erigit, ei unum canonicatum et unam ex praebendis seu portionibus, quam primum vacaverint, et beneficium ejusd. dioec. perpetuo unit et eidem Didaco dictam abbatiam confert. A. P. R. M. „Ex supernae providentia majestatis“ (P. de Cesis | Grat. de mand. S. D. Bertin. | Valtrini. Coll. S. de Spol.) L. 1019 f. 62.

— — — (4703) Geraldum de Mansonono de rectoria seu perpet. vicaria S. Andreae de Onesinis Vabren. dioec. providet. „Vitae ac morum“ (Sadolet. | J. Colardi. Draco | J. de Madrigal. Coll. H. de Cesis) L. 1000 f. 237.

— — — (4704) Antonium Casulanum cler. Senen. in Apost. Sedis notarium recipit. „Pii Patris altissimi“ (Castilion. | Colardi. Draco | Casanova. Coll. Cipellus) L. 1032 f. 185.

— — — (4705) Eundem Antonium creat S. P. et aulae Lateran. Comitem et Militem. „Constantis fidei“ (Gratiadei | Grat. p. script. Arch. Draco. Colardi | Bernard. Coll. Cipell.) L. 1023 f. 306.

— — — (4706) Mag. Fernandum de Gomiel, qui obsequiis Innocentii tit. SS. Cosmae et Damiani diac. Card. et Pontificis sec. carnem nepotis insistit, in suum et Apost. Sedis notarium recipit et S. P. et aulae Lateran. Comitem creat. „Pii Patris altissimi“ (Blondus | Enckenw. Milanesius | Piora. Coll. H. de Cesis) L. 1126 f. 230.

— — — (4707) Mag. Baldovinetum de Baldovinetis cler. Florentin. creat Ap. Sedis notarium et Comitem S. Pal. et aulae Later. „Pii Patris“ (Castillion. | Grat. pro nepote Card. [Petri tit. S. Euseb.] De Bertinis | Cotini. Coll. S. de Spol.) L. 1211 f. 53, b.

— — — (4708) Orlando de la Paglia cler. Agrigentin. fam. suo concedit regressum ad integram portionem eccl. Legionen., si Franciscus del Colmenar dictae eccl. portionarius cedat vel decedat. G. F. (Melfit. | Draco | Questenberg. Coll. Bucanus) L. 1039 f. 262.

— — — (4709) Ladislaum Thomae canonicum Strigonien. Apost. Sedis notarium creat. „Pii Patris altissimi“ (A. Gratiadei | Grat. de mand. Colardi. Draco | F. de Vega. Coll. H. de Cesis) L. 1211 f. 26.

— — — (4710) Mag. Bertholdum Baldewini Praepositum ecclesiae S. Andreae Verden. in suum et Apost. Sedis notarium recipit. „Pii Patris altissimi“ (J. de Roma | Colardi | Marciaci. Coll. H. de Cesis) L. 1126 f. 206.

[1] St. Sauveur de Figeac 1074 Cluniacensibus addictum. Gallia christ. tom. 1 p. 171.

1513.

26. Sept. (VI. Kal Oct.) Romae apud S. Petrum

(4711) Praeposituram Wadislavien.. decanatum Gnesnen., archidiaconatum Gnesnen., Custodiam B. M. V. Lavacien. Gnesnen. dioec., certum canonicatum cum praeb. ecclesiae Cracovien. et Cancellariam ac quemdam canonicatum cum praeb. ecclesiae Wratislavien. mensae archiepiscopali Gnesnen. perpetuo unit, quam primum vacaverint. „Pastoralis officii“ (Infra: Visa B. de Rizonibus | Cabredo) L. 1198 f. 191.

— — — (4712—4713) Francisco Clementis cler. Dertusen. legum doctori fam. suo duas pensiones assignat. In utroque: G. F. (P. de Senis | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Cabredo. Draco | Verdesotto. Coll. H. de Cesis) L. 994 f. 126, b; f. 129.

— — — (4714) Francisco tit. S. Marcelli presb. Card. commendat ecclesiam par. B. M. de Rosagno Vicentin. dioec. „Ad personam tuam“ (Evangel. | Tarin. Coll. L. Amerin.) L. 1012 f. 286, b.

— — — (4715) Mag. Angelo Bucano cler. Verulan. dioec. notario, famil. et cubicul. suo, qui monasteriis S. Ambrosii Nonen. et SS. Nicolai de Lissa[1] ac Michaelis de Insula O. S. B. Jadren.[2] et Pharen. dioec., quae Johanni Celio canonico Paduano commendata sunt, cessit, accessum et regressum ad ea concedit. G. D. et F. (Armellin. | Grat. de mand. S. D. Suno | Cyprian. Coll. P. Bucan.) L. 1010 f. 25, b.

— — — (4716) Johanni Celio canonico Paduano S. Michaelis de Sospitello et *abbatiam ruralem* nuncupatum S. Crucis Prioratus Ordinum S. Aug. et S. Ben. Ventimilien. et Venafren. dioec. dimittenti accessum ad eos concedit. G. D. et F. (P. de Cesis | Grat. p. script. arch. Suno | Cyprian. Coll. S. de Spol. Duplicata per eundem scriptorem) L. 1017 f. 242.

— — — (4717) Didaco de Valleio cler. Abulen. dioec. ac famil. Joh. episcopi Cavallicen. assignat pensionem an. super fructibus ecclesiae par. S. Gregorii loci de Aldea el Rei Abulen. dioec. per Ferdin. de Pareia solvendam. „Vitae ac morum“ (Capranica | Gratis pro fam. script. Suno. Baena | Andreae. Coll. Bucan.) L. 1008 f. 204.

— — — (4718) Alfonso de Leon archipresb. oppidi de Alcantara Caurien. dioec., familiari Alfonsi de Verdesotto scriptoris et fam. sui, annuam pensionem super fructibus eccl. par. B. M. loci de Pennaparda Civitaten. dioec. per Franciscum de Campo solvendam assignat addito indulto circa beneficia. Init. ut supra (Colotius | Grat. p. fam. script. Colardi | Tarin. Coll. Donat.) L. 1008 f. 282.

— — — (4719) Francisco Chieregato decretorum doctori cubiculario suo et Hieronymo de Medicis canonicis Concordien. committit, ut ante bullae expeditionem capere possint possessionem paroch. ecclesiae S. Vitalis Concordien. dioec. ap. dispositioni reservatae et praedicto Francisco collatae. „Contulimus nuper dilecto filio Francisco“ (P. Bemb.) Ed. inter Sadoleti epist. 81 p. 114. 115.

— — — (4720) Mag. Jeronimum Bertrandi de Reis archidiaconum de Nendes in eccl. Compostellan. creat Apost. Sedis notarium. „Pii Patris altissimi“ (Evangelista. | Grat. p. socio. Gomiel. Coll. H. de Cesis) L. 1211 f. 29.

— — — (4721) A Magistratu Bononiae postulat, ut Balthasaris Catanei libros permittat esse sub fide Antonii Card. Bonon. sibi amatissimi, qui propria epistola instruetur de remissione et de conditionibus; si erit opus, eos libros vult haberi Romae vel ita servari, ut veritas quaesita de Bentivolorum cogitationibus eliciatur. „Quoniam Antonium Card. Bonon.“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. V ep. 9 p. 37.

— — — (4722) Ludovico Albe de Rupemartina monacho monasterii S. Petri Montis Majoris O. S. B. Arelaten. dioec. pensionem annuam super fructibus Prioratus S. Martini de Collimartio O. S. A. Senecen. dioec. cum jure accedendi assignat. „Religionis zelus“ (Evangel. | Marciaci. Corbinus | A. Piora. Coll. H. de Cesis) L. 1127 f. 165, b.

— — — (4723) Aegidio de Juncteron cler. Carthaginen. dioec. literas Julii II., quibus ipsi accessus ad archidiaconatum S. Martini de Alvelda et B. M. Rotundae ecclesiarum invicem unitarum oppidi de Logroño Calaguritan. dioec. concedebatur, in omnibus valere declarat, ac si in dictis literis omnia rite sint expressa. „Vitae ac morum“ (P. Blondus | L. de Bertinis. Baena | Marciaci. Coll. Attan.) L. 1074 f. 164.

27. Sept. (V. Kal. Oct.) — Consistorium publicum, in quo novis Cardinalibus dat capellum s. galerum rubrum et statuit, festum SS. Cosmae et Damiani inter festa *Palatii* (non tamen Urbis) absque abstinentia ab opere servili esse recensendum (Paris de Grassis f. 58. 59).

— — — (4724) Guillelmo Fouquez par. ecclesiam S. Nicolai de la Feullye Constantien. dioec. prov. Rothomagen. confert. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Suno. Baena | Casanova. Coll. Attan.) L. 1003 f. 109.

— — — (4725) Ludovico Melchioris canonico Tudertino mandat, ut Bernardino Nicolai de Rachanis canonico etiam Tudertin., si eum idoneum repererit, S. Blasii de Castro veteri

[1] S. Nicolo in Insula Lissa in dioec. Pharen. (Lesina). *Farlati*, Illyric. sacr. tom. IV p. 243. In tabula taxarum l. c. p. 107 n. 371: Dioec. Faren. et monasterium S. Nicolai in Stila lite O. S. B.

[2] Jadren. metropolis est Zara in Dalmatia. *Farlati* l. c. tom. V p. 24 seq.

1513.

et S. Valentini de Casalibus et S. Joh. de Ponte et S. Angeli de Canonicacellis et S. Petri de Vacinis et S. M. de Losceto locorum Tudertin. dioec. rurales ecclesias conferat. „Dignum arbitramur“ (Infra: Colardi. Draco | Questenberg. Coll. Donat.) L. 1011 f. 84.

27. Sept. (V. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum — (4726) Nicolaum Burguera canonicum eccl. Terraconen. O. S. A. obsequiis Petri Card. S. Eusebii insistentem Acolythum capellanum nominat. „Virtutibus et meritis tuis“ (A. Colotius | J. J. Cipellus) Div. Cam. tom. 64 f. 58.

— — — (4727) Dominico Card. Grimano notificat, magna se molestia affectum, quod propter tabellarii tarditatem Cardinalium creationi interesse non potuerit; mandasse ut tabellarius poenas daret, sed eum se excusare, quod Cardinalem Urbe veteri non offenderit, propterea recta Spoletum tetenderit ibique eum jam rediisse Urbem veterem audierit; animi ejus alacritatem se libenter recipere. „Lectis tuis literis“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. V ep. 10 p. 37. 38.

28. Sept. (IV. Kal. Oct.) — (4728) Ut unio sequens sit valida, voluntati suae priori de vocandis iis, quorum interesset, aliisque contrariis constitutionibus derogat. A. F. R. M. „Decet Romanum Pontificem“ (Jo. Copis | Grat. p. Card. Nardinus) Arch. Lat. tom. 12 f. 98, b.

— — — (4729—4735) Ecclesiam Ottocen.[1] Vincentio episcopo Ottocen. consentiente ecclesiae Segnien., quam Thomas t. S. Martini in Mont. presb. Cardin. ex commissione apost. in commendam obtinet, quamdiu eam obtinuerit, unit et annectit absque tamen ejusd. Vincentii episc., quoad vixerit, praejudicio. A. F. R. M. „Sacrosancta Romana Ecclesia.“ De hac unione scribit a) capitulo ecclesiae Ottocen.; b) clero et c) populo civit. et dioec. Ottocen. „Hodie ex certis causis“; d) ejusd. eccl. vasallis; e) archiepiscopo Spalaten.; f) Wladislao Hungariae Regi. „Hodie“ (Script. ut supra) L. c. f. 97, b seq.

— — — (4736) Pontifex ecclesiam Ottocen., quam cum consensu Vincentii episcopi Ottocen. ecclesiae Segnien., quam Thomas tit. S. Martini in Montibus in commendam obtinet, quamdiu eam obtineret, eadem die univit et incorporavit, pro dictarum ecclesiarum felici successu, eodem Vincentio consentiente, de Cardinalium consilio perpetuo eidem ecclesiae Segnien. unit, ita ut Vincentio episcopo Ottocen. cedente vel decedente dictus Thomas Cardinalis et successores ecclesiam Segnien. in titulum vel commendam obtinentes ecclesiae Ottocen. possessionem capere possint. A. P. R. M. „Romanus Pontifex“ (P. de Senis | Grat. de mand. S. D. Colardi. Draco | Cotini. Coll. H. de Cesis) L. 1012 f. 146. Theiner, Mon. Hung. II p. 613, Doc. 809[2].

— — — (4737) Thomae de Coltis cler. Venetiarum obsequiis Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. insistenti monasterium S. M. Polen. (Polae in Istria) O. S. B., cujus commendae Sixtus Electus Salutiarum renuntiat, commendat eumque in eventum litis dicto Sixto surrogat. „Romani Pontificis providentia“ (Sine secret. | Grat. de mand. S. D. L. de Bertin. Gomiel | F. de Acre. Coll. S. de Spol.) L. 1059 f. 232, b.

— — — (4738—4739) Marcello de Cavaleriis fam. suo canonicatum et praeb. ecclesiae S. M. in Porticu de Urbe ab Ardizino Castilioneo resignatos confert. G. F. — Executionem committit episcopis Cuman. et Alexandrin. et Cavallicen. „Hodie dilecto filio“ (P. Lambertus. G. de Prato | Grat. de mand. Nardinus. Add. XI. Kal. Januar. a. primo Nardin.) Arch. Lat. tom. 20 f. 279, b.

— — — (4740) Blasio Chambon canonicatum Claromonten. et archidiaconatum S. Flori in eccl. Claromonten. confert. „Vitae ac morum“ Colot. | Grat. de mand. S. D. Colardi. Draco | Cheminart. Coll. Attan.) L. 995 f. 177.

— — — (4741) Simoni de Fictis laico Florentin., quem Pontifex adhuc in minoribus constitutus et Legationis officio in civit. Bononiae fungens Tabernarium Tabernae Palatii residentiae Legati ejusdem civitatis deputavit et postea in eo officio per literas in forma Brevis confirmavit, in his literis etiam pacta et conventiones, quae idem Simon cum Datiariis vini ejusd. civit. inivit, comprehendi et approbari declarat. „Dudum pro parte tua“ (Bemb.) Brev. tom. 2 n. 79 (ib. n. 80 supplicatio); tom. 30 p. 123.

— — — (4742) Dominico episc. Lucerino in Rom. Curia residenti mandat, ut Johannem Bapt. Branconium cler. Aquilan., qui in Hospit. S. Joh. Hieros. Deo famulari cupit, surroget in omne jus, quod Antonio Panizolis super Praeceptoriis S. Joh. Alexandrin. et ejusd. S. Joh. de Valentia Papien. dioec. cum Antonio Zabaldinis litiganti tempore obitus competebat, easque illi ad certum tempus commendet et deinde, si idoneus sit et habitum susceperit ac professionem emiserit, ei conferat. „Apostolicae Sedis“ (Nasius | Gratis de mand. Suno | Benedictus. Coll. Attan.) L. 1008 f. 111.

— — — (4743) Johanni Baron cler. Corisopiten. dioec. concedit indultum quoad beneficia. „Vitae

[1] s. Ottocien. s. Octocien. (Ottochaz).

[2] Ex praeced. docum. data praesentis eruitur. In cod. neque dies neque mensis, sed solummodo annus 1513 adnotatur. *Theiner* falso ponit: Id. Sept.

1513.

ac morum“ (Infra: Grat. pro fam. script. [Jer. Bertrandi] Colardi | J. de Vega | Coll. Donat.) L. 1011 f. 280.

28. Sept. (IV. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum — (4744) Bartholomaeo Robineau canonicatum et praeb. eccl. Vavren. confert. In. ut supra (Ph. d. Senis | Bertin. | Valleol. Coll. Attan.) L. 1005 f. 175.

29. Sept. (III. Kal. Oct.) — Consistorium, in quo novis Cardinalibus os claudit et titulos assignat: L. Puccii titulum SS. Quatuor Coronatorum, Julio de Medicis diaconiam S. Mariae in Domnica, B. de Bibiena diac. S. Mariae in Porticu et J. Cibo diac. SS. Cosmae et Damiani (P. de Grassis f. 62, b).

— — — (4745) Petro de Bibiena internuntio apud Venetos scribit, gratum sibi fuisse, quod Veneti suarum cum Imperatore discordiarum cognitionem Romani Pontificis arbitrio commiserint, seque operam daturum, ut hujus ipsorum de se judicii eos numquam poeniteat. „Sane quam Nobis gratum“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. V ep. 11 p. 38. *Raynald* a. 1513 n. 77 p. 35. 36.

— — — (4746) Consulit indemnitati Alberti Salvii Senen. Camerae ap. computistae, a quo 750 duc. mutuo recepit. M. P. „Fatemur praesentibus“ (L. Amerin.) Div. Cam. tom. 63 f. 127.

— — — (4747) Roberto Guerin Mag. in theol., canonico eccl. Bituricen., confert archidiaconatum dictae ecclesiae. „Literarum scientia“ (P. de Cesis | L. de Bertin. Gomiel | Valeoleti. Coll. Attan.) L. 1000 f. 269, b.

— — — (4748) Mag. Francisco Osorio canonico eccl. Civitaten. scriptori suo indultum quoad beneficia concedit. G. D. et F. (Gratiadei | Gratis pro socio | J. de Gais. Coll. Blondus) L. 1206 f. 120, b.

— — — (4749) Decano ecclesiae B. M. oppidi Trajecten. Leodien. dioec. mandat, ut par. ecclesiam S. Dionysii in Ubach Colonien. dioec. a Johanne Plebis resignatam Petro Schrineman presb. Colonien. dioec. conferat, si ille post diligens examen idoneus reperiatur. „Dignum“ (Ph. de Agnellis | Add. Non. Januar. a. II. Nardin.) Arch. Lat. tom. 23 f. 253.

— — — (4750) Antonio Javadani Prioratum B. M. de Cabotis O. S. B. Vapincen. dioec. confert. R. Z. (Sadol. | Colardi. Draco | Tarin. Coll. H. de Cesis) L. 994 f. 310, b.

— — — (4751) Guillermo de Collibus par. ecclesiam B. Martini de Nomoglieto Nemausen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ Sadol. | Colardi. Draco | Salvius. Coll. H. de Cesis) L. 994 f. 313.

— — — (4752) Caspari Wirt decret. doctori et lit. ap. sollicitatori canonicatum et praeb. ecclesiae Ratisponen. obitu Georgii Nusberger vacantes confert. G. F. (J. de Lerma | Delius. Enckenw. | Marciaci. Coll. Amerin.) L. 1139 f. 95.

30. Sept (prid. Kal. Oct.) — (4753) Pro parte nobilium virorum Henrici domini temporalis locorum de Clifford et Westmorlande et Thomae Worthon et Edwardi Mosgrave et incolarum villae de Burghe Karliolen. dioec. exponentium quod Johannes Burnischales laicus dictae villae in honorem B. M. V. oratorium et apud illud hospitale pro pauperum et peregrinorum receptione in dicta villa construi fecerat et ordinaverat, ut inibi unus capellanus, qui missas celebraret, et unus grammaticae peritus, qui grammaticam discere volentes doceret, et duo famuli pro peregrinorum servitio essent, portione de suis bonis pro eorum sustentatione assignata, statuens ut fel. mem. Richardus episc. Elien. monasterium de Schappe Ord. Praemonstrat. dictae dioec. in commendam obtinens ejusque successores abbates commendatarii ejusd. monast. capellanum et magistrum praefatos deputarent, concordiam, qua lis inter Thomam Rigge vicarium par. ecclesiae dictae villae, quae collegio Reginali nuncupato in Universitate Studii generalis Oxonien. perpetuo est unita, et dicti oratorii capellanum super oblationibus, quae ob frequentem fidelium ad dictum oratorium concursum erant auctae, componebatur, approbat et confirmat. A. P. R. M. „Ex injuncto nobis desuper“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. vol. A f. 6.

— — — (4754) Mag. Johanni de Burdelias rectori par. ecclesiae de Montronio Lemovicen. dioec. notario suo commendat Prioratum B. Mariae de Belloloco O. S. B. Engolismen. dioec. a monasterio de Burgolio in Valle dicti Ord. Andegaven. dioec. dependentem. G. D. (P. de Cesis | Bertin. Gomiel | Cyprian. Coll. L. Amerin.) L. 1021 f. 152.

— — — (4755) Johanni de Cortinis canonicatum et praeb. ecclesiae Ruthenen. resignatione Bertrandi etiam de Cortinis, cujus dictus Johannes frater existit, vacantes confert. „Laudabilia“ (Melfit. | Guerrer. Bertrandus. Coll. Bucan.) L. 1055 f. 90, b.

— — — (4756) Bartholomaeo de Capris fam. suo et tinellorum suorum custodi paroch. ecclesiam S. Andreae extra muros Novarien. obitu Bernardini de Bussiis vacantem confert. G. F. (J. Bapt. Nasius | Grat. de mand. | S. Gerona. Coll. Donat.) L. 1059 f. 73.

— — — (4757) Johanni Caillarz cler. Lexovien. par. ecclesiam S. Germani loci de Maguevilla Radulphi Lexovien. dioec. ad certum tempus commendat et deinde confert. „Laudabilia“ (Sadolet. | Colardi. Draco | A. de Castillo. Coll. H. de Cesis) L. 995 f. 276, b.

1513.

30. Sept. (prid. Kal. Oct.)	Romae apud S. Petrum	(4758) Episcopo Milopotamen. et S. Petri et S. Jacobi Lovanien. Leodien. dioec. ecclesiarum decanis mandat, ut Jacobo Huberti cler. Leodien. capellaniam in par. eccl. de Baerle dictae dioec. conferre curent. „Vitae ac morum“ (P. de Cesis | Grat. p. fam. script. Colardi. Draco | P. de Suno. Coll. H. de Cesis) L. 995 f. 111.
— —	—	(4759) Petro de Beyssaco monacho monasterii S. Martialis Lemovicen. dioec. Prioratum S. Petri de Laudis O. S. B. Xanctonen. dioec. confert. „Religionis zelus“ (Sadolet. | Colardi | A. de Castillo) L. 1000 f. 243.
— —	—	(4760) Antonio Comitis J. U. baccal. par. ecclesiam de Pirolis Lemovicen. dioec. obitu Stephani Comitis vacantem confert. L. S. (Sadolet. | Colardi. Balbus | Salvius. Coll. Donat.) L. 1011 f. 94.
— —	—	(4761) Jacobo Barrani rectori capellae B. M. de Roquamilla infra limites parochiae S. Andreae de Montegischardi Tolosan. dioec. indultum quoad residentiam concedit. „Vitae ac morum“ (Gratiadei | Suno | Attan.) L. 1205 f. 731.
— —	—	(4762) Mag. Petro Pimeulle cler. Nanneten. dioec. notar. ac fam. suo concedit jus regrediendi ad perp. capellaniam de Morstetier nuncupatam ad altare majus par. ecclesiae de Abbaretz Nanneten. dioec. G. D. (Sadolet | Grat. de mand. Cheminart | Bernard. Coll. F. de Attan.) L. 1013 f. 106.
— —	—	(4763) Guillelmo Gerardi J. U. doctori decanatum ecclesiae Villaenovae Avenion. dioec. confert. L. S. (Colotius | De Bertinis. Gomiel | Salvius. Coll. Attan.) L. 1101 f. 110.
— —	—	(4764) Johanni de Joyeuse cler. Viennen. dioec. notario suo commendat Prioratum B. Mariae loci de Auriliaco O. S. A. Andegaven. dioec. assentiente patrono Carolo de Borbonio Comite Vindomen. et domino temporali dicti loci prope Bellumforte. G. D. (P. de Cesis | Suno. Baena | J. de Gays. Coll. Attan.) L. 1021 f. 78.

ANNO PRIMO MENSE OCTOBRI. 1513.

1513.

1. Oct. (Kal. Oct.)	Romae apud S. Petrum	(4765) Quamquam in eccl. Gnesnen. certus canonicatus cum praeb. pro uno lectore in jure canonico existit, cum vero lector hujusmodi circa lecturam sit praepeditus, et propter defectum jurisperitorum causae appellationum ad Curiam metropolitan. devolutae debite tractari non possint, pro parte Johannis archiepiscopi Gnesnen. duos canonicatus et praeb., quos Sigismundus Camycuycez et Andreas de Czyesle obtinent, pro duobus aliis doctoribus vel alias jurisperitis, qui in dicta civit. personaliter resideant, Officiali Gnesnen. assistant et pauperibus consulant, perpetuo deputat, ita ut in eventum vacationis iisdem dicti canonicatus perpetuo ordinaria auctoritate conferantur. A. P. R. M. „Ex injuncto nobis desuper“ (Infra: *Visa* de Rizonibus | Cabredo) L. 1198 f. 189. Ed. *Theiner*, Monum. Polon. tom. II p. 341. 342 doc. 369.
— —	—	(4766) Pro parte archiepiscopi et Capituli Gnesnen., cum scholares in civ. Gnesnen. literis operam dantes divina officia in eccl. Gnesnen. decantare consueverint, certum canonicatum cum praeb. mensae capitulari dictae perpetuo unit, ita ut capitulum loco dictorum scholarium aliquos clericos chorarios nuncupatos in cantu instructos ad nutum capituli amovibiles, qui cum canonicis et beneficiatis istius eccl. in divinis deserviant, deputare possit. A. P. R. M. „Ad exequendum pastoralis officii debitum“ (Script. ut supra) L. 1198 f. 226. Ed. *Theiner* l. c. p. 342. 343 doc. 370.
— —	—	(4767) Andreae Thomae presb. Andegaven. Prioratum S. Martini de Argerio O. S. B. Bituricen. dioec. resignatione Stephani Girault vacantem commendat. „Vitae ac morum“ (Sadolet. | Colardi. Draco | A. de Castillo. Coll. Narnia) L. 996 f. 223.
— —	—	(4768) Franciscum Merulo laicum Avenionen. U. J. doctorem S. P. et aulae Later. Comitem et Militem creat. „Constantis fidei“ (Sadol. | Questenberg) L. 1194 f. 90.
— —	—	(4769—4770) Mag. Paulum de Norigiis Praepositum ecclesiae S. Panthaleonis de Brignano Comen. dioec. creat Ap. Sedis notarium et juramentum solitum ab eo recipere jubet episcopum Bettelen. „Pii Patris.“ — „Cum Nos hodie“ (Infra: De Bertinis. Gomiel | A. de Castillo | Coll. H. de Cesis) L. 1211 f. 50. 51.
— —	—	(4771) Mag. Johannem de Malvenda cler. Burgen. Ap. Sedis notarium creat. „Pii Patris“ (Carrotius | Colardi. Draco | Gomiel. Coll. H. de Cesis) L. 1211 f. 39.
— —	—	(4772) Jacobo Tollien al. Kollien par. ecclesiam S. Dionysii Lugdunen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Sadolet. | Colardi. Draco | J. de Cesis. Coll. H. de Cesis) L. 1007 f. 183; (Infra: Colardi. Balbus | J. de Cesis. Coll. H. de Cesis) L. 997 f. 227, b.
— —	—	(4773) Julio S. Mariae in Domnica diac. Card. indultum beneficia conferendi concedit. „Ad personam tuam“ (Armellin. | Gomiel. Piora) L. 1206 f. 31.

1513.

1. Oct. (Kal. Oct.) | Romae apud S. Petrum

(4774) Mag. Silvio Passerino cler. Cortonen. notar. et fam. suo, qui Prioratum S. Marci Asten. Ord. Cruciferorum obitu Oppicimi de Rotariis vacantem et deinde ipsi commendatum literis desuper non confectis sponte dimisit, concedit accessum ad dictum Prioratum Scipioni de Rotariis Praeposito domus S. M. Magdalenae Brixien. Ord. Humiliat. commendatum. G. D. (Carrotius | de Rizonibus | Madrigal. Coll. S. de Spoleto) L. 1042 f. 218.

— — — (4775) Mag. Jacobum Sadoletum cler. Ferrarien. secretarium suum domesticum Apost. Sedis notarium creat. „Pii Patris altissimi“ (A. Colotius | Grat. de mand. Colardi | Casanova. Coll. S. de Spol.) L. 1211 f. 60.

— — — (4776) Eundem Jacobum Sadoletum S. Pal. et aulae Lateranen. Comitem creat. „Ecclesia Romana“ (Script. ut supra) L. 1211 f. 58, b.

— — — (4777) Eidem Jacobo Sadoleto in diaconatus ordine constituto indultum quoad beneficia et privilegia ac facultates concedit. G. D. et F. (A. Colotius | Grat. de mand. S. D. Colardi | Casanova. Coll. S. de Spol.) L. 1001 f. 166, b.

— — — (4778) Johanni Ezigelbenser cler. Wormatien. dioec. indultum quoad beneficia concedit. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Grat. p. fam. script. [Mag. Marci Antonii Casanova] Enckenw. Draco | J. de Cesis. Coll. Donatus) L. 1139 f. 172.

— — — (4779) Concordiam seu laudum inter Johannem Payros et Petrum de Rivo canonicos monasterii per Priorem gubernari soliti S. Antonini de S. Antonino Rom. Eccl. immediate subjecti O. S. A. Ruthenen. dioec. super paroch. ecclesia *Prioratu* nuncup. B. M. de Mordanha initam confirmat. In concordia vero statuitur, ut ista ecclesia dividatur et in ea una perpet. vicaria cum cura animarum pro dicto Petro ejusque successoribus cum dote tertiae partis fructuum instituatur, et unus Prioratus cum duabus partibus fructuum pro praefato Johanne erigatur. A. P. R. M. „Ex injuncto Nobis desuper“ (Infra: Balbus. p. rescr. Baena | Valleoleti. Coll. H. de Cesis) L. 1005 f. 282.

— — — (4780) Petro de Rivo praedicto confert vicariam paroch. ecclesiae B. M. de Mordanha Ruthenen. dioec. „Religionis zelus“ (F. Castilion. | Balbus p. rescr. Baena | F. de Vega. Coll. H. de Cesis) L. 1005 f. 285.

— — — (4781) Archidiacono et Thesaurario ecclesiae Maclovien. ac Officiali Maclovien. mandat, ut Ludovico de Ecclesia cler. Asten. rectoriam paroch. ecclesiae loci de Caro Maclovien. dioec. conferant. „Vitae ac morum“ (Infra: Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Marciaci. Corbinus | Cabredo. Coll. Attan.) L. 1031 f. 291.

— — — (4782) Bernardo de Ordaz baccal. in decr., Johannis Antonii de Radicibus script. familiari, confert beneficium in eccl. S. Vincentii de Colle Legionen. dioec. cum alio ejusd. dioec. beneficio ipsi antea non rite collato. „Literarum scientia“ (Colotius Grat. p. fam. script. Colardi | Verdesotto. Coll. Attan.) L. 1001 f. 35.

— — — (4783) Indulgentias concedit ecclesiae domus S. Bartholomaei de Belpuche Ord. fratr. minor. Vicentin. dioec., ad quam Raimundus de Cardona specialem gerit devotionis affectum. „Etsi cunctae orbis ecclesiae“ (Bembus | Gratis de mand. Colardi. Draco | J. de Madrigal | Auscult. per Bembum) L. 1198 f. 62, b.

— — — (4784) Petrum Paulum Scorzoni de Bassarnello in officio vicariatus Civitatis Vetulae confirmat. „Cum. fel. record. Julius“ Div. Cam. tom. 72 f. 76.

— — — (4785) Bernardino de Comitibus U. J. doctori Praeposituram ecclesiae S. Michaelis de castro Lumelli Papien. dioec. ab Alexandro de Lecanis Pontificis famil. resignatam confert. L. S. (Blondus | Grat. de mand. Suno | Gais. Coll. Donatus) L. 1109 f. 31.

— — — (4786) Alexandro tit. S. Eustachii Diac. Card. pensionem annuam super fruct. paroch. ecclesiae S. Jacobi de Lago Imolen. dioec. per Gerardum Podium ejus rectorem solvendam constituit. „Ad personam tuam“ (Blondus | *Visa:* Madrigal | Salvius. Coll. Narnia) L. 1095 f. 49.

— — — (4787—4788) Pro parte presbyterorum paroch. ecclesiae B. M. Villae Franchae Poeniten. Barchinonen. dioec. confirmat decretum Henrici episc. Barchinonen., qui ordinaverat, ut omnes, quibus provideretur de beneficiis in dicta ecclesia, cujus redditus et fructus per bellorum discrimina, eo quod praefata villa cum maxima sanguinis effusione hominumque in ea tunc habitantium strage capta et penitus destructa erat, adeo erant tenues, ut dicti presbyteri commode ex eisdem fructibus sustentari nequirent, tempore admissionis 5 libr. monetae Barchinonen. solvere tenerentur et ut ista beneficia non nisi personis idoneis ex dicta villa vel saltem ex principatu Cataloniae oriundis concederentur, cum aliter pauci apud eam ecclesiam residentiam facerent et ecclesia ipsa circa divinum cultum non modicum sustineret detrimentum. A. P. R. M. „Ex debito pastoralis officii.“ Executionem committit archidiacono Barchinonen. et Officiali Barchinonen. „Hodie a Nobis emanarunt“ (A. d. S. Severino. Ph. de Agnellis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 20 f. 302, b; f. 304, b.

1513.

2. Oct. (VI. Non. Oct.)	Romae apud S. Petrum	(4789) Adae de Nigromonte canonico monasterii S. Saturnini Tolosan. O. S. A.[1] baccal. in decr. confert Prioratum SS. Mariae et Vidiani de Martris Tolosan. dicti Ord. Riven. dioec. R. Z. (Colotius | Cheminart. Aloys. | J. de Radicibus. Coll. Attan.) L. 1045 f. 112.
— —	—	(4790—4791) Raymundo de Thesano Priori Prioratus S. Crispini de S. Crispino O. S. B. Vavren. dioec. paroch. ecclesiam S. Bandilii seu Bandelii de Sirano S. Pontii Thomeriarum dioec. commendat. „Religionis zelus." Episcopo Cavallicen. et S. Pontii Thomeriarum ac Vavren. Officialibus committit executionem. „Hodie dilecto filio" (P. Lambertus. De Prato | Nardinus) Arch. Lat. tom. 20 f. 319; f. 321, b.
— —	—	(4792) Mac. Mercurio de Vipera caus. P. A. auditori mandat, ut Raphaeli Torroella cler. Gerunden. de beneficio ecclesiae Barchinonen. provideat, si nemini sit jus quaesitum. G. F. (Carrot. | Grat. de mand. S. D. Colardi | Tarin. Coll. S. de Spol.) L. 1002 f. 252.
— —	—	(4793) Thomae de Tulles confert paroch. ecclesiam B. M. de Pistris Rothomagen. dioec. „Vitae ac morum" (P. de Cesis | Gomiel | J. de Gais. Coll. Attan.) L. 1002 f. 72, b.
— —	—	(4794) Vicario gener. episcopi Lucan. mandat, ut Hospitale pauperum S. Januarii de S. Januario per clericos, interdum etiam per laicos regi solitum Johanni Bapt. Fatinelli laico Lucan. gubernandum committat, si ipsum idoneum esse repererit. „Gerentes in desideriis cordis" (Ph. de Agnellis | Add. prid. Kal. Nov. a. primo. Nardinus) Arch. Lat. vol. A. f. 343.
— —	—	(4795) Lupo Coton presb. Compostellan. declarat, literas, quibus mandatum ad ipsius absolutionem a crimine falsi dedit, in omnibus valere ac si omnia exprimenda fuissent expressa. „Vitae ac morum" (Melfit. | Grat. pro fam. script. Colardi | Marciaci. Coll. Evangel.) L. 1205 f. 634, b.
— —	—	(4796) Andreae Carrillo cler. Abulen. assignat pensionem an. 16 duc. super fructibus paroch. eccl. S. Andreae loci de Castil de Vaguela Abulen. dioec. G. F. (Carrotius | Gratis de mand. S. D. Colardi. Comit. p. comp. | A. de Verdes. Coll. H. de Cesis) L. 997 f. 284, b.
— —	—	(4797) Episcopis Alexandr. et Cavallicen. atque Officiali Abulen. mandat, ut praefatam pensionem rite solvendam curent. „Hodie dilecto filio" (Infra: Script. ut supra) L. c. f. 286, b.
— —	—	(4798) Alphonso de Mercado fam. suo confert perp. simplex servitorium beneficium in eccl. B. Mariae oppidi de Gerendilla Placentin. dioec. statutis in regnis Castellae et Legionis vigentibus derogans et privilegia adjungens. G. F. (J. Carrotius | Gratis de mand. S. D. L. de Bertinis. F. Gomiel | Verdes. Coll. H. de Cesis) L. 997 f. 280, b.
— —	—	(4799) Francisco de Buello confert archidiaconatum eccl. Andegaven. N. G. (Evangel. | Marciaci. Aloys. | J. de Madrigal. Coll. H. de Cesis) L. 1013 f. 172.
— —	—	(4800) Francisco Bauvault Mag. in artibus et baccal. in leg. confert canonicatum et praeb. eccl. Andegaven. „Literarum scientia" (Carrotius | Millin. Gauden. | De S. Joh. Coll. Amerin.) L. 1035 f. 218.
3. Oct. (V. Non. Oct.)	—	(4801) Johannem Rynel canonicum Osilien., Coadjutorem et successorem episcopi Osilien. eum deputaturus, ad cautelam a censuris absolvit. „Apostolicae Sedis" (Nardinus) Arch. Lat. tom. 3 f. 19, b.
— —	—	(4802) Eundem Johanni episcopo Osilien.[2] jam fere octuagenario et senio confecto cum ejusdem episcopi atque capituli consensu Coadjutorem perpetuum deputat et eum dictae eccl. Johanne episcopo cedente praeficit in episc. et pastorem. „Romanus Pontifex" (Benzon) Arch. Lat. tom. 3 f. 16.
— —	—	(4803—4806) Hanc provisionem nuntiat a) capitulo dictae eccl.; b) necnon clero et c) populo civit. et dioec. Osilien. ac d) vasallis ejusd. eccl. „Hodie ex certis causis" Arch. Lat. tom. 3 f. 17, b seq.
— —	—	(4807) Eundem Archiepiscopo Rigen. commendat. „Ad cumulum tuae cedit" (Nardinus) Arch. Lat tom. 3 f. 19.
— —	—	(4808) Episcopo Cavallicen. et archidiacono ecclesiae Calaguritan. ac Officiali Calaguritan. mandat, ut Gundisalvo de Cabredo cler. Calaguritan., Mag. Roderici de Cabredo script. nepoti, perceptionem fructuum superexcrescentium dimidiam portionem nuncupatam in paroch. eccl. S. Crucis oppidi de Nagera Calaguritan. dioec., cujus filius patrimonialis existit, assignare curent. „Vitae ac morum" (Armellin. | Grat. p. nep. script. Colardi | Suno. Coll. Bucanus) L. 995 f. 265, b.
— —	—	(4809) Episcopis Cavallicen. et Alexandrin. et Officiali Segobien. mandat, ut Petro Martini de los Othones cler. Segobien. et fam. suo capellaniam in eccl. paroch. S. Petri de

[1] Gallia christ. tom. 13 p. 91 seq.

[2] Johannes IV. Orges ab a. 1491 episcopus Osilien. (Oesell) mortuus est d. 19. Mart. 1515. v. *Gams* pag. 297.

1513.

Sanquillo Segobien. dioec. conferant. G. F. (J. B. Nasius | Grat. de mand. Cheminart. | Valtrini. Coll. J. de Attan.) L. 1007 f. 294.

3. Oct. (V. Non. Oct.) Romae apud S. Petrum (4810—4811) Mag. Stephanum Sauli cler. Januen. fratrem Card. Bandinelli in Univ. Studii Bonon. actu studentem suum et Ap. Sedis notarium creat. „Pii Patris altissimi." Episcopo Polen. mandat, ut eidem recepto prius fidelitatis debitae juramento insignia officii impendat. „Cum Nos hodie" (Infra: Colardi. Draco | Benedictus. Coll. de Narnia) L. 997 f. 243.

— — — (4812—4813) Bandinello tit. S. Sabinae presb. Card. commendam monasterii S. Simpliciani extra muros Mediolan. O. S. B.[1] resignanti, reservat fructus ejusd. et regressum ad illud concedit. „Ad personam tuam" (Benedict.) L. 998 f. 232. Executionem demandat episcopis Militen. et Cavallicen. et vicario gen. episc. Mediolan. „Hodie cum dilectus filius" (Benedict. Coll. Attan.) L. 997 f. 233, b.

— — — (4814) Mag. Stephanum Sauli cler. Januen. ob sequentem provisionem ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis" (Colardi. Draco | Benedictus) L. 1000 f. 251, b.

— — — (4815) Eidem Stephano monasterium S. Simpliciani extra muros Mediolan. O. S. B. regendum tradit. „Romani Pontificis" (Infra: Colardi | Benedictus) L. 1000 f. 248, b.

— — — (4816) Conventui praedicti monasterii O. S. B. mandat, ut Stephanum Sauli cler. Januen., cui regimen ejusd. commisit, bene recipiant eique honorem, obedientiam et reverentiam exhibeant. „Hodie monasterium vestrum" (Scr. ut supra) L. c. f. 249, b.

— — — (4817) Archiepiscopo Mediolan. de eodem Stephano Sauli scribit. „Hodie monasterium" (Scr. ut supra) L. c. f. 250.

— — — (4818) Vasallis praedicti monasterii de eodem et fidelitate ipsi exhibenda. Init. ut supra (Colardi. Draco | Benedictus) L. c. f. 250, b.

— — — (4819) Bononien. et Polen. episcopis mandat, ut ab eodem Stephano solitum recipiant fidelitatis juramentum. „Cum Nos hodie" (Colardi | Benedictus) L. c. f. 251.

— — — (4820) Petro de Fagetia baccal. in leg. confert capellaniam *del Griffolet* nuncupatam in paroch. eccl. S. Petri de Gordonio Caturcen. dioec., cum ipse dubitet, praesentationem factam ab uno ex patronis et institutionem ab episcopo datam ex certis causis viribus non subsistere. „Literarum scientia" (Evangel. | Balbus. Gibraleon | Valtrini. Coll. Attan.) L. 1046 f. 90.

— — — (4821) In favorem Antonii de Capitaneis rectoris alterius portionis paroch. ecclesiae per duos rectores portionarios nuncupatos regi solitae S. Johannis Evang. castri Silaneuglii Novarien. dioec. dictae portioni, quamdiu eam ipse obtinuerit, alteram ejusd. eccl. portionem unit et annectit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem" (Evangel. | Colardi. Draco | Tarin. Coll. Narnia) L. 1003 f. 62.

— — — (4822) Gentilem Contutio de Amandula arcis suae Fabriani castellanum ad quadriennium deputat. „Promeretur virtus" (Bembus | Coll. H. de Cesis) Leon. X. et Clem. VII. Var. Cam. Arm. 34 n. 18 f. 3, b.

— — — (4823—4824) Petrum Puerto Cairero fratrem Militiae S. Jacobi de Spatha O. S. A. presbyterum ab omni superioritate et subjectione eximit et Sedi Apost. immediate subjicit. „Religionis zelus." Episcop. Gaietan. et Priori B. M. de las Cuebas et Ministro Smae. Trinitatis extra muros Ispalen. monasteriorum mandat, ut eidem Petro ejusque familiaribus pro tempore existentibus in praemissis efficaciter assistant. „Hodie dilectum filium" (P. de Castello. P. Planca | Nardin.) Arch. Lat. vol. A. f. 92; f. 93, b.

— — — (4825) Francisco Riberii rectori paroch. ecclesiae S. Saturnini de Canvasio al. Chanvassio Biterren. dioec. Prioratum S. Gervasii O. S. B. Castren. dioec. obitu Tristani de Thesano vacantem commendat. „Vitae ac morum" (A. Colotius | Madrigal. Corbinus | Bertrand. Coll. B. de Alex.) L. 1081 f. 142.

4. Oct. (IV. Non. Oct.) — (4826) Achilli Grasso Card. Bononien. committit, ut compositis litibus concordiam efficiat inter Borninum Blancum civem Bononien. ex una et Petrum et Johannem Franciscum Ocellanum ex altera parte de fundo et villa jam aliquot annos objectum litis efformante, quam litem ipse, cum Legatum ageret, terminare voluerat. „Controversiam, quam Borninus Blancus" (Bemb.) Ed. Bemb. L. V ep. 12 p. 38.

— — — (4827) Municipio Ravennat. mandat, ut Johanni Bapt. Bonaventurae arcis istius praefecto reliqua, quae ei ex arcis custodia debentur, curet ad eum usque diem persolvi, quo eam custodiam Antonio Medici novo praefecto tradet. „Mandamus vobis" (Bemb.) Ed. l. c. ep. 13.

— — — (4828) Cameram apostolicam jubet literas provisionis de ecclesia Esina pro Petro Paulo Electo Esino absque ulla solutione expedire omnesque obligationes forsan factas remittere. M. P. „Vener. fratri Raphaeli episc. Ostien. et dil. fil. Fernando Ponzetto Thesaur. gener. . . . et aliis, ad quos annatarum" (Episc. Ostien.) Div. Cam. tom. 63 f. 137 b.

[1] De hoc monasterio O. S. B. denominato a S. Ambrosii successore *Lubin* p. 211.

1513.

4. Oct. (IV. Non. Oct.) Romae apud S. Petrum (4829) Johanni Jurderii confert paroch. ecclesiam S. Vincentii de Selleyo Cabilonen. dioec. obitu Johannis Petri de Aliprandis vacantem. „Vitae ac morum“ (Infra: Grat. p. fam. script. | J. Colardi. Draco | Madrigal. Coll. H. de Cesis) L. 1000 f. 223.

— — — (4830) Johanni Rynel Coadjutori episcopi Osilien. concedit, ut finito Coadjutoriae officio a quolibet cathol. Antistite munus consecrationis suscipere valeat. „Cum nos pridem“ (Nardinus) Arch. Lat. tom. 3 f. 20.

— — — (4831) Antoniotto Perez capellaniam in paroch. eccl. S. Bressumi de Stipalno Aurien. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (P. de Cesis | Grat. p. fam. script. Colardi | Vega. Coll. Campania) L. 1000 f. 32, b.

— — — (4832) Bernardino de Trotis confert paroch. ecclesiam S. Jacobi de Villamajor Aurien. dioec. ab eccl. paroch. S. Joh. de Serboy dictae dioec., cui antea in favorem Lupi Sancii erat unita, dissolutam et resignatione Johannis Bapt. episc. Cavallicen. Referendarii, Prael. dom. et lit. ap. script., qui ejus commendae literis desuper non confectis cessit, vacantem; episcopo Milopotamen. et Alvarotto de Alvarottis canonico basilicae S. Petri de Urbe et Officiali Aurien. executionem committit. „Vitae ac morum“ (P. de Cesis | Gratis pro fam. script. [Joh. episc. Cavallic.] Colardi | A. de Verdes. Coll. Campan.) L. 1000 f. 31.

— — — (4833) Petro Franck de Bachtendonck cler. Colonien. assignat pensionem an. 5 flor. super canonicatu et praeb. eccl. S. Adalberti Aquen. Leodien. dioec. solvendam per Joh. Leyendecher (al. Leynidecker), cui de dictis canonicatu et praeb. providetur, cum praefatus Petrus omni juri ad eosdem sibi competenti cedat. „Vitae ac morum“ (A. Colotius | Grat. p. fam. script. [Saturnini Gerona] Colardi. Draco | Verdes. Coll. Attan.) L. 1000 f. 348, b.

— — — (4834) Mag. Andreae de Guidonibus cler. Mutinen. notario et fam. suo Praeposituram domus S. Marci extra muros oppidi Clavasii Ord. Humiliator. Iporrigien. dioec., quam Bernardinus de Valpergia dictae domus Praepositus obtinet, reservat illamque ipsi, quam primum vacaverit, commendat. G. D. et F. (Bembus | Grat. de mand. Bertin. Gomiel | de Comitibus. Coll. F. de Attan.) L. 1003 f. 180.

5. Oct. (III. Non. Oct.) — (4835) Episcopo Polae Bononiae Magistratui mandat, ut Nicolao Blanco civi Bononien. reditum in patriam concedat eumque ab exilio revocatum nulla molestia affici sinat. „Mandamus tibi, ut Nicolao Blanco“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. V ep. 14 p. 38.

— — — (4836) Achilli de Grassis Card. Bononien. de eodem Nicolao Blanco ab exilio revocando. „Scribimus Altobello Polae episcopo“ (Bemb.) Ed. l. c. p. 15.

— — — (4837) Jacobo Ghigliaccia parochialem S. Michaelis loci Cellarum Saonen. dioec. et aliam sine cura S. Lazari prope et extra muros Saonen. ecclesias rectorias nuncupatas permutationis causa dimittenti confert canonicatum et praeb. eccl. Saonen. a Sebastiano Justiniano eadem de causa dimissos. „Apostolicae Sedis circumspecta benignitas“ (Infra: Colardi. Draco | Benedictus. Coll. L. Amerin.) L. 998 f. 21, b.

— — — (4838) Tiberio de Ripantibus, defuncti Angeli episc. Esini[1] fratri et haeredi testamentario, spolia et bona dicti episcopi, quorum sequestrationem antea Thesaurario prov. Marchiae commiserat, gratiose donat. „Mandavimus superioribus“ (Bembus) Div. Cam. tom. 63 f. 134.

— — — (4839) Antonio Caver continuo commensali suo beneficium ad altare SS. Petri et Pauli in eccl. Gerunden. confert. G. F. (A. Colotius | Grat. de mand. S. D. Colardi | Verde sotto. Coll. Amerin.) L. 996 f. 229.

— — — (4840) Johanni Mariey de Billeyo paroch. eccl. S. Petri loci de Alondreyo Treveren. dioec. et capellaniam ad alt. S. Spirit. in paroch. eccl. de Bertomio ejusd. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Colot. | Grat. p. fam. script. [Bened. Gentilis] Colardi | Valtrini. Coll. Narnia) L. 1000 f. 189.

— — — (4841) Jacobo Soragnera, Hieronymi Bertrandi de Roys scriptoris fam., concedit regressum ad unam ex portionibus ecclesiae Terraconen., quae parochialis per duos rectores regi solita existit, necnon ad beneficium in eadem eccl., quibus renuntiavit. „Vitae ac morum“ (Evang. | Gr. p. fam. script. Colardi. Balbus | F. de Vega. Coll. Campania) L. 1002 f. 37.

— — — (4842) Jeronimo de Bardis confert canonicatum et praeb. eccl. Florentin. a Caesare de Attanantis resignatos. „Vitae ac morum“ (Infra: Colardi | D. de Comitibus. Coll. H. de Cesis) L. 1007 f. 211.

— — — (4843) Mag. Roderico de Cabredo cler. Calaguritan. dioec. scriptori et fam. suo, qui liti et causae super canonicatu et praeb. eccl. Caurien. cessit, pensionem an. super eorum fructibus et regressum deficiente pensione concedit. G. D. et F. (Armellin. | F. de Vega. Coll. J. J. Cipell.) L. 1007 f. 56.

— — — (4844) Jacobo Milleti cler. Bisuntin. dioec., familiari Mag. Pauli de Cesis referendarii

[1] Angelus Ripanti episcopus Aesinus erat 1505—1513. *Gams* p. 701.

1513.

et notarii ac Cancellariae apost. Regentis, assignat pensionem an. super fructibus eccl. paroch. de Sanegneyo ejusd. dioec. solvendam per Petrum Guigneti parochum, cum Jacobus liti et causae super dicta eccl. cesserit. „Vitae ac morum“ (Melfit. | Grat. pro fam. Regentis. Cheminart | Cabredo. Coll. H. de Cesis) L. 1023 f. 254.

5. Oct. (III. Non. Oct.) — Romae apud S. Petrum — (4845) Carolo tit. S. Caeciliae presb. Card. reservat fructus paroch. ecclesiae *plebaniae* nuncupatae S. Pauli in Rosso Fesulan. dioec., cum omni juri ad eam ipsi competenti cesserit, eique jus accedendi ad eam concedit. „Ad personam tuam“ (P. de Cesis | Colardi | Verdes. Coll. Narnia) L. 1003 f. 68, b.

— — — (4846) Martinum de S. Andrea cler. Carcassonen. baccal. in decr., quem Praesidentes Conciliabuli Pisani administratorem ecclesiae Carcassonen. obitu Petri episc. vacantis ad certum tempus deputaverant et deinde de ipso dictae ecclesiae providerant, cum doleat et ad abjurationem ejusd. Conciliabuli et ad poenitentiam paratus sit, absolvit ab irregularitate et a censuris. „Solet Sedis Apostolicae consueta clementia“ (Evangel. | Balbus | Marciaci. Coll. Gratiadei) L. 1206 f. 101.

— — — (4847) Natali Gellier cler. Andegaven. dioec., Johannis Danielo lit. ap. de majori praesidentia abbreviatoris familiari, Prioratum de Thierceyo O. S. A., a monasterio omnium SS. Andegaven. O. S. A. dependentem Oliverii Ranallet al. Ranerellet (cf. n. 2994) cler. Nanneten. cessione vacantem commendat. „Vitae ac morum“ (P. de Cesis | Grat. pro fam. assist. Suno. Baena | Saldus. Coll. Donat.) L. 1009 f. 100, b.

— — — (4848) Monasteria S. Ruffi extra muros Valentinen. et S. Petri de Salvio et Prioratus S. Felicis extra eosdem muros et S. Saturnini de Portu alias B. Petri in Ponte S. Spiritus et S. Martini de Chambonasso S. Aug., S. Ben. seu Cluniacen. Ord. et paroch. ecclesiam vicariam nuncupat. de Lauduno Uticen., Nemausen. et Valentinen. dioec. et Praeposituram Auraicen.[1] O. S. Aug. et canonicatum Carpentoraten. ecclesiarum Johannem de Aureduna Praepositum ecclesiae B. M. de Angelis Insulae Venaissini Cavallicen. dioec. lit. apost. abbreviatorem licite retinere posse Julius II. declaravit eumque de illis providit. Literas praedecessoris in omnibus valere statuit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (P. de Senis | Grat. p. abbreviat. Colardi. Draco | Cotini. Coll. H. de Cesis) L. 994 f. 285.

— — — (4849) Cum Lavinello Bembo, Petri Bembi secret. sui domestici nepote et scholari Venetiarum, super defectu natalium dispensat eique, si clericali charactere insignitus erit, indultum concedit circa beneficia et quoad bona paterna aliorumque consanguineorum eique indulget, ut in literis apost. ab ipso impetrandis de defectu natalium et dispensatione desuper impetrata mentionem facere non teneatur. „Laudabilia tuae puerilis aetatis indicia“ (P. Lambert. | Grat. de mand. Nardin.) Arch. Lat. vol. A. f. 132, b.

6. Oct. (prid. Non. Oct.) — — (4850) Julius II. praedecessor[2] non sine maxima animi sui displicentia ex diversorum fidelium querelis et officialium relatione accipiens, „quod in Roman. Urbe, ad quam velut ad communem periclitantium portum et virtutum omnium altricem christianus orbis confluebat, propter notariorum et aliorum instrumenta et scripturas alias conficientium incuriam sive dolum plures falsitates committebantur, res aliter scriptae quam actae reperiebantur, protocolla et originalia deperdebantur, ultimae voluntates non exequebantur, damna et incommoda fidelibus irrogabantur, aliaque scelera . . . perpetrabantur, ac super fraudibus, falsitatibus . . . hujusmodi aut earum suspicione lites et controversiae in judiciis et tribunalibus curiarum dictae Urbis assidue vertebantur in divinae Majestatis et dictae Sedis offensam, ecclesiarum, pupillorum et viduarum spoliationem fideliumque praedictorum ac totius reipublicae detrimentum et jacturam“, considerans, tot malis obviari posse, si „officialium certus numerus sub certis et honestis conditionibus habita personarum consideratione institueretur, per quos instrumenta et scripturae praefata conficerentur seu alias expedirentur, ut illa sic expedita publice in archivio et monumentis authenticis redigerentur“, matura deliberatione cum assensu Cardinalium de apost. potestatis plenitudine collegium 101 virorum, qui scriptores archivii Rom. Curiae nuncuparentur, creavit et erexit, ita ut officium ipsis commissum per se ipsos, non per substitutos, exercerent eisque praeter alia emolumenta „septem ducatos pro quolibet centenario omnium et singularum annatarum et communium tam ex ecclesiis et monasteriis quam aliis beneficiis eccles. Sedi praedictae et Rom. Pontificibus debitarum, . . . quos ipsi scriptores per se ipsos in Cancellaria apost. ad instar literarum apost. sollicitatorum cum expressione et annotatione nominis receptoris in Bullis tam per Cancellariam quam per Cameram expediendis, in omnibus et per omnia . . . (alias Bullae expediri non possent) recipere valerent et possent, perpetuo concessit . . . ac etiam certas taxas . . . videlicet super Thesauriatu Patrimonii 100, super Thesauriatu Marchiae 300, super Thesaur. Perusiae 200, super Thesaur. Ro-

[1] Aurasicen. s. Arausic.

[2] Vide Julii II. bullam *Sicut prudens* a. 1507. Bullar. Rom. ed. Taurin. tom. V p. 458 seq.

1513.

mandiolae 100, super Depositariatu generali 300, super Depositariatu Camerae Urbis 50, super Deposit. gabellae vini 100, super Appellatu aluminum 400, super Dohaneriatu Ripae Urbis 1000, super Dohaneriatu grassiae 200, super Dohan. mercium 400, super Dohan. vini sive gabella vini foren. 200, super Dohan. salis Urbis 1000, super Dohan. salariae Marchiae 200 et Dohan. pecudum Patrimonii 300 ducat. auri in auro de Cam. de cugno Camerae perpetuo concessit . . . insuper eisdem scriptoribus et Collegio . . . emolumenta gabellarum plani Urbis et ancoragii Civitatis Vetulae, officium Dohanae tractarum grani provinciae Nostrae tunc suae Patrimonii et portus Corneti . . . ac officium Commissariatus aluminum . . . applicavit, praeterea eidem collegio Marescalli notariatus Camerae ac resignae tractarum grani ac judicatum maleficiorum, spiritualium causarum et appellationum dictae provinciae Marchiae officia (cum certo onere) . . . necnon inquisitoris annatarum ac etiam collectorum et subcollectorum fructuum et proventuum eidem Camerae extra eandem Curiam a quibuslibet debitoribus (corr.: debitorum) per eandem Cameram et Sedem praefatam deputari solitorum officia cum omnibus et singulis eorum honoribus, oneribus et emolumentis ac exercitiis consuetis (suppl.: applicavit); ita quod liceret praefatis scriptoribus per se vel alios idoneos hujusmodi officia perpetuis futuris temporibus exercere.“ Insuper indemnitati eorum consulens, qui „pro imminentibus Roman. Ecclesiae necessitatibus supportandis summam 74 000 duc. vel circa auri d. C. contribuerant“, decrevit, ut, si officium istorum scriptorum extingueretur vel ipsi emolumenta percipere impedirentur, ratione validi contractus Pontifices et Camera Ap. ejusque bona dictis scriptoribus essent efficaciter obligati, ita ut in eventum diminutionis emolumentorum ipsis satisfieri et in eventum extinctionis dicti officii summa 74 000 duc. iis restitui deberet, non computatis emolumentis ab ipsis jam perceptis. Cum in Conclavi, in quo Leo X. electus est, diversa officia inter Cardinales divisa essent, quod scriptores aegre ferebant, ita ut lis inter Cardinales et praefatos scriptores exoriri formidaretur, „Nos attendentes, quod officia, quae perpetuo dicto officio archivii applicata fuerant, in hujusmodi Conclavi inter Cardinales . . . dividi non debeant, ac considerantes quod si gabella ancoragii Civ. Vetulae ac Doh. tractarum grani provinciae Nostrae Patrimonii et portus Corneti ac Commissariatus aluminum necnon Marescalli notariatus Cam. ac resignae tractarum grani prov. Nostrae Marchiae Anconitan. et judic. malef., spir. caus. et appellat. dictae prov. Marchiae officia praedicta eisdem officio et collegio perpetuo . . . applicata ex parte ipsorum scriptorum . . . ac ex parte Nostra et dictae Sedis jus percipiendi 5 duc. pro quolibet centenario annatarum singularum et communium (praeter 7 duc. jam concessos, cum onere scriptoribus praefatis injuncto, summam 2000 duc. pro necessitatibus Rom. Ecclesiae supportandis persolvendi) . . . adinvicem permutarentur, officia permutanda praedicta ad Nostram et Rom. Pontificis p. t. existentis . . . liberam dispositionem reducerentur . . . ipsique scriptores archivii indemnes conservarentur, . . . dictorum scriptorum . . . expresso ad hoc accedente consensu permutationem praedictam tenore praesentium facimus, acceptamus et approbamus.“ De caetero omnia in Julii II. literis contenta confirmat et scriptoribus ad dicta officia redire concedit, si in perceptione 5 duc. dictorum impediantur; se et successores et Cameram apost. in vim validi et efficacis contractus obligat, si officium scriptorum revocaretur, ad restituendum non solum 74 000 duc., sed etiam integram summam 2000 duc. auri d. C. praedictam, ita ut emolumenta interim percepta nullo modo computentur. A. P. R. M. „Ex ministerii pastoralis“ (Sine secret. | Visa de Curia: Colardi | Questenberg. Coll. H. de Cesis) L. 995 f. 159, b.

6. Oct. (prid. Non. Oct.) Romae apud S. Petrum (4851) Aloysio S. M. in Cosmedin. diac. Card. ecclesiam paroch. *archipresbyteratum* nuncupatam omnium Sanctorum de Limata Casertan. dioec. Caesaris Scalii obitu vacantem commendat. „Ad personam tuam“ (Evangelista | *Visa:* Colardi | Salvius. Coll. H. de Cesis) L. 1181 f. 402. Idem L. 996 f. 292.

— — — (4852) Antonio de Farella monacho monasterii S. Petri de Salmo O. S. B. Nemausen. dioec.[1] commendat perp. vicariam paroch. ecclesiae S. Privati de Bargaco Mimaten. dioec., cujus commendae Guillermus Clareti canonicus ecclesiae Magalonen. O. S. A. cedit. „Religionis zelus“ (Evangel. | Cheminart. Aloys. | Salvius. Coll. S. de Spol.) L. 1022 f. 273.

— — — (4853) Pantaleoni Salvaglio (al. Salvaige) cler. Januen. arch. Rom. Cur. scriptori et fam. suo pensionem an. 18 ducat. auri de Cam. super Prioratu B. M. Magdal. de Fayssalco O. S. B. Vapincen. dioec. assignat. G. D. (Infra: Grat. pro script. arch. | J. de Gais. Coll. S. de Spol.) L. 1000 f. 321, b.

— — — (4854) Bartholomaeum de Oleriis monachum monasterii S. Victoris prope et extra muros Massilien. O. S. B., cui de Prioratu B. M. Magdal. de Fayssalco O. S. B. Vapincen.

[1] Psalmodie D. de Nîmes. Gallia christ. tom. 6 p. 472.

1513.

dioec. per Praesidentes Conciliabuli Pisani provisum erat, a censuris et poenis, facta jam schismatis abjuratione in manibus Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. Poenitentiarii, ex intimis dolentem absolvit ac dictum Prioratum ei commendat. „Sedes Apostolica“ (F. Armellinus | L. de Bertinis. Gomiel | J. de Gais. Coll. Attan.) L. 1004 f. 264, b.

7. Oct. (Non. Oct.) Romae apud S. Petrum (4855) Matthiae Bescheyt (al. Boscheyt) permutationis causa simplex beneficium ad altare S. Annae situm in paroch. eccl. S. Laurentii in Loysth Treveren. dioec. dimittenti confert canonicatum et praeb. B. M. V. in Palaciolo Treveren. dioec. et paroch. ecclesiam B. Mariae oppidi Dromeshem Maguntin. dioec. ab Henrico Algeshem eadem de causa dimissos. „Apostolicae Sedis circumspecta benignitas“ (Sadol. | A. de Castillo. Coll. H. de Cesis) L. 997 f. 177.

— — — (4856) Guillermo Raimundi de Vich Hieronymi de Vich, Regis Aragon. ad S. Sedem Oratoris destinati fratri, reservat canonicatum et praeb. et alterius Martii et Aprilis mensium nuncup. Praeposituram eccl. Illerden., quos Petrus Valterra obtinet, et eos monasterio B. M. de Scarp[1] Cisterc. Ord. ejusd. dioec. unit, quamdiu ipse istud obtinuerit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (A. Colot. | Gratis de mand. Enckenw. A. Draco | Valtrini. Coll. F. de Narnia) L. 998 f. 189.

— — — (4857) Julino de Sozago, Mag. Pauli de Suno lit. ap. scriptoris familiari, confert ecclesias paroch. invicem perpetuo unitas S. Mauritii de Rogie et S. Bartholomaei de Villetis de Galliago Vallisingletii ac Assumptionis B. M. V. de Margotio Novarien. dioec. „Vitae ac morum“ (Castillion. | Grat. pro fam. script. Colardi. Draco | Benedict. Coll. de Narnia) L. 998 f. 246.

— — — (4858) Testatur se recepisse a Johanne Sances J. U. doctore vigore certae schedulae seu obligationis ad annum ratione annatae ecclesiae S. Andreae de Plazia Catanien. dioec. 110 duc. in auro de Cam. „Fatemur habuisse.“ Div. Cam. tom. 63 f. 146, b.

— — — (4859) Petro Darlet confert paroch. ecclesiam S. Joh. de Mota Cenomanen. dioec. priore collatione viribus non subsistente. „Vitae ac morum“ (Blondus | Balbus de S. Joh. p. comp. | J. Cheminart. Coll. Attan.) L. 1013 f. 236, b.

— — — (4860) Johanni Bobbenkamp confert paroch. ecclesiam de Rynickenrode Monasterien. dioec. cessione Bernardi de Concordia vacantem. „Vitae ac morum“ (Blondus | Draco. Colardi | Castillo. | Coll. Donat.) L. 1034 f. 154, b.

— — — (4861) Guillermo Raymundi cler. Valentin. dioec. fam. suo assignat pensionem annuam et quidem 4 duc. super S. Andreae et aliorum 2 duc. super S. Petri Martyris beneficiorum in eccl. colleg. oppidi de Gandia Valentin. dioec. existentium fructibus. G. F. (J. de Lerma | Grat. de mand. Ingenw. | G. del Rincon. Coll. F. de Narnia) L. 1141 f. 218.

— — — (4862) Dominico episc. Lucerin. in Rom. Cur. residenti mandat, ut Francisco Dueti cler. Lugdunen. paroch. ecclesiam Reden. Hildesemen. dioec., lite super ea inter Joh. Gottingen et Joh. Rulman utriusque resignatione extincta, conferre curet, si neque Francisco neque Henrico Heyne alteri praetendenti jus competere ipsi constiterit. „Vitae ac morum“ (P. de Cesis | Grat. p. fam. script. Colardi. Draco | F. de Vega. Coll. Campania) L. 994 f. 110.

— — — (4863) Francisco de la Vermondie al. Belmont cler. Petragoricen. indultum quoad beneficia concedit. „Nobilitas generis“ (Colot. | Guerrerius | J. de Gais. Coll. P. de Roma) L. 1205 f. 778, b.

— — — (4864) Archidiacono ecclesiae Redonen. et Officiali Maclovien. mandat, ut Natali du Margar monacho monasterii B. M. de Trancheto O. S. B. Dolen. dioec.[2] Prioratum de Cambones O. S. B. Maclovien. dioec. resignatione Francisci Electi Nanneten. vac. conferre curent. R. Z. (Lambertus | Nardinus) Arch. Lat. tom. 9 f. 403, b.

— — — (4865) Bernardinum de Scodra O. Fr. minorum professorem ad Albaniae, Bulgariae, Rassiae partes, „in quibus, proh dolor, quam plures haeretici et penitus infideles fore noscuntur“, pro ipsorum ad veritatis viam reductione nuntium et commissarium suum constituit, eique omnes facultates, quibus provinciales ministri dicti Ord. fruuntur, et ibi conventus dicti Ordinis reformandi, novas domos fundandi, fratres provinciae Albaniae, qui ipsi idonei esse videntur et ad istas partes verbi divini praedicandi causa migrant, in dictis domibus recipiendi, Guardianos seu vicarios constituendi, visitandi, corrigendi et puniendi potestatem concedit, eumque facultatibus ornat et inquisitorem pro istis partibus deputat. „Dum salubria laborum tuorum studia“ (Infra: *Visa de Curia* Colardi. Bembus. B. de Comit.) L. 1198 f. 475.

— — — (4866) Wilhelmum abbatem monasterii Stabulen. O. S. B. Leodien. dioec. ob sequentem provisionem ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis indefessa clementia“ (De S. Severino | de Campania) Arch. Lat. tom. 12 f. 24.

— — — (4867—4870) Eundem praeficit in abbatem monasterio S. Salvatoris in Prumia Rom.

[1] al. de Scarpa (de Escarpe) Tabul. tax. l. c. p. 121. *Janauschek* I p. 217.

[2] Notre Dame de Tronchet D. Dol. Gallia christ. tom. 14 p. 1074 seq.

1513.

Ecclesiae immediate subjecto O. S. B. Treveren. dioec.[1] obitu Roberti abbatis vacanti electionem conventus dicti monast. confirmans, ita ut abbas monasterii Stabulen. esse non desinat, sed utriusque monast. verus abbas et praesul existat. „Suscepti cura regiminis“. Qua de re scribit a) conventui monasterii S. Salvatoris; b) vasallis ejusd. „Hodie electionem“ c) Maximiliano Roman. Regi. „Gratiae divinae“ (Bregeon | Campania) L. c. f. 22, b.

7. Oct. (Non. Oct.) — Romae apud S. Petrum — (4871—4872) Martinum de S. Andrea abbatem saecularis et collegiatae ecclesiae S. Pauli Narbonen., Ludovico Francorum regi gratum et acceptum, in 18. aetatis suae anno et subdiaconatus ordine constitutum, U. J. baccal. ob sequentem provisionem a) ad cautelam absolvit et b) cum eo super defectu aetatis dispensat. „Apostolicae Sedis circumspecta clementia.“ „Divina supereminens largitas“ (Infra ad utrumque: Ph. de Senis) Arch. Lat. tom. 12 f. 255; f. 256, b.

— — — (4873) Ne literae sequentes valeant impugnari annullat quascunque electiones seu postulationes et provisiones de Hugonis de Vicinis seu quorumvis aliorum personis per capitulum ecclesiae Carcassonen. et per quascunque alias personas factas. A. F. R. M. „Decet Romanum Pontificem“ (Benzon | Ph. de Senis) L. c. f. 258.

— — — (4874—4880) Eundem Martinum administratorem ecclesiae Carcassonen. obitu Petri episc. vacantis deputat, donec 27. annum attigerit, et deinde eum praeficit eidem eccles. Carcassonen. in episcopum et pastorem[2]. „Apostolatus officium.“[3] De hac provisione scribit a) archiepiscopo Narbonen. „Hodie siquidem dilectum filium“ b) capitulo eccl. Carcassonen.; c) clero et d) populo civit. et dioec. Carcassonen. „Hodie dil. filium“ e) Ludovico Francorum Regi. „Gratiae divinae praemium“ f) vassallis eccl. Carcassonen. „Hodie dil. filium“ (Supra ad primum: Benzon) L. c. f. 251 seqq.

— — — (4881) Episcopis Montisalban. et Electen. scribit de fidelitatis juramento a Martino Electo Carcassonen. recipiendo. „Cum nos hodie“ (Benzon | Ph. de Senis) L. c. f. 256.

— — — (4882) Eidem Martino Electo Carcassonen. concedit, ut abbatiam ecclesiae S. Pauli supradictam retinere valeat. „Personam tuam“ (Script. iid.) L. c. f. 258, b[4].

— — — (4883) Francisco episcopo Tiburtin., qui regimini ecclesiae Sabinen., cui Bernardinus episc. Sabinen. in pastorem est praefectus, renuntiaverat, concedit titulum et denominationem episcopi ecclesiae Tiburtin., quae olim, sicut Pontifex bene informatus accepit, episcopatus Cardinal. fuit, donec aliquis ex titulis episcopalibus vacaverit, eique indulget, ut interim episcopus Tiburtinus nominatus omnibus privilegiis et praerogativis gaudeat, quibus ceteri episcopi Cardinales gaudent. „Ad personam tuam“ (Sine secret. | Salvius. Coll. B. de Alexandris) L. 1076 f. 237, b.

— — — (4884) Roberto Hoon rectori paroch. eccl. B. Mariae de Thodenham juxta Eklyngham Norwicen. dioec. concedit indultum quoad beneficia. „Vitae ac morum“ (Lambertus | Campania) Arch. Lat. tom. 23 f. 69.

— — — (4885) Ludovico de Matha fam. suo, cui paroch. ecclesias de Renienco et de Salmeron oppidorum Conchen. dioec. a Johanne de Salmeron resignatas per alias literas contulit eas invicem uniens quamdiu eas obtineret, has literas revalidat easque in omnibus valere declarat, ac si in eis fuerit expressum, quod dictas ecclesias, quas antea jam obtinuerat, sed in manibus Alexandri VI. resignaverat, semper pro earum rectore se gerens retinuerat. „Sedes Apostolica pia mater“ (Castilion. | Grat. de mand. L. de Bertin. Baena | Valtrini. Coll. Donatus) L. 1075 f. 305, b.

— — — (4886) Francisco de Lenys archidiacono ecclesiae Vivarien. de Baronum genere procreato canonicatum et praeb. ecclesiae Anicien., qui obitu Claudii de Marcoreto vacantes dicto Francisco non rite sunt collati, confirmat. N. G. (Blondus | Suno. Vives | Madrigal. Coll. S. de Spol.) L. 1102 f. 282.

8. Oct. — — In Consistorio secreto aperit os novis Cardinalibus (P. de Grassis f. 63).

(VIII. Id. Oct.) — — (4887) Leonardo Lauredano Venetiarum principi commendat Franciscum Foscarum ejus hucusque Romae Oratorem egregie munere perfunctum et nunc revocatum. „Franciscus Foscarus, qui tuum Oratorem apud nos egit“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. V ep. 16 p. 38. 39.

— — — (4888) Mag. Franciscum Richardi cler. Leonen. dioec., qui Cardin. Laur. Puccii lit. ap. abbreviatoris obsequiis insistit, suum et Ap. Sedis notarium creat. „Pii Patris“ (Sine secretario | Gratis pro fam. assist. Millin. | J. Cheminart. Coll. de Camp.) L. 998 f. 89.

— — — (4889) In favorem Fernandi de Medrano fam. sui ecclesias paroch. S. Jacobi extra muros

---

[1] Prüm cf. Gallia christ. tom. 13 p. 589 seq.

[2] *Gams* p. 529 ponit Petrum IX. d'Auxilion episc. Carcasson. 1497—1512 et post eum Jacobum Hurault, deinde Martinum de St. André 1522—1546.

[3] Haec bulla exstat quoque in Arch. Vat. L. 999 f. 136 (Sine secret. | Colardi. Draco | P. Cotini. Coll. H. de Cesis).

[4] Hoc fol. incip. et contin. f. 261.

1513.

oppidi de Almazan et de Cayas de Vasquones Oxomen. dioec. invicem unit, quamdiu eas obtinuerit, illasque necnon beneficium in paroch. eccl. de Villamazan Seguntin. dioec. ipsi confert. G. F. (Evangel. | Grat. de mand. S. D. Enckenw. Draco | Valleol. Coll. H. de Cesis) L. 1023 f. 45.

8. Oct. (VIII. Id. Oct.) Romae apud S. Petrum — (4890) Alano du Brueil Cellerario decanatus Mauriciaci O. S. B. Claromonten. dioec. baccal. in decr., ex nobili genere procreato, Camerariam monasterii S. Salvatoris Villelupen. Turonen. dioec.[1] cessione Anianei du Brueil vacantem commendat. „Religionis zelus“ (J. B. Nasius | Cheminart. Aloys. | de Radicibus. Coll. H. de Cesis) L. 1010 f. 58.

— — — (4891) Laurentium de Herrera cler. Palentin. creat S. P. et aulae Lateran. Comitem et Militem. „Constantis fidei“ (Evangel. | Grat. de mand. Bertin. | Vega. Coll. Cipell.) L. 1005 f. 268, b.

— — — (4892) Mag. Valerio Agni Acolytho et fam. paroch. ecclesiam S. Joh. de Aguilhis Ebredunen. dioec. ab Angelo Bucani resignatam confert. G. D. (Sadolet. | Gratis de mand. S. D. Suno | Questenberg. Coll. Bucan.) L. 1005 f. 327, b.

— — — (4893) Jacobo Scotorum Regi et Catharinae ejus uxori largitur facultatem eligendi sibi confessarios, qui ipsos absolvant, etiam a casibus reservatis, nonnullis tantum exceptis, et dispensationem quoad jejunium et abstinentiam, necnon indulgentias et privilegia. „Eximiae devotionis sinceritas“ (Ph. de Senis | Madrigal. Coll. Donatus) L. 1048 f. 211, b.

— — — (4894) Mag. Balthasari Stuerdo Praeposito eccl. collegiatae oppidi Clavasii (al. Clavaxii) Hipporegien. dioec. notario et secret. ad Jacobum Scotorum Regem Oratori suo tabelliones creandi, legitimandi illicite procreatos, beneficia conferendi aliasque facultates et privilegia concedit. „Cum Nos hodie“ (Ph. de Senis | J. de Gais. Coll. Donat.) L. 1048 f. 213, b.

— — — (4895) Eundem[2] generalem collectorem in regno Scotiae et ejus dominiis constituit. „Ex fideli, sollicita et diligenti providentia“ (Ph. de Senis | J. Questenberg. | Coll. Donatus) L. 1048 f. 207.

— — — (4896) Eundem in Tarantasien., Gebennen., Lausannen., Maurianen., Bellicen., Taurinen., Vercellen., Hipporegien., Augusten., Montisregalis et Nicien. civitatibus et dioecesibus necnon aliis oppidis, terris, villis, castris in dominiis et comitatibus Caroli Ducis Sabaudiae tam citra quam ultra montes consistentibus collectorem generalem S. Sedis et Camerae apost. constituit (Init. et Scr. ut supra) L. 1048 f. 209, b.

— — — (4897) Episcopis Cirenen. et Calcedonien. mandat, ut a Wilhelmo abbate monasterii S. Salvatoris in Prumia O. S. B. Treveren. dioec. fidelitatis juramentum recipiant. „Cum nuper electionem“ (A. de S. Severino | Campania) Arch. Lat. tom. 12 f. 23, b[3].

— — — (4898) Hieronymo Bonastre cler. Valentin. transsumptum literarum Julii II., incip. „Vitae ac morum“, d. d. 1508 XVI. Kal. Aug. a. V., quibus ipsi pensio erat assignata, mittit illudque ejusdem esse roboris ac lit. origin. declarat. A. F. R. M. „Provisionis Nostrae“ (Sadolet. | Colardi. Draco | Madrigal. Coll. Bucanus) L. 995 f. 263, b.

— — — (4899) In favorem et ad petitionem capellanorum ecclesiae Lucan. ecclesias parochiales S. Michaelis de Castilliono et S. Johannis Bapt. de Controno ac S. Phridiani de Chifenti Lucan. dioec. alias invicem unitas et nunc resignatione Nicolai Gabrielis de Controno vacantes massae communi dictorum capellanorum, cui monasterium S. Pantaleonis Cisterc. Ord. perpetuo annexum existit, perpetuo unit et incorporat. A. P. R. M. „Commissum Nobis“ (J. Copis | Campania) Arch. Lat. tom. 23 f. 86, b.

9. Oct. (VII. Id. Oct.) — (4900) Reginaldo de Belsia confert canonicatum et praeb. eccl. Noviomen. (Noyon). „Vitae ac morum“ (Sadolet. | Colardi. Draco | Valtrini. Coll. H. de Cesis) L. 997 f. 54.

— (4901) Petro Ducis concedit Prioratum saecul. et collegiatae eccl. S. Vincentii loci Mansi Agenesii Condomien. dioec. Init. ut supra (Infra: Colardi. Draco | de Lerma | Coll. H. de Cesis) L. 999 f. 245, b. Idem L. 1033 f. 63 (Armellin. | Marciaci | Bernardus. Coll. H. de Cesis).

— — — (4902) Andreae de Turbide decano eccl. S. Spiritus Capitis Pontis Bayonae Aquen. dioec. commendat Prioratum S. Germerii de Murello Cluniac. Ord. Tolosan. dioec. non conventualem et a monasterio S. Petri de Lezato Clun. O. Riven. dioec.[4] dependentem, cessione Armandi Roberti vacantem. „Vitae ac morum“ (P. de Cesis | Suno. Baena | Valleol. Coll. Attan.) L. 1014 f. 84.

— — — (4903) Antonio de Roviglasco cler. Vapincen. dioec. Prioratum S. Geraldi de Asperis

---

[1] St. Sauveur de Villeloin. Gallia christ. tom. 14 p. 272 seq.

[2] „Qui etiam archivii Rom. Curiae corrector et notarius, secretarius et praelatus domesticus Noster existis“ ib.

[3] Falso est scriptum: prid. Non. Oct. cum praefectio dicti abbatis Non. Oct. (cf. nr. 4866 seqq.) peracta *nuper* facta esse dicatur.

[4] St. Pierre de Lezat Dioc. de Rieux. Gallia christ. tom. 13 p. 204 seq.

1513.

O. S. B. ejusd. dioec. resignatione Gerardi de Roviglasco vacantem et a monasterio de Aureliaco S. Flori dioec.[1] dependentem ad certum tempus commendat et deinde, si professionem emiserit, confert. „Apostolicae Sedis“ (Colotius | Suno. Baena | Valtrini. Coll. H. de Cesis) L. 1011 f. 27.

9. Oct. (VII. Id. Oct.) Romae apud S. Petrum (4904) Petro de Roviglasco cler. Vapincen. dioec. Pictantiariam monasterii S. Andreae prope et extra muros Avinionen. O. S. B.[2] a Gerardo de Roviglasco resignatam cum Prioratibus S. Virduni et S. Bandulphi Avinionen. dioec. ei annexis ad certum tempus commendat, deinde, si professionem emiserit, confert. „Apostolicae Sedis“ (Colotius | Suno. Baena | Gomiel. Coll. H. de Cesis) L. 1009 f. 4.

— — — (4905) Catherino de Cleta confert perp. capellaniam *vicariam* nuncupatam in eccl. S. Laurentii alias S. Dominici de Albanatio Vivarien. dioec. resignatione Thomae Guymon vacantem. Executores deputat episcopum Taurinen. et Petrum Lambarti canonicum Lausanen. et Officialem Vivarien. G. F. (Nasius | Gratis de mand. S. D. Colardi. Balbus p. comp. | Balandrin. Coll. Bucanus) L. 1009 f. 250.

— — — (4906) Zorobabel Gallopin confert paroch. ecclesiam B. M. de Grantraing Cameracen. dioec. a Mag. Andrea de Castillo script. resignatam. Vitae ac morum“ (P. de Cesis | Gratis p. fam. script. Suno. Baena | Marciaci. Coll. F. de Attan.) L. 1013 f. 222.

— — — (4907) Canonicatui ecclesiae Bossanen.[3] et de Putzmajor nuncupatae praebendae paroch. ecclesiam S. Bartholomaei Valentin. unit et annectit, quamdiu Gaspar Torella dictos canonicatum et praeb. obtinuerit, quos ei confert, Fernando de Aviles eos resignante. „Laudabilia“ (A. Melfit. Grat. p. fam. Vicecanc. Bertin. Gomiel | P. Marciaci. Coll. S. de Spol.) L. 1029 f. 96.

— — — (4908) Johanni episcopo Sibinicensi in Rom. Cur. residenti mandat, ut litem super beneficio ad altare S. Blasii situm in paroch. ecclesia *plebe* nuncupata S. Mariae de Polanello Regien. dioec. terminet et dictum beneficium, si nemini litigantium jus competat ad illud, Ludovico de Barellis cler. Regien. conferre curet. „Vitae ac morum“ (Evangel. | de Liazariis. Ingenwinckel | A. Piora. Coll. S. de Spoleto) L. 1058 f. 224.

— — — (4909) Ludovico de Parisottis beneficium in ecclesiis paroch. invicem unitis B. M. et S. Jacobi oppidi de Medina Sidonia Gadicen. dioec. confert. „Laudabilia“ (P. de Cesis | Grat. de mand. S. D. Colardi | Lerma. Coll. Attan.) L. 996 f. 158.

— — — (4910) Cavallicen. et Fesulan. episcopis et vic. gen. episcopi Brixien. mandat, ut Johanni Bapt. de Dattis cler. Brixien. certum benef. in eccl. Brixien. cum alio benef. in eccl. S. Joh. Bapt. Brixien. et paroch. eccl. S. M. loci de Mezanis dictae dioec. beneficio primo dicto annexis conferre curent. „Vitae ac morum“ (Evang. Gr. p. fam. assistent. Millin. Enckenw. | Casanova | Coll. Campania) L. 1002 f. 29, b.

— — — (4911) Petro tit. S. Eusebii presb. Cardin., qui commendae decanatus ecclesiae Gadicen. et paroch. ecclesiae de Val de Fauton Florentin. dioec. renuntiavit, accessum ad decanatum Bernardo de Poltroneriis cler. Mutinen. collatum et regressum ad paroch. eccl. Valdonneto de Valdonnetis cler. Florentin. commendatam concedit. „Ad personam tuam“ (P. de Senis | Copis. Coll. Attan.) L. 996 f. 273, b.

— — — (4912) Petro tit. S. Eusebii presb. Card. beneficium in paroch. eccl. invicem unitis B. M. et S. Jacobi oppidi de Medina Sidonia Gadicen. dioec., resignanti fructus dicti benef. reservat eique jus accedendi concedit, si Ludovicus de Parisolis, cui de isto provideatur, cedat vel decedat vel illud quomodolibet dimittat. „Ad personam tuam“ (P. de Cesis | J. Colardi | A. de Castillo. Coll. F. Attan.) L. 998 f. 136.

— — — (4913) Clementi Arnaudi confert perpet. vicariam paroch. ecclesiae B. M. de Molesano Mimaten. dioec. „Vitae ac morum“ (Infra: Balbus | Valtrini. Coll. H. de Cesis) L. 1022 f. 252.

— — — (4914) Garsiae de Lerma cler. Burgen. brevium apost. scriptori fam. suo pensionem annuam super fructibus cujusdam beneficii in eccl. paroch. S. Cypriani loci de Anaynelas Palentin. dioec. concedit. G. D. (Evangel. | Balbus | Vega | Verdes. Coll. H. de Cesis) L. 1028 f. 254, b.

— — — (4915) Christophoro de Hoseda cler. Corduben. fam. suo assignat pensionem an. super fructibus simpl. beneficii in eccl. paroch. S. Georgii loci de Alcala de los Gauzules Gadicen. dioec. per Antonium de Luna cler. Caesaraugustan. dioec. solvendam eique pensione deficiente accessum ad dictum benef. concedit. G. F. (Colot. | Suno. Baena | De S. Joh. Coll. H. de Cesis) L. 1037 f. 253, b.

— — — (4916) Johanni de Castanherio (Ind.: Castancherio) rectoriam paroch. ecclesiae S. Hilarii de Duroforte Caturcen. confert. „Vitae ac morum“ (Castilion. | Balbus. Baena | J. de Madrigal. Coll. H. de Cesis) L. 1005 f. 281.

---

[1] St. Pierre d'Aurillac Dioc. de St. Flour. Gallia christ. tom. 2 p. 438 seq.
[2] St. André de Villeneuve. Gallia christ. tom. 1 p. 872 seq.
[3] Bosa in insula Sardin. Tab. tax. p. 50. 51.

1513.

9. Oct. (VII. Id. Oct.) Romae apud S. Petrum (4917) Constitutionem edit, qua declarat, sententiis a Julio II. in Conciliabulum Pisanum, in Alphonsum Estensem et alios inimicos Ecclesiae fulminatis Ludovicum Francorum Regem non subjacere seque eum ab iis omnino absolvere. A. P. R. M. „Aeternae vitae claviger“ (Ad dexteram B. de Accoltis) Parisiis Arch. nation. L. 329 n. 1 exstat bulla sub plumbo[1].

— — — (4918) Martino Electo Carcassonen. concedit, ut quam primum 27. annum attigerit a quolibet cathol. antistite munus consecrationis suscipere valeat. „Cum Nos pridem“ (Benzon | Ph. de Senis) Arch. Lat. tom. 12 f. 257.

10. Oct. (VI. Id. Oct.) — Post d. 8. Oct. nuntio de victoria Regis Angliae contra Regem Scotiae allato Cardinalis Anglus publicam solemnitatem poposcit; obstitere Paris de Grassis aliique eo quod victi Scoti essent Christiani, licet Anglus eos ob foedus cum Gallis diceret schismaticos. Res ita composita fuit, ut Missa cantaretur in ecclesia S. Mariae de populo absque indulgentiarum publicatione. Pauci tantum ex Cardinalibus astiterunt (P. de Grassis f. 64).

— — — (4919) Octaviano Fregosio Genuensium Duci commendat Sebastianum Pistoriensem famil. suum ad Ludovicum Galliae Regem missum, ut eum in itinere conficiendo juvet et tutum et celerrimum iter (quum latrocinia isthic magna fieri dicantur) ei procuret. „Mittimus ad Ludovicum“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. V ep. 17 p. 39.

— — — (4920) Sebastiano, Johanni et Augustino de Saulis et sociis mercatoribus Januen. concedit Dochanam pecudum aliorumque animalium almae Urbis et provinciae Patrimonii (incip. a 1. Oct. 1515), necnon Thesaurariam civitatis Perusiae ac provinciae Umbriae (incip. a 1. Januar. 1516) ad quinquennium (solutione anticipata 20 000 ducat. et pretio annuatim solvendo ducat. 1000 de carlenis 10 antiquis pro duc.). „Dilectis filiis Sebastiano . . . specialem gratiam facere volentes“ Div. Cam. tom. 63 f. 144, b.

— — — (4921) Episcopis Caiacen. et Cavallicen. et vicar. gen. episcopi Montisregalis mandat, ut Bandinello tit. S. Sabinae presb. Cardin. Praeposituram ecclesiae Montisregalis quam Blaxius Gossii, dum viveret, obtinebat, commendare curent. „Ad personam dilecti filii nostri“ (O. de Cesis | Gratis p. Card. Nardinus) Arch. Lat. tom. 2 f. 110.

11. Oct. (V. Id. Oct.) — (4922) A Dominico Card. Grimano petit, ut ante diem XII. Kal. Nov. (21. Oct.) Romam se conferat ob negotia Concilii. „Quoniam ad proxime Sacri Lateran. Concilii“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. V ep. 18 p. 39.

— — — (4923) A Card. Philippo Luxemburg. idem fere petit. „Cum in Sacro Lateran. Concilio, quod maximis rebus ad christianae reipublicae commoda pertinentibus institutum“ Brev. ad princ. tom. 5 f. 35.

— — — (4924) Henrico VIII. Britan. Regi gratulatur splendidas victorias de Scotis reportatas et sperat compositis christianorum principum controversiis arma in Turcas vertenda. „Lectis tuis literis, quibus Nos de tua“ (Bemb). Ed. Bemb. L. V. ep. 19 p. 39. 40. *Bzovius* h. a. p. 190. *Raynald* h. a. n. 60 p. 27. 28. *Roscoe* tom. V doc. 81 p. 258—260.

— — — (4925) A Johanne Staphyleo et pro eo a Guillelmo Cassador auditoribus Rotae per manus Ferdinandi Ponzetti Thesaurarii gener. se recepisse testatur 50 duc. quos idem Staphyleus restituit pro totidem ei mutuatis pro expeditionibus quarumdam bullarum. „Fatemur habuisse.“ Div. Cam. tom. 63 f. 138.

— — — (4926) Petro Sanson cler. Malleacen. Prioratum B. M. de Mota O. S. B. Malleacen. dioec. commendat. „Vitae ac morum“ (Sadol. | Colardi. Draco | Madrigal. Coll. Narnia) L. 994 f. 173.

— — — (4927) Ad reparationem ecclesiae S. Ambrosii Eugubin. O. S. A. Congregationis S. Salvatoris, ad quam Julianus de Medicis Pontificis frater singularem devotionis affectum gerit, indulgentias illam frequentantibus concedit. „Pro salute populi Christiani“ (F. Castilioneus | Grat. de mand. S. D. Colardi. Draco | Cheminart. Coll. H. de Cesis) L. 994 f. 121, b.

— — — (4928) Laurentium Electum Feltren. apud Maximilianum in Imper. Electum nuntium apost. privilegiis et facultatibus ornat. „Cum Nos hodie te“ (Infra: Bembus | Gais) L. 1194 f. 81; L. 1209 f. 29, b.

— — — (4929) Pro parte Johannis archiepiscopi Gnesnen., qui in civit. Cracovien., ubi Universitas Studii generalis viget, pro utilitate scholarium lectorem in theologia publice legentem propriis sumptibus tenet, certum canonicatum cum praeb. ecclesiae Cracovien., quam primum vacaverit, mensae archiepiscopali Gnesnen. perpetuo unit, ita ut Johannes et archiepiscopi pro tempore existentes in dicta Universitate duos lectores, unum in theologia et alterum in humanitate, tenere possint. A. P. R. M. „Pastoralis officii debitum“ (Sadol. | *Visa:* B. de Rizonibus | Cabredo) L. 1198 f. 187. Ed. *Theiner,* Mon. Polon. tom. II p. 343—345 doc. 371.

[1] Cl. E. Berger notat: Bulle de plomb, soie rouge et jaune. Hauteur: Om., 465; largeur: Om., 710. Sur la partie repliée à droite: B. de Accoltis. Rien au dos, rien sous la partie repliée.

1513.

11. Oct. (V. Id. Oct.)	Romae apud S. Petrum	(4930) Mag. Jacobum de Masico de Roma decanum ecclesiae Cremonen. creat Ap. Sedis notarium. „Pii Patris“ (Evangelista. Grat. de mand. S. D. Bertinis | Casanova. Coll. Attan.) L. 1211 f. 42.
— —	—	(4931) Camerae Ap. mandat, ut Johanni Baptistae Camerino 15 duc. auri, Bertoldo de Vitozis totidem ac Hieronymo de Ubaldinis de la Carda 12 quolibet mense pro eorum provisione servitiis suis insistendo persolvantur. M. P. „Venerabili fratri Nostro Raphaeli . . . ceterisque, ad quos spectat“ (Coll. De Narnia) Div. Cam. tom. 63 f. 140.
— —	—	(4932) Guillelmo Pardinelli presb. (n. 2107) confert ecclesiam paroch. *Prioratum* nuncupatam S. Amantii de Capella Malaevallis Ruthenen. dioec. cessione Geraldi Cassanti vacantem. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Suno. Baena | Madrigal. Coll. H. de Cesis) L. 1012 f. 30, b.
— —	—	(4933) Antonio de Sancto Necterio cler. Claromonten. dioec. ecclesiam paroch. de Rinotorta Anicien. dioec. ad certum tempus commendat et deinde confert. „Nobilitas generis“ (Infra: De Bertinis. Gomiel | Cheminart. Coll. Attan.) L. 998 f. 304.
— —	—	(4934) Abbati monasterii S. Vincentii extra muros Pisaurien. et Praeposito eccles. Pisaurien. ac vicario gener. episcopi Pisaurien. mandat, ut Hieronymo Arduyno cler. Pisaurien. canonicatum et praeb. eccl. Pisaurien. conferre curent et Alexandrum de Amatis, qui eos detinet, amoveant, si vera sint relata. „Vitae ac morum“ (Carrotius | Bertin. Gomiel | Balbus. Coll. Bucanus) L. 1003 f. 153.
— —	—	(4935) Mag. Andreae de Castillo cler. Tornacen. dioec. script. et fam. suo assignat pensionem an. super fructibus beneficii de Cuneda Burgen. dioec. et ea deficiente accessum ad illud concedit. G. D. et F. (Melf. | Grat. p. socio | Cheminart. Coll. Attan.) L. 1027 f. 301.
— —	—	(4936) Mag. Ricardo de Milanensibus cler. Florent. concedit officium scriptoriae literarum apost. cessione Laurentii tit. SS. IV. Coronator. presb. Card. vacans. „Laudabilia“ (Benzon. Alvarott.) Arch. Lat. tom. 7 f. 414, b.
— —	—	(4937) Paulo de Cesis canonico Spoletan. committit executionem. „Hodie dilecto filio“ (Nardin.) L. c. f. 415.
— —	—	(4938) Thomae de Batellis Florentin., Ord. Fratr. Heremitarum S. Aug. professori et confessario Juliani de Medicis Pontificis fratris germani, indultum quoad beneficia concedit. „Religionis zelus“ (A. de S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. tom. 23 f. 12, b.
— —	—	(4939) Mag. Mercurio de Vipera mandat, ut Johannem Jacobum Cipellum cler. Cremonen. archiv. Rom. Cur. script. ad omne jus surroget, quod Jodoco Pipe et Mag. Johanni de Foliatis lit. ap. abbreviatori competebat ad canonicatum et praeb. ecclesiae Cremonen., et eos ipsi conferat, si nemini sit jus quaesitum. G. D. (Armellin. Grat. p. script. arch. L. de Bertinis | Casanova. Coll. Attan.) L. 1001 f. 322.
— —	—	(4940—4941) Pro parte Johannis de Silva laici oppidi de Xerez Pacen. dioec., qui de propria salute recogitans in quodam horto in suburbio dicti oppidi consistente monasterium monialium tertii Ord. S. Francisci seu S. Clarae sub invocat. Matris Dei de licentia visitatoris gener. Ord. fratrum minorum cum officinis necessariis construi facere incepit, notabilem pecuniarum summam in illo exposuit et pro totali ejus complemento exponere intendit, ac pro parte monialium a monasterio B. M. de gratia canonice illuc translatarum eidem Johanni monasterium inceptum cum ecclesia, campanili humili, campana, dormitorio, refectorio, horto, hortaliciis et aliis officinis perficiendi licentiam tribuit, illudque, si perfectum fuerit, in monasterium monialium dicti tertii Ord. correctioni Ordinarii loci subjacentium erigit, eundem Johannem et ejus in majoricatu successores hujus monasterii advocatos et defensores constituit et insuper eidem Johanni concedit, ut unacum dicto visitatore statuta rationabilia circa numerum monialium recipiendarum et celebrationem divinorum officiorum et pro felici statu et gubernatione monasterii noviter erecti condere possit. A. P. R. M. „Inter cetera divinae Majestati accepta opera.“ Executores constituit priorem monasterii B. M. del Carmen oppidi de Mora Elboren. dioec. et decanum ac thesaurarium ecclesiae Pacen. „Hodie a Nobis emanarunt“ (P. Lambert. G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. vol. A. f. 89; f. 90.
— —	—	(4942) Concessioni Thomae episcopi Interamnen., qui quandam capellam sub invocat. B. M. de monumento extra muros Interamnen., ad quam devotionis causa populi multitudo confluebat, necnon monasterium olim monialium S. Petri veteris O. S. A. auctoritate apost. suppressum cum horto et domibus illi adjacentibus cuidam Georgio de Janua Congregationis seu societatis Heremitarum fratris Petri de Pisis professori, qui curam in dicta capella missas celebrandi eamque reparandi haberet, et in ejus persona dictae Congregationi seu societati concessit et perpetuo assignavit, apostolicae confirmationis robur pro firmiori illius subsistentia adjicit. A. P. R. M. „Devotis petentium desideriis“ (P. de Castello | Nardin.) Arch. Lat. vol. A f. 392.

1513.

12. Oct. (IV. Id. Oct.) | Romae apud S. Petrum

(4943) Gerardo Lauseral confert ecclesiam paroch. B. M. Sarlaten. obitu Guillermi Lauseral fratris ipsius germani vacantem. „Vitae ac morum“ (De Senis | Chemin. Aloys. | Madrigal. Coll. Attan.) L. 1014 f. 259.

— — — (4944) Renato Parageau cler. Nanneten. dioec. assignat pensionem an. super fructibus eccl. paroch. de Prinqueau Nanneten. dioec. solvendam per Georgium Gaborel, ipsius ecclesiae rectorem. „Vitae ac morum“ (Ph. de Senis | Cheminart | De S. Joh. Coll. Attan.) L. 1020 f. 158.

— — — (4945—4946) Silvestro de Passerinis, Mag. Silvii de Passerinis notarii et fam. sui consanguineo, confert canonicatum et praeb. eccl. Cortonen. ab eodem Silvio resignatos. „Vitae ac morum.“ Episcopis Asculano et Cavallicen. et vicario gener. episcopi Cortonen. committit executionem. „Hodie dilecto filio“ (Carrotius | Gratis de mand. Colardi. Draco | J. de Madrigal. Coll. J. de Narnia) L. 997 f. 80; f. 81.

— — — (4947) Silvio de Passerinis praefato regressum ad canonicatum et praeb. eccl. Cortonen. ab ipso dimissos concedit, si denuo vacaverint. G. D. et F. (Ph. de Senis | Grat. de mand. Colardi. Draco | Cyprian.) L. 1007 f. 222, b.

— — — (4948) Asculan. et Cavallicen. episcopis et vicario gen. episc. Cortonen. committit executionem. „Hodie cum dil. filius“ (Script. ut supra; add. Coll. H. de Cesis) L. 1007 f. 224.

— — — (4949—4950) Johanni de Villacastin perp. beneficiato in paroch. eccl. S. Thomae oppidi de Verlanga[1] Seguntin. dioec. confert duo perp. simplicia benef. in dicta eccl. et Cavallicen. et Castellimar. episcopis et Officiali Seguntin. executionem demandat. „Vitae ac morum.“ — „Hodie dilecto filio“ (Ph. de Senis. Grat. pro fam. script.[2] | Colardi. Draco | Verdes. Coll. Attan.) L. 1001 f. 335. 337.

— — — (4951) Cum Thomas Bakocz tit. S. Martini in Mont. presb. Card. et archiepisc. Strigonien. in eccl. sua cathedrali ad latus dextrum capellam sub invocatione B. M. V. fundaverit, fidelibus eam certis diebus visitantibus aliasque conditiones implentibus indulgentias concedit et facultates pro confessariis adjungit. A. P. R. M. „Ascensurus in coelum Christus Dominus“ (Ph. de Senis | Grat. de mand. S. D. Colardi. Draco | P. Cotini. Coll. H. de Cesis). Episcopis Vesprimien., Jaurien. et Vaccien. praemissa nuntiat (tenore praecedentis bullae inserto) et executionem committit. „Hodie a Nobis“ (Script. ut in praeced.) L. 1012 f. 138; f. 140.

— — — (4952) Sebastianum de Montefalcone canonicum eccl. Lausanen. ob sequentem provisionem ad cautelam absolvit. „De statu personarum“ Arch. Lat. tom. 12 f. 265.

— — — (4953) Cum eodem super defectu aetatis dispensat. „Divina supereminens largitas“ (A. de Alvarottis | Barotius) L. c. f. 267.

— — — (4954) Ut literae sequentes suum sortiantur effectum, annullat omnes iisdem contrarias concessiones. A. F. R. M. „Ad ea ex injuncto Nobis desuper“ (Script. iid.) L. c. f. 267, b.

— — — (4955—4961) Eundem in 24. aet. suae anno et subdiacon. ord. constitutum deputat Coadjutorem Aymonis episcopi Lausanen., qui septuagenarius et senio gravatus existit, eique administrationem dictae ecclesiae committit, si Aymo episc., cujus nepos Sebastianus existit, cedat vel decedat vel istam eccles. alias dimittat, donec 27. annum attigerit, et deinde eum praefatae eccles. praeficit in episc. et pastorem. „Romanus Pontifex in potestatis plenitudine.“ Hac de re scribit a) archiepiscopo Bisuntin.; b) capitulo ecclesiae Lausanen.; c) clero et d) populo civit. et dioec. Lausanen.; e) vasallis dictae eccles. „Hodie dilectum filium“ (Supra ad primum doc.: A. de Alvarottis) L. c. f. 262 seqq.

— — — (4962) Episcopis Gebennen. et Bellicen. scribit de fidelitatis juramento a dicto Sebastiano recipiendo. „Cum nos hodie“ (A. de Alvarottis | Barotius) L. c. f. 266.

— — — (4963) Eidem Sebastiano concedit, ut canonicatum et praeb. ecclesiae Lausanen. aliaque beneficia retinere valeat, si possessionem ecclesiae Lausanen. apprehenderit et munus consecrationis susceperit. „Ad personam tuam“ (Script. iid.) L. c. f. 269.

— — — (4964—4965) Juliano episc. Agrigentin. fructus ecclesiae paroch. B. Mariae de Canacino Aletien. dioec. ab ipso resignatae cum jure regrediendi reservat. „Ad personam tuam.“ Episcopis Militen. et Cavallicen. et vicario gener. episcopi Aletien. executionem committit. „Hodie cum“ (Nardinus) Arch. Lat. tom. 17 f. 77, b; f. 78, b.

— — — (4966) Carolum de Turnone, qui ex quadam infirmitate oculo dextro privatus, apost. dispensatione minime obtenta, se clericali charactere insigniri et de canonicatu et praeb. ac Thesauraria eccl. B. Juliani de Turnone Valentinen. dioec. sibi provideri fecit, ab excessu hujusmodi absolvit, cum eo super irregularitate dispensat eique dictos canonicatum et praeb. ac Thesaurariam confert. „Sedes Apostolica“ (Scutar. | Salvius | Valtrini. Coll. Attan.) L. 1150 f. 278.

[1] al. Berleinga. [2] Scil. Francisci de Gumiel (al. Gomiel).

1513.

13. Oct. (III. Id. Oct.)	Romae apud S. Petrum	Eodem modo, quo antea victoria Regis Angliae, celebratur victoria confoederatorum Hispanorum, Alemannorum et Pontificiorum contra Venetos. P. de Grassis f. 65.
—	—	(4967) Julianum Cecium cler. Rom. sollicitatorum lit. Apost. consortio aggregat. G. D. et F. Arch. Lat. tom. 8 f. 9.
—		(4968) Paulo de Cesis canonico Spoletan. mandat, ut eum ad dictum officium admitti faciat. „Hodie dilecto filio“ (P. Lambertus. De Prato | Grat. p. script. arch. Nardinus) L. c. f. 9, b.
—	—	(4969) Camerae apost. mandat, ut Leonardo de Bartholinis civi et mercatori Florentin. Rom. Cur. sequenti, qui summam 20 millium duc. auri pro nonnullis Pontificis occurrentiis exposuit, ex proventibus ecclesiarum et monasteriorum aliorumque beneficiorum regni Franciae dictam summam restituat. „Cum dil. filius Leonardus“ (Coll. Campania) Div. Cam. tom. 63 f. 135, b.
—	—	(4970) Sebastiano de Montefalcone canonico Lausanen. concedit, ut, postquam eccl. Lausanen. praeesse inceperit, a quolibet cathol. episcopo, recepto prius per eum fidelitatis juramento, munus consecrationis suscipere valeat. „Cum Nos nuper“ (Infra: Barotius) Arch. Lat. tom. 12 f. 266, b.
—	Malliani Portuen. dioec.	(4971) Aegidio de Grey decano eccl. S. Joh. Bapt. de Calvomonte Lingonen. dioec. baccal. in decr. Prioratum S. Gangulphi Lingonen. O. S. B. commendat. „Nobilitas generis“ (Colotius | De Bertinis | Salvius | Coll. Attan.) L. 1001 f. 101.
— — — (5129—5130) Johanni Biayna juniori perpet. beneficiato presb. in eccl. Urgellen. pensionem annuam super canonicatus et praebendae *statoriae* nuncup. ab ipso sub Julio II. resignatorum fructibus assignat. „Vitae ac morum“ (Scutar. | Aloys. Beltrand. | Gomiel.). Executionem committit episcopis Casertan. et Sarnen. et Officiali Urgellen. „Hodie dilecto filio“ (Script. iid. Coll. H. de Cesis) L. 1166 f. 274; f. 275, b.

— — — (5131) Guillermo du Bosse Mag. in artibus confert paroch. ecclesiam S. Stephani de Alacrimonte al. de Crandale Rothomagen. dioec. L. S. (Evangel. | de Bertinis. Gomiel | Madrigal. Coll. Attan.) L. 1002 f. 71.

— — — (5132) Stanislaum Myckynsky canonicum Wladislavien. fam. suum in suum et Apost. Sedis notarium recipit. „Pii Patris altissimi“ (Blondus | Grat. de mand. S. D. Madrigal. Aloys. p. comp. | F. Bernardus. Coll. Donatus) L. 1080 f. 6. *Theiner,* Mon. Polon. II p. 349.

— — — (5133—5134) Johanni de Capitis Casali de Dipiniano ecclesiam paroch. S. Nicolai de Bandiforis Cusentin. dioec. resignatione Laurentii de Capitis Casali de Dipiniano vacantem confert. „Vitae ac morum.“ Executionem committit episcopis Militen. et Cavallicen. et Angelo Longo canonico ecclesiae Cusentin. „Hodie dilecto filio“ (Benzon. Bregeon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 19 f. 370; f. 371, b.

— — — (5135—5136) Eidem Johanni de Capitis Casali ecclesiam paroch. B. Mariae de Scalzaporris etiam de Dipiniano Cusentin. dioec. resignanti annuam pensionem super ejusd. ecclesiae fructibus reservat. „Vitae ac morum.“ Eosdem executores, ut supra, deputat. „Hodie dilecto filio“ Arch. Lat. tom. 19 f. 372; f. 373, b.

— — — (5137) Angelo Longo canonico ecclesiae Cusentin. mandat, ut Laurentio de Capitis Casali de Dipiniano dictam eccl. B. Mariae de Scalzaporris conferri curet, si ipsum idoneum repererit. „Dudum siquidem“ (Benzon. | Nardinus) Arch. Lat. tom. 19 f. 368, b.

29. Oct. (IV. Kal. Nov.) (5138) Confirmat concordiam de bonis quibusdam in Indiis a Nicolao de Ovando Praeceptore majore Militiae de Alcantara relictis inter Ferdinandum de Vega Praeceptorem majorem Militiae S. Jacobi de Spata O. S. A. provinciae Castellae, cui Ferdinandus Rex Aragoniae, per Sedem Ap. perpetuus administrator dictae Militiae de Alcantara deputatus, cum bona immobilia per quemcumque istius Militiae Praeceptorem relicta ex certo ejusdem Militiae statuto ad mensam ipsius magistralem pertineant, eorum bonorum usumfructus concesserat, et inter executores testamenti praefati Nicolai, scil. Petrum de Scobar Priorem ac Didacum Moreno Sacristam monasterii *conventus* nuncupati S. Benedicti de Alcantara Militiae etiam de Alcantara Cisterc. Ord. Caurien. dioec. litis exstinguendae causa initam et tum a Rege Ferdinando, tum a capitulo Militiae de Alcantara Vallisoleti celebrato approbatam, qua concessio Ferdinando Praeceptori facta rata habebatur et dicti executores eidem ex bonis mobilibus a Nicolao praefato relictis certam summam ratione expensarum pro istis bonis factarum et faciendarum solvere tenebantur, necnon constitutionem a Rege et ab isto capitulo editam, quae statuebat, ut bona praedicta a mensa magistrali dictae Militiae dismembrarentur et cessante concessione usufructus Ferdinando Praec. facta praedicto monasterio applicarentur, ut juxta laudabile praefati Nicolai desiderium copiosior religiosorum numerus in isto conventu sustentari valeret. A. P. R. M. „His quae pro litibus submovendis“ (Colotius | Colardi. Draco | Verdesotto. Coll. Donatus) L. 1009 f. 264.

— — — (5139—5140) Mag. Petrum Bembum cler. Venet. secretarium suum domesticum creat S. Pal. et aulae Lateran. Comitem et Ap. Sedis notarium. „Ecclesia Romana, cujus

1513.

principatum." — „Pii Patris altissimi" (A. Colotius | Gratis de mand. Colardi | Casanova | Coll. S. de Spol.) L. 1211 f. 61. 62.

29. Oct. (IV. Kal. Nov.) Romae apud S. Petrum (5141) Prioribus et communi terrae Montis Sanctae Mariae in Georgio querentibus, quod licet in pacifica possessione vel quasi officii nuncupati accusationum et inventionum damnorum datorum a multis temporibus fuerint et officium hujusmodi vendere ac de eo absque alicujus superioris conditione disponere potuerint, tamen Legatus prov. Marchiae seu ejus locumtenens per constitutionem quandam omnia ejusmodi officia officiis Praetorum seu Potestatum non sine damno populorum univit et incorporavit nec eorum querelam in Camera apost. propositam et literas ejusd. Camerae curavit, confirmat priora statuta et privilegia et liberam de illo officio dispositionem ac Legatum in hoc eos molestare non posse decernit. „Cum a Nobis petitur quod justum est" (Sadol.) Brev. tom. 41 p. 26; tom. 30 p. 131; tom. 2 n. 84.

— — — (5142) Confirmat Nuntios fabricae S. Petri de Urbe a Julio II. constitutos. „Decens reputamus, ut in Nostris." Ed. *Wadding*, Annal. min. a. 1513 n. 8 tom. XV p. 436. 437.

— — — (5143) Polae Episcopo Magistratui Bononiae mandat, ut Card. Gurcensem ad Urbem venturum omni honoris et liberalitatis genere excipiat. „Quoniam Matthaeus Card. Gurcen." (Bemb.) Ed Bembi L. V ep. 25 p. 41.

— — — (5144) Vicelegato Romandiolae de eodem. „Cum dilectus filius Matthaeus" Brev. ad princ. tom. 5 f. 40.

— — — (5145) Raimundum Cardonam Proregem Neap. rogat, ut ab impressione hostili in Venetos abstineat; id esse necessarium, ut Veneti, qui ad ineundam cum Caesare pacem parati arbitrio Pontificis hanc sicut et generalem totius Italiae pacem summopere desiderantes rei summam permiserunt, in ea sententia confirmentur; paucorum dierum moram tanti non esse, ut eam ob causam pacis confectio impediatur; Petrum Bibiennam operam daturum, ut trium vel 4 dierum spatio post has redditas literas syngrapha Rom. Pontificem arbitrum constituens conficiatur et ad eum de re tota scribatur. „Cum id Nostrum consilium semper fuerit" (Bemb.) Ed. Bemb. L. V ep. 24 p. 40. 41. Cf. *Raynald* h. a. n. 79 p. 36.

— — — (5146) Maximil. Mariae Mediolan. Duci nuntiat, reverti Mediolanum Hieron. Moronum, ejus interpretem, virum diligentissimum et probum, jussu suo eumque tractandis cum Helvetiis negotiis magno usui futurum. „Revertitur ad te Nostro jussu" (Bemb.) Ed. Bemb. L. V ep. 26 p. 41.

— — — (5147) Magistratui Placentiae et Paulo Summontio mandat, ut severe inhibeant, ne quis ex ea pecunia, quae ratione decimae a sacerdotibus Ducatus Mediolan. exigitur, quidquam capere habereque apud se audeat praeter eum, quem ipsi ejus rei curatorem esse jusserint. „Mandamus vobis" (Bemb.) Ed. l. c. ep. 27.

— — — (5148) Postquam Innocentius VIII. quosdam Prioratus, Praeceptorias et alia loca et membra S. Sepulchri Dominici Hierosol. O. S. A. a dictis Sepulchro et Ordine separavit et Hospitali S. Joh. Hieros. univit et personas dicti Ordinis ab habitus gestatione et regularum observatione (tribus substantialibus votis exceptis) absolutas ad dictum Hospitale transtulit, pro parte Ferdinandi Aragoniae Regis, cum in Aragonia sicuti in pluribus aliis regnis praefatae literae Innocentii VIII. effectum non sint sortitae, Prioratum S. Sepulchri oppidi de Calatajubio Tirasonen. dioec. illiusque pro tempore existentes Priorem, canonicos et personas ac res et bona atque ab eo dependentia membra in dictis literis non comprehensa fuisse nec esse et in eo statu, in quo erant, antequam dictae literae emanarent, persistere decernit. „Romani Pontificis" (Sadol. | Colardi. Draco | Valleoleti. Coll. H. de Cesis) L. 996 f. 102, b. Arch. Lat. tom. 9 f. 76, b.

— — — (5149) Archiepiscopo Caesaraugustan, episcopo Tirasonen. et Abbati monasterii S. Fidis Caesaraugustan. dioec.[1] praecedentis decreti executionem demandat. „Hodie emanarunt" (Infra: ut in praeced.) L. 996 f. 105 (Arch. Lat. tom. 9 f. 79).

— — — (5150) Johanni de Lerma scriptori et fam. suo confert simplex beneficium in eccl. paroch. oppidi de Matilla Palentin. dioec. G. D. et F. (A. Melfit. | Gratis pro script. D. de Valleoleti | Coll. S. de Spol.) L. 1006 f. 190.

— — — (5151) Officiali Valentin. mandat, ut ecclesiam SS. Simeonis et Georgii Castri ejusd. S. Georgii Salernitan. dioec. Christophoro Castellar cler. Valentin. conferat. „Dignum" (P. Cesis | Colardi. Balbus p. comp. | Tarin. Coll. H. de Cesis) L. 994 f. 279.

— — — (5152) Eidem Officiali mandat, ut ecclesias paroch. de S. Matthaeo et de Ulderona locorum Dertusen. dioec. antea quamdiu illas quondam Balthasar de Castellar nuper ipsarum ecclesiarum rector obtineret unitas praefato Christophoro, dicti Balthasaris fratri germano concedat, scil. ecclesiam S. Matthaei ad certum tempus ipsi com-

[1] De monasterio S. Fidis Ord. Cisterc. *Janauschek* I p. 226 n. 586.

1513.

		mendet et deinde, si per diligentem examinationem eum ad hoc idoneum esse repererit, conferat et eidem eccl., quamdiu eam obtinuerit, ecclesiam de Ulderona uniat. „Dudum siquidem omnia beneficia“ (P. de Cesis | Colardi. Balbus p. comp. | Valtrini. Coll. H. de Cesis) L. 997 f. 26.
29. Oct. (IV. Kal. Nov.)	Romae apud S. Petrum	(5153) Eidem Officiali mandat, ut praedicto Christophoro, si sit idoneus, quaedam beneficia Tarraconen. dioec. quae praefatus Balthasar antea obtinebat, conferat. Init. et script. supra L. c. f. 32.
— —	—	(5154) Johanni de Feure paroch. ecclesiam S. Petri de Cerny Senonen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Sadol. | Colardi. Draco | de Castillo. Coll. H. de Cesis) L. 998 f. 230.
— —	—	(5155) Gervasio Corbean confert canonicatum et praeb. et archidiaconatum de Sabolio eccl. Cenomanen. „Vitae ac morum“ (Colot. | Bertin. Castillo. Coll. Attan.) L. 1012 f. 192.
— —	—	(5156) Antonio de Castrolucio rectori paroch. ecclesiae Nigrae Nudae Lugdunen. dioec. indultum quoad beneficia concedit. Init. ut supra (Ph. de Senis | J. Cheminart. Aloys. | Gais. Coll. Attan.) L. 1005 f. 57, b.
— —	—	(5157) Francisco de Thedallinis cler. Roman. capellaniam ad altare S. Georgii situm in eccl. paroch. S. M. in Monticellis de Urbe[1] confert, episcopis Cavallicen. et Adjacen. et Bernardino Capella canonico basil. princip. Apost. de Urbe executionem committens. „Apostolicae Sedis“ (Armellin. | Bertin. Gomiel | Verdesotto. Coll. Attan.) L. 1002 f. 80.
— —	—	(5158) Alexandro de Lecanis cler. Lauden. not. et fam. suo, cum S. Mauritii de Regis et S. Barthol. de Villeris de Galhaco Vallisingletii et S. M. Assumptionis nuncup. de Margocio Novarien. dioec. paroch. ecclesiis invicem unitis renuntiet, quae Julio de Sozago conferuntur, pensionem super earum fruct. et regressum ad illas concedit. G. D. et F. (Castilioneus | Grat. de mand. S. D. Colardi | Verdes. Coll. Attan.) L. 995 f. 173.
— —	—	(5159) Episc. Cavallicen. archidiacono eccl. Melevitan. et vic. gen. episcopi Novarien. executionem committit. „Hodie dilecto filio.“ Script. ut supra L. 995 f. 174.
— —	—	(5160—5161) Johanni Dulcis alias Daguicourt baccal. in decr. confert paroch. ecclesiam S. Michaelis sitam in ambitu claustri ecclesiae Remen. resignatione Hugonis Cadi vacantem. „Vitae ac morum.“ Executores constituit episcopum Cavallicen., Cantorem eccl. Remen. et Officialem Remen. „Hodie dilecto filio“ (O. de Cesis. Ph. de Agnellis | Barotius) Arch. Lat. tom. 19 f. 402, b.
— —	—	(5162—5163) Hugoni Cadi canonico Remen. Licent. in decr. ecclesiam praedictam resignanti loco pensionis annuae ejusd. eccl. fructus reservat. „Literarum scientia.“ Executionem demandat episcopo Cavallicen., Cantori eccl. Remen. et Officiali Remen. „Hodie dilectus filius“ (Lambertus. Prato | Barotius) Arch. Lat. tom. 19 f. 401; f. 40.
30. Oct. (III. Kal. Nov.)	—	(5164) Ascanio Parisano cler. Camerinen. dioec. monasterium B. M. de Rambina O. S. B. ejus dioec., quod Antonius tit. S. Vitalis presb. Card. in commendam obtinebat, nunc ab eo dimissum in commendam tradit. „Romani Pontificis“ (Evangel. | Colardi. Salvius p. comp. | J. Gais. Coll. D. de Juvenibus) L. 999 f. 157, b.
— —	—	(5165) Stephano Boylesne cler. Pictavien. dioec. baccal. in decr., in Univers. Studii gen. Pictav. studenti, commendat Prioratum non conventualem capellae Eleemosynariae nuncupatae S. Jacobi de Ribleres O. S. A. Malleacen. dioec. a monasterio B. Petri de Aureavalle Ord. et dioec. praedict.[2] dependentem et cessione Pauli Boylesne vacantem. „Literarum scientia“ (Melfit. | De Rizonibus. Gerona | Cabredo. Coll. H. de Cesis) L. 1035 f. 123.
— —	—	(5166) Pantalino Niella cler. Saonen. assignat pensionem an. super S. Ambrosii de Rauchia et S. Salvatoris de Montealto O. S. B. Sarzinaten. dioec. monasteriorum fructibus. „Vitae ac morum“ (Blondus | Gratis de mand. S. D. Marciaci. Corbin. | Bernardus. Coll. S. de Spol.) L. 1027 f. 112, b[3].
— —	—	(5167) Johannae Guaste professae O. S. B. Prioratum S. Martini de Giliaco O. S. B. Valentinen. dioec. obitu Ludovicae Moretona vacantem antea ipsi non rite collatam confert. R. Z. (F. Castillion. | Marciaci | Valtrini. Coll. Donat.) L. 1029 f. 157.
31. Oct. (prid. Kal. Nov.)	—	(5168) Nobilibus viris Hieronymo Mariae et Francisco Mariae ex Comitibus de S. Vitali fratribus domicellis Parmen. concedit, ut villas Coliculi, Tolognani et Plantoniae Gilberto de Sancto Vitali tunc in humanis agenti ejusque descendentibus a Ludovico Francorum Rege tunc Mediolani Duce donatas juxta voluntatem dicti Regis cum mero et mixto imperio et gladii potestate tenere et possidere possint, praefatam

[1] *Armellini*, Un censimento p. 123.
[2] St. Pierre d'Airvaux Dioc. de Mallezais. Gallia christ. tom. 2 p. 1386 seq.
[3] Legitur a. 1514, sed Pontif. anno *primo*.

1513.

donationem in omnibus confirmans. „Sincerae devotionis affectus“ (Infra: Colardi. Balbus | Valtrini. Coll. F. de Attan.) L. 999 f. 159, b.

31. Oct. (prid. Kal. Nov.) Romae apud S. Petrum (5169) Vincentio Martini canonicatum ecclesiae Columbrien. confert praebendamque ejusd. eccl. primo vacaturam reservat. „Vitae ac morum“ (P. de Senis | Grat. de mand. S. D. Colardi. Draco | Valtrini. Coll. Amerin.) L. 996 f. 79.

— — — (5170) Pro parte Prioris et conventus monasterii B. Mariae de Panarzes O. S. A. Segobien. dioec. beneficium ecclesiae S. Bartholomaei loci de Modua ejusd. dioec. mensae conventuali dicti monasterii perpetuo unit. A. P. R. M. „Injunctum Nobis desuper“ (J. Copis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 27 f. 107.

— — — (5171) Jofredo de Pivacons cler. Valentin. concedit, ut omnes et singulos fructus et proventus beneficiorum et pensionum spectantes ad defunctum Franciscum tit. SS. Nerei et Achillei presb. Card. Cusentin.[1] (quem Pontifex ad Francisci tit. SS. Joh. et Pauli instantiam etiam post funus ad Cardinalatus honorem restituit, ita ut corpus ejus ad almam Urbem deferri et eo honore in loco sacro sepeliri posset, sicuti ceteri Cardinales in pace et unitate Ecclesiae defuncti sepeliri consueverunt) levare et exigere et de levatis quittantias facere valeat. „Quia ad supplicationem“ (Sadolet.) Brev. tom. 2 n. 85.

— — — (5172) Bartholomaeo de Valle civi Rom. concedit Salariam civitatis Fani et ejus districtus per quatuor annos post finitum tempus Petri Gabrielis dictam Salariam obtinentis. „Bartholomaeo de Valle civi Rom., de cujus fide“ Div. Cam. tom. 63 f. 144.

— — — (5173) Corrado Mangolt fam. suo canonicatum et praeb. ecclesiae B. Mariae Erfurden. Maguntin. dioec. confert. G. F. (A. Gratiadei | Grat. de mand. Aloys. Marin. | F. de Godelin) L. 1142 f. 152, b.

— — — (5174) Ad instantiam nobilium adolescentium Marii, Aemilii, Valerii et Fulvii de Ursinis dominorum temporalium oppidi Montisrotundi Sabinen. dioec. Matthaeum S. Galeoti cler. Sabinen. dioec. deputat coadjutorem Antonii Pocaciccia rectoris paroch. ecclesiae *archipresbyteratus* nuncupatae S. Mariae Magdalenae al. S. Mariae Magnae extra muros dicti oppidi, qui octuagenarius vel circa ob corporis infirmitatem curam animarum exercere nequit. „Apostolicae Sedis providentia“ (Evangel. | L. de Bertinis. Gomiel | J. de Gais. Coll. Donatus) L. 1012 f. 158, b.

— — — (5175) In favorem Johannis Segura cler. perpet. beneficiati *diaconi* nuncupati in eccl. Segobricen. dicto beneficio *diaconali* nuncupato, quamdiu illud obtinuerit, aliud ejusd. eccl. beneficium sub invocatione Corporis Christi unit et annectit. „Vitae ac morum“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 21 f. 314, b.

— — — Solemnibus Vesperis in Vigilia Omnium Sanctorum adest Pontifex cum 21 Cardinalibus. P. de Grassis f. 67, b.

ANNO PRIMO MENSE NOVEMBRI. 1513.

1513.

1. Nov. (Kal. Nov. Romae apud S. Petrum In festo Omnium Sanctorum Cap. Pap. Celebrat Card. S. Crucis, sermonem habet Andreas Piperarius, „doctus quidem, sed longus nimis“ (P. de Grass. l. c.). Papa pariter adest officio mortuorum, sicut et Missae sequenti die (ib. f. 69).

— — — (5176) Sixtus IV. pro parte Joh. de Aquila Militis et Vicecomitis Vallis Rodis et de Cleriaco Aurelianen. dioec. et magistri administratoris Hospitalis S. Ludovici Trecentorum caecorum nuncup. Parisien., quod S. Ludovicus Francorum Rex, cum ad partes infidelium, ut ab eorum manibus adjuvante Altissimo terram sanctam eriperet, cum magna militum multitudine se transtulisset et inimici crucis Christi multos ejusd. milites captivos tenuissent et 300 ex eis oculos eruissent, ob sempiternam praemissorum memoriam redeundo ad regnum suum sub vocabulo S. Remigii pro receptione 300 caecorum pauperum utriusque sexus, quibus signum lilii in pectore deferendi et nuntios ac quaestores ad subsidia per dictum regnum perquirenda deputandi licentiam concessit, erexit, sed morte praeventus non sufficienter dotavit, dicto Hospitali unum sub S. Spiritus pro pauperibus recipiendis et alendis in parochia S. Pauli prope Rothomagum subtus montem S. Catharinae et aliud Hospitalia sub S. Michaelis invocationibus prope Vadum de Lespine juxta mare et villam S. Michaelis in periculo maris Abrincen. dioec. pro conductione et reductione per mare pauperum pere-

[1] Franciscus Borgia Cardin a. 1500 (Raynald. h. a. n. 56. 57 p. 346 seq.) a Julio II. secesserat Pisanis adhaerens.

1513.

grinorum ad dictam villam undecunque devotionis et ecclesiam sub invocat. ejusd. S. Michaelis inibi dedicatam visitandi causa confluentium, quae dictus Johannes construi fecerat et dotaverat, perpetuo univit. Leo X. approbat in omnibus singulas praedecessorum literas et concessiones. A. P. R. M. „Salvator et Dominus noster J. Chr.“ (P. de Senis | Colardi | Cotini. H. de Cesis) L. 994 f. 274.

1. Nov. (Kal. Nov.) | Romae apud S. Petrum | (5177) Camerae apost. mandat, ut Leonardo de Formegine singulis mensibus 10 duc. suo Pontificatu durante per manus Augustini et sociorum de Chisiis Depositariorum pecuniarum aluminum S. Cruciatae de dictis pecuniis solvi faciat. M. P. „Venerabili fratri Raphaeli episc. Ostien. . . . per praesentes mandamus.“ Div. Cam. tom. 63 f. 157.

— — | — | (5178) Petro Roiz de Morales fam. Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. beneficium in paroch. eccl. B. M. de Yagnas oppidi de Agreda Tirasonen. dioec. confert. G. F. (Colotius | Grat. de mand. Colardi. Draco | Valtrini. Coll. Amerin.) L. 1007 f. 190.

— — | — | (5179) Didaco de Villostada decano ecclesiarum invicem unitarum S. Martini de Alvelda et B. Mariae Rotundae de Logroño Calaguritan. dioec. U. J. doctori ac fam. suo indulget, ut ad integram portionem fructuum eccl. B. M. de Palatio ejusd. dioec., cum illam pro tempore cessare seu excrescere contigerit, admitti debeat. „Literarum scientia“ (J. B. Nasius | Grat. de mand. C. de Liazariis. W. de Enckenw. p. comp. | Cabredo) L. 1046 f. 153.

2. Nov. (IV. Non. Nov.) | — | (5180) Petro Palmier canonico Anicien., qui Prioratum saecularem B. M. de Campolateo et SS. Michaelis de Rupeforti et Petri de Lespere Prioratus Grassen. in tit. et Prioratum de Monasteriis et Sacristiam Prioratus S. Petri Chaudiaco in Delphinatu S. Ben. et Cluniac. Ordinum Bajocen. et Lugdunen. dioec. in commendam obtinet, commendat Prioratum S. Petri de Chasteller Cluniac. Ord. Suessionen. dioec. „Vitae ac morum“ (J. Sadolet. | Colardi. Draco | Valtrini. Coll. H. de Cesis) L. 997 f. 68.

— — | — | (5181) Mag. Petro Palmerii notario suo confert Praeposituram eccl. Beatissimi Martini de Cauda Turonen. dioec. G. D. (P. de Cesis | Bertinis. Gomiel. | Spolet. Coll. Valtrini) L. 1016 f. 106.

— — | — | (5182) Pompejo Petri fam. suo canonicatus et praebendas S. Petri Spoletan. et S. Claudii ac S. Laurentii et B. Mariae de Azano ecclesiarum et unam ad S. M. in majori Spoletan. et aliam ad S. Angeli in praedicta S. Petri ecclesiis sita altaria perpet. capellanias et paroch. ecclesiam S. Petri extra muros Spoletan. cum alio beneficio Spoletan. dioec. confert. G. F. (Evangel. | Gratis de mand. W. d. Enckenw. A. Draco | Verdes. Coll. S. de Spol.) L. 1004 f. 48.

— — | — | (5183) Johanni de Agnis de Tusschembroech cler. Leodien. dioec. assignat pensionem super fructibus eccl. paroch. de Belcele Patriae Wasiae Tornacen. dioec., quam Splinterus Wonteri obtinet. „Vitae ac morum“ (Carrotius | de Rizonibus. Baena | Enckenw. Coll. Amerin.) L. 1035 f. 60.

— — | — | (5184) Charlottae de la Pomeraye moniali monasterii S. Sulpitii prope et extra muros Redonen. O. S. B. indultum concedit quoad beneficia per moniales teneri solita. „Religionis zelus“ (P. Lambertus | Nardinus) Arch. Lat. vol. A. f. 427, b.

— — | — | (5185) Nicolao Bruno cler. Messanen. Praeposituram loci de Castrodurante et paroch. ecclesiam plebem nuncupatam S. Alexandri et capellam S. Trinitatis intra seu extra moenia dicti loci Nullius dioec. Bartholomaeo de Venturellis, qui eas obtinet, cedente vel decente vel eas alias dimittente reservat. G. F. (Ph. de Senis | Grat. de mand. S. D. Colardi. Draco | Verdesotto. Coll. Attan.) L. 995 f. 295, b.

3. Nov. (III. Non. Nov.) | — | (5186) A Raimundo Cardona Prorege Neapol. petit, ut statuat arma esse reprimenda et milites Neapolitanos ac Caesareos ab omni offensionum contra Venetos genere continendos, dum Pontifex ipse, cui respublica discordiarum suarum cum Maximiliano Caes. causas arbitro permittere vult, negotium transigat; plura de ea re cum ejus procuratore Bercenno esse locutum. „Post eas, quas ad te proximis diebus dedimus literas“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. V ep. 28 p. 41.

— — | — | (5187) Francisco Mariae Urbinatium Duci certior factus nummos Urbini cusos probos esse concedit, ut aes, argentum, aurum flare, ferire et cudere, quemadmodum consuevit, ei liceat non obstantibus suis edictis nummariis nuper propositis. „Certiores facti eos nummos“ (Bemb.) Ed. Bemb. l. c. ep. 29.

— — | — | (5188—5189) Mag. Joh. Copis archidiacono in eccl. Leodien., decret. doctori, notario et fam. suo, concedit pensionem annuam super fructibus paroch. ecclesiae in Suiderhorst Monasterien. dioec. G. D. Cavallicen. et Milopotamen. episcopis ac Officiali Monasterien. executionem committit. „Hodie dilecto“ (Castello | Benzon | Nardin.) Arch. Lat. vol. D f. 212, b f. 214.

— — | — | (5190) Episcopis Militen. et Cavallicen. et Officiali Segobrien. mandat, ut Johanni Tarin cler. Caesaraugustan. lit. Ap. script. beneficium sub invocat. S. Michaelis in eccl. Segobricen. conferri curent, si assensus medietatis patronorum accedat. G. D. et F. (Colot. | Grat. p. soc. | Balandrinus. Coll. Narnia) L. 1000 f. 187.

1513.

3. Nov. (III. Non. Nov.) | Romae apud S. Petrum | (5191—5192) Mauritio Plomes (al. Polomes) Licentiato in decretis confert canonicatum et praeb. ecclesiae SS. Apostolorum Colonien. resignatione Mag. Johannis Copis notar. et fam. sui vacantes. „Literarum scientia.“ Executionem committit episc. Cavallicen. et archidiacono Hasbaniae in eccl. Leodien. et Officiali Colonien. „Hodie dilecto filio“ (F. Bregeon. P. Planca | Grat. de mand. Nardin.) Arch. Lat. tom. 27 f. 123, b; f. 125.

— — | — | (5193) Petro Yanes de Nieto cler. Compostellan. dioec. assignat pensionem annuam 3000 moropetin. monetae illarum partium 8 duc. auri de Cam. constituentium super fructibus paroch. ecclesiae S. Mametis de Silva alias de Portela Compostellan. dioec. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Enckenw. Draco | J. Bertrandi. Coll. H. de Cesis) L. 1062 f. 104.

— — | — | (5194) Dominico de Violeta confert paroch. ecclesiam B. Mariae de la Canneta S. Pontii Thomeriar. dioec., cum de collatione ordinaria auctoritate ipsi facta dubitet, et cum eo dispensat, ut una cum dicta eccl. ecclesiam quoque paroch. de Leuco Carcassonen. dioec. licite retinere valeat. „Vitae ac morum“ (Evangel. | C. de Liazariis. Ingenw. | Madrigal. Coll. H. de Cesis) L. 1068 f. 69.

— — | — | (5195) Johanni Ymberley monacho monasterii S. Sansonis episc. de Middelton O. S. B. Saresbirien. dioec. indultum quoad beneficia concedit (P. de Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. vol. A f. 370.

— — | — | (5196—5197) Simile indultum concedit a) Joh. Waytt rectori paroch. eccl. S. Nicolai de Nembery Saresbirien. dioec. Mag. in artibus, b) Joh. Wallgrave rectori paroch. eccl. S. M. de Charteton Macrelle Bathonien. et Wellen. dioec. L. S. (O. de Cesis | Nardin.) L. c. f. 378; f. 379, b.

4. Nov. (prid. Non. Nov.) | — | (5198) Mag. Balthasari Stangha cler. Cremonen. fam. suo. — Alexander VI. in favorem quondam Conradoli Stangha, Praeceptoris domus S. Antonii Cremonen. O. S. A., qui domos, officinas et aedificia dictae domus ruinam minantia restauraturus 3500 duc. exposuerat, summam 80 librarum imperial. monetae Mediolanen. 178 duc. constituentium a dicto Conradolo singulis annis ex fructibus Praeceptoriae dictae domus abbati monasterii S. Antonii de S. Antonio dicti Ord. Viennen. dioec. pro tempore existenti seu Praeceptori domus de Ranverso praefati Ord. Taurinen. dioec. solvendam ad 40 libras similes reduxit, quamdiu idem Conradolus istam Praeceptoriam obtineret. Leo X. in favorem praefati Balthasaris, qui praedictam Praeceptoriam in commendam obtinet et aedificia ejusdem perficere ac Hospitale pauperum ejusd. S. Antonii Cremonen., in quo jam 30 annis elapsis cum maximo pauperum detrimento et religionis neglectu hospitalitas servata non fuit, in suis structuris reparare et lectis et aliis necessariis munire intendit, eandem reductionem concedit, quamdiu eam Praeceptoriam obtinuerit, dummodo aedificia perficiat, Hospitale instituat et hospitalitatem hujusmodi servari faciat. „Apostolicae Sedis“ (Sadolet. | Colardi. Draco | F. de Vega. Coll. S. de Spoleto) L. 1056 f. 289.

— — | — | (5199) Pro parte decani et Capituli ecclesiae Placentin., qui exponebant, quod olim 70 annis effluxis decanus et Capitulum dictae eccl., quia ob aëris intemperiem personae illius eccl. saepe infirmabantur, statutum condiderunt, quo inter alia ordinabatur, ut residentia sex mensium singulis annis ad effectum omnes fructus percipiendi sufficeret, dictum statutum approbat et confirmat. A. P. R. M. „Pastoralis officii debitum.“

— — | — | (5200) Executores nominat archiepiscopum Compostellan. et decanum Caurien. et archidiaconum Salamantin. ecclesiarum. „Hodie a Nobis emanarunt“ (P. Lambertus. O. de Cesis | Barotius) Arch. Lat. tom. 14 f. 250.

— — | — | (5201) Matthiam episcopum Premislien., ne literae sequentes quomodolibet valeant impugnari, ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis consueta clementia“ (A. de Alvarottis | Campania) Arch. Lat. tom. 3 f. 103, b.

— — | — | (5202) Eundem a vinculo ecclesiae Premislien. absolvit et ad ecclesiam Wladislavien. obitu Vincentii episcopi vacantem transfert eumque dictae eccl. Wladislavien. praeficit in episc. et pastorem. „Romani Pontificis“ (Supra: A. de Alvarottis) L. c. f. 100.

— — | — | (5203—5206) De hac translatione scribit a) capitulo ecclesiae Wladislavien., b) clero et c) populo civit. et dioec. Wladislavien., d) universis vasallis dictae ecclesiae. „Hodie venerabilem fratrem“ L. c. f. 101 seq.

— — | — | (5207) Eundem Matthiam episcopum Sigismundo Poloniae Regi commendat. „Gratiae divinae praemium“ L. c. f. 102.

— — | — | (5208) Pro eodem Matthia episc. scribit archiepiscopo Gnesnen. „Ad cumulum tuae cedit“ (Infra: Campania) L. c. f. 102, b.

— — | — | (5209) Episcopis Cracovien. et Posnanien. mandat, ut a Matthia episc. fidelitatis juramentum recipiant. „Cum Nos hodie“ (A. de Alvarottis | Campania) L. c. f. 103.

— — | — | (5210) Matthiae episcopo Wladislavien., quamdiu eccl. Wladislavien. praefuerit, de dignitatibus, canonicatibus et praeb. aliisque beneficiis ad dispositionem episcopi Wladis-

1513.

lavien. vel ad ejusd. episcopi et Capituli communiter pertinentibus, quae in singulis Febr., Apr., Jun., Aug., Oct. et Dec. mensibus vacare contigerit, nisi dispositioni apost. generaliter sint reservata, una cum Capitulo libere disponendi facultatem concedit. „Personam tuam“ (A. de Alvarottis | Nardinus) L. c. f. 104, b.

4. Nov. (prid. Non. Nov.) Romae apud S. Petrum (5211) Johannem Martini canonicum Urgellen., Jacobi episc. Albanen. obsequiis insistentem, commensalem suum et decret. doctorem ob sequentem provisionem ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis consueta clementia“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 3 f. 77.

— — — (5212) Eundem ecclesiae Gabulen. in part. infidel. existenti praeficit in episc. et pastorem. „Apostolatus officium“ (Scr. iid.) L. c. f. 76, b.

— — — (5213) Eidem declarat, ipsum ad residentiam apud dictam eccl. minime teneri et, si sit requisitus, consecrationis munere suscepto in civit. et dioec. Urgellen. officia pontificalia exercere posse. „Sincerae devotionis affectus“ (Scr. iid.) L. c. f. 77, b.

— — — (5214) Eidem Johanni Electo Gabulen. concedit, ut canonicatum et praeb. ecclesiae Urgellen. et beneficium sub invocat. Corp. Christi in eccl. de Tellone Urgellen. dioec. et pensionem ipsi assignatam retinere valeat. „Personam tuam“ (Scr. iid.) L. c. f. 78.

— — — (5215) Eidem pensionem annuam 200 librarum monetae Barchinonen. 175 duc. auri d. C. constituentium super fructibus mensae episcopalis Urgellen. per Petrum episcopum Urgellen. et successores solvendam assignat. „Personam tuam“ (Supra: Benzon.).

— — — (5216) Archiepiscopo Surrentin. episcopo Cavallicen. et Officiali Terraconen. executionem committit. „Hodie dilecto filio“ (Infra: Nardinus) L. c. f. 79; f. 80 b.

— — — (5217) Mag. Urbanum de Miolano cler. Gratianopolitan. notar. suum ob infra dictam provisionem ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis consueta clementia“ (Benzon. Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 83, b.

— — — (5218) Eidem monasterium S. Stephani de Citadella Vercellen. O. S. B.[1], cum Leonardus t. S. Susannae presb. Card. ejusd. monast. commendae renuntiet, commendat mandans, ut in manibus episcoporum Gebennen. et Bellicen.[2] fidelitatis juramentum praestet. „Romani Pontificis providentia“ (Supra: Benzon.) L. c. f. 81.

— — — (5219—5220) De hac commenda scribit a) conventui dicti monasterii, b) episcopo Vercellen. „Hodie“ (Infra: Nardinus) L. c. f. 82; f. 82, b.

— — — (5221) Episcopis Gebennen. et Bellicen. scribit de juramento ab ipso recipiendo. „Cum nos hodie“ (Infra: Nardinus) L. c. f. 83.

— — — (5222) Leonardo tit. S. Susannae presb. Cardin. fructus supradicti monasterii S. Stephani de Citadella ab ipso resignati loco pensionis annuae reservat seu eorum loco pensionem annuam 300 duc. ab omni onere liberam super ejusd. monasterii fructibus assignat et jus regrediendi ad illud ipsi concedit. „Romani Pontificis providentia“ (Evangel. | *Visa:* L. de Bertinis | D. de Comitibus. Coll. Attan.) L. 1003 f. 258.

— — — (5223) Episcopis Cavallicen. et Leodien. et Paulo de Cesis canonico ecclesiae Spoletan. mandat, ut Silvestro de Podio Catini cler. Sabinen., Ruberti Ursini Electi Regin. Referendarii familiari, paroch. ecclesiam *plebem* nuncup. S. Michaelis de Veraga Vincentin. dioec. conferri curent. „Vitae ac morum“ (Blondus | Grat. de mand. Colardi | J. de Cesis. Coll. Narnia) L. 1000 f. 196, b.

— — — (5224) Paridi ex consortibus (comitibus?) Spilimbergi canonico eccl. Tervisin. indultum quoad beneficia concedit. „Nobilitas generis“ (A. Melfit. | Grat. de mand. S. D. de Bertinis | Casanova. Coll. S. de Spoleto) L. 1006 f. 208.

— — — (5225) Filareto de Neapoli monacho monasterii S. Heliae de Ambula Ord. S. Basilii Messanen. dioec. commendat dictum monasterium de jure patronatus Regis Siciliae existens et resignatione Pauli Miraponti vacans eumque, postquam ad aetatem legitimam pervenerit ac regularem professionem emiserit, eidem praeficit in abbatem. „Sollicitae considerationis indagine“ (P. de Cesis | Suno. Baena. | J. Gais. Coll. Attan.) L. 1004 f. 60.

— — — (5226) Officiali Meten. mandat, ut Gilbertum de Brosseriis rectorem paroch. ecclesiae de Espisonno Tullen. dioec. surroget in omni jure et ad omne jus, quod competebat Nicolao Masson cler. Tullen. dioec., qui cum Aegidio Foiz pro clerico se gerente litigaverat super paroch. eccl. de Bioncuria Meten. dioec., eamque eidem Gilberto conferat, si nemini sit jus quaesitum. „Vitae ac morum“ (Infra: Grat. p. fam. script. J. Colardi. Draco | P. Marciaci. Coll. M. de Campania) L. 1004 f. 211.

— — — (5227) Petrum Lupi alias de Aronca monachum monasterii S. Salvatoris de Travança O. S. B. Bracharen. dioec. ad cautelam absolvit, ut literae sequentes suum sortiantur

[1] S. Stefano di Cittadella *Lubin* p. 415. *Cappelletti* tom. 14 p. 360 seq.

[2] Gebenn. erat sub metropoli Viennen., Bellicensis (Bellay) sub metropoli Bisuntina. Tab. taxar. cit. p. 287. 288.

1513.

effectum. „Apostolicae Sedis indefessa clementia“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 12 f. 150.

4. Nov. (prid. Non. Nov.) Romae apud S. Petrum (5228) Eundem Petrum praedicto monasterio S. Salvatoris de Travança, cujus commendae Marcus tit. S. M. in via lata diac. Card. cedit, praeficit in abbatem. „Summi dispositione Rectoris“ (Supra: Benzon) L. c. f. 148.

— — — (5229) Hanc praefectionem nuntiat conventui monasterii S. Salvatoris de Travança. „Hodie monasterio vestro“ L. c. f. 149.

— — — (5230—5232) De eadem provisione scribit a) universis vasallis dicti monasterii, b) archiepiscopo Bracharen, c) Emmanueli Portugalliae et Algarbiorum Regi. „Hodie“ (Infra: Nardinus) L. c. f. 149, b seq.

— — — (5233) Marco tit. S. M. in via lata diac. Cardin. commendae monasterii S. Salvatoris de Travança O. S. B. Bracharen. dioec. cedenti assignat cum jure regressus pensionem annuam super ejusd. monasterii fructibus et certo in casu omnes ejus fructus eidem Cardinali reservat. „Romani Pontificis providentia“ (Ph. de Senis | Questenb. Coll. Donat.) L. 1179 f. 139 (Ph. de Senis | *Visa:* P. Suno | Questenb. Coll. Donat.); L. 1004 f. 129.

— — — (5234) Johanni de Faria Militi Militiae Jesu Chr., Emmanuelis Portugal. Regis ad S. Sedem Oratori destinato, loco pensionis annuae fructus monasterii S. Salvatoris de Travança O. S. B. Bracharen. dioec. a Marco S. M. in via lata diac. Card. dimissi et Petro de Aronca monacho istius monasterii collati assignat et jura ad abbatem dicti monasterii spectantia reservat. „Religionis zelus“ (A. Colot. | Grat. de mand. S. D. L. de Bertinis. Gomiel | Cotini. Coll. Attan.) L. 1002 f. 283.

— — — (5235) Eidem pensionem supradictam (n. 5233) Marco tit. S. M. in via lata diac. Card. ex isto monasterio assignatam reservat, si dictus Cardinalis cedat vel decedat. „Religionis zelus“ (Script. ut supra) L. 1002 f. 282, b.

— — — (5236) Pro parte Henrici Le Galon, rectoris paroch. ecclesiae de Plengonas Briocen. dioec., eidem ecclesiae, quamdiu eam obtinuerit, paroch. ecclesiam de Uzel ejusdem dioec. unit. A. F. R. M.[1] „Romanum decet Pontificem“ (Melfit. | Gratis de mand. Colardi | Verdes. Coll. F. de Attan.) L. 1045 f. 233.

— — — (5237—5238) Georgio Drelzer cler. Aquilegien. dioec. assignat pensionem an. super fructibus paroch. ecclesiae S. Nicolai in Judenburg Salzeburgen. dioec. per Urbanum Schuri parochum solvendam. „Vitae ac morum“ (Blondus). Episcopis Cavallicen. et Asculan. ac Officiali Salzeburgen. executionem demandat. „Hodie dilecto filio“ (Infra: Draco. Colardi | Bernardus. Coll. H. de Cesis) L. 1023 f. 223. 223, b.

— — — (5239) Mag. Johanni Beaumont decret. doctori et notario suo et archidiacono eccl. Lingonen. commendat monasterium de Nogento subtus Cassiacum O. S. B. Laudunen. dioec.[2] cujus commendae Arturus Damiay renuntiat. „Romani Pontificis providentia circumspecta“ (Infra: J. Colardi. A. Draco | J. de Gais. Coll. H. de Cesis) L. 997 f. 222.

— — — (5240) Gregorium de Chanennis (Ind. Chanennes), qui minor annis sponte monasterium S. Benigni oppidi de Divione O. S. B. Lingonen. dioec.[3] ingressus ibique dispensatione ap. non accepta in XI. vel circa aetatis suae anno constitutus professionem emisit et Paneteriam, officium claustrale dicti monasterii, aliaque beneficia obtinuit, a censuris et poenis absolvit, professionem ratam habet eique confert officium Sacristiae dicti monasterii ac Prioratum de Garcofago dicti Ord. Bisuntin. dioec. commendat. „Sedes Apostolica pia mater“ (Armellin. | Suno. Baena | Valtrini. Coll. Attan.) L. 1016 f. 131.

— — — (5241) Episcopo Cavallicen. ac vicariis gener. episcoporum Theatin. et Aversan. mandat, ut monasterium B. Mariae in Basilica O. S. B. Theatin. dioec.[4], cujus commendae Vincentius Scaranus cler. Neapolitan. renuntiat, Jacobo Scarano Praeceptori domus S. Antonii Theatin. O. S. A., dicti Vincentii fratri germano, commendari curent. „Romani Pontificis providentia“ (Colotius | Grat. de mand. S. D. de Bertinis | Valleol. Coll. Attan.) L. 1011 f. 110.

— — — (5242) Georgio Mearii paroch. ecclesiam S. Dionysii de S. Dionysio Lugdunen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (P. de Cesis | de Bertinis. Gomiel | Valleoleti. Coll. Donat.) L. 1011 f. 57.

— — — (5243) Episcopo Cavallicen. et abbati monasterii S. Martini de Castaneda et Joh. Didaci de Torquemada canonico ecclesiae Palentin. mandat, ut monasterium S. Joh. de Corias O. S. B. Oveten. dioec.[5], quod de jure patronatus Castellae et Legionis Regis existit, Johanni Pimentel cler. Oveten. dioec. commendari curent administrationem dicti monasterii in spiritualibus et temporalibus plenarie ipsi committendo. „Romani

[1] Falso scriptum: A. P. R. M.
[2] Vide p. 125 not. 3 ad n. 2178.
[3] Gallia christ. tom. 4 p. 668.
[4] Distr. di Lanisano Dioc. di Chieti. *Lubin* p. 43.
[5] S. Juan de Corias cf. España sagrada tom. 38 p. 53 seq.

1513.

Pontificis providentia circumspecta“ (A. Melfit. | Infra: De Bertinis. Gomiel | De Vega Coll. S. de Spol.) L. 1001 f. 126.

4. Nov. (prid. Non. Nov.) Romae apud S. Petrum (5244) Johanni de Sondt canonico monasterii Camerae Fontis Praemonstrat. Ord. Melden. dioec. confert paroch. ecclesiam Prioratum nuncupatam de Congiaco priore collatione viribus non subsistente. „Religionis zelus“ (Evangelista | Enckenw. de Radicibus | F. Bernardus. Coll. Attan.) L. 1041 f. 149.

— — — (5245) Adriano Florentii de Trajecto, Mag. in Theol., Caroli principis Hispaniarum, Archiducis Austriae ac Ducis Burgundiae consiliario et praeceptori[1], confirmat jus accedendi ad Praeposituram S. Salvatoris Trajecten. a Julio II. ipsi collatum. „Literarum scientia“ (Evangel. | Gratis de mand. S. D. Cheminart. | Enckenw. | Coll. Amerin.) L. 1014 f. 298, b.

— — — (5246) Laurentio Dronigk cler. Maguntin. dioec. pensionem an. super fruct. perp. vicariae ad altare S. Barbarae situm in collegiata eccl. S. Catharinae oppidi Oppenhem Maguntin. dioec. cum jure accedendi ad illam reservat. „Vitae ac morum“ (Blondus | Grat. p. fam. script. Cheminart. Aloys. | Gerona. Coll. L. Amerin.) L. 1022 f. 208, b.

— — — (5247) Mag. Joh. B. de Nasis cler. Florent. fam. suo et cubicul. secreto indultum quoad beneficia cum aliis privilegiis concedit. G. D. et F. (Evangel. | Gratis pro secret. L. de Bertinis. Gomiel. | A. de Verdes. Coll. S. de Spol.) L. 1007 f. 60.

— — — (5248) Bernardino de Arcimanibus laico Mantuano permittit, ut propriis sumptibus cellam eremiticam cum sacello aedificet ibique in solitudine Deo serviat, ac Christifidelibus eo peregrinantibus indulgentias concedit. A. F. R. M. „Considerantes humanae conditionis fragilitatem“ (J. B. Nasius | Gratis de mand. S. D. Suno. Baena | Cotini. Coll. Donat.) L. 1008 f. 25, b.

— — — (5249) Mag. Silvio Passerino cler. Cortonen. notario ac fam. suo commendat Cellerariam monasterii S. Victoris extra muros Massilien. O. S. Ben. G. D. et F. (Sadolet. | Grat. de mand. S. D. Colardi | Cyprian.) L. 1008 f. 38.

— — — (5250) Balthasarae Rogeta puellae Caturcen. vel alterius dioec. commendat Prioratum B. M. de las Boyssas Cisterc. Ord. Caturcen. dioec. per moniales monasterii de Heremo Ord. et dioec. praedict. teneri solitum et resignatione Antoniae Rogeta vacantem eumque ei confert, cum XVIII. aetatis annum attigerit et habitu suscepto professionem emiserit. „Apostolicae Sedis“ (Evangel. | Draco | A. de Castillo. Coll. H. de Cesis) L. 1021 f. 53.

— — — (5251) Nicolao de Gaddis cler. Florentin. notar. et arch. Rom. Curiae scriptori assignat pensionem an. super fructibus monasterii S. M. de Cerate Ord. S. Basilii Licien. dioec., cui cesserat, et regressum ad illud reservat. „Romani Pontificis“ (Armellin. | Grat. p. script. arch. Suno | de Gais. Coll. Attan.) L. 1008 f. 61.

— — — (5252) Petrum Martini de los Ottones cler. Segobien. dioec. in suum et S. Sedis Acolythum capellanum recipit. „Virtutibus clarens“ (P. de Cesis | Gratis de mand. S. D. Colard. | De S. Joh. Coll. Narnia) L. 1007 f. 9.

— — — (5253) Guillermum olim canonicum ecclesiae Auraicen. O. S. A. in episcopum Auraicen. consecratum, qui alias a capitulo dictae ecclesiae post obitum Petri episcopi Auraicen. in episc. electus electionem hujusmodi confirmari et munus consecrationis sibi impendi metropolit. auctoritate obtinuit et cum Johanne episcopo Auraicen. a Julio PP. II. eidem ecclesiae praefecto super possessorio regiminis et administrationis ac bonorum ejusd. eccl. litigavit, sed hac die omni juri sibi quomodolibet competenti libere cedit, ad cautelam absolvit, ne literae sequentes valeant impugnari. „Apostolicae Sedis circumspecta benignitas“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 12 f. 230, b.

— — — (5254) Guillermo „in universali ecclesiae episcopo“. Cum Johannes episc. Auraicen. senio confectus et viribus sui corporis destitutus ac morbo podagrae aliisque infirmitatibus laborans ad dictam ecclesiam accedere, et si accedat, ejus regimen et administrationem per se gerere non possit, praefatum Guillermum deputat Coadjutorem perpetuum ejusd. Johannis episcopi, cujus expressus accedit assensus; et si Johannes episc. cedet vel decedet et ecclesia Auraicen. quovis modo vacabit, de persona ejusd. Guillermi dictae eccl. providet eumque ipsi praeficit in episc. et pastorem. „Romanus Pontifex in potestatis plenitudine“ (Supra: Benzon) L. c. f. 227, b.

— — — (5255) Eundem Guillermum commendat archiepiscopo Arelaten. „Ad cumulum tuae cedit“ L. c. f. 229.

— — — (5256—5259) De provisione praedicta scribit a) capitulo ecclesiae Auraicen., b) clero et c) populo civit. et dioec. Auraicen., d) universis dictae ecclesiae vasallis. „Hodie ex certis causis“ L. c. f. 229, b seq.

— — — (5260) Pro eodem Guillermo scribit Ludovico Francorum Regi. „Gratiae divinae praemium“ (Infra: Nardinus) L. c. f. 230.

[1] Is Adrianus fuit postea Hadrianus VI. P.

1513.

4. Nov. (prid. Non. Nov.) — Romae apud S. Petrum

(5261) Cum Michael Fedrigo et ejus frater laici Neapolitani de nobili genere procreati unacum ipsorum nepote et duobus familiaribus merces et res suas navi transvehi faciendo a quibusdam piratis Mauris ac aliis infidelibus capti et in servitutem abducti fuerint et in eadem ad praesens detineantur atque summam 1000 duc. auri pro libertate consequenda propter ipsorum inopiam nullo modo possint persolvere, Christifidelibus ad eorum liberationem manus adjutrices porrigentibus indulgentiam elargitur. „Creator omnium Deus“ (Infra: Gratis pro Deo. Nardinus) Arch. Lat. vol. A. f. 384.

— — — (5262) Episcopis Militen. et Cavallicen. et Officiali Valentin. mandat, ut Petro Stephano canonico ecclesiae Caesaraugustan. O. S. A., ab Ord. fratr. minor., cujus professor existebat ad dictum Ord. S. Aug. translato, quoddam perpetuum beneficium in paroch. ecclesia S. Martini Valentin. ipsi antea non rite collatum et ab eo de facto apprehensum conferri curent; omnem inhabilitatis maculam seu notam per eundem Petrum praemissorum occasione contractam penitus ab eo abolet. „Sedes Apostolica pia mater“ (Infra: Gratis de mand. Nardinus) Arch. Lat. tom. 21 f. 208.

— — — (5263—5264) Johanni Tarta, cum ipse paroch. ecclesiam S. Martini Doust et Petrus de Porta alias Doffen perpetuam capellaniam ad altare B. Mariae Magdalenae situm in ecclesia Sepulchri de Alba Ambianen. dioec. invicem permutaverint et cum fructus dictae eccl. paroch. sint meliores, pensionem super ejusd. paroch. ecclesiae fructibus assignat. „Vitae ac morum.“ S. Martini Ambianen. et S. Atheoli prope et extra muros Ambianen. monasteriorum abbatibus et Officiali Ambianen. executionem committit. „Hodie dilecto filio“ (G. de Prato. O. de Cesis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 23 f. 287, b; f. 288, b.

5. Nov. (Non. Nov.) — (5265) Dum suavissimos atque uberes fructus[1], quos viri literarum scientia praediti in agro Domini in dies producunt, animo contemplamur, . . . inter sollicitudines varias, quibus pro injunctae Nobis desuper apostolicae servitutis officio prospere et feliciter exequendo undique angimur, illam libenter amplectimur, per quam in singulis orbis partibus literarum studio vacare cupientibus earum capessendarum occasio et commoditas ministretur, sed ut hoc in Urbe Nostra votivos sortiatur effectus, eo propensior cura Nos urget, quo Urbs ipsa vicarii Christi in terris Regia anteque ejus oculos semper posita tamquam Apost. Sedis validissimum firmamentum supra ceteras orbis urbes principatum obtinere dignoscitur, dignumque est, ut sicuti ejus excellentissima est conditio, sic etiam ipsius incolae et habitatores in omni virtutum genere et praecipue liberalium artium disciplina, quae ipsarum est nutrix et alumna virtutum, alios antecellant. Dudum siquidem fel. rec. Eugenius IV. praedecessor Noster[2] tunc Conservatorum et Capitum regionum dictae Urbis supplicationibus inclinatus de fratrum suorum consilio apost. auctoritate statuit, decrevit et ordinavit, quod in Urbe praedicta perpetuis futuris temporibus generale Studium[3] vigeret in qualibet Facultate, ac docentes et studentes ibidem omnibus privilegiis, libertatibus et immunitatibus concessis doctoribus et scolaribus in Studiis generalibus commorantibus gauderent et uterentur, ac doctores et scolares in ipso Romano Studio commorantes non possent inviti in Curia Capitolii qualibet occasione civiliter vel criminaliter conveniri, nisi forsan pro homicidio per eorum aliquem vel aliquos perpetrato, in quo casu vicarius Rom. Pontificis in spiritualibus contra clericos et Senator seu Senatores, qui pro tempore forent in eadem Urbe, contra laicos procederent et facerent, quod justitia suaderet, nec iidem doctores et scolares Urbis ad aliquas contributiones in talliis aut collectis, quae imponerentur p. t. habitatoribus dictae Urbis, seu aliqua

[1] Insignis haec Constitutio in Bullariis (Bullar. Rom. tom. 3 p. 3 pag. 370; ed. Taurin. V, 568) nonnisi mutilata et erroribus infecta exhibetur. Editores Constitutionem Eugenii IV., de qua hic sermo est, ignorantes literas praedecessoris, de quibus Leo X. agit, Bonifacio VIII. attribuunt et lectorem ad locum superius indicatum remittunt; at non solum ea, quae Leo X. de Bulla Eugenii IV. refert, sed etiam partem, quae non est parvi momenti, ipsius Constitutionis Leonis X. omittunt (a *Dudum siquidem fel. rec.* usque ad *Nos igitur irreparabilem lapsi nequidquam temporis*).

[2] Romae ap. S. Petrum 1431 VI. Id. Oct. Pont. a. I. A. P. R. M. „In suprema praeeminentia dignitatis.“ Reg. Vat. de Cur. an. 1. 2 lib. 12 (371) f. 115, b.

[3] Studium gener. Urbis Romae (v. *Denifle*, Die Universitäten des Mittelalters bis 1400. Berolini 1885, Bd. I pag. 301 seqq., pag. 313 seqq.) a Bonifacio VIII. (lit. d. d. 6. Juni 1303) erectum a Studio gener. Curiae (ab Innoc. IV. 1244—1245 instituto), quod Curiam sequebatur et ideo sedem stabilem et fixam non habebat, plane est diversum; tempore, quo Pontifices Rom. Avinione residebant, adhuc vigebat, at sub finem saeculi XIV injuria temporum quasi ad ruinam est redactum, ita ut Eugenius IV. illud denuo erexisse dici possit. Tempore Eugenii IV. scholae erant vicinae ecclesiae S. Eustachii; postea Alexander VI. pro dicto Studio grande aedificium (*Sapienza*) construere coepit, quod Leo X. ampliavit, Alexander VII. perfecit. Tristem conditionem ejusdem Studii tempore assumptionis Leonis X. novimus ex querelis ipsius Pontificis, qui totus in eo fuit, ut literarum studia augeret et dictam Universitatem Studii redderet splendidam atque insignem.

1513.

obsequia Communi Urbis praestanda praetextu morae, quam in eadem Urbe traherent, vel aliqua pedagia ratione rerum suarum, quas ad dictum Rom. Studium deferri vel extra reportari facerent, tenerentur; quodque pensiones domorum, quas in eadem Urbe studii causa commorando inhabitarent, taxari deberent per duos taxatores, quorum unum ipsi doctores et scolares, alterum Commune Urbis eligerent et si duo concordare nequirent, staretur taxationi tertii taxatoris ab eisdem doctoribus et scolaribus eligendi ac ultra taxationem hujusmodi nihil ab eis posset exigi nomine pensionis pro domibus antedictis, et licet Roma communis omnium esset patria, si tamen quispiam litem contra scolares in illa causa studii hujusmodi peregrinos super aliquo negotio movere vellet, hujusmodi rei optione data scolaribus ipsis eos coram domino aut magistro suo vel vicario praedicto conveniret juxta legitimam super hoc editam sanctionem, et qui contra facerent, poenam dictae sanctionis incurrerent; Rectores quoque Studii Urbis hujusmodi p. t. existentes in ipsos doctores et scolares ac familiares ipsorum tam circa cognitionem et decisionem causarum civilium et criminalium civiliter et criminaliter in criminibus levioribus motarum quam ipsorum corrigendi excessus leves ordinariam potestatem obtinerent; eisdemque doctoribus et scolaribus, quo literarum studio commodius possent incumbere, quod quamdiu in praefato Urbis Studio docendo vel audiendo versarentur, fructus, red. et prov. omnium suorum beneficiorum . . . quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis cum ea integritate percipere valerent, cum qua illos perciperent, si in ecclesiis, in quibus illi consisterent, personaliter residerent, et ad residendum interim in eisdem minime tenerentur, . . . et ut pro dicti Studii manutentione facultates necessariae non deessent, de simili consilio et dil. filiorum populi Rom., qui pluries super id in eorum publicis congregationibus tractatum habuerant et sic fieri desiderabant, expresso consensu etiam statuit et ordinavit, quod ex tunc de cetero in perpetuum gabella vini forensis in tabernis p. t. vendendi, pro qua venditores hujusmodi vini 6 denarios pro qualibet libra Camerae dictae Urbis solvere tenebantur, ad 3 solidos cum dimidio pro libra augeretur, et pecuniae inde provenientes juxta ordinationem tunc et p. t. existentis Rectoris et Reformatorum dicti Studii in salaria doctorum per eos ad legendum in eodem Studio p. t. conductorum et alias expensas in dicto Studio occurrentes et non in alios usus exponerentur, nec gabellae augmentum hujusmodi duraret, nisi ipso Urbis Studio durante. . . . Cum autem sicut exhibita Nobis nuper pro parte vener. fratris Dominici Jacobatii de Faceschis episc. Lucerin. Referendarii et in eadem Urbe ejusque districtu in spiritualibus vicarii Nostri, qui etiam dicti Studii Rom. Rector existit, et dil. filiorum Petri de Meriliis et Joh. de Arcionibus et Joh. Bapt. de Ecclesia ac Jacobi de Palenis civium Rom. ejusd. Studii Reformatorum petitio continebat, licet gabella praedicta pro ipsius Studii in statu florido et fructifero manutentione et communi civium et aliorum undecunque ad Urbem studii hujusmodi causa p. t. venientium utilitate et commodo aucta fuerit et ob auctam quoque benedicente Domino ejusd. populi multitudinem augmentum ipsum adeo creverit, ut ex illo viris in qualibet literarum disciplina egregiis honesta salaria constitui possint, ipsius Studii Rom. Universitas doctoribus et scolaribus inter ceteras Studiorum gener. in Italia Universitates frequens et celebris esse deberet, tamen a pluribus citra annis adeo in illo scolarium copia defecit, ut quandoque plures sint qui legant quam qui audiant, quod ex eo potissimum creditur provenire, quod promissa per Eugenium praedecessorem praefatum scolaribus immunitas et alia privilegia praedicta minime observantur et lectores ipsi Rom. Cur. negotiis se involventes legendi munus, ad quod sunt justa mercede conducti, passim omittunt, pro parte eorundem Dominici episc. Rectoris et Reformatorum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut literas Eugenii praedecessoris hujusmodi approbare et innovare et alias in praemissis opportune providere dignaremur: Nos igitur irreparabilem lapsi nequidquam temporis hujusmodi jacturam aegre ferentes cupientesque sicut providum decet patremfamilias futuris temporibus consulere hujusmodi supplicationibus inclinati . . . tenore praesentium dictas Eugenii praedec. literas approbamus et innovamus ac praesentis scripti patrocinio communimus. . . . Et nihilominus hac irrefragabili et perpetuis futuris temporibus valitura Constitutione statuimus, decernimus et ordinamus, ut ex nunc de cetero praeter alios, qui necessarii fuerint in qualibet Facultate lectores unus saltem in jure canon. et unus in jure civ. doctores et unus in theologia et unus in philosophia seu medicina Magistri eminentis literaturae viri undecunque ad legendum in scolis publicis dictae Urbis solitis temporibus et diebus justis et honestis salariis arbitrio p. t. existentium Rectoris et Reformatorum dicti Studii juxta ipsorum doctorum et Magistrorum qualitates de Rom. Pontificis licentia moderandis et assignandis per eosdem Rectorem et Reformatores . . . annuatim conducantur, et nullus dictorum duorum doctorum sic conducendorum interim advocationis

1513.

aut praeterquam domi si voluerit consulendo quodvis aliud Curiae vel Urbis praedictarum officium valeat exercere; sed tam ipsi quam ceteri omnes ad legendum in hujusmodi scolis p. t. conducti . . . legitimo impedimento cessante commissum sibi legendi munus obire et post finitas lectiones per aliquod conveniens spatium circulos in eisdem scolis tenere debeant, et si quis ex eis non legitime impeditus a legendo cessaverit, quotiens id fecerit, totiens dupli ejus, quod pro qualibet lectione ex constituto ei salario ipsum attingere discernetur, et quod pro una Bidellis sive Nuntiis dicti Studii id legitime denuntiantibus et tribus reliquis quartis partibus fabricae scolarum earundem ex nunc applicamus, poena mulctetur; . . . et quoniam inutilis haec provisio de facili reddi possit, nisi sint, qui ejus transgressores adnotent et scolas ipsas sollicite visitent et frequentent, quod Rector cum duobus ad minus dictorum Reformatorum semel in mense ad minus et pluries, ubi cognoverint expedire, diebus atque horis variis et incertis ad ipsas scolas se personaliter conferant et eas illarumque lectores, dum legunt, dum tenent circulos, visitent, et si qua correctione aut reformatione digna viderint, illa corrigant et reforment; et unus ex eisd. Reformatoribus seorsum bis saltem in hebdomada visitationis hujusmodi officium subeat per se ipsum, et transgressiones aut alia corrigenda vel reformanda cum Rectore conferat et collegis, ut eorum opera sic adhibita, super quo eorum et ipsorum cujuslibet conscientias oneramus, Studium praedictum votivis proficiat incrementis; Bidelli vero seu Nuntii praefati aut eorum alter rotuli collationatam copiam habeant penes se, in quo scripta sint nomina omnium lectorum, et qua quisque hora sit lecturus et juxta illius ordinem et tenorem scolas circumeant, festa Palatii consueta in scolis ante cathedram doctoribus et scolaribus nuntient, et si quem ex dictis lectoribus suo loco abesse repererint, adhibito teste illum adnotent et in fine cujusque hebdomadae notario dicti Rectoris, qui rem ad ipsorum Rectoris et Reformatorum notitiam fideliter deducat, in scriptis tradant, et si dicti Bidelli in praemissis negligentes fuerint, per p. t. existentem ipsius Studii Rectorem pro prima ejusd. Rectoris arbitrio, pro secunda vero vicibus salarii et emolumentorum omnium unius semestris in dictam fabricam convertendorum amissionis poena mulctentur; quod si tertio in similem inciderint negligentiam, officio Bidellatus hujusmodi perpetuo privati et ad illud ulterius obtinendum inhabiles sint; . . . et ne, quod passim evenit, lectores praefatos et legendi et salaria non sine taedio percipiendi duplex cura fatiget, quod dil. filius modernus Depositarius pecuniarum dictae gabellae, antequam de officio Depositariatus hujusmodi ulterius se intromittat, et sui in dicto officio successores, antequam ad illud quomodolibet admittantur, cautionem praestent de salariis dictis lectoribus p. t. constitutis . . . integre persolvendis, quod si Depositarius ipse solutionem hujusmodi per 3 dies post praesentationem mandati sibi factam distulerit, liceat dictae gabellae conductoribus salaria ipsa juxta dicta mandata, quamvis illa ad Depositarium sint directa, cum retentione pro se emolumentorum inde provenientium, quae capita solidorum vocantur, auctoritate praesentium libere persolvere ex pecuniis ejusd. gabellae, ad quod faciendum et singulas tertias partes salariorum hujusmodi per decennium, antequam ipsius solutionis dictis lectoribus p. t. faciendae terminus advenerit, p. t. existenti Depositario praefato cum effectu assignandum conductores ipsi in contractu conductionis dictae gabellae se specialiter etiam sub aliqua pecuniaria poena debeant obligare; insuper inhibemus sub excommunic. l. s. et dupli ejus, in quo laesio committetur, si aestimationem recipiat, parti damnum vel injuriam patienti ex nunc applicati poena, quoties contraventum fuerit, ipso facto incurrenda dil. filiis modernis et qui p. t. fuerint dictae Urbis Gubernatori, Senatori, Curiae causarum Camerae apost. auditori ceterisque Curiae et Urbis praedictarum ordinariis et extraordin. judicibus, ne super causis contra dictos scolares seu eorum aliquem p. t. motis, et Dohanarum et gabellarum aliarum quarumcunque etiam ratione portarum et pontium dictae Urbis exactoribus, ne in rebus et bonis ad dictos scolares pro eorum studio hujusmodi insistentium usu pertinentibus contra exemptionem et immunitatem praedictas in ipsorum scolarium seu alicujus eorum praejudicium directe vel indirecte quovis quaesito colore quicquam facere vel attemptare praesumant. Quocirca per apostolica scripta mandamus praefato Dominico episc. moderno et qui p. t. fuerint dicti Studii Urbis Rectori et praedictis modernis ac p. t. existentibus Reformatoribus, ut praemissa omnia et singula, quantum ad eos attinet, observent, et quod ad alios, cujuscunque status, gradus et conditionis fuerint, faciat ipse Rector de dictorum Reformatorum consilio auctoritate Nostra firmiter observari, transgressores contumaces et inobedientes quoscunque per censuram ecclesiasticam et alia juris de quibus sibi videbitur opportuna remedia appellatione quavis omnino remota compescendo; venerabili vero fratri Nostro episc. Ostien. et qui p. t. fuerit Collegii vener. fratrum Nostrorum dictae Rom. Eccl. Cardinalium decano et p. t. existenti primo ex pres-

1513.

byterorum ac primo ex diaconorum Cardinalium hujusmodi ordinibus, quatenus Rectori et Reformatoribus, doctoribus et scolaribus praefatis, quando et quotiens pro parte ipsorum vel alicujus eorum fuerint requisiti, in praemissis efficacis assistant praesidio defensionis faciantque eos et eorum quemque respective auctoritate, facultate, exemptione, immunitate et ceteris supradictis pacifice uti, frui et gaudere, non permittentes ipsos per quoscunque desuper indebite molestari, perturbari aut inquietari; Baricello quoque Comestabilibus et Marescallis et ceteris Curiae et Urbis praedictarum executoribus quibuscunque praesentibus et futuris, ut praefati Rectoris mandata contra quoscunque tam personaliter quam realiter, exequenda praemissorum occasione et auctoritate praesentium de dictorum Reformatorum vel saltem duorum ex eis consilio p. t. decreta sollicite et fideliter exequantur. Non obstantibus.“ . . . „Dum suavissimos atque uberes fructus“ (F. Armellin. | Gratis de mand. S. D. Jo. Colardi. A. Draco | A. de Castillo. Coll. L. Amerin.) L. 1016 f. 209—215.

5. Nov. (Non. Nov.) Romae apud S. Petrum — (5266) Andreae Griffono in civitate Bononiae commissario suo mandat, ut, si relata vera esse repererit, literas, quibus Pontifex ad supplicationem Johannis Aloysii Marescotti civis Bononien. de mense Septembris proxime praeterito eidem Johanni Aloysio officium Bancharum et taxarum Hebraeorum ad triennium concessit, annullet et pro parte Hannibalis de Bentivolis ejusque fratrum, qui exposuerant dictum officium ad quondam Johannem de Bentivolis et ejus haeredes ab antiquo et ex dispositione apost. pertinere et inter bona comprehendi, quae vigore literarum in forma Brevis de anno praesenti concessarum ipsis Bentivolis deberent restitui, ad executionem literarum in favorem dictorum Bentivolorum emanatarum procedat. „Postquam de mense Septembris“ (Bembus) Brev. tom. 2 n. 86; tom. 30 p. 135.

— — — (5267) NN. (nomen deest) constituit ad semestre Potestatem terrae Meldulae. „Inducimur virtute et moribus tuis.“ Brev. ad princ. tom. 5 f. 213.

— — — (5268) Episcopum Vesprimen. Banum Croatiae, cujus diligentia et consiliis maxime effectum est, ut res christiana bene ac feliciter contra Turcas gereretur, laudibus extollit et ad perseverantiam hortatur et ipsi atque omnibus cum ipso in Turcas arma capientibus indulgentiam plenariam elargitur. „Retulit Nobis vener. frater episcopus Octocien.[1] Praelatus Noster domesticus fraternitatem tuam in his periculis et terroribus, quae a perfidissimis Turcis et patriae tuae et universae fidei christianae imminebant, ea opera gessisse, quae et persona tua et eo sacerdotii honore, quem geris, fuerunt dignissima“ Brev. ad princ. tom. 5 f. 16.

— — — (5269) Johanni Comiti Carbaniae gratias agit pro muneribus sibi missis. Gratiam aliquam referre volens mandat episcopo Octocien., quem ad pecunias in eis locis pro fabrica S. Petri exactas ad se comportandas mittit, ut eidem Johanni ex dictis pecuniis 600 duc. auri condonet, ut iste sua castra, quae in finibus prope impios hostes sunt posita, muniat. Ipsi et omnibus qui cum eo contra Turcas belligerabunt pro fidei tutela, indulgentiam plenariam concedit. „Virtus tua et animus in eis rebus excelsus et eminens“ Brev. ad princ. tom. 5 f. 16.

— — — (5270) Octaviano Fregosio Genuensium Duci maxime commendat Savonensium fortunas municipiumque ipsum et cives omnes. „Etsi pro animi tui consuetudine tuaque propensa in omnem justitiam voluntate“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. V ep. 30 p. 41. 42.

— — — (5271) Magistratui Parmae mandat, ut Castrum novum in Parmen. dioec. ad jus Hippolyti Card. Atestini spectans eidem Cardinali vel ejus procuratoribus sine mora et cum omnibus ejus juribus tradat. „Quoniam Nobis constat“ (Bemb.) Ed. Bemb. l. c. ep. 31 p. 42.

— — — (5272) Matthaeo Card. Gurcensi Urbem petenti nuntiat se per paucos solum dies Roma abfuturum desideratque, ne propter ejusmodi brevem absentiam adventum differat; se operam daturum, ut se jam reversum offendat. „Cum certiores facti sumus“ (Bemb.) Ed. Bemb. l. c. ep. 32.

— — — (5273) S. Leonardi de Campomolli extra Sacillum et S. Joh. villae S. Quirini Praeceptorias Hospit. S. Joh. Hieros. Concordien. dioec., quas Franciscus Polixas obtinet, reservat et Petro Bembo, cler. Venetiarum secretario et fam. suo, quam primum vacaverint, confert. A. F. R. M. „Etsi Praeceptoriarum“ (Sadol. | Grat. de mand. S. D. Colardi | Questenberg. Coll. S. de Spol.) L. 1002 f. 254, b.

— — — (5274) Johanni Maii cler. Barchinonen. capellam *Maestroscoliam* nuncupatam et ecclesiam S. Luciae oppidi ejusdem Sanctae in plano de Milanzo Messanen. dioec. resignanti, quae Johanni Gironella canon. O. S. A. commendantur, regressum ad eas concedit. „Vitae ac morum“ (Nasius | Suno | Castiglon. Coll. Attan.) L. 1010 f. 289.

— — — (5275) Matthaeum Riolet, quem a simonia et censuris absolutum monasterio B. M. de Pruylliaco Cist. Ord. Senonen. dioec. abbatem praefecerat, de provisione dubitantem

[1] s. Ottotien. (Ottochaz in Croatia).

1513.

et ab Andrea Asse molestatum dicto monasterio iterum praeficit (v. n. 4463). „Sollicitae considerationis indagine“ (Evangel. | Balbus | De S. Joh. Coll. Attan.) L. 1024 f. 100.

5. Nov. Non. Nov. | Romae apud S. Petrum | (5276) Bertholdo Laniore confert canonicatum et praeb. ecclesiae S. Andreae Hildeshem. a Johanne Peclerelszen resignatos et deinde Theodorico Roders collatos, qui hac die concessioni huiusmodi literis apost. super ea non confectis libere cedit. „Vitae ac morum“ (Infra: Colardi. Draco | B. Balandrinus. Coll. H. de Cesis) L. 999 f. 48, b.

— — | — | (5277) Latino de Bennassays notario et fam. suo confert canonicatum et praebendam basilicae Principis Apostolorum de Urbe resignatione Mag. Francisci Accursii de Cazanigo notarii vacantes. G. D. et F. (Bembus | Grat. de mand. Colardi. Draco. | Coll. H. de Cesis) L. 1001 f. 174, b.

— — | — | (5278) Mag. Francisco de Cazanigo alias Cursio cler. Mediolanen., qui dictis canonicatui et praeb. basilicae Principis Apostolorum per Iohannem S. Mariae in Navicella diac. Cardin. procuratorem suum renuntiat, jus regrediendi ad illos cedente vel decedente praefato Latino de Bennassays concedit. G. D. et F. (Evangel. | Grat. pro socio | Cabredo. Coll. S. de Spoleto) L. 1062 f. 78, b.

— — | — | (5279) Nicolaum de Cerisay Parisien., qui cum dispensatione ob defectum aetatis reverentiali Petri genitoris sui metu inductus et jura ignorans ad sacrum subdiaconatus ordinem est promotus et parentibus et fratribus vita functis, ne nobilis familia deficiat, matrimonium contrahere desiderat, a vinculo ordinis et a restitutione fructuum perceptorum absolvit, declarans, ad probationem metus et ignorantiae ipsius juramentum sufficere. „Ad hoc Deus omnipotens in Ap. Sede constituit plenitudinem potestatis“ (P. Bembus | Colardi | Cotini. Coll. H. de Cesis) L. 998 f. 116, b. Id. docum. L. 1078 f. 30 (Bembus | Colardi. Draco | Cotini. Coll. Campan.) et L. 1138 f. 218 (Blondus | Enckenw. | F. Bernardus. Coll. H. de Cesis).

— — | — | (5280) Archipresbytero Florent. et Praeposito S. Mariae terrae Prati Pistorien. dioec. ecclesiarum ac vicario gen. episcopi Pistorien. mandat, ut Priorissam et moniales monasterii S. Nicolai de Prato Pistorien. dioec. sub cura FF. Praedicat. degentes indulto et concessionibus a se per literas in forma Brevis expeditas impetratis pacifice gaudere faciant. „Sua Nobis dilectae in Chr. filiae“ (Infra: Colardi. Draco. | F. de Vega. Coll. H. de Cesis) L. 997 f. 24.

— — | — | (5281) Albertum de Trevisio famil. suum arcis Rotundae castellanum constituit ad unum annum inchoandum immediate post finitum annum Hannibali Virginio de Macerata concessum. „Exigit virtus et probitas tua“ (Bemb.) Div. Cam. tom. 72 f. 45.

— — | — | (5282) NN. constituit executorem Gubernatoris provinciarum Campaniae et Maritimae ad quinquennium. „Exigit virtus et probitas tua.“ Brev. ad princ. tom. 5 f. 211.

6. Nov. (VIII. Id. Nov.) | — | (5283) Municipio Nursino mandat, ut exulibus Cassianis, qui ejus oppidi arcem vi et armis expugnarunt eorum auxilio contra milites Pontificios confisi, nulla in re favorem praestent neve quidquam aggrediantur, quod eos juvare possit, et quidem ea lege, quae de Majestate est, et 10 millium num. aureorum fisco inferendorum mulcta. „Allatum est ad Nos“ (Bemb.). Ed. Bemb. L. V ep. 33 p. 42.

— — | — | (5284) Fabricio et Marco Antonio Columnae mandat, ne exulibus Cassianis quidquam opis subministrent. „Quoniam exulum Cassianorum audaciam“ (Bemb.) Ed. Bemb. l. c. ep. 34.

— — | — | (5285) Francisco Hernando Avalo Marchioni Aterni significat, se ejus familiarem Julianum Rodulphum probum virum praefecisse administrationi domesticarum rerum Juliani Medices fratris sui utpote maxime idoneum. „Julianum Rodulphum“ (Bemb.) Ed. Bemb. l. c. ep. 35.

— — | — | (5286) Episcopis Carpentoraten. et Tricastrinen. mandat, ut a Guillermo in universali ecclesia episcopo, quem Johanni episc. Auraicen. Coadiutorem deputavit, fidelitatis iuramentum recipiant. „Cum Nos pridem“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 12 f. 231.

— — | — | (5287) Gundisalvo de Salazar baccal. in decr. et liter. apost. sollicitatori confert duo in S. Michaelis et duo in B. Mariae de Perogomez oppidi de Molina atque aliud in de Mixura locorum Seguntin. dioec. paroch. ecclesiis simplicia beneficia a Ludovico de Cienfuegos resignata. G. D. et F. (F. Castilion. | Gratis pro sollicit. L. de Bertinis. F. de Vega. Coll. S. de Spol.) L. 1004 f. 222.

— — | — | (5288) Eidem confert unum in de Cavamares et aliud in de Fuentes de Valde Pero locorum Seguntin. et Palentin. dioec. paroch. ecclesiis beneficia a praedicto Ludovico de Cienfuegos dimissa. G. D. et F. (Script. ut supra) L. 1009 f. 176, b.

— — | Pali Portuen. dioec. | (5289) Eidem Gundisalvo confert unum de Granadilla et aliud in de la Gransa necnon aliud in del Pozuelo ac aliud in del Cerro et aliud in del Pedroso locorum Caurien. dioec. paroch. ecclesiis perpet. simplicia beneficia. Init. et script. ut supra. L. 1004 f. 224.

1513.

6. Nov. (VIII. Id. Nov.)	Pali Portuen. dioec.	(5290) Eidem Gundisalvo confert archipresbyteratum ruralem oppidi de Molina Seguntin. dioec. G. D. et F. (Script. ut supra) L. 1004 f. 220, b.
		(5291) Johanni de Bousseval Priori Prioratus S. Desiderii Lingonen. dioec. Prioratum de Leodisma O. S. B. ejusd. dioec. commendat. „Religionis zelus“ (Ph. de Senis | Suno. Baena | F. Bernardus. Coll. Attan.) L. 1005 f. 50, b.
— —	—	(5292) Johanni Bapt. Locatelli canonico ecclesiae Ceneten. mandat, ut paroch. ecclesiam SS. Bartholomaei et Viti de Marlongo Tarvisin. dioec. resignatione Nicolai Testa vacantem Georgio etiam Testa, qui dicti Nicolai nepos existit, conferat. „Dignum“ (Ph. de Agnellis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 26 f. 222, b.
— —	—	(5293) Jacobo Le Maczon subdiacono, qui ad unam portionem paroch. ecclesiae per duos rectores *portionarios* nuncupatos regi solitae loci de Frugère Andegaven. dioec. obitu Johannis Bourgault vacantem per dominum temporalem dicti loci praesentatus et in ea institutus de valore praesentationis et institutionis hujusmodi dubitat, praefatam portionem confert.“ „Vitae ac morum“ (Evangel. | Gomiel. Milanes. | Contreras. Coll. Narnia) L. 1054 f. 95, b.
— —	—	(5294) Carolo Eralhi beneficiato in eccl. S. Martialis de Gabriaco Ruthenen. dioec. Prioratum saecularem S. Saturnini de Vilario Ruthenen. dioec. confert. „Laudabilia“ (Melfitan. | L. de Beroticonis Gomiel | Valleoleti) L. 994 f. 200,
— —	—	(5295) In favorem Innocentii SS. Cosmae et Dam. diac. Cardin. derogat Constitutionibus apost. et statutis regnorum Castellae et Legionis, quibus cavetur, ut nemo beneficia obtinere possit, nisi istarum ecclesiarum canonicus actu praebendatus aut alias in illis perpetuus beneficiatus existat. „Ad personam tuam.“ (P. de Senis | *Visa:* Colardi M. Casanova *Duplicata aliquibus verbis demptis.* Coll. Joh. Bapt. Nasius) L. 1206 f. 17.
— —	—	(5296) Didacum Beltran cler. Calaguritan. dioec. de Vitoria invicem ac de Miranda etiam invicem necnon similiter invicem unitarum paroch. ecclesiarum de Pancorbo oppidorum Calaguritan. et Burgen. dioec. filium patrimonialem et naturalem creat et consortio aliorum filiorum patrimon. et naturalium dictarum ecclesiarum aggregat, ut omnibus eorum privilegiis, exemptionibus et favoribus gaudeat. G. F. (Evangel. | Grat. de mand. S. D. de Bertinis Gomiel | Madrigal. Coll. F. de Attan.) L. 999 f. 210.
— —	—	(5297) Johanni Tripet qui permutationis causa perpet. capellaniam in ecclesia Pictaven. dimittit, paroch. ecclesiam S. Sulpitii de Sanzellis Bituricen. dioec. eadem de causa ab Oliverio Charasson resignatam confert. „Apostolicae Sedis circumspecta benignitas.“ (P. Cesis | L. de Bertinis | Jo. Cheminart. Coll. Attan.) L. 1003 f. 256, b.
— —	—	(5298) Bernardo de Orvesano paroch. ecclesiam S. Michaelis de Insula Topiera Convenar. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Scutar. | Aloys. Enckenw. | Agazania. Coll. B. de Alex.) L. 1144 f. 31, b.
7. Nov. (VII. Id. Nov.)	— —	(5299) Innocentio SS. Cosmae et Damiani Diac. Card. (Cibo), qui canonicatum et praeb. ecclesiae Salamantin. resignavit, accessum ad illos concedit. „Ad personam tuam.“ (Evangel. | Casanova. Coll. Attan.) L. 996 f. 268, b.
— —	—	(5300) Eidem concedit jus accedendi ad paroch. eccl. *plebaniam* nuncupat. S. Agathae Faventin. dioec., cui renuntiavit. Init. et script. ut supra. L. 996 f. 271, b.
— —	—	(5301) Francisco episcopo Tiburtino commendat S. Andreae de Florenzola ac invicem unitas SS. Christophori et Apollinaris de Castromedio paroch. ecclesias Pisaurien. dioec., quae antea Octaviano Britoni et deinde Roberto tit. S. Anastasiae presb. Card. erant concessae, quorum uterque cessit. „Ad personam tuam“ (Infra: J. de Gais. Coll. Bucanus) L. 1054 f. 111, b.
— —	—	(5302) Eidem Francisco episc. Prioratum de Warangevilla O. S. B. Tullen. dioec. ab Andrea de Salerno monacho dicti Ord. resignatum et a monasterio S. Georgii de Gozza ejusd. Ord. dependentem commendat. „Ad personam tuam“ (Jo. de Roma | A. de Verdesotto. Coll. Bucan.) L. 1102 f. 94, b.
— —	—	(5303) Eidem tradit commendam monasterii S. Juliani Turonen. O. S. B., quod Robertus tit. S. Anastasiae presb. Card. in ejus favorem retenta sibi pensione an. 100 duc. d. Cam. super illius fructibus dimittit. „Romani Pontificis“ (Castillion | J. Salvius | Coll. Attan.) L. 1041 f. 27 [1].
— —	—	(5304) Johanni Tornoer providet de canonicatu et praeb. ecclesiae Caturcen., quos quondam Petrus de Calciata, dum viveret, obtinebat. „Laudabilia“ (Castillion | De Bertinis. Gomiel. | Cotini | Coll. Attan.) L. 1001 f. 78.
— —	—	(5305) Dil. filio Coulhandon (in Indice: Chonchandon) in Univ. Bituricen. studiis vacanti confert capellaniam ad altare B. Mariae du Trone situm in eccl. Pictaven. resignatione Johannis Tripet et deinde cessione Oliverii Carasson canonici eccl. S. Silvani de Leproso Bituricen. dioec. (cf. n. 5297) vacantem. „Vitae ac morum“ (Infra: Bertinis | Cotini. Coll. Attan.) L. 1011 f. 9.

[1] Idem occurrit L. 1003 f. 135 ubi: Colotius \| Cheminart. Coll. Bucan.

1513.

7. Nov. (VII. Id. Nov.)	Pali Portuen. dioec.	(5306) Julio S. Mariae in Domnica diac. Card. commendat monasterium S. Arnulphi O. S. B. Meten. dioec., de quo consistorialiter disponi consuevit et cujus commendae Robertus tit. S. Anastasiae presb. Card. renuntiat. „Romani Pontificis providentia“ (Infra: Colardi | Marciaci Coll. Narnia) L. 998 f. 252.
— —	—	(5307) Raymundo de Ressegneer fam. suo et Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. obsequiis insistenti, rectori paroch. eccl. de Chauchaille Mimaten. dioec., indultum quoad beneficia et facultates concedit. G. F. (Infra: Gratis de mand. S. D. Colardi | Marciaci. Coll. Attan.) L. 997 f. 265.
— —	—	(5308) In favorem Capituli Redonen. paroch. ecclesiam S. Gregorii prope et extra muros Redonen., cujus commendae Robertus t. S. Anastasiae presb. Card. renuntiat, mensae capitulari ejusd. eccl. perpetuo unit. A. P. R. M. „Ex injuncto“ (Colot. | Cheminart. Aloys. | F. de Vega. Coll. F. de Attan.) L. 1022 f. 214.
— —	—	(5309) Philippo de Tornabuonis cler. Florent. et Pontificis affini S. Stephani in Pane plebis et S. Martini Aguegalandi Prioratum nuncup. paroch. ecclesias Florentin. dioec. a Juliano de Tornabuonis resignatas ad certum tempus commendat et deinde confert. „Vitae ac morum“ (J. B. Nasius | Grat. de mand. Bertin. Gomiel | A. de Castillo. Coll. de Narnia) L. 1003 f. 70, b.
— —	—	(5310) Fabio Constantini canonico Ferentin., Raphaelis episc. Grossetani et arcis S. Angeli de Urbe Castellani obsequiis insistenti, pensionem an. 20 flor. auri d. Cam. super fructibus Praepositurae eccl. Grossetan. assignat et pensione deficiente accessum ad eam concedit. G. F. (Castilion. | Grat. de mand. S. D. De Bertinis | Verdes. Coll. Cipell.) L. 1018 f. 119.
— —	—	(5311) In favorem Christophori Kerandren Cantoris ecclesiae Trecoren. dictae Cantoriae, quamdiu eam obtinuerit, paroch. ecclesias de Pemerityandy et de Rochaderiani Trecoren. dioec. unit et annectit. „Vitae ac morum“ (P. de Cesis | L. de Bertinis. Gomiel | Verdesotto. Coll. Campania) L. 1000 f. 135.
— —	—	(5312) Roberto Dupont cler. Constantien. dioec. baccal. in legibus Prioratum B. M. de Tourville Praemonstrat. Ord. Constantien. dioec. prov. Rothomagen. a monasterio S. Trinitatis de Lucerna dicti Ord. Abrincen. dioec. dependentem in commendam tradit. „Literarum scientia“ (Sadol. | Colardi. Balbus | Salvius. Coll. H. de Cesis) L. 999 f. 252.
— —	—	(5313) Francisco episc. Sabinen. commendat monasteria S. Gildasii Riven.[1] et S. Melani O. S. B. Veneten. et Maclovien. dioec., quae antea Robertus tit. S. Anastasiae presb. Card. obtinebat et eadem die resignat. „Romani Pontificis“ (Evangel. | Cheminart | Cotini. Coll. Attan.) L. 1016 f. 141.
— —	—	(5314) Eidem commendat Prioratum non conventualem B. Mariae de Lespinasse Villae Amilliani O. S. B. Ruthenen. dioec. a monasterio S. Victoris prope et extra muros Massilien. dicti Ord. dependentem. „Personam tuam“ (Evangel. | Cheminart | De S. Joh. Coll. Attan.) L. 1016 f. 138 (A. Melf. | *Visa:* Marciaci | F. Bernardus) L. 1040 f. 264.
— —	—	(5315) Francisco episc. Tiburtino monasterium B. Mariae de Claromonte Cenomanen. dioec.[2] in commendam tradit. „Romani Pontificis“ (Colotius | Cotini. Coll. P. Bucan.) L. 1003 f. 138.
8. Nov. (VI. Id. Nov.)	S. Severae Portuen. dioec.	(5316) Yvonem de Kerberznet monachum monasterii de Villanova Cistercien. Ord. Nanneten. dioec.[3] ad cautelam absolvit ob infra dictam provisionem. „Apostolicae Sedis consueta clementia“ (P. de Castello | Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 313, b.
— —	—	(5317—5320) Eundem dicto monasterio obitu Johannis de Loyon abbatis vacanti praeficit in abbatem electionem a conventu ejusd. monast. peractam confirmans. „Summi dispositione Rectoris.“ Hoc muntiat a) conventui dicti monasterii, b) istius vasallis, c) abbati monasterii de Busayo Cisterc. Ord. Nanneten. dioec. „Hodie electionem.“ (P. de Castillo | Nardin.) L. c. f. 310 seqq.
— —	—	(5321) Eidem Yvoni abbati concedit, ut a quocunque episcopo gratiam et communionem Apost. Sedis habente munus benedictionis recipere valeat, et mandat, ut idem episcopus debitae fidelitatis juramentum ab ipso recipiat. „Cum Nos hodie“ (Script. ut supra) L. c. f. 312, b.
— —	—	(5322) Mag. Alfonso de Verdesotto script. et fam. suo capellaniam in paroch. ecclesia S. Secundini de Villa Vellone Capuan. dioec. confert. G. D. et F. (P. de Senis | Grat. p. socio. Tarin Coll. H. de Cesis) L. 996 f. 99.
— —	—	(5323) Archidiacono ecclesiae Lauden. mandat, ut Vincentio de Fiochis cler. Cremonen. ecclesiam campestrem S. Archelai districtus terrae Pizeleonis Cremonen. dioec. conferat. „Dignum“ (Sadolet. | Colardi. Draco | Gais. Coll. Attan.) L. 996 f. 236.

[1] St. Gildas de Rhuis Dioc. de Vannes. Gallia christ. tom. 14 p. 958 seq.
[2] Notre Dame de Clermont Ord. Cist. Gallia christ. tom. 14 p. 527.
[3] Villeneuve près de Nantes. Gallia christ. tom. 14 p. 865. *Janauschek* I. p. 207 n. 536.

1513.

8. Nov. (VI. Id. Nov.) | S. Severae Portuen. dioec. | (5324) Petro de Barosiis cler. Cremonen. reservat pensionem an. super fructibus ecclesiae S. Archelai districtus terrae Pizeleonis ejusd. dioec., quam Vincentio de Fiochis confert. „Vitae ac morum“ (Colotius | Bertinis | F. Gomiel | Casanova | Coll. S. de Spol.) L. 1009 f. 80.

— — | — | (5325) Johanni Gazoldo decret. doctori fam. suo archidiaconatum Piritzen. in eccl. Caminen. ab Erasmo Putkummer resignatum confert. G. D. (Castillion. Enckenw. Aloys. | Marciaci. Coll. Bucan.) L. 1037 f. 102.

— — | — | (5326) Johanni Baulet Priori Prioratus S. Solennis Blesen. O. S. A. Carnoten. dioec. Lic. in decr. commendat Prioratum de Capella B. Mariae de Bosco Secundimaci O. S. A. et paroch. eccl. S. Justi de Marema Xanctonen. et Malleacen. dioec. „Religionis zelus“ (Gratiadei | Marciaci. Corbinus | Castillo. Coll. F. de Attan.) L. 1044 f. 57.

— — | — | (5327) Johanni Chausenos baccal. in decr. confert paroch. ecclesiam B. M. de Romegnicria loci de Groyssano Narbonen. dioec., Roberti Aurioli obitu vacantem. L. S. (P. de Cesis | L. de Bertinis. Gomiel | Cheminart. Coll. Attan.) L. 1002 f. 91.

9. Nov. (V. Id. Nov.) | Civitatis Vetulae Viterbien. dioec. | (5328) Philippo episc. Tusculan. monasterium de Claromonte Ord. Cisterc. Cenomanen. dioec. obitu Roberti Cardin.[1] vac. commendat. „Romani Pontificis providentia“ (Evang. | Cotini. Coll. Attan.) L. 995 f. 180.

— — | — | (5329) Innocentio SS. Cosmae et Dam. diac. Cardin. monasterium S. Juliani Turonen. O. S. B. vacans obitu ejusdem Roberti Cardinalis commendat. „Romani Pontificis providentia“ (Infra: *Visa:* Marciaci. Coll. Attan.) L. 995 f. 182.

— — | — | (5330) Aegidio Rouxel cler. Briocen. dioec. Mag. Joh. Copis lit. ap. correctoris et abbreviatoris et Card. Vicecancellario assistentis familiari commendat Prioratum B. M. de Ingomo O. S. B. Briocen. dioec. a monasterio Majoris Monasterii prope et extra muros Turonen. ejusd. Ord. dependentem obitu Petri Rouxel vacantem. N. G. (Melfit. | Gratis pro fam. assist. Suno. Baena | Copis. Coll. Attan.) L. 1008 f. 57.

— — | — | (5331) Thomae Regis cler. Redonen. dioec. scriptori et fam. suo commendat Prioratum de Baz O. S. B. Nanneten. dioec. obitu Roberti tit. S. Anastasiae presb. Card. vacantem. G. D. et F. (Evangel. | Gratis pro socio. | Verdes. Coll. Attan.) L. 1008 f. 80.

— — | — | (5332) Mag. Andreae de Guidonibus cler. Mutinen. notario et cubicul. secret. suo assignat medietatem omnium fructuum Prioratus de Baz O. S. B. Nanneten. dioec. solvendam per Mag. Thomam Regis cler. Redonen. script., cui dictus Prioratus eadem die commendatur, cum jure in certum eventum ad eundem Prioratum accedendi. G. D. et F. (Armellin. | Gratis de mand. S. D. Suno. Baena | Verdes. Coll. Cipell.) L. 1014 f. 284.

— — | — | (5333) Franciscam Chanarsson monialem monasterii S. Mariae *ad moniales* Meten. dioec. O. S. B. deputat coadjutricem Huguettae abbatissae ejusdem monasterii cum jure successionis. „Circa pastoralis officii debitum“ (Infra: Colardi. Draco | F. de Vega. Coll. H. de Cesis) L. 997 f. 58.

— — | — | (5334) Bernardo (de Bibiena) S. M. in Porticu diac. Card. commendat monasterium S. Jacuti O. S. B. Dolen.[2] dioec. vacans obitu Roberti Card. S. Anast. „Romani Pontificis“ (Armellin. | Casanova. Coll. Attan.) L. 1016 f. 113.

— — | — | (5335) Johanni Derien, familiari Mag. Jacobi Simoneta caus. P. A. auditoris, paroch. ecclesiam de Cornubia alias de la Cornouaille Nanneten. dioec. obitu Francisci de Vexel vacantem confert. „Vitae ac morum“ (Melfit. | Gratis de mand. S. D. Suno | Marciaci. Coll. Narnia) L. 1015 f. 197.

— — | — | (5336) Cavallicen. et Alexandrin. episcopis ac Officiali Palentin. mandat, ut Francisco Perez cler. Palentin. dioec. beneficium patrimoniale *presbyterale* nuncupatum in paroch. eccl. B. Mariae de Manquillos ejusd. dioec. conferant. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Grat. p. fam. script. L. de Bertin. Gomiel | F. de S. Joh. Coll. F. de Attan.) L. 1004 f. 1.

— — | — | (5337) Andreae Hamon canonico Redonen. Prioratum S. Petri de Spagnaco O. S. B. Mimaten. dioec. commendat. „Nobilitas generis“ (A. Melfit. | P. Suno. B. de Baena. | A. de Verdesotto. Coll. S. de Spoleto) L. 1006 f. 216.

— — | — | (5338) Franciscum Minerbettum archidiaconum Florentinum camerarium suum propter quaedam negotia sua iter ingressum commendat omnibus, ad quos hae literae pervenerint, ut munus et iter sibi mandatum commode conficiat, praesertim provinciarum atque urbium praesidibus, praefectis, gubernatoribus magistratibusque „Propter quaedam negotia Nostra“ (Sadolet) Brev. ad princ. et al. tom. 5 f. 17 Ed. Sadolet. ep. 15 p. 20. 21. — Archivio di Stato di Firenze (Proven.: S. Silvestro di Fir.)

— — | — | (5339) Laurentio tit. SS. Quatuor Coron. presb. Card. assignat pensionem annuam 500 duc., videlicet 200 duc. super fruct. Prioratus de Contamina Cluniac. Ord. Gebennen. dioec., quem Philippus episc. Tusculan. Cardin. de Luxemburgo in commendam obtinet, et

[1] Die 9. Nov. defunctus est Robertus Card. Nanneten. „vir bonus, ecclesiasticus, rectus ac timens Deum ac devotus“, annos 54 natus (P. de Grassis f. 69, b).

[2] St. Jacut. Gallia christ. tom. 14 p. 1069 seq.

1513.

300 duc. super fruct. monasterii de Claromonte Cisterc. Ord. Cenomanen. dioec., quod eadem die dicto Cardinali commendat, cum jure accedendi et ingrediendi in eventum vacationis et pensionis non solutae. „Ad personam tuam“ (A. Colotius | *Visa:* Millinus | Cheminart. Coll. Attan.) L. 1070 f. 41.

9. Nov. (V. Id. Nov.) — Civitatis Vetulae Viterbien. dioec. — (5340) Archidiacono Melevitan. et Johanni Danielo canonico eccl. Veneten. et vicario gener. episcopi Aretin. mandat, ut Cosmae Georgii Lazari presb. Aretin. perpet. capellaniam per cler. saeculares teneri solitam ad altare S. Silvestri situm in ecclesia monasterii SS. Florae et Lucinae Aretin. O. S. B. a Francisco Laurentii de Pontusiis resignatam et de jure patronatus confraternitatis sub invocat. B. Mariae in civit. Aretina institutae necnon abbatis et conventus dicti monasterii existentem conferri curent. „Vitae ac morum“ (P. Lambertus | Nardinus) Arch. Lat. tom. 19 f. 331, b.

— — — (5341) Alfonso tit. S. Theodori diac. Cardinali monasterium S. Galgani Cisterc. Ord. Vulterran. dioec.[1] obitu Roberti tit. S. Anastasiae presb. Card. vacans commendat. „Romani Pontificis providentia“ (Supra: F. Bregeon) Arch. Lat. tom. 12 f. 339.

— — — (5342) De hac commenda scribit conventui dicti monasterii monens, ut praefato Cardinali obedientiam et reverentiam exhibeant. „Hodie monasterium vestrum.“ L. c. f. 340, b.

— — — (5343) Pariter vasallis ejusd. monasterii scribit iisque mandat, ut praedicto Cardinali fidelitatem et debita servitia exhibere studeant. „Hodie monasterium S. Galgani“ (Infra: Grat. p. Card. Campania) L. c. f. 340, b.

10. Nov. (IV. Id. Nov.) — — (5344) Episcopo Cavallicen. et Juliano de Tornabonis canonico eccl. Florentin. ac vicario gener. episc. Fesulani mandat, ut Johanni Bapt. de Castillione cler. Florentin. paroch. ecclesiam *Prioratum* nuncupatam S. M. de Panzano Fesulan. dioec., quae cum paroch. eccl. S. Appiani Valliselse (al. Valliesse) Florentin. dioec. erat unita, unione cum consensu Francisci de Castillione secretarii Pont. dissoluta conferri curent. „Vitae ac morum“ (Gratiadei | Gratis p. fam. Vicecanc. Colardi. Draco | Casanova. Coll. Donat.) L. 1011 f. 291.

— — — (5345) Mag. Francisco de Castillione, quoad vixerit, consentiente dicto Joh. Bapt. de Castillione omnes proventus praefatae eccl. S. Mariae reservat et ad eam forte denuo vacaturam regressum concedit. G. D. (Scr. ut supra. Grat. p. secret.) L. 1011 f. 292, b.

— — — (5346) Francisco tit. S. Marcelli presb. Cardin. beneficium in paroch. eccl. S. Columbae loci de los Barrios de Conales Oveten. dioec. commendat. „Ad personam tuam“ (P. de Cesis | *Visa:* Colardi | Verdes. Coll. H. de Cesis) L. 995 f. 165.

— — — (5347) Franciscum Gonzagam Mantuae Marchionem rogat det operam, ut Aloysius Crepellus Mantuanus recuperet summam pecuniae, quae ei a certis hominibus istius ditionis debetur. „Aloysio Crepello Mantuano“ (Bemb.) Bemb. L. V ep. 36 p. 42.

— — — (5348) Jacobo Simoneta capell. suo et causarum P. A. auditori mandat, ut Felici de Naropua cler. Gnesnen., qui in lite contra Nicolaum Labiski pro clerico se gerentem super archidiaconatu Pomeraniae in ecclesia Wladislavien. post obitum Johannis Dambiowa ipsi concesso et a dicto Nicolao indebite occupato extrajudicialiter ad S. Sedem appellavit, si Nicolao jus non competat et nemini sit jus quaesitum, dictum archidiaconatum conferat. „Vitae ac morum“ (Infra: J. Colardi. A. Draco. | A. de Verdes. Coll. F. de Narnia) L. 998 f. 183, b (parum recte *Theiner* Mon. Polon. II p. 348 n. 374).

— — — (5349) Friderico tit. S. Angeli diac. Card. commendat monasterium S. Victoris prope et extra muros Massilien. O. S. B. obitu Roberti tit. S. Anastas. presb. Card. vacans. „Romani Pontificis providentia circumspecta“ (Evangel. | F. de Vega. Coll. F. de Attan.) L. 998 f. 70.

— — — (5350) In favorem Petri Pimeulle notarii et fam. sui ecclesiae paroch. S. Dionysii de Malva Nanneten. dioec., quamdiu eam obtinuerit, unum beneficium in civit. vel dioec. Nanneten. certum valorem non excedens proxime vacaturum unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (P. de Cesis | Gratis de mand. | D. Colardi | Andreae | Coll. Attan.) L. 1016 f. 287, b. Idem L. 1011 f. 182 (Script. iid. excepto: Coll. Campania).

— — — (5351) Bernardo S. M. in Porticu diac. Card. commendat monasterium B. M. de Urssaria al. de Ossera[2] Cisterc. Ord. Aurien. dioec. „Romani Pontificis“ (Armellin. | Casanova. Coll. Attan.) L. 1016 f. 111.

— — — (5352) Petro Jofredi Praeposito ecclesiae S. Siri de S. Romulo Albinganen. dioec., Mag. Benedicti de Viali lit. apost. scriptoris familiari, indultum quoad beneficia concedit. „Vitae ac morum“ (Benzon | Grat. p. fam. script. Nardinus) Arch. Lat. vol. A f. 417.

11. Nov. (III. Id. Nov.) — — (5353) Mag. Arnaldo Tricaire U. J. baccal. et notario suo paroch. ecclesiam S. Pauli de Puysargnio Narbonen. dioec. confert. G. D. (Infra: Colardi. Draco | Cotini. Coll. H. de Ces.) L. 997 f. 56.

[1] Vide n. 32. 3190 seq. 4102.

[2] al. L'Oursière, Osseira. *Janauschek* I p. 63 n. 154.

1513.

11. Nov. (III. Id. Nov.)	Civitatis Vetulae Viterbien. dioec.	(5354) Bernardum de Bibiena nuper ad Cardinalatum promotum praeficit ecclesiae S. Mariae in Porticu resignante Marco S. M. in via lata diac. Card., qui eam in commendam obtinebat (n. 1855). „Decet Romanum Pontificem“ (Armellin. | Casanova. Coll. Attan.) L. 1016 f. 115.
— —	—	(5355) Johanni Cantillon confert paroch. eccl. de Wodeke Cameracen. dioec. obitu Johannis de Quercu vacantem. „Vitae et morum“ (Ph. de Senis | Bertin. Gomiel | Cyprian. Coll. Attan.) L. 1028 f. 115.
— —	—	(5356) Asculan. et Elnen. episcopis et Official. Placentin. mandat, ut Mag. Didaco Andreae cler. Calaguritan. dioec. paroch. ecclesiam B. M. Magdal. Placentin. et perpet. capellaniam in eadem eccl. conferant. G. D. et F. (Colot. | Gratis pro socio | Madrigal. Coll. Narnia) L. 1007 f. 3.
— —	—	(5357) Ad preces Johannis Bravo rectoris paroch. ecclesiae S. Juliani de Paacoo (al. Pacos [1]) Bracharen. dioec. unit dictae ecclesiae, quamdiu eam obtinuerit, paroch. ecclesiam S. Cypriani de Useve ejusd. dioec. A. F. R. M. „Decet Romanum Pontificem“ (Castilion. | Grat. de mand. S. D. Suno | Valleol. Coll. Bucan.) L. 1004 f. 143, b.
— —	—	(5358) Johanni Corso et Johanni de Musica canonicis ecclesiae Neapolitan. mandat, ut pactionem inter Priorem Prioratus S. Johannis *ad mare* Neapolitan. Hospit. ejusd. S. Joh. Hierosol. et Alfonsum Carazoli laicum Neapolitan. super locatione quorundam bonorum ad dictum Prioratum pertinentium factam, si eam in evidentem ejusd. Prioratus utilitatem cedere ipsis constiterit, approbent et confirment. „His quae pro Prioratuum“ (P. Lambertus | Nardinus) Arch. Lat. tom. 19 f. 336.
— —	—	(5359) In favorem Mag. Walteri Copis script. et fam. sui canonicatui et praeb. ecclesiae B. Mariae Aquen. Leodien. dioec., quos ipse Walterus inter alia obtinet et quibus paroch. ecclesia in Wike dictae Leodien. dioec. incorporata existit, paroch. ecclesiam in Poelhem Colonien. dioec., super qua contra certos adversarios litigat, si eam assequatur, unit et annectit, quamdiu dictos canonicatum et praeb. obtinuerit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (P. Lambertus | Gratis pro socio. Nardinus) Arch. Lat. tom. 21 f. 178.
— —	—	(5360) Richardo Hartys rectori paroch. ecclesiae S. Trinitatis de Doynton Wigornien. dioec. concedit indultum quoad beneficia. „Vitae ac morum“ (P. de Castello | Nardinus) Arch. Lat. vol. A f. 369.
— —	—	(5361) Nicolao de Ariano et Marco Antonio de Frodo canonicis ecclesiae Neapolitan. mandat, ut locationem quorundam bonorum ad domum S. Johannis de Carbonera Neapolitan. Ord. Heremit. S. Aug. de observ. nuncup. pertinentium Johanni Bapt. de Vellis laico Neapolitan. faciendam approbent, si in evidentem dictae domus utilitatem cedat. „His, quae pro monasteriorum“ (P. Lambertus | Nardinus) Arch. Lat. vol. A f. 186.
— —	—	(5362) Mag. Martino de Mendiola, al. de Villa Francha canonico O. S. Aug. Pampilonen. dioec., ad quem Ord. ab Ord. FF. Minorum de licentia S. Sedis transierat, indultum quoad beneficia concedit. R. Z. (Colotius | Gratis pro fam. script. [Barthol. de Baena] Colardi. Draco | Verdes. Coll. L. Amerin.) L. 1007 f. 195, b [2].
12. Nov. (prid. Id. Nov.)	—	(5363) Odoni Plaisant monacho monasterii B. M. V. de Fontaneto Cisterc. Ord. Eduen. [3] baccal. in theol. concedit indultum quoad beneficia. „Religionis zelus“ (Carrotius | Cheminart. Aloysius | Castillo. Coll. S. de Spol.) L. 1019 f. 55.
— —	—	(5364) Raphaeli episcopo Grossettano monasterium S. Galgani Cistercien. Ord. Vulterran. dioec. [4] obitu Roberti tit. S. Anastasiae presb. Cardin., qui illud in commendam obtinebat, vacans, cum Antonius archiepisc. Amalfitan. et postea Honofrius Leonardi de Bartholinis cler. Rom. juri suo cesserint, in commendam tradit, ut onera jugiter obeunda ipse, qui arcis S. Angeli de Urbe castellanus existit, facilius perferre valeat. „Romani Pontificis“ (Sine secretario | Colardi. Draco | Verdes. Coll. H. de Ces.) L. 999 f. 44.
— —	—	(5365) Francisco Fores cler. Tarraconen. dioec. fam. suo et obsequiis Petri tit. S. Eusebii presb. Card. insistenti concedit pensionem an. super cujusd. beneficii in ecclesia Prioratus S. Annae Barchinonen. Sepulchri Dominici Hierosol. O. S. A., quod ipse resignavit, necnon paroch. ecclesiae Praepositurae nuncupatae S. Fructuosi Castri Tertioli Vicen. dioec. fructibus eique jus regrediendi ad dictum beneficium et accedendi ad praefatam ecclesiam concedit. G. F. (Evangel. | Marciaci. Aloysius | Valtrini. Coll. Donatus) L. 1044 f. 193, b.
— —	—	(5366) Petro tit. S. Eusebii presb. Cardin. commendat Praeposituram S. Marci de Clinascho Ord. Humiliat. Iporigien. dioec. „Ad personam tuam“ (Colot. | *Visa:* Enckenw. Coll. Attan.) L. 996 f. 81.

[1] Cf. L. 1004 f. 145. [2] In cod. legitur: Dat. S. Severae Portuen. dioec.
[3] Fontenay (D'Autun sur l'Anoux). *Janauschek* I p. 8 n. 12.
[4] Disceptandum erit, quomodo hoc docum. cum doc. n. 5341 seq. sit conciliandum.

1513.

12. Nov. (prid. Id. Nov.) | Civitatis Vetulae Viterbien. dioec. | (5367) Laurentio tit. SS. Quatuor Coron. presb. Cardin. canonicatum et praeb. et integram portionem ecclesiae Abulen. aliaque Abulen. Zamoren. Palentin. et Legionen. dioec. beneficia et paroch. ecclesias commendat. „Ad personam tuam“ (Infra: Attanantis. Coll. H. de Cesis) L. 1184 f. 200.

— — | — | (5368) Petro Martini confert perpet. capellaniam ad altare B. Catharinae V. situm in eccl. Lugdunen. „Laudabilia“ (P. de Cesis | Suno. Baena | Valeoleti. Coll. Attan.) L. 1000 f. 83, b.

13. Nov. (Id. Nov.) | — | (5369) Mag. Andreae de Guidonibus cler. Mutinen. notar. et fam. suo commendat archipresbyteratum ecclesiae S. Petri oppidi de Guastalla Nullius dioec. obitu Petri de Araldis vacantem et a Ludovico de Nigris pro clerico se gerente indebite occupatum. G. D. et F. (Sadolet | Bertin. | Casanova. Coll. Camp.) L. 1001 f. 276.

— — | — | (5370) Praeposito S. Agathae et Jacobo de Ritiis canonico majoris ecclesiarum Brixien. ac vicario gener. episcopi Brixien. mandat, ut si eis constiterit, Alexandri VI. literas, quibus Prioratus S. Petri de Provatio O. S. B. Brixien. dioec. Johanni Bapt. Bragadino cler. Venetiarum commendatus fuerat, subreptionis vitio laborare, Prioratum eundem Johanni Josepho de Paveriis cler. Brixien. commendari curent. „Vitae ac morum“ (A. Melfit. | Grat. p. famil. R. Vicecancell. L. d. Bertinis. Gomiel | A. de Castillo. Coll. Attan.) L. 1004 f. 40.

— — | — | (5371) Petrum van der Hattert decanum ecclesiae B. Mariae in Prumia Treveren. dioec. in suum et Apost. Sedis Acolythum capellanum recipit. „Virtutibus clarens“ (J. Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 20 f. 282.

14. Nov. (XVIII. Kal. Dec.) | S. Severae Portuen. dioec. | (5372) Ecclesias Regni Poloniae, quae tamquam arces solidae cum schismaticis, haereticis et perfidis Turcis et aliis cathol. fidei hostibus continuo pugnare noscuntur, speciali favore prosequens, cum Johannes de Lassko archiepiscopus Gnesnen., per Sigismundum Poloniae Regem pro obedientia praestanda ad S. Synod. Lateran. Orator destinatus, exposuerit, nonnulla in ecclesiis dicti Regni ad propagationem virorum doctrina praeditorum, ad divini cultus augmentum et ad curam animarum esse statuenda ac ordinanda, statuit, ut in qualibet eccl. collegiata Gnesnen. dioec. duo canonicatus et duae praebendae per archiepiscopum peritis viris — uni in theol., alteri in jure — debeant conferri, qui saltem in aliqua Universitate insigni 5 annos studuerint et publice legere ac alios instruere teneantur juxta ordinationem per archiepiscopum faciendam; ut archidiaconi Gnesnen., Cracovien., Wladislavien., Poznanen. et Plocen. ecclesiarum a respect. episcopis et capitulis eligantur et ad eos doctores aut Licentiati in jure aut in theol. assumantur, cum poena privationis fructuum in commodum residentium convertendorum, si non resideant; ut unus canonicatus cum praeb. ecclesiae Gnesnen. ab archiepiscopo Gnesnen. designando vicario seu Officiali Gnesnen. conferri possit; ut una praebenda per archiepisc. eligenda dictae eccl. necnon rectoria paroch. ecclesiae plebaniae nuncup. in Zuena Gnesnen. dioec. supprimantur et Suffraganeo earum fructus una cum distributionibus quotidianis percipere liceat; ut dicta paroch. eccl. per vicarium ad nutum Suffraganei amovibilem administretur. Permittit, ut Suffraganeus omnibus actibus capitularibus intersit et vocem habeat. Salutaria praecepta contra non residentes confirmat. Concedit, omnes dispositiones etiam apostolicae circa beneficia doctoribus, Mag. seu baccalar. scholae Cracovien. concedi solita non valeant, nisi medietatis doctorum et aliorum legentium accedat assensus; aliaque ordinat ad lites extinguendas; statuta in Synodo Gnesnen. facta, dummodo honesta sint, approbat, institutionem officii Oeconomi seu visitatoris bonorum ecclesiae Gnesnen. per Joh. archiepisc. factam confirmat. A. P. R. M. „Etsi ex debito officii“ (Infra: *Visa:* B. de Rizonibus. Cabredo) L. 1198 f. 215. *Theiner,* Monum. Polon. tom. II p. 345—347 n. 372.

— — | — | (5517) Johannem de Monteamato jun., qui scholaris S. Flori dioec. accepta dispensatione super defectu natalium sine literis dimissorialibus charactere clericali insignitus fuit et postea a Praesidentibus Conciliabuli Pisani archidiaconatum Bilhonii in eccl. Claromonten. cessione Johannis de Monteamato sen. vacantem obtinuit, absolvit a censuris et ab irregularitate eique facta abrenuntiatione istius Conciliabuli praedictum archidiaconatum confert. „Sedes Apostolica pia mater“ (Armellin. | Cheminart. Aloys. | Valtrini. Coll. Attan.) L. 1014 f. 201.

— — | — | (5518) Johanni Wyon perpetuo vicario paroch. ecclesiae de Ocley Lincolinen. dioec. indultum concedit quoad beneficia. „Vitae ac morum“ (O. de Cesis | Nardinus) Arch. Lat. vol. A, f. 258, b.

— — | — | (5519) Petro Talon Electo Sabaten.[2] concedit, ut possessionem ecclesiae Sabaten. assecutus paroch. ecclesiam S. Petri de Villaregis Melden. dioec. ut prius retinere ac indulto circa beneficia ipsi concesso uti valeat, ac si ei de eccl. Sabaten. non sit provisum. „Personam tuam“ (Gratiadei | Millin. Enckenw. | De Comit. Coll. H. de Cesis) L. 996 f. 305.

28. Nov. (IV. Kal. Dec.) | — | (5520) Mag. Paulo de Capisuchis capellano et causarum P. A. auditori mandat, ut in lite super canonicatu et praeb. Parmen. et archipresbyteratu S. Jacobi Montisanellis Bobien. dioec. ecclesiarum Gabrielem de Lalata cler. Parmen. Juliani Medices obsequiis insistentem surroget in omne jus, quod Johanni Francisco de Rosate al. de Varesio, qui iisdem canonicatu et praeb. et archipresbyteratu privatus erat, et Laelio de Liliis vita functis necnon Josepho de Cusano cler. Mediolan. ad eosdem competebat, et

[1] St. Melaine (Faubourg or. de Rennes). Gallia christ. tom. 14 p. 768 seq. *Moroni* tom. 57 p. 137.

[2] Sabat vel Sabadoid episc. sub. archiepisc. Caesareae in Palaestina. *Lequien*, Oriens christ. III, 1293.

1513.

dicto Gabrieli illos, si non sit intrusus et nemini sit jus quaesitum, conferat. G. F. (Evangel. | Grat. de mand. S. D. L. de Bertinis. Gomiel | Cyprian. Coll. Attan.) L. 1000 f. 229, b.

28. Nov. (IV. Kal. Dec.) Romae apud S. Petrum (5521) Mag. Nicolao de Aretio capellano suo et causarum P. A. auditori mandat, ut Christophorum de Sancta Justa cler. Salamant. famil. suum in possessionem ecclesiae paroch. B. M. loci de Almenare Salamant. dioec. inducat. G. F. (Agnellus | Campania) Arch. Lat. vol. C, f. 251.

— — — (5522) Francisco de Sirelhio cler. Sarlaten. dioec. Prioratum S. Thomae Montinaci O. S. B. Petragoricen. dioec. commendat. „Nobilitas generis“ (F. Armellin. | Suno. Baena | L. Valtrini. Coll. S. de Spol.) L. 1006 f. 221.

— — — (5523) Aldo Manutio[1] de re literaria bene merito privilegium concedit pro libris ab eo impressis. „Quoniam dilectus filius Aldus Manutius“. Ed. *Nicolai Perotti* Cornucopia sive linguae latinae commentarii. Venet. 1513. *Roscoe* op. cit. tom. V p. 301—304 doc. 93.

— — — (5524) Episcopo Cerviae Cesenae Magistratui mandat, ut suo nomine asservet nummos aureos mille reliquos ex rationibus Salvatoris nuper defuncti, cum vectigalia Flaminiae administraret. „Mandamus tibi, ut apud te“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. VI ep. 10 p. 45.

— — — (5525) Andreae abbati et conventui monasterii in Altenburg O. S. B. Patavien. dioec. concedit privilegia, praesertim abbati usum pontificalium indumentorum, et facultatem benedictionem solemnem impertiendi cum indulgentia pro praesentibus. „Exposcit vestrae devotionis sinceritas“ (Camillota. *Visa:* Madrigal. | Marciaci) Orig. in monast. Altenburg. Cf. Fontes rerum austriacarum II. sect. t. 21. Viennae 1865, p. 369 n. 465.

— — — (5526) Francho de Gisbertis Camerae apost. clerico, quem Raphael episc. Ostien. commissarium in provincia Romandiolae super introitibus et proventibus Thesaurariae ac Salinarum deputavit, dictas literas confirmat eique mandat, ut omnia in eis contenta perficiat. „Venerabilis frater episcopus Ostien.“ (P. Bembus) Div. Cam. tom. 72 f. 56.

— — — (5527) Achilli tit. S. Sixti presb. Card. commendat canonicatum et praeb. ecclesiae Paduan. ex eo vacantes, quod Marinus de Landa nuper istius eccl. canonicus ad laicalia vota aspirans matrimonium contraxit. „Ad personam tuam“ (Evangel. | Mendes. Coll. S. de Spol.) L. 1101 f. 134.

— — — (5528—5529) Cantiano Moreaul Mag. in artibus confert paroch. ecclesiam S. Martini Malarum Herbarum Senonen. dioec. a Jacobo Chaignon resignatam. „Literarum scientia.“ Executores constituit episcopum Cavallicen. et Aurelianen. ac Melden. ecclesiarum archidiaconos. „Hodie dilecto filio“ (P. Lambertus. G. de Prato | Nardinus) Arch. Lat. vol. A, f. 291, b; f. 293.

— — — (5530—5531) Petro Trahendi paroch. ecclesiam S. Martini Lingonen. resignatione Gerardi Pion vacantem confert. „Vitae ac morum“. Executionem committit abbati monasterii S. Benigni et decano ecclesiae *capellae divitum* nuncupatae de Divione Lingonen. dioec. ac Officiali Lingonen. „Hodie dilecto filio“ (Ph. de Agnellis. O. de Cesis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 27 f. 288; f. 288, b.

— — — (5532) Aegidio de Tilly rectori portionis paroch. ecclesiae per duos rectores regi solitae B. Mariae de Orlhandis Constantien. dioec. provinc. Rothomagen. indultum quoad beneficia concedit. (O. de Cesis | Nardinus) Arch. Lat. vol. A, f. 131.

29. Nov. (III. Kal. Dec.) — (5533) Francisco Mariae Urbinatium Duci nuntiat, probari sibi omnia quae ad Fani Fortunae municipium spectantia curavit perficienda, seque velle, ut Bernardo Cardilo nil persolvatur ultra id, quod ei curari jussit ipse Dux, Francisco Alexandro Cesenati autem restituendi, quae debentur, ea ratio adhibeatur, quae ipsi commodior ad quietem ejus oppidi visa fuerit; episcopo Policastrensi Fani Magistratui esse mandatum, ut utramque rem ex Ducis sententia administret. „Valde Nobis ea omnia probantur“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. VI ep. 11 p. 45.

— — — (5534) Henricum VIII. Angliae Regem monet, ut Jacobi IV. Scotiae Regis in bello caesi corpus in loco sacro sepeliendum curet. „Cum clarae mem. Jacobus“ (Sadol.) Brev. tom. 5 f. 35. Citatur in adnotat. ad Sadol. ep. 34 p. 214. *Rymer* Foed. tom. XIII.

— — — (5535) Johanni Pelle presb. confert unam ex duodecim capellaniis in ecclesia omnium Sanctorum loci de Moritagnia al. Moritania Sagien. dioec. a Gervasio Aille resignatam. „Vitae ac morum“ (Colot. | Chemin. Aloys. | Madrigal. Coll. Narnia) L. 1012 f. 57.

— — — (5536) Dominico episc. Lucerino in Rom. Curia residenti mandat, ut Conradum Ingenwinckel cler. Leodien. dioec., Mag. Johannis Ingenwinckel script. nepotem, surroget in omne jus, quod Hermano Krespennynck cler. Leodien. dioec. competebat ad canonicatum et praeb. ecclesiae S. Victoris Xancten. Colonien. dioec. eosque ipsi, si

[1] Celeberrimus iste vir jam 1502 Venetiis societatem literariam Italos et Germanos arcte conjungentem instituerat. *Geiger*, Beziehungen zwischen Deutschland und Italien zur Zeit des Humanismus. Hannov. 1875 (Müller's Zeitschrift f. deutsche Kulturgesch. N. F. IV p. 120 seq.).

1513.

		nemini sit jus quaesitum, conferat. „Vitae ac morum.“ Init. ut supra (Colot. | Grat. pro nepote scriptoris. Colardi | J. de Lerma. Coll. Attan.) L. 999 f. 262.
29. Nov. (III. Kal. Dec.)	Romae apud S. Petrum	(5537) Neapoleoni de Ursinis commendatario monasterii S. Mariae Farfensis O. S. B. Nullius dioec. permittit, ut a populis et subditis dicti monasterii ac etiam S. Salvatoris pecunias salis ad grossum illis pro tempore distributi exigere possit sicuti bon. mem. Baptista Cardin. de Ursinis olim ejusd. monasterii commendatarius et nonnulli ante ipsum abbates exigere consueverunt. „Quoniam sicut intelleximus“ (P. Bembus) Div. Cam. tom. 63 f. 192, b.
— —	—	(5538) Raphaeli episc. Ostien. Card. Camerario, Thesaurario, clericis et praesidentibus Camerae Ap. committit et mandat, ut contra Sigismundum Mariani de Chisis socium pro tertia parte quondam Antonii Signie et Guidetti de Guidettis in Dohana Studii almae Urbis a Camera apost. conducta, qui pro sua tertia parte (1000 duc.) debitor existit, et in ejus absentia contra haeredes Mariani de Chisis, cum Sigismundus sit unus ex istis, procedant, Guidettum de Guidettis vero, qui pro sua parte satisfecit, nullatenus praemissorum occasione molestent, seu molestari permittant sub praetextu, ipsum Guidettum pro aliis sociis in solidum teneri. „Placet et ita motu proprio mandamus.“ Init.: „Venerabili fratri Raphaeli“ (P. Bembus) L. c. f. 193, b.
— —	—	(5539) Guillermo Grassi canonico Auraicen. de verbo ad verbum Julii II. literas d. d. VIII. Kal. Mai. a. VIII. transmittit, quibus ipsi Sacristiam Prioratus loci Mornacy O. S. A. Auraicen. dioec. contulit, dictumque tenorem eandem vim habere ac lit. origin. decernit. A. F. R. M. „Provisionis Nostrae“ (Sadolet. | Colardi. Draco | Cotini. Coll. H. de Cesis) L. 999 f. 161.
— —	—	(5540) Thomae de las Casas cler. Palentin. dioec. indultum quoad beneficia concedit. G. F. (Blondus | Grat. p. fam. C. Vicecanc. Colardi | Verdes. Coll. Blondus) L. 1205 f. 711.
— —	—	(5541) Bartholomaeo Carolo cler. Nicien. decret. doctori Ordinem S. Aug. ingressuro Infirmariam, officium claustrale, ac locum et canonicalem portionem ecclesiae Nicien. O. S. A. cum paroch. eccl. B. M. de Ysia Nicien. dioec. eisdem loco et canon. portioni perpetuo annexa ad sex menses commendat et deinde, si habitum sumpserit et professionem emiserit, confert. „Apostolicae Sedis“ (Melfit. | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Bertin. Gomiel | Castillo. Coll. Donat.) L. 1033 f. 6.
— —	—	(5542) Johanni Schauder confert canonicatum et praeb. ecclesiae Tragurien. „Vitae ac morum“ (P. de Cesis | L. de Bertinis. Gomiel | Copis. Coll. Attan.) L. 1005 f. 252.
— —	—	(5543) Francisco tit. SS. Joh. et Pauli presb. Card. de canonicatu et praeb. ecclesiae Palentin. providet. „Ad personam tuam“ (Evangel. | *Visa:* Colardi | Tarin. Coll. H. de Cesis) L. 1031 f. 9.
— —	—	(5544) Stephano Electo Baren. concedit regressum, accessum et ingressum ad archidiaconatum de Sobrarbe in ecclesia Oscen., cum omni juri ad illum sibi competenti cedat. „Personam tuam“ (J. de Lerma | Grat. de mand. S. D. Aloysius | J. Bertrandi | J. Attanant. Coll. H. de Cesis) L. 1167 f. 280.
30. Nov. (prid. Kal. Dec.)	—	(5545) Episcopo Vercellen. mandat, ut. Mag. Andreae de Guidonibus notario et cubiculario suo secreto in adipiscenda possessione Praepositurae S. Marci Ord. Humiliat. Iporigien. dioec., quam Pontifex obitu Bernardi de Valpergia vacantem eidem Andreae commendavit, faveat et assistat. „Dudum agente in humanis.“ Brev. ad princ. tom. 5 f. 18.
— —	—	(5546) Ducem Sabaudiae hortatur, ut praedictum Andream pacifice ad capiendam dictae Praepositurae possessionem eamque impedimentis omnibus remotis pacifice obtinendam praesidio sit atque adjumento. „Hortamur in Domino nobilitatem tuam“ (Sadolet.) Brev. ad princ. tom. 5 f. 18. Ed. Sadol. ep. 16 p. 21 (sine not. chronol.).
— —	—	(5547) Helvetios (qui ab Adurniis conducti civitatem Januae vexarunt) monet, ut ab ea discedant. „Non sane quivimus pro reipublicae laesa spretaque majestate non permoleste ferre vos, qui ejusmodi reipublicae libertates propugnatores acerrimi novissimis his temporibus semper fuistis“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. VI ep. 12 p. 46. Citat *Raynald* a. 1513 n. 82 p. 37.
— —	—	(5548) Bartholomaeo Ferratino canonico S. Petri de Urbe dudum decimarum et vigesimarum commissario approbat rationem redditam et acceptat pro probata, etiam quoad varias expensas per ipsum factas, quas probare posse non confidit, eique pro mercede salarium (decem pro quolibet centenario de summa exactionis hujusmodi) constituit. „Cum sit, quod vigore deputationis alias de persona tua ad exigendum decimas et vigesimas per fel. rec. Julium PP. II. praedec. Nostrum factae“ (Coll. Attan.) Div. Cam. tom. 63 f. 150, b.
— —	—	(5549) In favorem Johannis Cotini, Mag. Petri Cotini script. et notarii familiaris, ecclesiam B. M. de Vosco Bisuntin. dioec. ecclesiae paroch. S. Petri de Marsonayo Lugdunen. dioec., quamdiu praedictus Johannes hanc obtinuerit, unit et annectit eique

1513.

indultum quoad beneficia concedit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Carrotius | Grat. p. fam. script. Bertinis. Gomiel | Valtrini. Coll. Bucan.) L. 1023 f. 194.

30. Nov. (prid. Kal. Dec.) Romae apud S. Petrum — (5550) Johanni episc. Sibinicen. mandat, ut inquirat super expositis a Ludovico de Fodris cler. Mantuan., et si de expositorum veritate constiterit, ipsum in corporalem possessionem ecclesiae paroch. S. Stephani de Pupilio Parmen. dioec. inducat. G. F. (Castilion. | Grat. de mand. S. D. de Bertin. Gomiel | Salvius. Coll. Attan.) L. 1000 f. 226.

— — — (5551) Johanni Bausoit rectoriam capellae S. Gisleni de Montembaye parochiae de Chielle Cameracen. dioec. confert. G. F. (Armellin. | Grat. de mand. S. D. Bertin. | Valtrini. Coll. H. de Cesis) L. 1005 f. 290.

— — — (5552) Jacobo Monachi rectori paroch. eccles. de Castilhone Auxitan. dioec. concedit indultum quoad beneficia. „Vitae ac morum“ (Benzon | Barotius) Arch. Lat. t. 16 f. 290, b.

— — — (5553) Mag. Johanni Angelo de Arzinboldis cler. Mediolanen. U. J. doct. et notar. suo indultum quoad beneficia concedit, non obstante defectu natalium, de quo in literis ab eo impetrandis mentionem fieri non oportet, aliaque privilegia adjungit. G. D. et F. (A. Colot. Grat. de mand. S. D. Colardi. Draco | J. de Gais. Coll. H. de Cesis) L. 1211 f. 73, b.

(?) Nov. — (5554) Ducem Genuae hortatur, ut Electum Massiliensem nomine Regis Francorum Romam proficiscentem tuto et sine impedimento iter agere sinat ejusque securitati consulat. „Cum dil. fil. Electus Massiliensis“ Brev. ac princ. tom. 5 f. 29, b [1].

— — — (5555) Cardinali Camerario ac Thesaurario et clericis Camerae apost. mandat, ut literas ap. provisionis et reservationis fructuum cum regressu paroch. ecclesiae *archipresbyteratus* nuncupatae de Citanova Mutinen. dioec. pro Andrea et Sixto Lucae de Guidonibus cler. Mutinen. familiaribus et contin. commensalibus suis antiquis eis respective concessas absque solutione seu obligatione annatae seu medietatis fructuum dictae ecclesiae praefatis Sixto et Andreae liberaliter tradant. „Venerabili fratri Raphaeli . . . et aliis ad quos spectat“ (Coll. de Narnia) Div. Cam. tom. 63 f. 152, b.

ANNO PRIMO MENSE DECEMBRI. 1513.

1513.

1. Dec. (Kal. Dec.) Romae apud S. Petrum — (5556) Consilio et Baliae civitatis Cesenae sub interdicti poena mandat, ut Franciscum Petrum de Zanis de villa Casildii Comitatus istius civitatis in civem cum solitis praerogativis de consensu eorum, quorum interest, admittant. „Congruit naturali aequitati“ (Bemb.) Brev. tom. 2 n. 89; tom. 30 f. 140.

— — — (5557) Philippo episc. Tuscul. Card. commendat monasterium de Claromonte Cistercien. Ord. Cenoman. dioec. [2], quod Robertus Card. S. Anastasiae, dum viveret, in commendam obtinebat. „Romani Pontificis“ (Sine secret. | L. de Bertinis | Cheminart. Coll. J. Attan.) L. 998 f. 31.

— — — (5558) Gabrieli de Salvatierra cler. Neapolitan. assignat pensionem an. super fructibus paroch. ecclesiarum de Moxeve et de Carcen locorum Valentin. dioec., quas Ludovicus Ferdinandi de Mesa obtinet. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Enckenw. | D'Andreae. Coll. L. Amerin.) L. 1045 f. 250.

— — — (5559) Lucae Belin confert paroch. ecclesiam S. Petri de Brolio Carnoten. dioec. Init. ut supra (Ph. de Senis | Cheminart. Aloysius | F. Bernardus. Coll. F. de Attan.) L. 1003 f. 33.

— — — (5560) Mag. Laurentio Jacobi de Gianfigliatis cler. Florentino notario et fam. suo Praeposituram ecclesiae S. Mariae de Podio Bonitio Florentin. dioec. ad certum tempus commendat et deinde confert. G. D. et F. (Carrotius | Marciaci. Corbinus | Andreae. Coll. Donatus) L. 1037 f. 27.

— — — (5561—5562) Alerino de Ducibus canonico monasterii S. Antonii de S. Antonio O. S. A. Viennen. dioec. Praeceptoriam domus S. Antonii Alexandrin. in quarterio Burgoglii al. Bitrigoglii O. S. A. resignanti ejusdem Praeceptoriae fructus loco pensionis annuae reservat et regressum ad eam concedit. „Religionis zelus“. Executores con-

---

[1] Breve caret data, sed novimus mense Octobri (die 26.) Claudium de Seyssel Electum Massilien. Oratorem apud Pontificem et Concilium a Ludovico Rege delectum fuisse et mense Dec. Romae Concilii Lateran. sessioni adstitisse. Cf. *Hard.* IX 1709—1713 Unde Novembri Breve assignandum duximus.

[2] Notre Dame de Clermont. Gallia christ. tom. 14 p. 527. Janauschek I p. 131.

1513.

stituit S. Jacobi et B. Mariae Montiscalerii et Cherii locorum Taurinen. dioec. ecclesiarum Praepositos. „Hodie cum dilectus filius“ (A. de Alvarottis. F. Bregeon. | Nardinus) Arch. Lat. vol. A f. 414; f. 414, b.

1. Dec. (Kal. Dec.) Romae apud S. Petrum — (5563) Praeposito ecclesiae B. Mariae de Montecalino Taurinen. dioec. mandat, ut Johanninum de Ducibus de Montecalerio presb. Taurinen. dioec. in monasterio S. Antonii de S. Antonio O. S. A. Viennen. dioec. virtutum Domino famulari cupientem, si idoneus reperiatur, in canonicum dicti monasterii recipiat eique professione regulari emissa supradictam Praeceptoriam domus S. Antonii Alexandrin. a praefato monasterio dependentem conferat. „Apostolicae Sedis circumspecta benignitas“ (F. Bregeon. | Add. IV. Id. Dec. a. I. Nardinus) Arch. Lat. vol. A f. 412.

— — — (5564) Episcopis Asculan. et Cesenat. ac vicario gener. episcopi Auximani mandat, ut Thomae Bon Johannis cler. Roman. monasterium S. Victoris de Arzono de Cingulo O. S. B. Auximan. dioec. commendare curent. „Romani Pontificis providentia“ (Evangel. | Grat. de mand. S. D. Madrigal. Corbinus | A. de Verdesotto. Coll. S. de Spol.) L. 1078 f. 330.

— — — (5565) Andreae de Castro cler. Salamantin. confert praestimonialem portionem loci de Miranda de Pelcacalvo Salamantin. dioec. eique assignat pensionem an. super fructibus praestimonialis portionis de Fuente el Roble dictae dioec. „Vitae ac morum“ (F. Armellin. | Grat. de mand. S. D. Enckenw. | Marciaci. Coll. Attan.) L. 1048 f. 130, b.

— — — (5566) Mag. Silvio Passerino cler. Cortonen. notar. et fam. suo pensionem annuam super fruct. quorundam monasteriorum O. S. B. Congregationis Vallisumbrosae perpetuo unitorum per Generalem et Congregationem praefatos solvendam et pensione deficiente accessum ad illa concedit. G. D. (Infra: Grat. de mand. S. D. Colardi | Madrig. Coll. H. de Cesis) L. 995 f. 128.

— — — (5567) Radulpho de Saracenis confert canonicatum ecclesiae Aretin. et praebendam ejusd. ecclesiae primo vacaturam ipsi reservat. „Vitae ac morum“ (Sadol. | Colardi. Balbus | Salvius. Coll. H. de Cesis) L. 995 f. 135.

2. Dec. (IV. Non. Dec.) — In Consistorio decernitur de cantandis lectionibus in nocte natalitia per Cardinales et de retinenda consuetudine de Missis cantandis per Papam[1] et de Missis cantandis per Cardinales episcopos[2] (P. de Grassis f. 71, b).

— — — (5568) Michaelam Mariam Sfortiam monialem monasterii S. Monicae Cremonen. O. S. A. petentibus Margareta de Cadaunisiis abbatissa et conventu monasterii S. Vincentii Lauden. O. S. B., praedictae abbatissae senio confectae coadjutricem deputat. „Sollicitae considerationis indagine“ (Colotius | Cheminart. Aloys. | Bernard. Coll. Attan.) L. 1014 f. 205.

— — — (5569) Aegidio de Sancto Exuperio alias de Mirmonte baccal. in decr. Praeposito Praepositurae de Favarcio Tutellen. dioec. commendat ecclesiam paroch. de Marsilhico Lemovicen. dioec., de qua alias ipsi non rite ordinaria auctoritate erat provisum. „Literarum scientia“ (Evangel. | Cheminart. Aloys. | Casanova. Coll. Attan.) L. 1011 f. 255, b.

— — — (5570) Jacobo Canta cler. Asten. secretario Laurentii Electi Feltren. confirmat nominationem in canonicum eccles. B. M. V. de la Scala Mediolan. factam per Maxim. Ducem Mediolan. et dictos canonicatum et praeb., quam primum vacaverint, ipsi confert. „Vitae ac morum“ (Gratiadei | Marciaci. | Balbus. Coll. Amerin.) L. 1027 f. 72 (P. de Cesis | de Gais. Coll. Bucan.) L. 1001 f. 3.

— — — (5571) Johanni Le Baron paroch. ecclesiam S. Aragondae de Arconcey Baiocen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Carrotius | Bertin. Gomiel | Madrigal. Coll. Attan.) L. 1005 f. 109.

— — — (5572) Albertum ex Marchionibus Brandenburgen., fratrem german. Joachim Marchion. Brandenb. S. R. I. Principis Electoris, ecclesiae Magdeburgen. eum praefecturus ad cautelam a censuris absolvit. „Apostolicae Sedis consueta clementia“ (Bregeon. Nardinus) Arch. Lat. tom. 3 f. 111, b.

— — — (5573) Eundem in 24. aetatis suae anno et in presbyteratus ordine constitutum ecclesiae Magdeburgen. Ernesti archiepiscopi obitu vacantis, „cujus archiepiscopus pro temp. existens totius Germaniae Primas existit“, administratorem deputat, donec 27. annum attigerit, et deinde eum dictae eccl. praeficit in archiepisc. et pastorem. „Onerosa pastoralis officii“ (Bregeon) Arch. Lat. tom. 3 f. 105, b.

— — — (5574—5577) Pro eodem scribit a) Capitulo ecclesiae Magdeburg., necnon b) clero et c) populo civit. et dioec. Magdeburgen. ac d) vasallis dictae ecclesiae. „Hodie dil. filium Albertum.“ Arch. Lat. tom. 3 f. 107 seq.

---

[1] Ter in anno, in die Natali D. N. J. C., in die Resurrectionis et in festo Apostolorum Petri et Pauli.

[2] In diebus Circumcisionis, Epiphaniae, Coenae Domini, Ascensionis, Pentecostes et omnium Sanctorum.

1513.

2. Dec. (IV. Non. Dec.) Romae apud S. Petrum — (5578) Eundem Maximiliano in Imperat. Electo commendat. „Gratiae divinae praemium.“ Arch. Lat. tom. 3 f. 108.

— (5579) De eodem scribit episcopis suffraganeis, ut tamquam membra capiti ipsi obedientiam et reverentiam exhibeant. „Hodie dil. filium“ (Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 108, b.

— — — (5580) Episcopis Lubicen. et Brandenburgen. mandat, ut ab eodem fidelitatis iuramentum recipiant. „Cum nos hodie“ (Bregeon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 112, b.

— — — (5581) Eidem concedit, ut 27. annum adeptus consecrationem suscipere dictamque ecclesiam ut archiepisc. regere valeat, non obstante defectu aetatis. „Divina supereminens largitas“ (Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 110.

— — — (5582) Vicario gener. episcopi Tullen. mandat, ut Claudio Waricii presb. oppidi de Novocastro Tullen. dioec. litigiosam ecclesiam paroch. S. Eliphii loci de Punereto dictae dioec., quae de jure patronorum laicorum nobilium existit et obitu Benigni Husseneti vacat, conferat, si per eventum litis ipsi constiterit, neque ipsi Claudio neque Desiderio Guillermi, qui pro clerico se gerit, jus ad eam competere. „Vitae ac morum“ (Armellin. | De Liazariis. Ingenwinckel. | Verd. | Coll. Attan.) L. 1050 f. 175.

— — — (5583) Guidoni de Channireyo rectori paroch. ecclesiae Ambromaci Lugdunen. dioec. commendat monasterium Albaeripae Cistercien. Ord. Lingonen. dioec.[1] a monasterio Claraevallis Ord. et dioec. praedict. dependens. „Romani Pontificis“ (A. Melfit. | Suno. Baena | A. de Castillo. Coll. Attan.) L. 1004 f. 173, b.

— — — (5584) Francisco Boycol rectori paroch. ecclesiae S. Stephani de Javerlhaco Lemovicen. dioec. absolutionem a censuris praevia Conciliabuli Pisani abjuratione concedit ac paroch. ecclesias S. Stephani praedictam et B. *Mariae* Burgi de Salaignaco ejusd. dioec. confert, quas insimul juris ignarus nulla dispensatione suffultus assecutus erat. „Sedes Apostolica“ (Evangel. | Mendoz. Coll. Attan.) L. 1036 f. 41, b.

— — — (5585) In favorem Pellegrinae Baronessae de Castrofranchi viduae nobilis Petri Fusculi de Castrofranchi Motonen. (in prov. Patracen.) dioec., quae cum tribus filiis et una filia a Turcis in captivitatem est abducta et postea cum duobus filiis, ejus filia et uno filio in captivitate remanentibus, est remissa, ut pro summa 300 duc. largorum illorum redemptionem procuraret, fidelibus pro dictis captivis eleemosynas elargientibus indulg. concedit. „Creator omnium Deus“ (Gratiadei | Campania) Arch. Lat. tom. 2 f. 107.

— — — (5586) Jacobo Gallaut rect. paroch. ecclesiae de Somieygo Turonen. dioec., quem Leonellus episc. Concordien. tunc in humanis agens et in regno Franciae S. Sedis nuntius „integer vir et catholicus Praelatus ab omnibus eum cognoscentibus reputatus“ clericali charactere insignivit, declarat, de facultate ipsius episcopi id faciendi non esse dubitandum et collationes Jacobo factas esse validas. „Vitae ac morum“ (Evang. C. de Liazariis. Ingenw. | Cheminart. Coll. P. de Roma) L. 1205 f. 763, b.

— — — (5587) Christophoro de Suchten Mag. in art.[2] confert Praesituram ecclesiae Warmien. resignatione Johannis Conarschii vacantem. „Literarum scientia“ (Colotius | Gratis pro script. Colardi | Marciaci | Coll. de Narnia) L. 997 f. 240. Ed. *Theiner*, Mon. Polon. tom. II p. 348 n. 374.

— — — (5588) Johanni Guerardi confert ecclesiam paroch. loci de Serrieres Meten. dioec., quae de iure patronatus laicorum scil. nobilium virorum Joh. de Baude Militis et Henrici de Guermauges ac Theodorici des Armeses scutiferorum domicellorum dictae vel alterius dioec. existit ac resignatione Jacobi de Ladague vacat. „Vitae ac morum“ (Sadolet. | Colardi | Gomiel | De Comitibus. Coll. H. de Cesis) L. 1012 f. 45. Id. L. 994 f. 11.

— — — (5589) Bartholomaeo Ferratino[3] cler. Amerino, Brevium ap. scriptori, confert indultum quoad beneficia. G. D. et F. (Armellin. | Gratis pro script. Brev. Suno. Baena. | Vega. Coll. Amerin.) L. 1003 f. 32, b; L. 1016 f. 230, b (ubi Coll. Attan.)

— — — (5590) Roberto Hurault Cantori eccl. Eduen., Lic. in decretis, commendat Prioratum B. Johannis Evang. de Barro O. S. A. Eduen dioec., quem Stephanus Faulquier olim abbas monasterii S. Stephani de Divione dicti Ord. in commendam, dum viveret, obtinebat, juxta concordem canonicorum ipsius Prioratus postulationem. N. G. (Cotini) L. 994 f. 4.

— — — (5591) Johanni Mabit fam. suo confert paroch. ecclesiam de Getineyo Nanneten. dioec. G. F. (Evangel. | Grat. de mand. S. D. Marciaci | Verdes. Coll. Donat.) L. 1045 f. 238.

— — — (5592—5593) Incolis et habitatoribus Comitatus Venaissini confirmat privilegia a praedecessoribus concessa statuitque, ut perpetuo per unum proprium rectorem, a gubernio civitatis Avenionen. omnino distinctum, a S. Sede deputandum in temporalibus justi-

[1] *Janauschek* p. 44 n. 109. Auberive D. Langres.
[2] Theiner falso legit: Christ. de Luchten.
[3] L. 1016 f. 230, b legitur Barthol. Cerantino.

1513.

tiae ministerium criminaliter et civiliter ac mixtim concernentibus regantur et gubernentur. A. P. R. M. „Romanus Pontifex.“ Praeposito Insulae Cavallicen. dioec., Sacristae Carpentoraten. ac Cavallicen. Officiali demandat executionem et publicationem. „Hodie a Nobis emanarunt“ (Evangel. | L. de Bertinis. Gomiel | De Comitibus. Coll. Attan.) L. 1004 f. 4; f. 9.

2. Dec. (IV. Non. Dec.) — Romae apud S. Petrum — (5594) Johanni Cartier presb. permutationis causa alteram ex duabus capellaniis ad altare S. Georgii situm in eccl. Cenomanen. resignanti confert canonicatum et praeb. ecclesiae Cenomanen. a Michaele Cartier pariter dimissos. „Apostolicae Sedis“ (Colot. | Bertin. Gomiel. | Valleol. Coll. Attan.) L. 1033 f. 39. Idem L. 1000 f. 280, b.

— — — (5595) Supplicationem Andreae de Menghis, civis Forolivien., in qua petit licentiam unum canalem ex aqua transeunte per dictam civitatem faciendi, mittit manu sua signatam Gubernatori civitatis Forolivien. eique mandat, ut vocatis vocandis ad illius executionem procedat juxta eius continentiam et signaturam. „Mittimus tibi supplicationem“ (A. Colotius) Brev. Lat. tom. 1 f. 39, b.

— — — (5596—5597) Claudio Doffonel Mag. in artibus confert paroch. ecclesiam de Onimval et Warguerne Ambianen. dioec. a Nicolao Prevost resignatam. „Literarum scientia“. B. Mariae de Ango et de Tresport Rothomagen. dioec. monasteriorum abbatibus ac Officiali Ambianen. executionem committit. „Hodie dilecto filio“ (F. Bregeon. A. de Alvarottis | Add. IV Id. Januar. Nardin.) Arch. Lat. vol. A f. 63; f. 64, b.

— — — (5598) Cum Gregorio de Rena super defectu natalium dispensat, ut legitima aetate ipsi suffragante ad omnes etiam sacros ordines promoveri et quodcunque beneficium recipere valeat. „Laudabilia tuae puerilis aetatis indicia“ (O. de Cesis. | Nardinus) Arch. Lat. vol. A f. 277, b.

— — — (5599—5600) Johanni Electo Armachan. (n. 5070) scribit de Pallio per Mag. Aloysium de Gibraleon script. instanter postulato et per ipsum Aloysium destinando. „Cum Pallium insigne videlicet plenitudinis.“ Episcopis Londonien. et Wintonien. mandat, ut a Johanne Electo Armachan debitae fidelitatis juramentum recipiant et Pallium ipsi assignare curent. „Cum Pallium“ (P. de Castello | Nardinus) Arch. Lat. vol. A f. 296; f. 296 f.

— — — (5601) Abbatissae et conventui monialium monasterii S. Mariae Magdalenae in suburbiis Novarien. O. S. A. regularis observantiae, quae sub perpetua clausura et sub cura monachorum Heremitarum S. Hieronymi Ord. monachorum ejusd. Hieronymi regularis observantiae Altissimo famulantur, concedit, ut omnibus et singulis privilegiis, immunitatibus et indultis monachis et Ordini monachorum hujusmodi regularis observantiae concessis et concedendis gaudeant. A. P. R. M. „Sincera fervensque devotio“ (A. de Severino | Nardinus) Arch. Lat. tom. 23 f. 53, b.

— — — (5602) Jacobo Terasiano confert ecclesiam paroch. de Paceyo Redonen. dioec. cessione Joh. Buffe vacantem. „Vitae ac morum“ (Castilon. | Marciaci. Corbinus. A. de Castillo. Coll. Amerin.) L. 1053 f. 185.

— — — (5603) Martino de Spinosa causarum S. P. auditori mandat, ut canonicatum et praeb. et, quae de iure patronatus laicorum esse asseritur, abbatiam de Teverga ecclesiae Oveten. ac quandam capellaniam in eadem ecclesia Alphonso de Cuerno cler. Oveten. et familiari Pontif. conferat, si ipsi per eventum litis nemini esse jus quaesitum constiterit. G. F. (Evangel. | Grat. de mand. S. D. Gomiel. Milanesius | Mendes. Coll. Donatus) L. 1054 f. 139.

— — — (5604) Dominicum de Corvaria presb., Ord. Praedic. professorem, ut literae sequentes suum sortiantur effectum, ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis circumspecta benignitas“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 12 f. 138.

— — — (5605) Ecclesiae Sabasten. (Sebasten.) obitu Georgii episcopi Sabasten. vacanti, in cujus civitate et dioec., quamvis in partibus infidelium existat, quamplures clerici et laici fideles inhabitant, quam Pontifex Georgio episc. adhuc eidem eccl. praesidente dudum suae dispositioni specialiter reservavit, praefatum Dominicum de Corvaria, qui in dicta ecclesia, prout juravit, residere intendit, praeficit in episc. et pastorem. „Apostolatus officium“ (Supra: Benzon) Arch. Lat. tom. 12 f. 137.

— — — (5606) Populo civitatis et dioec. Sabasten. nuntiat hanc provisionem mandans, ut Dominicum Electum Sabasten. reverenter recipiant eique obedientiam debitam exhibeant. „Hodie ecclesiae“ (Infra: Nardinus) L. c. f. 138.

— — — (5607) Richardo Amyot Priori Prioratus B. Mariae de Parco Haricuriae Ordinis Vallis scholarium sub regula S. Aug. Ebroicen. dioec. et Mag. in theologia indultum quoad beneficia concedit. „Religionis zelus“ (P. Lambertus | Nardinus) Arch. Lat. vol. A f. 293, b.

3. Dec. (III. Non. Dec.) — — (5608) Julius II., postquam monasteria S. Bartholi extra muros Ferrarien. Cisterc. Ord. et S. Salvatoris de Septimo ejusd. Ord. Florentin. dioec. unam Congregationem S. Salvatoris de Septimo seu Tusciae nuncupatam constituentia invicem sunt unita et deinde

1513.

praefata et altera dicti Ordin. Lombardiae Congregationes etiam invicem unitae et in Congregationem S. Bernardi in Italia sunt creatae seu erectae [1], dictum monasterium S. Bartholi dismembravit et Petro tit. S. Eusebii presb. Cardin. in commendam dedit; inter ipsum et abbatem et conventum S. Bartholi et Congregationem S. Bernardi dictam lis oriebatur super administratione monasterii S. Bartholi. Cum Cardinalis duas conformes sententias pro se reportasset, Congregatio ad S. Sedem appellavit. Leo X. de bono jure ejusd. Cardinal. certam notitiam habens liti finem imponit statuens, ut Petrus Cardin. monasterium S. Bartholi in commendam retineat, sed olim abbatem et conventum, praesidentem, visitatores aut Congregationem S. Bernardi dictam ob fructus perceptos, vel sequestratos et exactos non molestet, exceptis 200 duc. ab istis Cardinali solvendis, ut bona mobilia ad monachorum usum deputata non removeantur, ut scripta ab archivio nisi ad requisitionem Cardinalis dicti non asportentur et postmodum restituantur in pristinum locum. A. F. R. M. „Decet Romanum Pontificem“ (P. de Senis. | *Visa:* Colardi | Copis. Coll. Attan.) L. 996 f. 271, b.

3. Dec. (III. Non. Dec.) Romae apud S. Petrum — (5609—5610) Congregationi S. Bernardi in Italia praedictae concedit jus regrediendi ad praefatum monasterium S. Bartholi extra muros Ferrarien. Cisterc. Ord. cedente vel decedente dicto Petro tit. S. Eusebii presb. Card. ejus commendatario. A. F. R. M. „Admonet Nos“ (Melfit. | Enckenw. De Radicibus | Cabredo. Coll. B. de Alexandris). Executionem committit vicariis gener. episcoporum Bononien., Ferrarien. ac Faventin. „Hodie emanarunt“ (Script. iidem) L. 1066 f. 130; f. 132.

— — — (5611) Cum Julius II. communitati Viterbii officium damnorum datorum pro fabrica et reparatione palatii Priorum dictae civitatis concessisset et appropriasset, communitas praedicta officium hujusmodi Griffono de Astancillis (al. Asdancollis) de Tuderto certo pretio locavit; hanc locationem eidem Griffono, qui dictum officium laudabiliter exercuit, confirmat. „Cum sicut Nobis exponi fecisti“ (J. Sadol.) Brev. tom. 2 n. 90; tom. 30 p. 142.

— — — (5612) Antequam Collegium Camerae apost. clericorum et praesidentium ad numerum septem reduceretur [2] et postea dicti clerici in recompensationem laborum, quos sustinebant, praeter alia emolumenta ex Pontificum concessione habebant *devolutum* nuncupatum ad rationem 4 duc. pro quolibet centenario integrae taxae. Quamvis moderni septem clerici in pacifica possessione juris percipiendi dictum *devolutum* existant, „Nos tamen, qui semper desideravimus . . . erga venientes ad Nos et Rom. Curiam in alleviandis oneribus et solutionibus Nos benignos reddere et sine alicujus praejudicio dexteram Nostrae liberalitatis extendere gregi itaque commisso et dictis clericis pariter prospicere volentes motu proprio . . . jus exigendi dicta *devoluta* extinguimus eorumque exactionem, quod si pro una ac eadem ecclesia seu monasterio pro eadem persona durante dicta vacatione literae diversae sub una et eadem seu diversis datis pluries expedirentur, ultra quam semel minuta servitia capiant, dictis clericis de cetero perpet. futuris temporibus inhibemus. Et nihilominus dictis septem clericis . . . in recompensationem dicti *devoluti* . . . ducat. tres pro quolibet centenario communium et annatarum etiam perpet. futuris temporibus eis vel eorum receptori et exactori solvendos concedimus . . ., adeo, ut liceat eis dictos duc. tres auri pro centenario, ut praemittitur, ante et post restitutionem literarum exigere et exigi facere, prout eis videbitur, sitque dicta portio massa communis dictorum septem clericorum una cum aliis consuetis emolumentis.“ — „Licet dudum antequam Collegium“ (Coll. Narnia) Div. Cam. tom. 63 f. 156; Copia in Arch. Castell. S. Angeli Arm. III. caps. 1 n. 25.

— — — (5613) Pandulfo de la Casa et sociis Dochaneriis Ripae et Ripettae almae Urbis praecipit, ut juxta formam capitulorum in conductione celebratorum Alexandro de Neronibus domus suae Magistro vel ei, qui ab eo mandatum habet, durante dicta conductione ad triennium facta (cujus triennii unus annus propemodum jam lapsus est) singulis mensibus 1500 duc. de carlenis 10 pro duc. quolibet in totidem Juliis ad rationem Juliorum 10 pro singulis 13 carlenis necnon singulis tribus mensibus pecuniarum quantitatem, quae pro stipendio armigerorum S. R. E. juxta eadem capitula solvenda est, persolvant. M. P. „Dilectis filiis Pandulfo de la Casa et sociis . . . praecipimus et mandamus.“ Div. Cam. tom. 63 f. 176, b.

— — — (5614) Episcopis Cavallicen. et Faventin. et vicario gener. archiepiscopi Duracen. mandat, ut Progono Calasi de Camiocarpano presb. Duracen. dioec. paroch. ecclesiam *archipresbyteratum* nuncupatam S. Domitrii de Plumbeo dictae dioec. ipsi non rite collatam conferre curent. „Vitae ac morum“ (O. de Cesis) | Grat. pro Deo. Add. Non. Januar. a. I. Nardinus) Arch. Lat. vol. A f. 300, b.

[1] Vide *Janauschek* tom. I p. LXI. LXVIII.

[2] Id statuit Eugenius IV. a. 1438 Const. *Inter cetera* Bull. ed. Taur. tom. V p. 32.

1513.

3. Dec. (III. Non. Dec.) Romae apud S. Petrum — (5615) Alberto Electo Magdeburgen. concedit, ut 27. annum adeptus a quocunque maluerit catholico antistite consecrari possit. „Cum Nos pridem“ (F. Bregeon. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 111.

4. Dec. — Dom. II. Advent. Celebrat Patriarcha Alexandrinus [1].

(prid. Non. Dec.) — (5616) Andreae Carillo cler. Albulen. pensionem annuam super fructibus paroch. ecclesiae S. Catharinae oppidi de Vannos et paroch. ecclesiae loci de Guargueia Placentin. dioec. assignat. G. F. (Carrotius | Grat. de mand. S. D. de Bertin. Gomiel | Verdes. Coll. S. de Spol.) L. 1002 f. 238, b.

— — — (5617) Ludovico de Carvajal canonico Palentin. Licent. in decret., Bernardini episc. Sabinen. fratri consobrino, indultum quoad beneficia concedit. „Nobilitas generis“ (Castilioneus | Gratis de mand. S. D. Millin. Cabredo) L. 1206 f. 36, b.

— — — (5618) Willelmo Buteel confert capellaniam *honoris* nuncupatam ad altare majus eccl. B. M. Curtracen. Tornacen. dioec. „Vitae ac morum“ (J. B. Nasius | Suno. Baena | A. de Castillo. Coll. S. de Spol.) L. 1007 f. 237.

— — — (5619) Hieronymo de Villodas cler. Calaguritan. fam. suo pensionem annuam super fructibus unius ex duabus capellaniis ad altare B. Mariae Antiquae situm in paroch. ecclesia ejusd. B. Mariae de Palatio loci de Logroño Calaguritan. dioec. cum jure accedendi seu ingrediendi ad dictam capellaniam concedit. G. F. (J. de Lerma | Grat. de mand. Milanesius | F. de Vega. Coll. H. de Cesis) L. 1163 f. 214.

— — — (5620) Ad instantiam Joh. Augustini Guastoni laici Placentin., qui exposuit se a Vicegubernatore civitatis Placentin. nullis legitimis indiciis praecedentibus occasione praetensi homicidii in personam quondam Jacobi Anguisole al. Anguisciolae perpetrati esse incarceratum, eidem Vicegubernatori mandat, ut in dicta causa una cum Praetore civit. Placentin. conjunctim procedat et fine debito istam causam terminet. „Exponi Nobis nuper fecit“ (F. Armellinus) Brev. tom. 2 n. 91; tom. 30 f. 143.

5. Dec. (Non. Dec.) — (5621) Oratori reipublicae Florentinae apud christianissimum Regem. Cum Ludovicus Francorum Rex Pontifici promiserit curaturum se, ut Leonardo tit. S. Susannae presb. Card. Agennen. fructus, quos officiales ejus tempore Julii II. ex episcopatu Agennen. perceperunt, restituantur, praefatum Oratorem hortatur, ut nuntiis dicti Cardinalis, quoties ab iis requiratur, omnem operam impertiat. „Promisit superioribus mensibus“ (Sadolet.) Brev. tom. 2 n. 92; tom. 30 f. 145.

— — — (5622) Ludovicum Francorum Regem hortatur, ut quod verbo promisit, re ipsa praestare velit et fructus ex episcopatu Agennen., qui per ejusd. Regis officiales percepti sunt, praefato Cardinali restituendos curet. „Incredibiles Nobis gratias egit dil. filius noster Leonardus“ (Sadolet.) Brev. tom. 2 n. 93; tom. 30 f. 146.

— — — (5623) Petro Dumaz (Ind. Dumays) confert ecclesiam paroch. S. Maclovii sive S. Macuti de Sanavilla Rothomagen. dioec. „Vitae ac morum“ (Ph. de Senis | Cheminart. Aloys. | Valleoleti. Coll. H. de Cesis) L. 1016 f. 183.

— — — (5624) Reginaldo Gillot cler. Trecen. dioec., Leonardi Valtrini script. familiari, concedit pensionem an. super fruct. paroch. ecclesiarum de Castris supra Mozellam et de Amantia Tullen. dioec., quas Claudius Gerleti Cantor ecclesiae Tullen. obtinet. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Grat. p. fam. script. Suno | Verdes. Coll. F. de Attan.) L. 1022 f. 278.

— — — (5625) Jacobo de la Riviere presb. Biturícen. dioec. commendat Prioratum S. Nazarii de Andilhy les Marays Cluniacen. Ord. Xanctonen. dioec. a Joh. Gastineau notar. resignatum. „Vitae ac morum“ (Melfit. | Marciaci. Corbinus | De Gais. Coll. Donatus) L. 1037 f. 301.

— — — (5626) Mathurino Martini Subpriori Prioratus S. Cosmae de Insula prope Turonis O. S. A. commendat Prioratum S. Stephani de Columberiis O. S. A. Turonen. dioec. ab Einardo seu Emerico Gouffier archidiacono Magni Carleti in eccl. Rothomagen. resignatum. „Religionis zelus“ (Infra: De Bertinis | Valleol. Coll. Attan.) L. 1001 f. 199.

— — — (5627) Johanni de Messey Eleemosynario monasterii S. Petri de Flavigneyo O. S. B.

[1] „Comparuit quidam magnus et nobilis Alemanus totus in mollibus vestitus et torquatus, quem intellexi esse Oratorem Marchionis Brandenburgen. . . . rejeci eum dicens, non licere cuiquam ingredi capellam aut se miscere cum Oratoribus . . . nisi de consensu Papae sic mandantis aut de licentia et ductu Mag. caeremoniarum, ut sic detur illi talis locus conveniens suae conditioni. Itaque quaesivi a Papa, an haberet eum pro Oratore, qui posset sedere cum aliis Oratoribus et annuit, quod sic; dixi autem Papae hos tales non debere admitti, nisi prius praestent obedientiam aut promittant, quod quanto citius poterunt praestabunt Pontifici novo, et Papa mihi innuit, quod eidem Oratori hoc dicerem, quod feci; promisit se facturum, ut ei dixi. Itaque locavi Oratorem praedictum in loco et sessione Oratorum aliorum, cui cum non velle cedere videretur Dux Mediolan., significavi ipsi, quod cederet, quia etiam alii omnes Oratores Archiducum et Principum cedunt exceptis regalibus; nam hi Oratores Electorum immediate subsunt regalibus . . . et dedi Oratori novo caudam Papae ferendam et referendam in capellam.“ Paris de Grassis f. 72, b.

1513.

Eduen. dioec.[1] commendat paroch. ecclesiam de Druya Antissiodoren. dioec., quam quondam Philibertus Symon monachus monasterii S. Joh. Remen. O. S. B. Lingonen. dioec., dum viveret, in commendam obtinebat. „Religionis zelus“ (A. Melfit. | J. Cheminart. Aloys. | J. de Madrigal. Coll. Attan.) L. 1046 f. 205.

6. Dec. (VIII. Id. Dec.) Romae apud S. Petrum — Festo S. Nicolai P. C. post finitam Missam per ordinarium capellanum peractam quatuor ordines minores confert novitiis Cardinalibus de Medicis, de Bibiena et de Cibo. (P. de Grassis f. 73, b.)

— — — (5628) Confirmat conventionem inter Bartholomaeum de Sorrangue cler. Parmen. dioec. et Eustachium episc. Sancturinen.[2] initam, qua Eustachius episc. Prioratum B. M. de Combaromalle al. de Comberomalle Ord. Grandimont. Ruthenen. dioec. Prioratui S. Michaelis Ord. et dioec. praedict. sibi commendato perpetuo unitum cum reservatione pensionis sibi solvendae dicto Bartholomaeo concessit. „His quae pro personarum ecclesiasticarum“ (J. Sadolet. | Colardi. Draco | P. Cotini. Coll. H. de Cesis) L. 997 f. 98.

— — — (5629) Maximo de Spoleto canonico Viterbien. commissario suo super conducendis lignis necessariis pro fabricis suis deputato concedit facultatem ligna incidendi et incidi faciendi in quibuscunque silvis ad se et Cameram apost. pertinentibus et ea conducendi et conduci faciendi ad dictas fabricas per quaecunque loca, portas et pontes sine ullae gabellae solutione. „Quoniam deputavimus te“ (Prob. Sadol.) Brev. tom. 41 p. 29.

— — — (5630) Dilectis filiis . . . Cum Pontifex de archipresbyteratu ecclesiae S. Jacobi Montis Orcelli Bobien. dioec. resignatione Josephi Cusani cler. Mediolanen. vacante Gabrieli Palate cler. Parmen. familiari suo, quem ob egregias ipsius virtutes et fidelia ac accurata obsequia nob. viro Juliano de Medicis impensa paternae charitatis affectu prosequitur, providisset, Lactantio . . . canonico Parmen. commisit, ut possessionem dicti archipresbyteratus ac illius fructus et proventus caperet et conservaret, quousque praefatus Gabriel post bullarum expeditionem possessionem apprehenderet. Mandat, ut eundem Lactantium, quominus commissionem sibi demandatam exequatur, impedire desistant; hortatur, ut eidem Lactantio, quoties opus fuerit, opera, favore et auctoritate sua assistant. „Licet alias de archipresbyteratu“ (J. Sadolet.) Brev. tom. 30 p. 148; tom. 2 n. 95.

— — — (5631—5632) Petro Dorigni paroch. ecclesiam de Damiemoyne (al. Donnemoyne) Lingonen. dioec. a Firmino Aszolez resignatam confert. „Vitae ac morum.“ Andream Vernis Matisconen., Emedeum Yodon Regien. et Nicolaum Arbaleste Antissiodoren. ecclesiarum canonicos nominat executores. „Hodie dilecto filio“ (Joh. Copis. A. de S. Severino | Nardinus) Arch. Lat. tom. 23 f. 193; f. 194, b.

— — — (5633) Johanni de Rabestan concedit alteram portionem paroch. ecclesiae per duos rectores regi solitae B. Mariae de Fongereyo Andegaven. dioec. obitu Johannis Burgault vacantem et ipsi alias non rite concessam. „Vitae ac morum“ (P. Cesis | Liazariis. Ingenwinckel | Cheminart. Coll. Attan.) L. 1037 f. 15.

7. Dec. (VII. Id. Dec.) — (5634) In favorem Guillermi Raimundi de Vich archidiaconi de Xativa in ecclesia Valentin. archidiaconatum de Alpont in eccl. Segobricen. et unum perp. simplex benef. sub invocat. omnium SS. in eccl. Valent. archidiaconatui de Xativa, quamdiu eum Guillermus obtinuerit, unit et annectit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Colotius | Grat. de mand. Suno. De Baena | Verdes. Coll. Narnia) L. 1022 f. 38.

— — — (5635) Petro Ranel presb. confert ecclesiam paroch. S. Margaritae de Cisternis Claromonten. dioec. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Suno. Baena | Madrigal. Coll. Bucan.) L. 1010 f. 9, b.

— — — (5636—5637) Bartholomaeo episcopo Iustinopolitan. officium auditoriatus seu audientiae literarum contradictarum resignatione Francisci episcopi Bisignanen. vacans concedit. „Exigentibus meritis tuae devotionis.“ Sixto tit. S. Petri ad vincula presb. Card. S. R. E. Vicecancellario mandat, ut eum ad dictum officium ejusque liberum exercitium necnon honores, onera et emolumenta consueta faciat admitti. „Hodie venerabili fratri Nostro“ (G. de Prato. J. Danielo | Grat. p. script. archivii. Nardinus) Arch. Lat. tom. 23 f. 367, b; f. 368.

8. Dec. (VI. Id. Dec.) — (5638) Johanni Danglara confert paroch. ecclesiam sive perp. vicariam de Sitibus Convenarum dioec. (Cominges). „Vitae ac morum“ (A. Colotius | Cheminart. Aloys. | P. Cotini. Coll. Attan.) L. 1004 f. 124, b.

— — — (5639) Alfonso de Pliego notar. et fam. suo canonicatum Abulen. et archidiaconatum Segobien. ecclesiarum confert, et, si litigiosi sint, eum in omne jus surrogat, quod resignantibus Francisco de Royos ad canonicatum et Alfonso de Royos ad archidiaconatum dictos competebat. G. D. (Armellin. | Grat. de mand. S. D. Colardi | Casanova. Coll. H. de Cesis) L. 995 f. 123.

---

[1] St. Pierre de Flavigny près de Sainte Reine d'Autun. Cf. Gallia christ. tom. 4 p. 454 seq.

[2] Santorin in archipelago Graeco. Nonnulli episcopi latini noti sunt. Vide *Le Quien*, Or. chr. III p. 1007 seq. *Moroni* tom. 61 p. 79. Hunc Eustachium neque *Gams* p. 409 noverat.

1513.

8. Dec. (VI. Id. Dec.) | Romae apud S. Petrum | (5640) In favorem Stephani Gabrielis Electi Baren. (n. 2504 seq.) archidiaconatui de Baera in eccl. Giennen., quamdiu eum obtinuerit, canonicatum et praeb. dictae eccl. unit. A. F. R. M. „Rom. decet Pontificem“ (Evangel. | J. de S. Joh. Coll. Attan.) L. 1002 f. 274.

— — | — | (5641) Episcopis Militen. et Cavallicen. et Officiali Valentinen. mandat, ut Laurentium tit. IV. Coronatorum presb. Card. in possessionem canonicatus et praeb. eccl. Segobricen. et quarumdam paroch. ecclesiarum Segobricen. et Albarazinen. dioec. necnon cujusdam beneficii in ecclesia Valentin. inducant. „Ad personam dilecti filii“ (Infra: *Visa:* Colardi | Verdes. Coll. H. de Cesis) L. 1007 f. 225.

— — | — | (5642) Adae Moneri familiari Petri Marciaci scriptoris ap. confert canonicatum et praeb. ecclesiae Bisuntin. per obitum Guillermi Rigoleti et deinde per cessionem Claudii Mocheti vacantes et indultum quoad beneficia concedit. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Grat. p. fam. script. Balbus | Balandrin. Coll. S. de Spol.) L. 1024 f. 51.

— — | — | (5643) Johanni Jonenneaulx Prioratum de Branis O. S. A. Cenomanen. dioec. confert. „Apostolicae Sedis“ (Evangel. | De Bertinis. Gomiel. | Cyprian. Coll. Attan.) L. 1005 f. 312.

— — | — | (5644) Archiepiscopo Regin. et episcopo Troiano ac Praeceptori domus B. Mariae de Mercede oppidi de Logroño Calaguritan. dioec. mandat, ut assignent Didaco de Mansilla cler. ejusd. dioec. episcopi Cavallicen. familiari integram portionem fructuum paroch. ecclesiae oppidi de Viguera dictae dioec., in qua eccl. certus numerus beneficiatorum non existit, sed fructus clericis filiis patrimonialibus ejusdem ad decantandum Epistolam et Evangelium dividi consueverunt, cum Didacus Lupi de Arronez perceptioni talis portionis renuntiet. „Vitae ac morum“ (P. Blondus | Grat. p. fam. script. Colardi | Gerona. Coll. H. de Cesis) L. 1021 f. 145, b.

— — | — | (5645) Mauritio Gerardi canonico monasterii S. Antonii de S. Antonio O. S. A. Viennen. dioec.[1] baccal. in decr. commendat Prioratum S. Maxentii de Vancio O. S. B. Malleacen. dioec. „Religionis zelus“ (P. de Cesis | Suno. Baena | A. de Castillo. Coll. Attan.) L. 1021 f. 206.

— — | — | (5646) Johanni Mabit fam. suo confert capellaniam ad altare S. Michaelis situm in eccles. B. M. Nanneten. G. F. (Armellin. | Grat. de mand. S. D. C. de Liazariis | A. de Verdesotto. Coll. H. de Cesis) L. 1056 f. 275.

— — | — | (5647) Artando de Bonofonte canonico ecclesiae Anicien. Licent. in U. J. indultum quoad beneficia concedit. „Literarum scientia“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. vol. A f. 169.

— — | — | (5648) Johanni Beanguayne rectori paroch. ecclesiae S. Remigii de Rischecourt Laudunen. dioec. Mag. in artibus concedit simile indultum. „Literarum scientia“ (Lambertus | Barotius) Arch. Lat. tom. 16 f. 285.

— — | — | (5649) Johanni Marcault confert paroch. ecclesiam S. Martini du Charmel Suessionen. dioec. „Vitae ac morum“ (Blondus | Madrigal. Aloysius | De S. Johanne. Coll. B. de Alexandris) L. 1079 f. 4, b.

9. Dec. (V. Id. Dec.) | — | Mane omnes Cardinales ad monasterium S. Mariae de Populo convenerunt et novum Cardinalem Gurcensem ad Consistorium pro ejusdem Cardinalis admissione conduxerunt[2]. Paris de Grassis f. 76.

— — | — | (5650) Pro parte Ferdinandi Aragoniae et utriusque Siciliae Regis perpetui Administratoris seu Magistri Militiae S. Jacobi de Spata, qui exponebat, statutum Sixti IV, qui ordinaverat sub censuris, ut medietas fructuum unius biennii cujuslibet dictae Militiae Praeceptoriae vacaturae in aedificiorum reparationem domus vacantis impenderetur, effectum non sortiri, nisi per obitum eas obtinentium Praeceptoriae vacent; et cum pro majori parte domus Praeceptoriarum in suis structuris decenter sint reparatae, praefato Regi ejusque successoribus dictae Militiae Magistris concedit, ut dictam medietatem fructuum primum in aedificiorum reparationem, si domus ea indigeat, vel in emptionem bonorum stabilium pro Praeceptoria, quae vacet, prout expedire videbitur, convertere possint. A. P. R. M. „Providus Paterfamilias“ (Benzon | Barotius) Arch. Lat. tom. 9 f. 172, b.

— — | — | (5651) Mag. Johanni de Lerma script. et fam. suo paroch. ecclesiam de Castignalen Ilerden. dioec. confert. G. D. et F. (A. Colot. | Grat. p. Socio. F. de Vega. Coll. Bucan.) L. 1002 f. 173.

— — | — | (5652) Antoniae de Lautrico moniali monasterii de la Sauha al. de Veterimuro O. S. B. Castren. dioec. Prioratum S. Martini de Aurisvallibus O. S. B. Vabren. dioec. commendat. „Religionis zelus“ (P. de Cesis | Suno. Baena | Gomiel. Coll. Attan.) L. 1002 f. 138, b.

---

[1] Cf. p. 50 not. 3 ad n. 917.

[2] „Pompa fuit insignis, nam et 50 muliones habuit, omnes uno habitu ornatos, equos fere 400 unico habitu indutos praeter multos nobiles torquatos ac praeter multos Oratores, qui semper eum comitati sunt.“ P. de Grassis l. c.

1513.

9. Dec. (V. Id. Dec.) Romae apud S. Petrum (5653) Johanni de Marenholte Thesaurariam ecclesiae Halberstaden. resignanti decanatum ejusd. ecclesiae Halberstaden. a Sebastiano de Plato (al. Plate) resignatum confert. „Apostolicae Sedis circumspecta benignitas“ (A. Colotius | L. de Bertin. | P. Marciaci. Coll. H. de Cesis) L. 1000 f. 224, b.

— — — (5654) Francisco de Leage rectori paroch. ecclesiae de Sordonio Aurelianen. dioec. commendat Prioratum conventualem S. Leodegarii in Bosco O. S. B. Suessionen. dioec. a monasterio *B. Mariae Silvae majoris inter duo maria* dicti Ord. Burdigal. dioec.[1] dependentem et cessione Christophori Quetteron presb. Turonen. dioec. vacantem. „Vitae ac morum“ (Evangel. | De Rizonibus. Gerona | Bernard. Coll. Donat.) L. 1040 f. 275; (Evangel. | Marciaci | Bernard. Coll. Attan.) L. 1035 f. 25.

— — — (5655) Episcopo Cavallicen. et archidiacono ecclesiae Lauden. ac vicario gener. episcopi Lauden. mandat, ut Camillo de Canili ecclesiam SS. Cosmae et Damiani Lauden. dioec. conferre curent. „Apostolicae Sedis“ (Armellin. | Balbus | Madrigal. Coll. Cipell.) L. 1023 f. 137, b.

— — — (5656) Mag. Benedicto Balandrino, legum doctori, scriptori et famil. suo, Prioratum Lustriaci O. S. B. Lausanen. dioec. confert. „Apostolicae Sedis“ (J. Carrotius | Gratis pro socio | Tarin. Coll. Attan.) L. 1004 f. 34.

— — — (5657) Sebastiano Bender cler. Argentinen. famil. suo canonicatui et praeb. ecclesiae SS. Apostolorum Colonien. post obitum Joh. Hoel ipsi concessis non confectis literis renuntianti (qui Petro Sultz capellano ad altare SS. Antonii, Cornelii, Huperti et Quirini situm in eccl. S. Martini minor. Colonien. conferuntur) pensionem annuam 20 flor. auri in auro Rhenen. monetae Electorum Imperii super fructibus dictorum canonicatus et praeb. necnon praefatae vicariae assignat et in certum eventum accessum et ingressum ad canonicatum et praeb. et capellaniam dictos concedit. G. F. (Colotius | Grat. de mand. S. D. Suno. Baena | Copis. Coll. Attan.) L. 1005 f. 167, b.

— — — (5658) Franciscum de Franciscis Signoroli Florentin. deputat Barisellum civitatis Spoleti. „Promeretur virtus“ (Sadol.) L. 1211 f. 34.

— — — (5659) Octaviano de Castro famil. suo confirmat et ratificat conventiones et pacta quoad mineras. M. P. „Cum, sicut accepimus, tempore fel. rec. Julii PP. II. praedec. Nostri Praesidentes et clerici Camerae ap. die 15. m. April. 1510 Octaviano de Castro . . quondam Johannis de Castro minerae aluminis Tulphae veteris inventoris nepoti et suis haeredibus et successoribus licentiam et facultatem perquirendi et inveniendi omnes et singulas species minerarum et metallorum, colorum et lapidum quorumcunque in quibuscunque locis et territoriis mediate vel immediate subjectis Sedi Apost. necnon in quibuscunque proprietatibus ecclesiasticis, communitatum, universitatum et particularium existentium, dummodo sine damno evidenti dictorum particularium fieri possit, et illas effodiendi sive effodi faciendi perpetuis temporibus et ligna ad fodinas, mineras et metalla quomodolibet necessaria accipiendi et similiter mineras a quibuscunque aliis inventas, quae tunc non fuerint in usu, effodiendi, verificandi et in usum deducendi cum pacto expresso, quod de quibuscunque mineriis, quae contigerit reperiri et in usum deduci a dicto Octaviano et illius haeredibus et successoribus dicta Camera habere debeat quinque pro quolibet centenario pro duobus primis annis et deinde decimam partem absque detractione aliquarum expensarum perpetuis temporibus ac sub certis aliis pactis . . . concesserint“ (A. Alexandrinus) Div. Cam. tom. 63 f. 215.

— — — (5660) Jacobo de Ayento canonico Praepositurae S. Petri de Ennonio O. S. A. Lemovicen. dioec. concedit pensionem annuam super fructibus Prioratus S. Marcelli O. S. A. Claromonten. dioec., cum omni iuri ad illum cesserit. „Religionis zelus“ (Armellin. | Balbus. Colardi | Suno. Coll. Attan.) L. 1016 f. 313, b.

— — — (5661) Nicolao Roiger Capicerio ecclesiae S. Petri virorum Aurelianen. baccal. in artibus et subdiacono commendat Prioratum S. Flosculi alias B. M. *auratae* prope muros Aurelianen. O. S. A. simul cum annexis beneficiis. „Vitae ac morum“ (Colotius | Bertin. Gomiel | Cotini. Coll. H. de Cesis) L. 1008 f. 33.

— — — (5662) Ludovico Cado confert ecclesiam paroch. S. Hilarii prope S. Florentium Andegaven. dioec. „Vitae ac morum“ (Colotius | Cheminart. | Bernard. Coll. Attan.) L. 1020 f. 56.

— — — (5663) Nardo Bernardini Carrarci, Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. obsequiis insistenti, canonicatum et praeb. ecclesiae Maceraten. ac unam ad S. Claudii in eadem et aliam ad S. Martini in parochiali S. Georgii dictae dioec. ecclesiis sita altaria capellanias confert. G. F. (A. Melfit. | Grat. de mand. B. de Rizonibus. Salvius. Coll. Attan.) L. 1043 f. 182.

[1] N. Dame de Sauve Majeure (entre Dordogne et Garonne) Dioc. de Bordeaux. Gallia christ. tom. 2 p. 866.

1513.

9. Dec. (V. Id. Dec.) | Romae apud S. Petrum | (5664) Johanni Holwell perpetuo vicario paroch. ecclesiae S. Petroci Bedmynye Exomen. dioec. et Mag. in artibus concedit indultum quoad beneficia et residentiam. „Literarum scientia“ (P. Lambertus | Nardinus) Arch. Lat. vol. A. f. 257.

— — | — | (5665) Johanni Wyon perpetuo vicario paroch. ecclesiae de Ocley Lincolinen. dioec. simile indultum concedit. „Vitae ac morum“ (O. de Cesis | Nardinus) L. c. f. 258, b.

— — | — | (5666) Guillelmo Fell rectori paroch. ecclesiae de Thaydon at Mount Londonien. dioec. idem concedit indultum. „Vitae ac morum“ (O. de Cesis | Nardinus) L. c. f. 260.

— — | — | (5667—5668) Cum consensu Bandinelli tit. S. Sabinae presb. Card. pensionem annuam ipsi alias super fructibus tunc monasterii Cistercien., nunc vero domus S. Stephani de Bosco Ord. Carthus. Squillacen. dioec. paulo ante a Pontifice Ordinem Cisterc. inibi supprimente dicto Ordini Carthus. concessae assignatam cassat et extinguit et ejusd. loco ipsi aliam pensionem super fructibus mensae episcopalis ecclesiae Aversan. reservat, quam Aloysius tit. S. Mariae in Cosmedin diac. Card. in commendam obtinet. „Ad personam tuam.“ Episcopos Militen., Cavallicen. et Alexandrin. deputat executores. „Hodie dilecto filio“ (J. Benzon. F. Bregeon | Grat. p. Card. Nardinus) Arch. Lat. tom. 23 f. 54; f. 55, b.

— — | — | (5669) In favorem Johannis de Marenholte (n. 5653) decani ecclesiae Halberstaden. Praeposituram ecclesiae S. Mariae Walbicen. Halberstaden. dioec. a Bernardo Sculteti resignatam dicto decanatui eccl. Halberstaden., quamdiu eum Johannes obtinuerit, unit et annectit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (P. Lambertus | Campania) Arch. Lat. tom. 23 f. 65.

— — | — | (5670—5671) Andrico Berioti presb. Matisconen. U. J. doctori, qui cum Johanne Berioti et Antonio Nizereti super Cantoria ecclesiae S. Nicesii Lugdunen. litigans omni juri ad dictam Cantoriam sibi competenti cesserat, pensionem annuam 40 librarum scil. 25 libr. super dictae Cantoriae per praefatum Antonium Nizereti dictae eccl. Cantorem et 15 libr. super paroch. ecclesiae loci Ardenaci Lugdunen. dioec. fructibus per Antonium Pirodi illius eccl. rectorem solvendam assignat. „Literarum scientia.“ Executionem committit Praecentori et Cantori ecclesiae Lugdunen. et Officiali Lugdunen. „Hodie dilecto filio“ (P. Lambertus. Joh. Danielo. | Nardinus) Arch. Lat. tom. 23 f. 184, b; f. 185, b.

— — | — | (5672—5673) Aymoni episcopo Lausanen., qui Prioratum Lustriaci O. S. B. Lausanen. dioec. resignavit, omnimodam jurisdictionem in spirit. et tempor. et omnes ejusd. Prioratus fructus loco pensionis annuae reservat consentiente Benedicto Balandrino scriptore et familiari Pontificis, cui dictus Prioratus est collatus. „Personam tuam.“ Executores constituit episcopum Cavallicen. et Officiales Gebennen. et Bellicen. „Hodie cum venerabilis frater“ (P. Lambertus. G. de Prato. | Campania) Arch. Lat. tom. 23 f. 300, b; f. 301, b.

10. Dec. (IV. Id. Dec.) | — | (5674) Collegio Secretariorum suorum concedit, ut quintam taxam in Secretaria apost. aut Cancellaria vel alibi, ubi magis commodum ipsis videbitur, et per deputatum suum, antequam mittantur ad plumbum, exigere et literas subscribere possint inhibentes Secretariis domesticis, ne manum in illis apponere praesumant; innovat poenas et censuras in favorem dicti Collegii decretas. „Ad tollendas fraudes, quas solutione quintae taxae literarum Nostrarum, quae per Cameram expediuntur, saepe committi accepimus et vos in perceptione ejusmodi emolumenti . . illaesos servare volentes.“ Div. Cam. tom. 63 f. 158, b.

— — | — | (5675) Ecclesiae S. Michaelis de Mugellaro dioec. Bononien., quam Julius de Blanchis cubicul. secret. obtinet, ecclesiam paroch. S. Leonardi Bononien. perpetuo unit. A. P. R. M. „Ex injuncto Nobis desuper“ (Ph. de Senis | Gratis de mand. S. D. L. de Bertinis. Gomiel | F. de Acre. Coll. S. de Spol.) L. 1007 f. 36.

— — | — | (5676) Genesio Hugonis de la Porta confert canonicatum et praeb. eccl. Vercellen. et simplex beneficium *clericatum* nuncupatum in eccl. S. Zenonis de Pretolio (al. Petrolio) Novarien. dioec. resignatione Mag. Thomae de la Porta notarii vacantia. „Laudabilia“ (Ph. de Senis | Cheminart. Aloys. | Cotini. Coll. S. de Spol.) L. 1006 f. 237, b.

— — | — | (5677) Thomae de la Porta cler. Novarien. notar. suo canonicatui et praeb. eccl. Novarien. et paroch. eccl. B. M. de Auxiliano Vercell. dioec. renuntianti omnes eorum fructus et habitationem domus canonicalis reservat regressumque ad eos concedit. G. D. (Ph. de Senis | Cheminart. Aloysius | P. Cotini. Coll. S. de Spol.) L. 1006 f. 214.

— — | — | (5678) Mag. Thomae de la Porta cler. Novarien. notario ap. canonicatum et praeb. ecclesiae Vercellen. et benefic. in eccl. S. Zenonis de Petrolio Novarien. dioec. resignanti reservat horum beneficiorum fructus et regressum concedit. G. D. (Ph. de Senis | Cheminart. Aloys. | Cotini. Coll. S. d. Spol.) L. 1020 f. 237.

— — | — | (5679) Ad preces Mag. Andreae Vives script., Prioris saecul. et colleg. ecclesiae B. M. de Alcanirio Caesaraugustan. dioec., in dicta eccl. perpetuo erigit novum officium pro uno clerico *Organista* nuncupando, in musica, grammatica et organorum pulsatione

1513.

		eruditò, per Priorem et capitulum ejusd. eccl. nominando et ad eorum nutum amovibili, cui onus incumbat pueros chorarios in musica et grammatica erudiendi ac pulsandi organa, qui locum in choro et processionibus post canonicos et ante alios beneficiatos habeat; ad hunc finem unum ex canonicatibus et unam ex praebendis supprimit eorumque fructus applicat dicti Organistae sustentationi. A. P. R. M. „Decorem domus Dei“ (Nasius | Cheminart. Coll. Attan.) L. 1009 f. 208.
10. Dec. IV. Id. Dec.)	Romae apud S. Petrum	(5680) Gilberto Maliani permutationis causa decanatum monasterii S. Aegidii de S. Aegidio Nemausen. dioec. resignanti confert Prioratum non conventualem S. Petri de Spanihaco O. S. B. Mimaten. dioec. ab Antonio Reboldi eadem de causa resignatum. „Religionis zelus“ (Gratiadei | Marciaci. Corbin. | Cyprian. Coll. Donat.) L. 1051 f. 217.
— —	—	(5681) Johanni Bonimarien rectoriam capellae B. Mariae de Fonte ad Reclusum nuncupatae sitae juxta et prope locum de Faigueres Catalaunen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Carrotius | de Bertinis. Gomiel | Valleol. Coll. Attan.) L. 1001 f. 85.
— —	—	(5682) Gabrieli de Carreto Ord. fratrum Eremitarum S. Aug. professori paroch. ecclesiam S. Vincentii de Sannihaco Agennen. dioec. resignanti assignat pensionem an. super fructibus paroch. ecclesiarum B. Mariae loci de Miramont ejusdem dioec., cui supradicta ecclesia unitur, quamdiu Joh. Pelegrini ecclesiam de Miramont obtinuerit, et S. Joh. Bapt. loci de Mirabello Vapincen. dioec., quam dictus Joh. etiam obtinet. R. Z. (A. Colotius | Grat. pro fam. script. J. Colardi | J. Cheminart. Coll. M. de Campania) L. 1004 f. 213.
— —	—	(5683) Johanni Philippo de la Porta confert canonicatum et praeb. eccl. Novarien. et ecclesiam paroch. S. M. de Auxiliano Vercellen. dioec. vacantes cessione Thomae de la Porta cler. Novarien. ac notarii ap., cujus dictus Johannes nepos existit. „Vitae ac morum“ (Ph. de Senis | Cheminart. Aloys. | Cotini. Coll. S. de Spol.) L. 1020 f. 225.
— —	—	(5684) Philippo episc. Tusculan. commendam monasterii de Claromonte Cisterc. Ord. Cenomanen. dioec. confirmat. „Rom. Pontificis providentia“ (Infra: Cheminart. Coll. Attan.) L. 1002 f. 269.
— —	—	(5685) In favorem Petri Rocher capellaniae ad altare S. Joh. situm in eccl. Barchinonen., quamdiu eam obtinuerit, beneficium ad altare Corporis Christi situm in claustro dictae ecclesiae unit. „A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Evangel. | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. de Bertinis. Gomiel | A. de Castillo. Coll. Campania) L. 994 f. 212.
— —	—	(5686) Pro parte Mag. Johanni Gozadini archidiaconi eccl. Bononien. notarii et Referendarii Pontificii et aliorum doctorum et legentium collegiatorum tam in jure can. quam in jure civ., artibus et medicina in Universitate Bononien., qui exponebant, quod licet alias Eugenius PP. IV. literas Marci episc. Avinionen. et in civit. Bononien. pro Apost. Sede in spirit. et temporalibus Gubernatoris, quibus ipse Marcus episc. doctoribus et legentibus hujusmodi pro suorum salariorum solutionibus et satisfactionibus Datium gabellae grossae mercantiarum dictae civit. inter alia obligaverat et assignaverat, approbasset et confirmasset, doctores et legentes praefati dictum Datium libere percipere non poterant, sed per manus Depositarii et Thesaurarii aut forsan aliorum officialium non integre recipiebant, eorum supplicationibus inclinatus Julius PP. II. literas Marci episc. et Eugenii PP. IV. et omnia in eis contenta nec non statuta et constitutiones dictorum doctorum collegiatorum, dummodo sacris canonibus non essent contraria, approbavit et confirmavit et pro potiore cautela Datium ipsum seu gabellam grossam mercantiarum dictae civit. cum omnibus emolumentis, honoribus et oneribus consuetis absque aliqua subhastatione vel proclamatione desuper faciendis et absque aliqua solutione alicujus oneris vel alterius gravaminis ratione subhastationis aut proclamationis hujusmodi persolvi solitorum doctoribus et legentibus collegiatis praedictis perpetuo etiam de novo concessit „ac quod sex ex eisdem doctoribus collegiatis videl. duo juris can., duo jur. civ. et duo artium et medicinae, qui ad hoc per alios doctores collegiatos annis singulis eligi et per Legatum seu Gubernatorem dictae civit. p. t. existentem confirmari deberent, alicujus etiam regiminis dictae civit. licentia super hoc minime requisita, Datium et gabellam hujusmodi et illius introitus et redditus per se vel alium seu alios etiam officiales ab eis deputandos . . . petere, exigere et consequi . . . possent et valerent, statuit et ordinavit necnon quibusvis personis, cujuscunque status, gradus . . . forent, ne de gabella et illius introitibus et redditibus quovismodo se intromittere praesumerent, sub excommunic. l. s. poena inhibuit“. Pro parte Johannis, doctorum et legentium praedictorum Leo PP. X. praedecessorum literas confirmat aliasque in praemissis opportune providet. „Nos igitur . . . cupientes studia hujusmodi praesertim in dicta civit., quam peculiari affectione prosequimur, conservari et augeri . . . Marci episcopi et Eugenii

1513.

ac Julii praedecessorum praedictorum literas . . . approbamus, confirmamus et de novo concedimus; et ut in praemissorum executione cum sana conscientia ac mature et bene procedatur, quod de cetero perpet. futuris temporibus electio sex doctorum collegiatorum praedictorum ad regimen et gubernationem Datii seu gabellae ac deputationis officialium hujusmodi post diem XV. Decembr. immediate et ante festum Nativit. D. N. J. Chr. omni mora et excusatione cessantibus annis singulis fieri et celebrari debeat omnesque et singuli doctores collegiati in actibus electionum hujusmodi intervenientes, antequam ad actus electionis adveniant, in manibus Prioris suae Facultatis p. t. existentis . . . de eligendis illis doctoribus, quos peritiores, meliores et aptiores ad regimen et gubernationem Datii sive gabellae hujusmodi esse putaverint, corporale juramentum praestare teneantur, nec aliquis ex dictis doctoribus . . . eligi aut assumi valeat, nisi in Collegio matriculatus seu descriptus et in ipso Collegio per 10 annos ad minus fuerit; quodque . . . sic electi ad regimen et administrationem Datii et gabellae praemissorum quoad res concernentes Datium et illius exactionem hujusmodi dumtaxat nullos alios magistratus in superiorem habeant aut eis parere quomodolibet teneantur, sed quoad praemissa solum Roman. Pontifici subjecti existant, perpetuo statuimus et ordinamus.“ Inhibet sub poena excommunic. l. c., ne quis, cujuscunque sit dignitatis, quoad praemissa se intromittere praesumat. A. P. R. M. „Divina disponente clementia in Apostolicae Sedis specula licet immeriti constituti“ (Ph. de Senis | Joh. Cheminart. Aloysius | Copis. Coll. de Attanantis) L. 1011 f. 273, b.

11. Dec. (III. Id. Dec.) Romae apud S. Petrum — Dom. III. Adventus, qua Missam celebrat Card. Agennen.[1], recipit obedientiam a quatuor Oratoribus Caesareis, Duce Bari fratre Ducis Mediolan., Alberto domino Carpensi, episcopo Tergestino et Antonio de . . . (Nomen deest) P. de Grassis f. 76, b.

— — — (5687) Zachariae Ferrerio Vicentino[2] sacrae paginae et J. U. doctori abbati Subastensi retractanti, quae pro Conciliabulo Pisano et contra Concilium Lateran. egerat et scripserat, veniam et absolutionem a censuris et poenis in utroque foro elargitur. „Etsi officio Nostro pastorali incumbat“ (Sadolet.) Brev. tom. 41 p. 30—39. Ex L. V Brev. p. 10 ex parte apud *Raynald* a. 1513 n. 51 p. 23. 24[3].

— — — (5688) Episcopo Regien., qui ut facilius oneribus incumbentibus sublevaretur, fructus mensae suae episcopalis Regien. usque ad quadriennium Johanni de Sauli mercatori Januen. pro certo pretio locavit et arrendavit ac fructus et obventiones eidem Johanni obligavit ac summam 300 duc. auri de Cam. anticipata solutione recepit, locationem et arrendationem praedictas confirmat atque eo cedente vel decedente fructus et proventus hujusmodi eidem Johanni pro tribus primis annis obligatos esse decernit. „Dudum sicut nuper Nobis exponi fecisti“ (A. Colotius | Coll. Donat.) Div. Cam. tom. 63 f. 183.

— — — (5689) Pontiscurvi Magistratibus ea lege, quae de Majestate est, praecipit, ut ab omni non modo incursione et praeda direptioneve municipii et agri, sed etiam a rerum arcis Guillelmae et ab hominum laesione abstineant, et ut, quae in ditionem Ducis Urbinat. injuriae fiunt, arceant ejusque ditioni auxilium ferant. „Scribitur ad Nos, vestrorum hominum magnam manum ad arcem Guillelmam incursiones fecisse“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. VI ep. 13 p. 46.

— — — (5690) Marco S M. in via lata diac. Card. officium Scribaniae ecclesiae Nicosien. obitu quondam Johannis Sorancii vacans concedit. „Ad personam tuam“ (Evangel. | P. Cotini. Coll. F. de Attan.) L. 1005 f. 88, b.

— — — (5691) Francisco Favereau confert paroch. ecclesiam B. Petri de Pereyo Lucionen. dioec. „Vitae ac morum“ (Blondus | Salvius. Contreras | Cyprian. Coll. B. de Alexandris) L. 1138 f. 113.

— — — (5692—5693) Gervasio Boze, qui permutationis causa paroch. ecclesiam de Vermeta Cenomanen. dioec. resignavit et perpet. capellaniam ad altare B. Mariae situm in paroch. ecclesia S. Christophori Marrolio supra lidum Cenomanen. dioec. eadem de causa a Johanne Faucquet dimissam assecutus est, cum fructus ecclesiae de Vermeta uberiores sint, pensionem annuam super fruct. ejusd. eccl. de Vermeta per dictum Johannem solvendam assignat. „Vitae ac morum“ Executores deputat decanum eccl. Cenomanen. et Officiales Cenomanen. et Andegaven. „Hodie dilecto filio“ (P. Lambertus. O. de Cesis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 23 f. 323; f. 324.

[1] Loco Card. de Finario, cui debebatur, ait Paris de Grassis f. 76, b, qui exponit ibidem, cum socius ipsius Balthasar infirmus esset et ab Urbe absens, Bernardinum Gutterii nominatum esse magistrum caeremoniarum supranumerarium.

[2] Iste Zacharias in Pisano Concilio acerrimus Romanae Sedis hostis apparet pluresque sermones ejus actis inserti. Postea Leonis X. gratiam quam qui maxime nactus et ad episcopalem dignitatem evectus est.

[3] Datum apud S. Johannem (Later.) habet *Raynaldus*.

1513.

12. Dec. (prid. Id. Dec.) Romae apud S. Petrum

Obedientiam recipit ab Oratoribus Marchionis Montisferrati. P. de Grassis f. 77.

(5694) Mag. Alfonso Verdesotto scriptori et fam. suo confert beneficium ad altare B. Mariae situm in paroch. ecclesia S. Martini villae Petrae latae Gerunden. dioec. G. D. et F. (F. Castilion. | Grat. p. socio | D'Andreae. Coll. Joh. Ja. Cipellus) L. 1021 f. 191, b.

— — — (5695—5696) Antonio Porta cler. Vicen. dioec. beneficium ad altare SS. Trinitatis situm in ecclesia Hospitalis villae Cervariae Vicen. dioec. resignanti pensionem annuam assignat super dicti beneficii, quod Jacobo Rosell confertur, et aliorum beneficiorum fructibus, quae idem Jacobus et Nicolaus Bares et Jacobus Marci in eadem dioec. obtinent. „Vitae ac morum." Executores deputat episcopos Cavallicen. et Bisignianen. et Officialem Vicen. „Hodie dil. filio" (P. Planca. A. de Alvarottis | Ph. de Senis) Arch. Lat. tom. 17 f. 387, b; f. 388, b.

— — — (5697) Officiali Vicen. mandat, ut Jacobo Rosell cler. Vicen. beneficium ad altare SS. Trinitatis supradictum, si idoneus reperiatur, conferat. „Dignum" (P. Planca | Nardin.) L. c. f. 376.

— — — (5698) Communitatem Regii in Domino hortatur, ut Philippum Malvinum, qui pro Sede Apost. difficillimis temporibus Julii II. multa gravia et adversa tulit et summo studio et fide ipsum Pontificem observavit, in officio stratarum et victualium istius civitatis ad unum annum suscipiant. „Dilectus filius Philippus" (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 94; tom. 30 p. 147.

— — — (5699) Gabrieli de Aurifolio Prioratum S. Stephani de Corcona O. S. B. Nemausen. dioec. confert et Prioratum S. Crucis de Molesano O. S. B. Uticen. dioec. commendat. „Religionis zelus" (Evangel. | Marciaci. Aloys. | Piora. Coll. P. Bucanus) L. 1032 f. 182.

— — — (5700) Episcopis Cavallicen. et Vulterran. et Praeposito ecclesiae S. Mariae de Bremide Parmen. dioec. mandat, ut Francisco episc. Tiburtin. canonicatus et praebendas S. Nazarii et S. Mariae Folcorini Mediolanen. et S. Stephani de Rapate Mediolanen. dioec. ecclesiarum obitu Johannis Francisci de Varisio vacantes commendare curent. „Dum exquisitam venerabilis fratris Nostri" (Infra: Questenberg. Coll. Attan.) L. 1001 f. 332.

— — — (5701) Archipresbytero et Juliano de Tornabonis ac Johanni de la Luna canonicis ecclesiae Florentin. mandat, ut recipiant resignationem paroch. ecclesiae S. Martini de Terrenzano Florent. dioec., quam Symon Francisci de Ferruccis ejus eccl. rector proposuit, eamque conferant Johanni Bapt. de Nasis cler. Florent. notario et fam. Pontificis, reservatis tamen praedicto Symoni domo presbyterali et fructibus ac jure regrediendi ad dictam ecclesiam. „Apostolicae Sedis providentia" (Ph. de Senis | Grat. de mand. S. D. Colardi | L. Valtrini. Coll. Attan.) L. 1005 f. 82.

— — — (5702) Hectori de Regibus Prioratum S. Petri de Bellagardia O. S. B. Dien. dioec. confert. „Religionis zelus" (Sadol. | Colardi. Draco | Cotini. Coll. Attan.) L. 995 f. 242.

— — — (5703) Aloysio S. M. in Cosmedin diac. Cardin. Praeposituram *mensis Novembris* nuncupatam Vicen. et illius ac Barchinonen. ecclesiarum canonicatus et praeb. cum aliis beneficiis in dictis Vicen. et Barchinonen. dioec. reservat. „Ad personam tuam" (Colot. | Balbus. Coll. S. de Spoleto) L. 1002 f. 307.

— — — (5704) Episcopo Cavallicen. et archidiacono Hasbaniae ecclesiae Leodien. et Officiali Eystetten. mandat, ut Johanni Diettenhaymer cler. Augusten. canonicatum chori S. Willibaldi nuncup. ecclesiae Eystetten. obitu Johannis Remelspach vacantem conferant. „Vitae ac morum" (Lambertus | Nardinus) Arch. Lat. tom. 13 f. 268.

— — — (5705—5706) Antonio de Grajeda baccal. in decr. confert canonicatum et praeb. ecclesiae B. Mariae oppidi Vallisoleti Palentin. dioec. antea Thesaurariae ejusd. eccl., quam Mag. Didacus Vallisoleti scriptor et fam. Pontificis, praefati Antonii frater germanus, obtinet, quamdiu eam obtineret, unitos et annexos, nunc autem cum ejusd. Didaci consensu a dicta Thesauraria dissolutos. „Literarum scientia." Executionem committit episcopo Cavallicen. et Priori monasterii B. Mariae de Mercede oppidi Vallisoleti Palentin. dioec. et Officiali Palentin. „Hodie dilecto filio" (P. Lambertus. G. de Prato | Grat. p. fratre script. Add. XVII. Kal. Januar. a. I. Nardinus) Arch. Lat. tom. 19 f. 379; f. 381.

— — — (5707) Guillelmo Gallice cler. Cavallicen. dioec. assignat pensionem annuam super fructibus Prioratus S. Petri de Bellagardia O. S. B. Dien. dioec., cujus commendae cedit. „Vitae ac morum" (Castilion. | Guerrerius. Bertrandi | Cabredo. Coll. Bucanus) L. 1068 f. 76.

— — — (5708) Decano ecclesiae Barchinonen. mandat, ut Pontio Planes cler. Urgellen. dioec. beneficium ad altare Smae Trinitatis et S. Candidae in eccl. B. Mariae villae Guissone dictae dioec. ipsi, cum obitu Francisci Torner vacaret, non rite collatum conferat. „Dignum" (Ph. de Agnellis | Add. XIV. Kal. Mart. a. I. Nardinus) Arch. Lat. tom. 19 f. 240.

— — — (5709) Henricum (VIII.) Angliae Regem hortatur, ut honestis et honorificis conditionibus paratis animum ad pacem promptum habeat, sperans, confoederatos iis propositis

1513.

arma posituros. „Et eis ex literis, quas ad Nos“ (Sadolet.) Brev. ad princ. tom. 5 f. 187, b. Ed. *Rymer*, Foed. XIII. 386 ed. Lond. 1712. *Roscoe* tom. V doc. 86 p. 271—273.

13. Dec. (Id. Dec.) Romae apud S. Petrum — In festo S. Luciae in camera ultima superiori nova Palatii Vat., i. e. in ea, quae est picta signatura s. m. Julii II., Laurentium Puccium Card. SS. IV. Coron. presbyterum consecrat in episcopum assistentibus duobus Card. episcopis (Paris de Grassis f. 77, b).

— — — (5710) Sessionem octavam Concilii Lateran. prorogat ad feriam II. 19. Decembr. „Octavam.“ Ed. *Hard.* Conc. tom. IX p. 1699. 1700.

— — — (5711) Ab Antonio Card. Bonon. valde petit, det operam, ut Baldassar Mediolanensis, vir probus et sibi familiaris, inter eos admittatur, qui idonei sunt, ut ad gerendos Bonon. magistratus recipiantur. „Petimus abs te“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. VI ep. 14 p. 46.

— — — (5712) Trojan. et Alexandrin. episcopis ac vicario gener. episcopi Fesulan. mandat, ut Nicolao Masi de Romena cler. Fesulan. paroch. ecclesiam S. Bartholomaei de Castillo Castranoyo Fesulan. dioec. conferre curent. G. F. (J. C. Nasius | Grat. de mand. S. D. Bertin. | Questenberg. Coll. Attan.) L. 1005 f. 117.

— — — (5713) Johanni de Mournua paroch. ecclesiam S. Salvatoris de Pansolio Lemovicen. dioec. obitu Johannis Gitri vacantem confert. „Nobilitas generis“ (P. de Cesis | Suno. Baena | Madrigal. Coll. Attan.) L. 1015 f. 6.

— — — (5714) Antonium de Narbonesio juniorem, Priorem Prioratus saecul. B. Mariae de Prendemia Caturcen. dioec. et in U. J. baccal., ut literae sequentes (n. 5716) suum sortiantur effectum, ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis consueta clementia“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 12 f. 147, b.

— — — (5715) Ne literae sequentes valeant quomodolibet impugnari, derogat privilegiis et indultis Ordini Cisterc. concessis, quibus cavetur, ne monasteria dicti Ord. aliis ac S. R. E. Cardinalibus aut ipsum Ordinem expresse professis et tunc de consensu p. t. existentis abbatis et conventus monasterii Cistercien. Cabilonen. dioec. commendari possint. A. F. R. M. „Exigit Nostrae sollicitudinis officium“ (Benzon | Nardinus) L. c. f. 146, b.

— — — (5716) Eidem Antonio monasterium B. Mariae Belliloci Cisterc. Ord. Ruthenen. dioec. ab Antonio de Narbonesio seniore nuper ipsius monasterii abbate et praedicti Antonii fratre germano resignatum commendat. „Romani Pontificis providentia“ (Supra: Benzon) L. c. f. 143, b. Arch. Vat. L. 1006 f. 67 (De Bertinis | Valleoleti. Coll. Donatus).

— — — (5717) De hac commenda scribit conventui monasterii B. Mariae Belliloci Cisterc. Ord. Ruthenen. dioec. „Hodie monasterium vestrum.“ Arch. Lat. tom. 12 f. 145.

— — — (5718) Mandat vasallis dicti monasterii, ut praefatum Antonium jun. devote suscipiant et fidelitatem ac consueta servitia ipsi exhibeant. „Hodie“ L. c. f. 145, b.

— — — (5719) Eundem Antonium jun. commendat Ludovico Francorum Regi. „Hodie“ L. c. f. 145, b.

— — — (5720) Pro eodem Antonio jun. scribit abbati monasterii Cistercien. Cabilonen. dioec. hortans, ut ipsum et monasterium ipsi commissum favoris sui praesidio prosequatur. „Hodie“ (Infra: Nardinus) L. c. f. 146.

— — — (5721) Episcopis Ruthenen. et Mimaten. mandat, ut a praedicto Antonio jun. fidelitatis debitae solitum juramentum recipiant. „Cum Nos hodie monasterium“ (Benzon | Nardinus) L. c. f. 146.

— — — (5722) Eidem Antonio de Narbonesio jun. commendat Cellerariam monasterii S. Salvatoris villae Figiaci Cluniac. Ord. Caturcen. dioec., quam praefatus Antonius de Narbonesio senior antea obtinebat. „Apostolicae Sedis providentia“ (A. Colotius | De Bertinis. Gomiel | Benedictus. Coll. Donatus) L. 1006 f. 62.

— — — (5723) Mag. Jacobo Simoneta capellano suo et causarum P. A. auditori mandat, ut vocatis vocandis causam super perpet. vicaria paroch. ecclesiae S. Bartholomaei de Rivoalto Venetiar. inter Carolum Montagna cler. Veronen., Dominici episcopi Portuen. familiarem, et Danielem Adae pro clerico se gerentem, qui dictam vicariam sine titulo detinet, fine debito determinet, et si per eventum litis ipsi constiterit, dicto Danieli jus ad eam non competere, praefato Carolo eam conferre curet. „Vitae ac morum“ (Blondus | Suno. Baena | Bertrandi. Coll. S. de Spoleto) L. 1025 f. 379, b.

— — — (5724) Antonium Malaterra, cui Praesidentes Conciliabuli Pisan. paroch. ecclesiam seu perpet. vicariam S. Amantii de Trebanhio Albien. dioec. a Johanne Cluselli in eorundem Praesidentium manibus resignatam contulerant, absolvit a poenis et censuris et abjuratione dicti Conciliabuli facta eidem praefatam ecclesiam confert. „Sedes Apostolica“ (Castilion. | Marciaci. Corbinus | J. de Madrigal. Coll. H. de Cesis) L. 1028 f. 83.

— — — (5725) Vicario episcopi Aliphani[1] in spiritual. generali mandat, ut si Mariam Magdalenam de Galutio monialem monasterii S. Mariae Theatin. O. S. B. ad regimen mo-

[1] Alife prov. Benevent. s. terra di Lavoro. *Moroni* tom. I. p. 263. *Ughelli* tom. 3 p. 600.

1513.

nasterii S. Salvatoris de Pedemontium dicti Ord. Aliphan. dioec. utilem et idoneam esse repererit, de persona ipsius praefato monasterio obitu Angelae abbatissae vacanti provideat eam in abbatissam praeficiendo. „Ex susceptae servitutis officio“ (F. Armellin. | Suno. B. de Baena | Cyprian. Coll. P. Bucan.) L. 1004 f. 146, b.

13. Dec. (Id. Dec.) Romae apud S. Petrum — (5726—5727) Dilectis filiis . . . ecclesiae Abulen. et vicario . . . episcopi Abulen. in spirit. gen. mandat, ut ecclesiae paroch. loci . . . Mancera de Riba Abulen. dioec. possessionem, fructus, redditus et proventus Antonio . . . cler. Palentin. dioec. fam. suo collatae capiant et conservent et nemini praeter dictum Antonium literis sub plumbo praesentatis consignent. „Contulimus (?) nuper“. Idem committit pro eodem Antonio Scholastico in eccl. collegiata S. M. de Vallis Palentin. dioec. quoad quaedam beneficia S. Mariae de Anedras extra muros oppidi de Duennas ac S. Sebastiani del Monte extra muros oppidi de Valdastillas et S. M. *de septem ecclesiis* extra muros oppidi de Metapocuolas ecclesiarum Palentin. dioec. (J. Sadolet.) Brev. tom. 2 n. 114 [1].

— — — (5728) Antonio de Rupechandrici confert paroch. ecclesiam S. Vincentii de Regalibus Xanctonen. dioec. resignatione Ludovici etiam de Rupechandrici vacantem. „Nobilitas generis“ (Castilion. Carrot. | Balbus. Baena | Gais. De S. Joh. Coll. Attan. et Amerin.) L. 1033 f. 254.

— — — (5729) Pro parte Mag. Bertrandi de Accoltis script. et fam. sui visitantibus oratorium sub invocat. B. Mariae *de sole* nuncupat. in Regione Campitelli de Urbe fundatum, in quo Altissimus intercessione ejusdem B. M. V. diversa operabatur miracula et quamplures fideles infirmitatibus et a daemonibus oppressi liberabantur, indulgentias concedit Julii II. literas approbans et innovans. A. P. R. M. „Iis quae pro gloriosissimae Virginis“ (Castillion. | Grat. p. soc. Nardin.) Arch. Dat. Lat. tom. 9 f. 57, b.

— — — (5730) Marco Heliae canonico Drivasten. mandat, ut paroch. ecclesiam S. Joh. Bapt. de Briana Tarvisin. dioec. Paulo Angelo cler. Drivasten., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ (P. de Castello | Nardinus) Arch. Lat. tom. 19 f. 76, b.

— — — (5731—5732) Demetrio Franco cler. Tarvisin. dioec. paroch. ecclesiam S. Joh. Bapt. de Briana praedictam resignanti fructus istius ecclesiae reservat et jus regrediendi ad eam concedit. „Vitae ac morum.“ Executionem committit episcopis Vicentin. et Militen. et Marco Heliae canonico Drivasten. „Hodie cum dilectus filius“ (P. de Castello. Bregeon. | Nardinus) Arch. Lat. tom. 19 f. 78, b; f. 79, b.

— — — (5733—5734) Petro de Panato perpetuam vicariam *rectoriam* nuncupatam paroch. ecclesiae B. Mariae de Balsaco Ruthenen. dioec. a Laurentio de Olchia resignatam confert. „Vitae ac morum.“ Praeposito ecclesiae Carpentoraten. et Officialibus Ruthenen. et Caturcen. executionem committit. „Hodie dilecto filio“ (O. de Cesis. Ph. de Agnellis | Add. XIV. Kal. Febr. a. I. Nardinus) Arch. Lat. vol. A f. 83, b; f. 84, b.

— — — (5735) Alex. de Petracolis confert paroch. eccl. S. Martini loci Petraemaratiorum Papien. dioec. „Vitae ac morum“ (Armell. | Enckenw. Draco | Tarin. Coll. Donat.) L. 1002 f. 164, b.

— — — (5736) Constitutione postea in Later. Concilio approbata reformat officia Curiae Romanae. Rubricae sunt: 1. Magistri ceremoniarum. 2. Ordinatores Rom. Curiae. 3. Protonotarii. 4. Clerici Camerae. 5. Notarii Camerae apost. 6. Rota. 7. Poenitentiaria. 8. Taxae scriptorum officii S. Poenitentiariae dispensat. matrimon. 9. De commutationibus votorum. 10. Dispensationes seu illegitimorum et spuriorum legitimationes. 11. De promotis et promovendis ad ordines. 12. De confessionalibus. 13. De simoniis. 14. Poenitentiarii minores. 15. Sollicitatores literarum apost. 16. Magistri Plumbi. 17. Fratres barbati seu plumbatores. 18. Abbreviatores. 19. Scriptores apostolici. 20. Magistri Regestri Bullarum. 21. Emolumenta ordinaria et arbitraria Magistrorum Regestri Bullarum. 22. Scriptores Regestri Bullarum. 23. Auditor et procuratores contradictarum. 24. Advocati consistoriales. 25. Procuratores. 26. Notarii Rotae. 27. Subdiaconi. 28. Cantores. 29. Servientes armorum. 30. Magistri clerici et scriptores Regestri supplicationum. 31. Secretarii. 32. Cursorum officium. 33. De officio Gubernatoris, Auditoris Camerae et Vicarii Papae. 34. Notarii Gubernatoris. 35. Reformatio notariorum Auditoris Camerae apost. 36. Notarii Vicarii Papae. 37. Scriptores Brevium. 38. Pro Archivio. — Sacro approbante Concilio „Pastoralis officii divina providentia Nobis injuncti“ (*De Curia:* De Comitibus | Coll. H. de Cesis) Arch. Vat. L. 1200 f. 425 in fine; L. 1211 in fine. Ed. Bullar. Taur. tom. V p. 571—601. Const. 5.

— — — (5737—5745) Ex hac Constitutione deinde plura decreta emanarunt incipientia: „Cum in quadam reformationis morum et Rom. Curiae officialium Bulla“ et quidem: a) Pro cantoribus capellae suae. Div. Cam. tom. 63 f. 291. b) Pro Magistris Regestri Bullarum. L. c. f. 291, f. c) Pro Magistris Plumbi. L. c. f. 292, b. d) Pro Poenitentiariis minoribus, de quibus inter alia statuit: „Nemo igitur ex eis nisi plane sufficiens et qualitatibus per constitutiones requisitis praeditus ad officium de cetero

[1] In tomo 2 brev. plures chartae partes ita laceratae sunt, ut plurima verba prorsus desint.

1513.

recipiatur, et ex omni quidem natione. Quodsi qui forte ex praesentibus non erunt tales, diligenti per majorem Poenitentiarium examine habito vel removeantur omnino vel per annos aliquot, quantum expedire visum fuerit, ab exercitio hujusmodi suspendantur.“ L. c. f. 293. e) Pro clericis et scriptoribus Regestri supplicationum. L. c. f. 294. (In his quinque docum.: Coll. H. de Cesis.) f) Pro officialibus Poenitentiariae. L. c. f. 295, b. g) Pro scriptoribus apostolicis, de quibus statuit: „De cetero in distribuendis minutis et literis de taxa scribendis excepto uno grosso Roman. pro qualibet prima charta nihil pro scriptura aut ultra taxam capiant, sed fel. rec. Eugenii PP. IV. Constitutionem et confirmationem Nicolai PP. V. praedec. Nostrorum ad unguem observent . . . Pro literis scribendis, quae gratis expedientur, ultra grossum unum Roman. in singulas chartas pro litera 25 lineas continente, ita ut in qualibet 25 ad minus sint dictiones, unum duc. auri pro labore capiant, a 25 vero usque ad 40 unum exinde supra.“ L. c. f. 297. h) Pro Protonotariis. L. c. f. 297, b. i) Pro Magistris caeremoniarum (In his tribus docum.: Coll. Bucanus) L. c. f. 298[1].

14. Dec. (XIX. Kal. Januar.) Romae apud S. Petrum — In publico Consistorio recipit obedientiam a sex Oratoribus Ducis Mediolan., quorum prior fuit Ducis frater Franciscus Maria Dux Bari. P. de Grassis f. 78.

(5746) Monasterium S. Salvatoris et Salviani de Sexto Camaldulen. Ord. Lucan. dioec.[2], cujus commendae Bartholomaeus de Arnulphinis cler. Lucan. notar. cedit, monasterio SS. Pontiani et Barthol. Lucan. dicti Ord. Congreg. Montisoliveti[3], cujus abbas et conventus exponebant, quod tali unione monasterium de Sexto debite reparetur, regularis disciplina servaretur et cura animarum in parochia B. M. de Cursu eidem monasterio perpetuo unita diligentius exerceretur, perpetuo unit et incorporat. A. P. R. M. „Ad Apostolicae dignitatis apicem“ (Sadol. | Colardi. Draco. | Verdesotto. Coll. H. de Cesis) L. 1002 f. 160.

— — — (5747) Unionem in favorem Martini Sparza a Julio II. decretam ecclesiae paroch. S. Andreae de Sparza et S. Stephani loci de Guesa Pampilonen. dioec. dubio super ea exorto confirmat, dummodo medietas patronorum ecclesiae S. Stephani assentiatur. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (J. Agrigentin. | Grat. p. fam. script.[4] Bertin. Gomiel | Marciaci. Coll. Attan.) L. 998 f. 284.

— — — (5748) Johanni Cananyghas cler. Lingonen. dioec. Prioratum S. Symphoriani de Ambygneyo O. S. B. Lingonen. dioec., quem Johannes Du Mas resignavit, commendat. „Vitae ac morum“ (P. de Cesis | Bertin. Gomiel | J. Cheminart. Coll. Attan.) L. 1000 f. 333.

— — — (5749) Stephano Drilliati capellaniam ad altare S. Spiritus situm in ecclesia Gratianopolitan. O. S. A. confert. „Vitae ac morum“ (J. Carrotius. | Balbus. de S. Joh. p. comp. | J. de Gais. Coll. Attan.) L. 1031 f. 283.

— — — (5750) Communitati oppidi Appignani Auximan. dioec. Cum saepissime a praesidentibus istius provinciae et aliis personis qualificatis rogati electiones ad Praeturam et alia ejusd. oppidi officia fecissent et confusiones, lites et discordiae inde essent subsecutae, omnes electiones hujusmodi cassat; remittit tertiam partem omnium talearum, censuum et onerum ad unum annum pro reparatione murorum et aedificiorum publicorum; privilegia, indulta et statuta, quatenus sint honesta et licita, confirmat. „Promeretur fides et devotio“ (J. Sadolet) Brev. tom. 2 n. 116.

— — — (5751) Episcopis Cavallicen. et Alexandrin. et Officiali Gerunden. mandat, ut Prioratum B. Mariae de Salon O. S. B. Gerunden. dioec. Jacobo Coll canonico monasterii de Villa Bertrandi canonicorum regularium Ord. et dioec. praedictorum commendare curent. „Religionis zelus“ (O. de Cesis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 17 f. 262, b.

— — — (5752—5753) Petro Filz de Fame presb. Pictaven. dioec., qui omni juri sibi competenti ad Prioratum S. Martini Dassay O. S. A. dictae dioec., super quo cum Andrea Asse litigaverat, renuntiavit, pensionem annuam super ejusd. Prioratus fructibus per eundem Andream Asse Priorem solvendam assignat. „Vitae ac morum.“ Petro Regnault et Johanni de la Haye canonicis Pictaven. et Officiali Pictaven. executionem demandat. „Hodie dilecto filio“ (P. Lambertus. O. de Cesis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 19 f. 247; f. 248, b.

— — — (5754) Mag. Johanni de Belia cler. Cameracen. dioec. notar. et fam. suo concedit jus accedendi et ingrediendi ad canonicatum et praeb. ecclesiae S. Walburgis Arnhemen.

---

[1] Recipiunt „ratione Pallii unius ecclesiae, cujus ratione Pallium dari consuevit, unum ducatum pro centenario summae, ad quam ipsius ecclesiae fructus in libris Camerae taxati reperiuntur . . . pro traditionis dicti Pallii rogatu 3 pro ecclesia, cujus ad 500, pro eccl. vero, cujus fructus ad 1000 duc. in libris Camerae hujusmodi reperiuntur, abinde supra, cujuscunque taxae fuerint fructus ecclesiae, non ultra 10 duc. . . . Pro creatione 100 pro quolibet, pro obitu vero Cardinalium 50 duc. et nihil ultra in utensilibus vel aliis rebus inter ambos capiant. Pro creatione Ducis vel Capitanei aut Confalerii S. R. E. recipiant, quod hactenus recipere consueverunt etc.“

[2] San Salvatore e San Salviano di Cantignano *Lubin* p. 79.

[3] San Ponziano *Lubin* p. 193. [4] Scil. Petri episc. Narnien.

1513.

Trajecten. dioec., cum liti et causae super iisdem inter ipsum et Franciscum Verwer pendenti cesserit. G. D. (A. Gratiadei | Grat. p. socio | Cabredo. Coll. H. de Cesis) L. 1148 f. 224, b.

14. Dec. (XIX. Kal Januar.) Romae apud S. Petrum — (5755) Decano ecclesiae S. Johannis in Haugis extra muros Herbipolen. mandat, ut beneficium *primissariam* nuncupatum in paroch. ecclesia villae Diepach Herbipolen. dioec. a Johanne Wagner alias Treffs resignatum Volckmaro Guntherii cler. Herbipolen., si ipsum idoneum esse repererit, conferat. „Dignum“ (P. Planca | Nardinus) Arch. Lat. tom. 21 f. 129.

15. Dec. (XVIII. Kal. Jan.) — — (5756) Episcopo Cavallicen., archidiacono Milevitan. et Officiali Calaguritan. mandat, ut Ferdinando Ximenes cler. Calaguritan., Mag. Bernardini Gutterii scriptoris familiari, plures ecclesias rurales cum quadam capellania Calaguritan. et Oxomen. dioec. conferre curent. „Vitae ac morum“ (Colot. | Grat. p. fam. script. L. de Bertinis | Verdes. Coll. Attan.) L. 1006 f. 116, b.

— — — (5757) Johanni de Salazar famil. suo confert paroch. ecclesias S. Jacobi de Reyelves et de Arona ac de Cadahalso Toletan. dioec., quas Laurentius Xuares sine titulo detinet; mandat Johanni de Yepes canonico Toletan., ut vocatis dicto Laurentio et aliis vocandis praefatum Joh. de Salazar in possessionem istarum eccl. inducat. G. F. (Melfit. | Gratis de mand. S. D. Suno. Baena | Tarin. Coll. H. de Ces.) L. 1003 f. 293, b.

— — — (5758) Jacobo Maleti consentiente Carolo Sabaudiae Duce confert canonicatum et praeb. ac Cantoriam ecclesiae *Capellae sanctae* nuncupatae B. M. ac SS. Pauli et Mauritii oppidi Camberiaci Gratianopolitan. dioec. „Vitae ac morum“ (Colotius | L. de Bertinis | Saldus) L. 1008 f. 41, b.

— — — (5759) Didaco de Anaya baccal. in decr. paroch. ecclesiam *del Cubo* et *de Buena Madre* locorum Salamantin. dioec. confert. „Literarum scientia“ (Blondus. | Cheminart. Aloys. | Marciaci. Coll. Narnia) L. 1015 f. 26, b.

— — — (5760) Dilectis filiis . . . Quibusdam judicibus delegatis mandat, ut vocatis vocandis contra eos, qui certa bona ad monasterium S. Apollinaris Ravennaten. O. S. B., quod Silvius Passerinus notar. et familiaris Pont. in commendam obtinet, spectantia occuparunt et detinent, procedant eosque per censuras et poenas compellant, ut quoad bona legitime locata eidem Silvio de censibus juxta locationis tenorem debitis satisfaciant et bona indebite alienata et occupata praedicto monasterio restituant. „Dilectus filius Silvius“ (J. Sadolet | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 115.

— — — (5761) Dilectis filiis . . . Pro parte praefati Silvii Passerini judices delegat, qui de quadam petia terrae ad monasterium S. Apollinaris praedictum et de certis bonis ad monasterium S. Johannis Ravennaten. pertinentibus diligenter inquirant, et si vera esse repererint, quae idem Silvius exposuit (ista bona per diversas personas esse occupata et per longa tempora detenta, ita ut difficile et paene impossibile sit ea recuperare) dicto Silvio licentiam et facultatem elargiantur bona hujusmodi aliquibus personis concedendi, qui propriis sumptibus ea recuperent et convenientem censum eidem Silvio et p. t. existenti commendatario praefati monasterii S. Apollinaris solvant, dummodo haec locatio in dicti monasterii evidentem utilitatem cedat. „Exponi Nobis nuper fecit dil. filius Silvius.“ Brev. tom. 41 f. 39.

— — — (5762) In favorem Johannis Pereyra, junioris decani ecclesiae Salamantin., dicto decanatui, quamdiu ipse eum obtinuerit, paroch. ecclesiam oppidi de Marneto al. de Masurcos Salamantin. dioec. unit et annectit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 2 f. 130.

— — — (5763) Vicario gener. episcopi Mantuan. mandat, ut Hospitale pauperum, quod obitu Anselmi de Folingis rectore caret, Johanni Mariae etiam de Folingis, Sigismundi tit. S. Mariae Novae diac. Card. familiari, si sit idoneus, regendum committat. „Gerentes in desideriis cordis“ (A. de Alvarottis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 21 f. 176, b.

— — — (5764—5765) Philippo de Strenhoma cler. Leodien. assignat pensionem annuam super fructibus canonicatus et praeb. ecclesiae B. Mariae Virg. oppidi Aerschotten dictae dioec. necnon paroch. ecclesiae de Holsberk ejus dioec. solvendam per Adrianum Michaelis de Etten, cui de capellania ad altare S. Michaelis situm in paroch. ecclesia de Brande Leodien. dioec. a praefato Philippo resignata ordinaria auctoritate est provisum. „Vitae ac morum.“ S. Jacobi Lovanien. et S. Gudilae Bruxellen. Leodien. et Cameracen. ecclesiarum decanis et Officiali Leodien. executionem committit. „Hodie dilecto filio“ (A. de S. Severino. Ph. de Agnellis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 21 f. 93; f. 94, b.

— — — (5766—5767) Nicolao Fabri presb. Cameracen. dioec., qui paroch. ecclesiam de Rymenam dictae dioec. resignavit, assignat pensionem annuam super dictae eccl., de qua Henrico de Monte est provisum, necnon paroch. ecclesiae de Heeriere prope Machlinam fructibus, quam Henricus Verserpen obtinet. „Vitae ac morum.“ Executionem committit episcopo Milopotamen. et decano ecclesiae S. Rumoldi Machlinien.

1513.

Cameracen. dioec. et Officiali Cameracen. „Hodie dilecto filio“ (A. de S. Severino. J. Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 21 f. 243; f. 244.

15. Dec. (XVIII. Kal. Jan.) Romae apud S. Petrum (5768—5769) Francisco de Valdeon baccal. in decr. confert beneficium in ecclesia paroch. S. Johannis de Sanct-Justae Segobien. dioec. resignatione Francisci de Bertinis vacans. „Literarum scientia.“ Executores deputat episcopum Cavallicen. ac Priorem monasterii B. Mariae de Mercede oppidi Vallisoleti Palentin. dioec. „Hodie dilecto filio“ (Joh. Copis. P. Planca | Nardinus) Arch. Lat. tom. 17 f. 201; f. 202, b.

— — — (5770—5771) Bernardino episc. Sabinen. confert ecclesiam paroch. de Pampilosa Egiptanien. dioec.[1] resignatione Petri Ossorio vacantem. „Ad personam tuam.“ Executionem demandat episcopis Cavallicen. et Alexandrin. ac Officiali Portugalen. „Hodie venerabili fratri Nostro“ (P. Lambertus. O. de Cesis | Grat. p. Card. Nardinus) Arch. Lat. tom. 17 f. 340, b; f. 242, b.

— — — (5772) Guillermo episcopo Panaden. indultum concedit, ut una cum dicta eccl. Panaden. in partibus infidelium consistente et Hospitali S. Johannis Dely Elien. dioec. quodcunque aliud beneficium obtinere possit. „Personam tuam“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. fol. A f. 294, b.

— — — (5773) Episcopis Cavallicen. et Alexandrin. et vicario gener. episcopi Asten. mandat, ut Ludovico de Ecclesia cler. Asten. dioec. paroch. ecclesiam S. Petri de Probes dictae dioec. conferre curent. „Vitae ac morum“ (P. Lambertus | Grat. p. fam. Vicecancellarii. Campania) Arch. Lat. tom. 23 f. 313, b.

16. Dec. (XVII Kal. Januar.) — (5774) Ut literae, quibus in monasterio St. Stephani de Bosco Squillacen. dioec. Ordinem Cisterc. supprimere intendit, suum sortiantur effectum, derogat privilegiis et indultis Ordini Cisterc. concessis, quibus expresse caveri dicatur, quod in dicti Ordinis monasteriis dignitas abbatialis extingui et dictus Ordo supprimi et novus Ordo institui nequeat absque expresso consensu abbatis et conventus monasterii Cisterc. Cabillonen. dioec. A. F. R M. „Decet Romanum Pontificem“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 3 f. 59.

— — — (5775) Universos fratres Ord. Carthusien. ad cautelam absolvit, ne literae sequentes valeant impugnari. „Apostolicae Sedis“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 58.

— — — (5776) In monasterio S. Stephani de Bosco Cisterc. Ord. Squillacen. dioec.[2], cujus commendae Aloysius S. M. in Cosmedin. diac. Card. renuntiat, et in quo corpus S. Brunonis dicitur esse reconditum et quod olim, ut ab aliquibus asseritur, domus erat Ordin. Carthusien., dignitatem abbatialem et Ordinem Cisterc. perpetuo supprimit ac decernit, ut monasterium de cetero non sit monasterium, sed domus ejusd. S. Stephani sit et denominetur ibique Ordinem Carthusien., in cujus fratribus „regularis disciplinae observantia, vitae sanctimonia et exemplares mores in dies tamquam novelli palmites in agro Domini pullulare noscuntur“, instituit et huic novae Carthusien. Ord. domui omnia privilegia impertit, quibus aliae ejusd. Ord. domus gaudent. A. P. R. M. „Pro commisso nobis desuper Apostolatus officio“ (Benzon) Arch. Lat. tom. 3 f. 55, b. Ed. *Domenico Taccone-Gallucci*, Memorie storiche della Certosa de SS. Stefano e Brunone in Calabria, Napoli 1885 p. 43 seqq.

— — — (5777) Ferdinandum Siciliae Regem hac de re certiorem facit. „Hodie ex certis rationabilibus causis.“ Arch. Lat. tom. 3 f. 57.

— — — (5778) Universis istius monasterii vasallis praedictum decretum nuntiat iisque mandat, ut Priorem per dicti Ord. Superiores deputandum devote suscipiant, debita honorificentia prosequantur et solitam fidelitatem et jura debita ipsi exhibeant. Init. ut supra. (Nardinus) Arch. Lat. tom. 3 f. 57, b.

— — — (5779—5780) Aloysio tit. S. Mariae in Cosmedin diac. Cardin., qui commendae supradicti monasterii S. Stephani del Bosco Squillacen. dioec. renuntiavit, pensionem annuam super fructibus ejusd. S. Stephani del Bosco necnon Clarimontis et de la Pedula ac S. Bartholomaei de Trisalto et S. Jacobi Anglonen., Caputaquen., Alatrin. et Capritan. dioec. atque S. Crucis in Jerusalem de Urbe domorum Carthusien. Ordinis assignat et regressum ad dictam domum S. Stephani del Bosco pensione deficiente concedit. „Personam tuam.“ Episcopis Militen. et Cavallicen. et vicario gener. episcopi Squillacen. executionem committit. „Hodie cum dilectus filius“ (Benzon. A. de Alvarottis | Grat. p. Card. Nardinus) Arch. Lat. tom. 19 f. 227, b; f. 231.

— — — (5781) Albertum ex Marchionibus Brandenburgen. Electum Magdeburgen., cum ipsum ecclesiae Halberstaden. praeficere intendat, ad cautelam a censuris absolvit. „Apostolicae Sedis consueta clementia“ (F. Bregeon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 3 f. 118.

---

[1] Egitania (Guarda) in Portugallia.

[2] De hoc monasterio a Cisterc. ad Carthusian. Ordinem traducto cf. *Janauschek* tom. I p. 124 n. 316.

1513.

16. Dec. (XVII. Kal. Januar.) Romae apud S. Petrum (5782) Eundem ecclesiae Halberstaden., quam Ernestus archiepisc. Magdeburgen., dum viveret, in administrationem obtinuerat, et cujus capitulum ipsum concorditer in episcopum postulavit, administratorem deputat, donec 27. annum attigerit et deinde ipsum eidem eccles. praeficit in episc. et pastorem, ita, ut utriusque ecclesiae Magdeburg. et Halberstaden. verus administrator et deinde verus praesul et antistes existat. „Divina disponente clementia“ (F. Bregeon) Arch. Lat. tom. 3 f. 113.

— — — (5783—5786) Quam provisionem nuntiat a) capitulo ecclesiae Halberstaden., b) clero et c) populo civit. et dioec. Halberstaden. necnon, d) vasallis dictae eccl. „Hodie dil. filium Albertum.“ Arch. Lat. tom. 3 f. 115 seq.

— — — (5787) Eundem Maximiliano in Imper. Electo commendat. „Gratiae divinae praemium.“ Arch. Lat. tom. 3 f. 116.

— — — (5788) Pro eodem scribit archiepiscopo Maguntin. „Ad cumulum tuae cedit“ (Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 116, b.

— — — (5789) Eidem concedit, ut 27. annum adeptus dictae ecclesiae praeesse eamque regere valeat non obstante defectu aetatis. „Divina supereminens largitas“ (Bregeon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 117.

— — — (5790) Episcopis Lubicen. et Brandenburgen. mandat, ut ab eodem fidelitatis juramentum recipiant. „Cum Nos hodie“ (F. Bregeon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 118, b.

— — — (5791) Marinum de Accia (al. Atia) Brancarium cler. Capuan. ad cautelam absolvit. „Romani Pontificis gratiosa benignitas“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 12 f. 178.

— — — (5792) Cum eodem Marino, quem Coadjutorem Antonii episcopi Nuscan. cum jure successionis deputare intendit, super defectu aetatis dispensat, ut in eventum vacationis, si 27. annum attigerit, ecclesiae Nuscan. in episcopum praefici et munus consecrationis suscipere possit. „Divina supereminens largitas“ (Script. iidem.) L. c. f. 179.

— — — (5793) Eundem Marinum, dicti Antonii episcopi nepotem, eidem Antonio episcopo senio et morbis confecto Coadjutorem perpetuum deputat et in eventum vacationis ipsi administrationem dictae ecclesiae Nuscan. in spirit. et temporalibus committit, donec 27. annum attigerit et deinde illum praefatae ecclesiae praeficit in episcopum et pastorem. „Romanus Pontifex in potestatis plenitudine“ (Supra: Benzon) L. c. f. 174.

— — — (5794—5797) De hac provisione scribit: a) capitulo ecclesiae Nuscan., b) clero et c) populo civit. et dioec. Nuscan., d) vasallis dictae ecclesiae. „Hodie ex certis causis.“ L. c. f. 176 seq.

— — — (5798) Eundem Marinum Ferdinando Siciliae Regi commendat. „Gratiae divinae praemium“ (Infra: Nardinus) L. c. f. 177, b.

— — — (5799) Petrum abbatem monasterii B. M. de Reliquiis Cisterc. Ord. Leonen. dioec.[1] ad cautelam absolvit ob sequentem praefectionem. „Apostolicae Sedis indefessa clementia“ (Infra: Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 233, b.

— — — (5800) Eundem monasterio B. M. de Begar Cisterc. Ord. Trecoren. dioec.[2], cum Guillermus nuper ejusd. monasterii abbas resignaverit, praeficit in abbatem, ita ut monasterio B. M. de Requiis praeesse non desinat, sed utriusque monasterii verus abbas existat. „Summi dispositione rectoris“ (Supra: A. de Alvarottis) L. c. f. 231.

— — — (5801—5803) Hanc provisionem: a) conventui monasterii B. M. de Begar, b) vasallis ejusd. monast., c) Annae Francorum Reginae nuntiat. „Hodie monasterio“ (Infra: Nardin.) L. c. f. 232 seq.

— — — (5804) Justitiae et Gubernatori ac aliis officialibus regni Aragonum, quorum favore, ut asseritur, suffulti homines villae de Exea Militum Caesaraugustan. dioec. ad quorundam instigationem agunt, ut procuratores Marci tit. S. Mariae in via lata diac. Card. et in prov. Patrimonii S. Sedis Legati in possessione Prioratus Militum O. S. B. dictae villae vexentur, sub excommunicationis poena mandat, ut istos homines a vexatione desistere faciant, ne id facile ac demisse patientes probare videantur. „Expositum Nobis fuit“ (Sadolet.) Brev. tom. 2 n. 97.

— — — (5805) Petro de Flisco, cui commiserat, ut Andreae de Corsio mercatori Januen. 200 duc. ad eundem Andream spectantes per quondam Salvatorem de Ricabonis relictos solveret, cum dictus Petrus ob alias literas, quibus 1000 duc. per eundem Salvatorem relictos ad Pontificem spectantes retinere jubebatur, priores literas exequi dubitet, mandat ut istos 200 duc., dummodo ad summam dictorum 1000 duc. non pertineant, praefato Andreae solvat aut solvi faciat. „Scripsimus alias ad te“ (Sadolet.) Brev. tom. 2 n. 96; tom. 30 p. 150.

— — — (5806) Aphricano Severolo Faventino legum doctori, Mag. Christophori Barotii scriptoris lit. ap. familiari, pensionem annuam super fructibus paroch. ecclesiae S. Mariae de Liciano Britonorien. dioec., quam dimisit, et pensione deficiente regressum ad dictam

[1] *Janauschek* I p. 24 n. 57. [2] al. de Begardo *Janauschek* I p. 18 n. 39.

1513.

eccl. concedit. „Literarum scientia“ (A. Melfit. | Grat. p. fam. script. Bertin. Gomiel | Cyprian. Coll. J. J. Cipellus) L. 1006 f. 147.

16. Dec. (XVII. Kal. Januar.) Romae apud S. Petrum — (5807) Petro Cabata paroch. ecclesiam de Olo Vicen. dioec. resignanti quoddam perp. simplex beneficium *tertium* nuncupatum sub invocatione S. Nicolai in eccl. Barchinonen. a Mag. Guillelmo Cassador capellano Pontificis dimissum confert et pensionem annuam assignat super fructibus paroch. ecclesiae de Burcenie abbatiatus Aggeren. Nullius dioec., quam Joh. Garra obtinet, et paroch. ecclesiae del Prat Vicen. dioec., quam Monseratus Carbonell obtinet, ac pensione deficiente jus accedendi ad eccl. de Burcenie concedit. „Apostolicae Sedis“ (A. Colotius | Grat. de mand. L. de Bertinis | S. Gerona. Coll. D. de Juvenibus) L. 1000 f. 350, b.

— — — (5808—5809) Guillelmo Cassador capellano suo U. J. doctori paroch. ecclesiam de Olo Vicen. dioec. a Petro Cabata dimissam confert. „Apostolicae Sedis.“ Executionem committit episcopis Cavallicen. et Asculan. et Officiali Vicen. „Hodie dilecto filio“ (A. Colotius | Grat. de mand. S. D. L. de Bertinis. Gomiel | A. de Castillo. Coll. Attan.) L. 1000 f. 257; f. 257, b.

— — — (5810) Benedicto Pauli confert canonicatum et *Prioratum S. Marcelli* nuncupatam praebendam ecclesiae Massilien. „Vitae ac morum“ (F. Armellin. | Cheminart. Aloys. | Balbus. Coll. Attan.) L. 1046 f. 1. Flor. Archivio di Stato (Prov. Rinuccini).

— — — (5811) Johanni de Puertelas cler. Oscen. dioec. pensionem an. medietatis fructuum paroch. ecclesiarum S. Petri de la Villa et B. Mariae de Albella locorum dictae dioec. et accessum ad eas concedit. Init. ut supra. (Evangel. | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Millin. | Cabredo. Coll. Attan.) L. 1038 f. 126.

— — — (5812) Decano eccl. Casalen. et vicar. gen. archiep. Januen. et episc. Aquen. mandat, ut Bernardinum de Gamberia archipresb. eccl. B. M. de Capranica Sutrin. dioec. contra injustos occupatores defendant. „Militanti Ecclesiae“ (Jul. Agrigent. | Grat. de mand. S. D. Colardi | Valtrini. Coll. Blondus) L. 1205 f. 704.

— — — (5813—5814) Didaco de Villoslada U. J. doctori familiari suo ecclesiam campestrem Heremitorium nuncupatam B. Mariae districtus loci de Alvarite Calaguritan. dioec. a Mag. Francisco de Vega scriptore resignatam confert. G. F. Executores deputat episcopos Cavallicen. et Agrigentin. et Officialem Calaguritan. „Hodie dilecto filio“ (P. Lambertus. O. de Cesis | Ph. de Senis) Arch. Lat. tom. 19 f. 80, b; f. 82, b.

17. Dec. (XVI. Kal. Januar.) — Sabbato IV temporum ordinat tres novitios Cardinales (praeter Puccium) una cum Gurcensi in capella secreta. (Paris de Grassis f. 79.)

— (5815—5816) Mag. Johanni Arberino Elnen. concedit officium sui et Apost. Sedis subdiaconi resignatione Bernardini Gamberiae vacans cum omnibus illius honoribus, oneribus et emolumentis consortio subdiaconorum de numero participantium eum aggregans. „Laudabilia probitatis et virtutum merita“ (P. de Cesis | Colardi. Draco). Raphaeli episc. Ostien. Card. Camerario mandat, ut eum ad dictum officium admitti faciat. „Hodie dilecto filio“ (Infra: R. Saldus. Coll. Amerin.) L. 1211 f. 35; f. 36.

— — — (5817) Francisco Aprilis rectoriam paroch. ecclesiae B. Mariae de Castaneis Sobiros Carcassonen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Carrotius | Bertin. Gomiel | Vega. Coll. Bucan.) L. 1001, f. 87, b.

— — — (5818) Bertrando de Roffigniaco baccal. in J. U. confert paroch. ecclesiam B. Laurentii de Borsaco Petragoricen. dioec. „Nobilitas generis“ (J. Carrotius | L. de Bertinis. Gomiel | Cyprian. Coll. P. Bucanus) L. 1004 f. 134.

— — — (5819) Claudio Colot cler. Lingonen. dioec. commendat paroch. ecclesiam de Gillauco Eduen. dioec., quae per canonicos monasterii S. Margaritae O. S. A. dictae dioec. teneri consuevit. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Balbus p. rescrib. Baena | D. de Valleoleti | Coll. Campan.) L. 1004 f. 155.

— — — (5820) Roberto de Nidis Praeposito ecclesiae Massilien. familiari suo monasterium Vallissanctae Cistercien. Ord. Apten. dioec.[1] commendat, cui quondam Ciricius Morini ejusd. monasterii abbas, dum viveret, praesidebat. „Romani Pontificis providentia“ (P. de Cesis | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. L. de Bertinis. Gomiel | J. Cheminart. Coll. Attan.) L. 1000 f. 277, b.

— — — (5821) Episcopis Maclovien. et Trecoren. mandat, ut a Petro abbate monasterii B. M. de Begar Cisterc. Ord. Trecoren. dioec. fidelitatis debitae juramentum recipiant. „Cum Nos pridem“ (Infra: Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 234.

— — — (5822) Ricardo Weston cler. Conventren. et Lichefelden. dioec. indultum quoad beneficia concedit. „Vitae ac morum“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. vol. A f. 192, b.

— — — (5823) Marino de Accia Brancario cler. Capuan., quem Coadjutorem Antonii episc. Nuscan. deputavit et in eventum vacationis eidem ecclesiae Nuscan., si 27. annum attigerit, in episc. praefecit, concedit, ut ipse clericali dumtaxat charactere insignitus

[1] Vide *Janauschek* I p. 189 n. 486.

1513.

		a quolibet catholico episcopo etiam extra tempora a jure statuta ad omnes sacros ordines se promoveri facere et ab eodem vel alio episc. munus consecrationis suscipere valeat. „Cum Nos pridem te in XVIII vel circa tuae aetatis anno constitutum“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 12 f. 179, b.
17. Dec. (XVI. Kal. Jan.)	Romae apud S. Petrum	(5824) Episcopis Telesin. et Tropien. mandat, ut a praefato Marino debitae fidelitatis juramentum recipiant. „Cum Nos nuper dilectum filium Marinum“ (Infra: Nardinus) L. c. f. 180, b.
18. Dec.	—	Dom. IV. Advent. Patriarcha Antiochenus cantat Missam. P. de Grassis f. 79, b.
(XV. Kal. Januar.)	—	(5825) Jacobo Aragonen. Visitatori provinciae remotioris Lombardiae Carthusien. Ord. tribuit licentiam omnes fructus tam S. Martini extra muros Neapolitan. quam aliarum domorum Ordinis et provinciae praedictorum usque ad summam 2000 duc. obligandi, quos pro expeditione literarum super concessione monasterii S. Stephani de Bosco nuper facta (n. 5776) et pro solutione annatae et aliorum jurium Camerae apost. inde debitorum mutuo accipere intendit. „Exponi Nobis nuper fecisti“ (Sadolet.) Brev. tom. 2 n. 98; tom. 30 p. 152.
— —	—	(5826) Petro Roccha cler. Tarraconen. dioec. unum vel plura certi valoris beneficia in Tarraconen. Barchinonen. Gerunden. et Vicen. civit. et dioec. consistentia reservat et illi, cum ea vacare contigerit, etiam si actu vacent, illa confert. Init. ut supra
	a S. Petro	(Melfit. | Draco. Colardi | Bertrandi. Coll. Donat.) L. 1024 f. 249.
— —	ad Lateran.	proficiscitur.
— —	Laterani	(5827) Martino de Miranda, fratri germano Johannis de Lerma liter. ap. scriptoris, confert canonicatum et praeb. ecclesiae SS. Cosmae et Damiani oppidi de Caveisrubeis Burgen. dioec. „Vitae ac morum“ (Colotius | Gratis pro fratre script. Bertin. | Valtrini. Coll. Amerin.) L. 998 f. 298.
— —	—	(5828) Vicario gen. episcopi Vercellen. mandat, ut paroch. ecclesiam S. Mariae de Rippis Vercellen. dioec., super qua lis pendebat, si nemini sit jus quaesitum, Gabrieli de Tricionibus cler. Vercellen. conferre curet; juri patronatus ea vice specialiter derogat. „Vitae ac morum“ (Colotius | Bertin. Gomiel | Marciaci. Coll. Attan.) L. 1009 f. 29.
— —	—	(5829) Sigismundo de Compagnonibus confert paroch. ecclesiam S. Andreae de Colbertaldo Ceneten. dioec. „Vitae ac morum“ (Evangel. | J. Cheminart. Aloys. | Cyprian. Coll. F. d. Attan.) L. 1021 f. 31.
— —	—	(5830) Officialibus Ulixbonen., Columbrien. et Visen. mandat, ut paroch. ecclesiam S. M. de Mizquitella Columbrien. dioec., quae de jure patronatus Regis Portugaliae existit, paroch. ecclesiae S. Juliani de Zurara Visen. dioec., quam Didacus Fernandi Cabral, decanus capellae Emmanuelis Portugaliae Regis, obtinet et cui ecclesia paroch. de Signoria Visen. dioec. jam est unita, quamdiu ipse ecclesiam S. Juliani obtinuerit, de consensu dicti Regis uniri et annecti curent. „Romanum decet Pontificem“ (Lambertus | Barotius) Arch. Lat. tom. 8 f. 80.
— —	—	(5831) Archiepiscopo Neapolitan. et archidiacono ecclesiae Nicosien. et vicario gen. episcopi Paphen. mandat, ut Caesari Podacataro fratri Hospit. S. Joh. Hieros. camerario et fam. suo paroch. ecclesiam *Prioratum* nuncup. de Polamo Paphen. dioec. Matthaeo Davidis ejus rectore vita functo vacantem, cum Livius etiam Podacatarus cler. Nicosien. dicti Caesaris frater germanus et notar. Pontif. concessioni de eadem eccl. ipsi factae cesserit, commendare curent. G. F. (Ph. de Agnellis | Grat. de mand. Add. VIII Id. Sept. a. II. Nardin.) Arch. Lat. tom. 22 f. 275.
— —	—	(5832) Iisdem mandat, ut dicto Caesari Cantoriam ecclesiae Paphen. obitu praefati Matthaei vacantem, cum Livius ejusd. Caesaris frater juri ad eam ipsi competenti cesserit, commendare curent. Init. et script. ut supra. L. c. f. 277, b.
— —	—	(5833) Mag. Johanni de Madrigal notar. et lit. apost. scriptori ac familiari suo confert canonicatum et praeb. ecclesiae B. Mariae oppidi de Talavera Toletan. dioec. G. F. (Scutarius | Grat. p. socio | Cabredo. Coll. H. de Cesis) L. 1134 f. 225.
— —	—	(5834—5835) Cum Johanne Fuge de Greiffenstein canonico ecclesiae S. Bartholomaei Frankfurden. Maguntin. dioec. super residentia dispensat, ut literarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, insistendo beneficiorum fructus percipere valeat. „Vitae ac morum.“ Praeposito B. Mariae Virg. ad gradus Colonien. et S. Victoris extra muros Maguntin. et S. Castoris oppidi Confluentiae Treveren. dioec. ecclesiarum decanis mandat, ut ipsi in praemissis assistant. „Hodie dilecto filio“ (P. Lambertus. O. de Cesis | Grat. p. fam. script. Nardin.) Arch. Lat. tom. 23 f. 1; f. 2.
— —	—	(5836) Episcopis Lucerin. et Asculan. et Officiali Lugdunen. mandat, ut Guillermo Jalliardi de Marbosio juniori cler. Lugdunen. dioec. canonicatum et praeb. ecclesiae Cavallicen. et paroch. ecclesiam S. Martini Floyriaci dictae dioec. vacantes obitu Guillermi etiam Jalliardi senioris, cujus Guillermus jun. nepos existit, conferre curent. „Vitae ac morum“ (P. Lambertus | Ph. de Senis) Arch. Lat. tom. 19 f. 289, b.
— —	—	(5837) Cum in fundatione perpetuae capellaniae *secundariae* nuncupatae duorum capellanorum in paroch. ecclesia de Tawcetur Lincolinen. dioec. inter alia caveatur, quod

1513.

eam p. t. obtinens cum illa aliud beneficium ecclesiasticum obtinere non possit, ita ut eam infra mensem post assecutionem alterius beneficii dimittere teneatur, in favorem Willelmi Clerke Mag. in artibus, qui praefatam capellaniam obtinet, dicto statuto derogat et eidem Willelmo indultum quoad beneficia concedit. „Literarum scientia“ (P. Lambertus | Nardinus) Arch. Lat. vol. A. f. 171.

19. Dec. (XIV. Kal. Januar.) Romae in basilica Lateran. Celebrat sessionem VIII. Conc. Lateran. cum 23 Cardinalibus et 73 archiepiscopis et episcopis, quinque regular. Ordinum praesidibus et principum Oratoribus aliisque laicis nobilibus. Ibi lecta Ludovici XII. Galliae Regis declaratio de Conciliabulo Pisano a se deserto et de sua ad Concilium Lateran. adhaesione etc. *Hard.* Conc. t. IX p. 1705 seq. *Raynald.* h. a. n. 86 seq. In ea Sess. publicatae sunt Constitutiones tres, quarum prima

— — — (5838) damnat propositiones fidei cathol. contrarias, praesertim de animae humanae mortalitate et in omnibus hominibus unicitate ac de philosophiae et fidei dissonantia [1] A. P. R. M. Sacro approbante Concilio. „Apostolici regiminis sollicitudo Nos pulsat.“ (Infra: *Visa de Curia:* Colardi | D. de Comitibus | Auscult. P. Bemb.) L. 1198 f. 65. *Hard.* IX p. 1719. 1720. Bull. Rom. ed. Lux. 1742 p. 542. Lib. Septim. Decretal. c. 8. de haer. et schismat. V, 3. *Raynald.* l. c. n. 92. 93. *Bzov.* h. a. p. 199. Bull. ed. Taur. tom. V p. 601. 602. Const. 6. Hanc bullam per archiepiscopum Gnesnen. lectam excepit altera per archiepiscopum Senensem lecta:

— — — (5839) De pace inter christianos principes restituenda, de sacra expeditione praeparanda et de reductione Bohemorum dissidentium ad Ecclesiae unitatem. A. F. R. M. Sacro approbante Concilio. „Ad omnipotentis et individuae Trinitatis laudem“ (Infra: *Visa de Curia:* Colardi. | P. Cotini. Auscult. P. Bembus) L. 1198 f. 66, b. *Hard.* l. c. p. 1721. 1722. *Bzov.* l. c. p. 200. *Raynald.* l. c. n. 94. 95. Deinde episcopus Taurin. legit tertiam bullam:

— — — (5840) Pro executione Constitutionis de reformatione Curiae editae (d. d. 13. Dec.) et a S. Concilio approbatae ad poenas in dicta Bulla expressas aliae poenae in contravenientes statutae adduntur. A. P. R. M. Sacro approbante Concilio. „In apostolici culminis specula“ (*Visa de Curia:* Colardi | De Comitibus) L. 1198 f. 64. *Hard.* 1723. 1724. *Bzov.* p. 200. 201. *Raynald.* l. c. n. 90 [2].

Cantato hymno Te Deum patefactis Concilii januis Papa ad palatium reversus est.

— — Laterani (5841) De *armorum servientibus* constituit, ut aliquo honesto munere contenti, quod ipsis juxta consuetudinem antiquitus observatam ultro offeretur, nihil a Regum, principum vel communitatum ad S. Sedem Oratoribus destinatis exigant; procurat, ut clerici Camerae dictis *armorum servientibus* de taxa seu portione ipsis ex lit. apost. proveniente integre satisfaciant. A. P. R. M. „Provida Romani Pontificis in cunctis suis actibus circumspectio“ (A. Melfit. | Marciaci | Cheminart. Coll. Attan.) L. 1205 f. 688.

— — Romae apud S. Petrum (5842) Mag. Bartholomaco de Petrasancta capell. suo et caus. P. A. auditori mandat, ut Johannem de Valdolmos cler. Toletanae dioec. surroget ad omne jus, quod Johanni de Ortega, cum quo litigaverat, tempore obitus competebat ad capellaniam s. *Heremitorium B. Mariae Scanal.* dictae dioec., eamque ipsi, si nemini sit ius quaesitum, conferat. „Vitae ac morum“ (Capranica | Millin. Gauden. | Mendes. Coll. S. de Spol.) L. 1042 f. 308.

— — — (5843) Bertrando de Roffignaco presb. Sarlaten. dioec. baccal. in decretis Operariam monasterii B. Mariae de Solhaco O. S. B. Caturcen. dioec. resignatione Hugonis de Roffignaco vacantem commendat. „Nobilitas generis“ (Armellin. | Cyprian. Coll. Bucan) L. 1000 f. 21.

— — — (5844) Decano ecclesiae Casalen. mandat, ut Vincentio de Bechiis Ord. FF. Praedic. de observantia nuncupatorum et theologiae professori Hospitale S. Mariae Casalen. O. S. A. obitu Guliermi de Aribaldis O. Praed. vacans, si idoneus reperiatur, juxta Constitutionem Clementis PP. V. in Concilio Viennen. super hoc editam tenendum ac regendum committat. „Exhibita siquidem Nobis“ (Benzon. | Campania) Arch. Lat. tom. 13 f. 105.

— — — (5845) Sebastianum de Falces cler. Palentin. dioec., Didaci de Castillo script. fam., cum episcopi Palentin. indultum a S. Sede obtinuissent, quod nemo cujusvis ecclesiae cujuscunque loci seu oppidi dictae dioec. filius patrimonialis ad effectum beneficia patrimonialia obtinendi dici posset, nisi parentes, avi seu proavi per certum tempus

[1] Errores isti a Petro Pomponatio Neoplatonico traditi in ejus postea publicatis operibus (Venet. 1526 f.) notati et a plurimis eruditis impugnati sunt. Cf. *Roscoe* tom. IX c. XX p. 106. 111 seq. *Mansi* ad Raynald. a. 1513 n. 92 p. 42. *Ranke*, Röm. Päpste L. I Opp. coll. tom. 37 p. 48 n. 1.

[2] Exstant harum bullarum plura exemplaria typis impressa Romae 1514, v. g. in Biblioth. Regia Monacen.

1513.

in loco hujusmodi habitassent et ecclesiae decimas et primitias persolvissent et idem filius in parochia natus ac fonte baptismali ejusd. eccl. baptizatus ac forsan alias certo modo qualificatus existeret, et quod nemo fructus talis beneficii patrimonialis percipere et exigere posset, nisi personaliter resideret, et quod absentia per 8 menses durante tale beneficium vacare censeretur, filium patrimonialem in de Pedraza de Campos et de Mozientes paroch. ecclesiis locorum dictae dioec. ad effectum inibi duo benef. patrimon. obtinendi creat, ac si omnia requisita habeat, eique indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ (Melfit. | Grat. p. fam. script. Suno. Baena | F. de Acre. Coll. Bucanus) L. 1023 f. 181.

20. Dec. (XIII. Kal. Januar.) — Romae apud S. Petrum — (5846) Arcium R. E. pagas reducit et Camerae apost. mandat, ut in posterum hanc reductionem observet. M. P. „Volentes pro ministerio pastoralis officii diligentem curam habere, ut arces S. R. E. bene et fideliter custodiantur, et superfluas expensas resecare, ut Camera Nostra apost. pro custodia dictarum arcium minorem impensam sustineat, ut aliis impensis necessariis melius subvenire possit.“ Sequitur elenchus arcium [1]. Div. Cam. t. 63 f. 169, b.

— — — (5847) Dilectis filiis . . . Declarat, se jamdudum animum intendisse ad exsiccandas paludes Pontinas, quae putridis stagnant aquis, et licet geometricae artis periti a se missi retulerint, magni laboris ac dispendii opus futurum, tamen publicae utilitatis causa se tantum opus aggredi statuisse. „Deliberationem hanc Nostram paludum exsiccandarum universitati vestrae ac vobis omnibus et singulis per dil. filium Marcum de Montilio commissarium Nostrum duximus significandam. Quocirca eam ac vos omnes et singulos tenore praesentium requirimus et monemus, ut, quam primum eae literae vobis redditae fuerint, consilio super iis praehabito duo aut tres ex vestris hominibus, quos duxeritis eligendos, una cum dicto Marco ad ea loca, quae juxta paludes forsitan possidetis et colitis, accedant eaque, ubi ad vos et universitatem vestram pertinere docuerint, ductis limitibus, ne de cetero aquis exsiccatis aliquis error et contentio oriri possit, terminent et intitulent ac praefixis terminis et titulis cum sufficienti mandato huc accedant, ut vestra jura coram Praesidentibus Camerae Nostrae apost., ne imposterum de finibus inter vos quaestio oriatur, firment et corroborent. Volumus autem pro Nostro pastorali officio, cujus proprium est jus suum unicuique tribuere, propter hoc opus, etsi ob aëris salubritatem et frumenti et aliarum frugum copiam utile est futurum, ne cui in suo jure praejudicium generetur.“ [2] — „Cum pro ea cura et sollicitudine.“ Brev. tom. 30 p. 155; tom. 2 n. 100.

— — — (5848) Francisco de Minerbettis archidiacono ecclesiae Florentin. assignat pensionem annuam super fructibus paroch. ecclesiae de Rubrevilla Tullen. dioec., quae ab ipso resignata Ferrico Henrici confertur, eique jus regrediendi sive accedendi ad eam concedit. G. F. (J. B. Nasius | Suno. Baena | de Acre. Coll. Attan.) L. 1004 f. 289, b.

— — — (5849) Mandat omnibus subditis, ad quos praesentes literae pervenerint, ut Rodericum Paneaqua aromatarium, qui ceras tam albas quam rubras pro usu palatii sui ad Rom. Curiam e locis quibus ei videbitur deducturus sit, per omnes civitates, terras et loca absque ulla datii, pedagii, gabellae etc. aut cujusvis alterius oneris solutione cum dictis ceris libere transire permittant. „Cum dilectus filius“ (Sadolet.) Brev. t. 2 n. 99 t. 30 p. 154.

— — — (5850) Johanni de Castro Sacristiam monasterii Cluniac. ejusd. Ord. Matisconen. dioec. confert et Prioratum S. Stephani Nivernen. Cluniac. Ord. commendat. „Religionis zelus“ (Evang. | Colardi | Cotini. Coll. Campan.) L. 995 f. 64.

— — — (5851) Gaspari de Glandenes Praeposito ecclesiae Tholonen. commendat Prioratum B. M.

[1] Elenchus hic est: Arx S. Angeli de pagis 74 reducatur ad 64. Arx Fani ad pagas 18. Arx Mondaini ad p. 10. Arx Saxoferrati ad p. 8. Arx Fabriani ad p. 5. Arx Rotundi ad p. $2^1/_2$. Arx Rochaecontractae ad p. 6. Arx Exii ad p. 8. — Perusia: Arx Spoleti ad p. 42. Arx Montoni ad p. 8. Arx Gualdi Nuceriae ad p. 6. Assisii ad p. 15. Citernae ad p. 10. Arx Cassiae ad p. 12. Arx Vissi ad p. $2^1/_2$. — A. Salaria Urbis: Arx Terracinae ad 15. Arx Ceperani ad p. 4. Arx Tiburis a depositar. ad p. 14. Arx Beneventi ad p. 16. Arx Viterbii ad p. 12. Civit. Vetulae ad p. 16. Urbis veteris ad p. 10. Vetrallae ad p. 7. Roncilionis ad p. 10. Tulphae ad p. 5. Montalti ad p. 5. Civitae Castellanae ad p. 24. Bulsenae ad p. $2^1/_2$. Bledae ad p. 5. Narniae ad p. 10. — Romandiolae: Montisflor. ad p. 8. Veruculi ad p. 8. Cesenatici ad p. 5. Cesenae ad p. 40. Bertinorii ad p. 10. S. Archangeli ad p. 10. Forlinpopuli ad p. 5. Forlivii ad p. 60. Imolae ad p. 20. Faventiae ad p. 16. Arimini ad p. 13. Ravennae ad p. 46. Civitellae ad p. $2^1/_2$. Vallis oppidi ad p. $2^1/_2$. Meldulae ad p. $2^1/_2$. „Placet et ita M. P. mandamus.“

[2] Accensendus sane est Leo X. iis Pontificibus, qui jam ante Pium VI. pro agro Romano et pro exsiccandis paludibus Pontinis strenue laborarunt. De istis paludibus agit *Tournon*, sub Napoleone I. Romae et ejus districtui praefectus, in opere: *Études statistiques sur Rome* etc. Paris. 1831, vol. I p. 319—321.

1513.

Ranesti de Sparono O. S. B. Aquen. dioec. a monasterio S. Victoris prope muros Massilien. dependentem. „Nobilitas generis“ (F. Castilioneus | Grat. de mand. S. D. L. de Bertinis. Gomiel | Salvius. Coll. S. de Spol.) L. 1002 f. 220.

20. Dec. (XIII. Kal. Januar.) Romae apud S. Petrum (5852) Aegidio Roderici de Maros archidiacono de Trasanchos in ecclesia Mindonien., qui canonicatum et praeb. ecclesiae Canarien. resignavit, pensionem annuam assignat super fructibus dictorum canonicatus et praeb. per Ariam Barela canonicum solvendam. „Vitae ac morum“ (Carrotius | De Bertinis. Gomiel | F. de Vega. Coll. Amerin.) L. 1001 f. 234.

— — — (5853) Bernardo Johanni Brul cler. Urgellen. dioec. tria beneficia in dicta dioec. confert. Init. ut supra (Evangel. | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Cheminart. | Cabredo. Coll. Donatus) L. 1031 f. 180.

— — — (5854) Archidiacono de Montes in eccl. Tudensi mandat, ut praestimonialem portionem in paroch. eccl. S. Jacobi de Valdrans Tuden. dioec. conferat Fernando Petri cler. Tuden., si eum idoneum reperiat. „Dignum arbitramur“ (Evangel. | Draco. Colardi | F. de S. Joh. Coll. Donatus) L. 1021 f. 168, b.

— — — (5855) Didaco Beltran cler. Calaguritan. dioec., Mag. Silvii de Passerinis scriptoris et Datarii apost. familiari, quem filium patrimonialem quarundam ecclesiarum paroch. in dioec. Burgen. et Calaguritan. creavit, et cui per alias literas concessit, ut in ecclesiis, quarum filius patrimonialis est, ad duo beneficia patrimonialia primo vacatura praesentari et admitti debeat, declarat has posteriores literas in omnibus valere, licet mentio facta non sit, illum istarum ecclesiarum filium patrimonialem ex privilegio apostolico esse. „Vitae ac morum“ (Blondus | Grat. p. fam. script. Marciaci | J. de Cesis. Coll. S. de Spoleto) L. 1024 f. 192.

— — — (5856) Johanni de Quercu cler. Cameracen. dioec., familiari Mag. Petri Marciaci scriptoris apost., assignat pensionem annuam super fructibus tum canonicatus et praeb. ecclesiae S. Gaugerici Cameracen., quibus renuntiavit, tum monasterii S. Petri Altimonten. O. S. B. ejusdem dioec. „Vitae ac morum“ (Carrotius | Grat. p. fam. script. Balbus. Baena | Suno. Coll. Attan.) L. 1024 f. 46.

— — — (5857) Mag. Paulo de Capisuchis capell. suo de caus. P. A. aud. mandat, ut Alexandrum de Cesena archipresbyterum archipresbyteratus S. Laurentii in Strata Ariminen. dioec. legum doctorem surroget ad omne jus, quod Dominico de la Porta vita functo et Laurentio Argenti de Civitate Vetula rectori paroch. ecclesiae S. Silvestri Sutrin. competebat ad Praeposituram ecclesiae Cesenaten., et illam, si nemini sit jus quaesitum, ipsi conferat. „Literarum scientia“ (Agrigentin. | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Suno. Baena | Salvius. Coll. Attan.) L. 1003 f. 216.

— — — (5858) Bernardo de Ordas cler. Legionen. dioec. J. U. doctori paroch. ecclesiam S. Michaelis de Ruchao dictae dioec. confert. „Literarum scientia“ (J. B. Nasius | Grat. de mand. Suno | Tarin. Coll. Attan.) L. 1005 f. 159.

— — — (5859) Episcopo Cavallicen. et decano ecclesiae S. Jacobi Lovanien. Leodien. dioec. ac Officiali Cameracen. mandat, ut canonicatum et praeb. ecclesiae S. Gaugerici obitu Guillelmi Bucelli vacantes Nicolao Quellerie cler. Cameracen. dioec. et in U. J. Licentiato conferre curent. „Literarum scientia“ (P. Lambertus | Nardinus) Arch. Lat. vol. A f. 186.

— — — (5860) Mag. Johanni Georgio de Monteferrato cler. Casalen. notario suo reservat monasterium B. Mariae de Loccdio Cisterc. Ord. Casalen. dioec., quod de jure patronatus p. t. existentis Marchionis Montisferrati existit et quod Hannibal de Monteferrato in commendam obtinet, et districte inhibet, ne conventus et ille vel illi, ad quos vacatione occurrente electio seu postulatio vel confirmatio abbatis spectat, ad electionem seu postulationem vel confirmationem procedant; si dictum monasterium vacare contigerit vel si actu vacet, illud praefato Johanni Georgio commendat, dummodo Guillelmi Marchionis Montisferrati expressus accedat assensus. „Romanus Pontifex“ (Blondus | Colardi. Balbus | J. de Gais. Coll. H. de Cesis) 1107 f. 186.

— — — (5861) Mag. Martino Spinosa causarum P. A. auditori mandat, ut Hieronymo Betsthlin (Ind. separ.: Besthlin) canonico ecclesiae SS. Michaelis et Petri Argentin., S. Petri senioris nuncup., qui cum Jacobo Bannissis super Praepositura dictae ecclesiae litigaverat, dictam Praepositurum obitu Thomae Wolff vacantem, si nemini sit jus quaesitum conferre curet. „Vitae ac morum“ (Ph. de Senis | Marciaci. Corbinus | A. Castillo. Coll. Narnia) L. 1053 f. 191.

— — — (5862) Mag. Bartholomaeo de Petrasancta causarum P. A. auditori mandat, ut Mag. Franciscum Bregeon cler. Senen. lit. apost. abbreviatorem et Card. Vicecancellario assistentem in omni jure et ad omne jus, quod Johanni Roderico de Pisa ad paroch. ecclesiam S. Michaelis de Pertyraz Tuden. dioec. tempore cessionis competebat, surroget et dictam ecclesiam eidem Francisco, si nemini sit jus quaesitum, conferat. G. D. et F. (A. de Alvarottis | Grat. pro assist. Nardin.) Arch. Lat. tom. 17 f. 96, b.

1513.

21. Dec. (XII. Kal. Januar.) Romae apud S. Petrum (5863) Didaco Beltran cler. Calaguritan. familiari suo literas de duobus beneficiis patrimonialibus in Burgen. et Calaguritan. dioec. ipsi conferendis necnon literas ad sanationem priorum literarum emanatas in omnibus valere declarat. G. F. (P. Blondus | Grat. de mand. S. D. Marciaci. Aloysius | Joh. de Cesis. Coll. Donatus) L. 1030 f. 232, b.

— — — (5864) Cum Julius II. supplicante Raphaele episcopo Ostien. tunc Albanen. ecclesiam paroch. S. Mariae loci de Majore Amalfitan. dioec., quam in commendam obtinebat, in ecclesiam collegiatam transmutasset cum omnibus privilegiis talium ecclesiarum et plura beneficia ei univisset eamque a jurisdictione archiepiscopi Amalfitan. exemisset, hac de re lis gravis cum hoc Praesule exorta est, quae in divini cultus diminutionem ac animarum fidelium periculum et archiepiscopi Amalfitan. p. t. existentis praejudicium cedit. Quare omnes partes ad suum tribunal evocavit Pontifex eisdem inter se silentium imponens et nunc revocat et cassat omnia, quae circa illam ecclesiam statuta fuerunt, beneficia ei unita dismembrat, Antonio archiepisc. Amalfitan. jurisdictionem reddit et dictam ecclesiam simpliciter parochialem, sicut prius erat, declarat. A. P. R. M. „Licet ea, quae per Romanos Pontifices“ (Castil. | De Bertin. Gomiel | Cotini. Coll. Atan.) L. 998 f. 310.

— — — (5865) Guillelmo de Morardo paroch. ecclesiam de Salvimonte Lumbarien. dioec. a Johanne de Sita resignatam confert. „Vitae ac morum“ (P. de Cesis | Suno. Baena | A. de Castillo. Coll. Attan.) L. 1000 f. 79.

— — — (5866) Cum Alberto Electo Magdeburgen. ex Marchionibus Brandenburgen., ut, quum primum 25. annum attigerit, ecclesiae Magdeburgen. in archiepiscopum et eccl. Halberstaden. in episcopum praeesse, utramque eccl. regere et munus consecrationis suscipere valeat, non obstante defectu aetatis gratiose dispensat. „Divina supereminens largitas“ (F. Bregeon. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 109.

— — — (5867) Julius II. pro parte Ludovici Regis christianissimi, Annae Reginae, Stephani episcopi ac Decani et Capituli eccles. Parisien. necnon praepositi mercatorum Scabini et communitatis Parisien. ac Magistri et fratrum Hospitalis *domus Dei*[1] nuncupati per S. Ludov. Regem fundati fidelibus civit. et dioec. Parisien. dictam domum cum capella aut capellis visitantibus et pro pauperibus ad ipsam confluentibus aliquam oblationem offerentibus indulgentias concessit. Ad eorundem preces Leo X. diem fer. II. Resurrectionis Domini in Jul. II. lit. expressam ad diem Nativ. D. N. J. Chr. transfert. A. P. R. M. „Supremi dispositione Rectoris“ (A. Colot. | Cyprian. Madrigal. | Hen. de Busseyo) L. 1205 f. 575.

— — — (5868) Claudio de Gattensibus canonicatum et praeb. ecclesiae S. Sixti Viterbien. confert. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. tom. 6 f. 298.

— — — (5869) Episcopo Marsican. et decano Alexandrin. et Maximo de Spoleto canonico Viterbien. ecclesiarum mandat, ut ipsum in possessionem inducant. „Hodie dilecto filio“ (Infra: Nardinus) L. c. f. 299, b.

— — — (5870—5871) Mag. Latino de Benassays cler. Rom. et notario ac cubicul. secreto et fam. suo concedit indultum quoad beneficia. G. D. et F. Universis archiepiscopis, episcopis, abbatibus etc. mandat, ut eundem Latinum contra injustos occupatores et detentores suorum jurium ac bonorum defendant. „Militanti Ecclesiae“ (Sadolet. | Grat. de mand. S. D. L. de Bertinis | Casanova. Coll. Donatus) L. 1011 f. 66, b; f. 70.

— — — (5872) Eidem Latino concedit varias gratias spirit. et facultates. „Sincerae devotionis affectus“ (Scr. ut supra) L. c. 72.

— — — (5873) Mag. Julio de Blanchiis cler. Bononien. notar. et fam. suo concedit speciales gratias et privilegia. „Sincerae devotionis“ (Colotius | Suno | Casanova. Coll. S. de Spol.) L. 1025 f. 349.

— — — (5874) Eidem indulget, ut fructus beneficiorum, quae obtinet, arrendare valeat. G. D. et F. (Script. ut supra) L. c. f. 348.

— — — (5875) Universis archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis personis in dignitate eccles. constitutis mandat, ut dicto Mag. Julio de Blanchiis assistant contra eos, qui possessiones, bona et jura ad eundem Julium pertinentia injuste occupant. „Militanti Ecclesiae“ (Script. iidem) L. c. f. 345, b.

— — — (5876) Eidem Julio de Blanchiis concedit indultum quoad beneficia. G. D. et F. (Script. iidem) L. c. f. 342.

— — — (5877) Familiae de Blanchiis Bononien. confirmat privilegia a diversis Legatis ipsi concessa. A. P. R. M. „Sincerae devotionis affectus“ (Gratiadei | Grat. de mand. S. D. Enckenw. Draco | A. de Verdesotto. Coll. S. de Spol.) L. 1001 f. 127, b.

— — — (5878) Aloysio S. M. in Cosmedin diac. Card., qui in lite super paroch. ecclesia B. Mariae loci de Sobradillo de Pallomares Zamoren. dioec. omni juri sibi competenti cessit, concedit regressum seu accessum ad dictam ecclesiam, si Alfonsus Garsiae de Par-

[1] Hotel Dieu.

1513.

raga, cui de ea providetur, cedat vel decedat vel eam quovis modo dimittat. „Ad personam tuam“ (Nasius | Suno | A. de Verdesotto. Coll. Attan.) L. 1003 f. 169.

21. Dec. (XII. Kal. Januar.) Romae apud S. Petrum

(5879) Episcopo Asculano mandat, ut Bartholomaeo Johannis de Pisis scholari Pisano famil. suo, qui Laurentii tit. SS. Quatuor presb. Card. obsequiis insistit, regimen Hospitalis pauperum S. Margheritae de Fichecrio Lucan. dioec., si sit idoneus, committat eumque in possessionem inducat. „Gerentes in desideriis cordis Nostri“ (Castilioneus | Grat. de mand. S. D. L. de Bertinis. Gomiel. | A. de Verdesotto. Coll. Attan.) L. 1000 f. 208, b.

— — —

(5880) Mag. Nicolao de Miniatis cler. Florentin. notar. et fam. suo facultatem tribuit 4 beneficia incompatibilia recipiendi eaque cum aliis permutandi ac cum eo dispensat super residentia et termino ad sacros ordines suscipiendos. G. D. et F. (Infra: Grat. de mand. S. D. Suno | Casanova. Coll. Attan.) L. 1046 f. 306.

— — —

(5881) Pro parte Gerardi de Bartholinis et ejus fratrum civium Florentin., qui exponebant, quod alias Fredericus S. R. E. diac. Cardin. fructus monasterii B. Mariae de Morimondo Cisterc. Ord. Mediolanen. dioec. eidem Cardinali commendati quondam Leonardo de Bartholinis civi Florentin. ejusque haeredibus et successoribus pro certo pretio et ad certum tempus locavit, eorundem Gerardi et fratrum ejus, qui dicti Leonardi fratres et haeredes universales necnon praefati Cardinalis legitimi creditores existunt, indemnitati consulens concedit, ut fructus istius monasterii ipsis obligati remaneant, etiamsi Fredericus Cardin. infra 6 annos (cum ad 6 annos praedicta locatio adhuc duret) cedat eidem monasterio vel decedat, usque ad summae ipsis debitae integram satisfactionem (Sine secret. | Colardi. Draco | A. de Castillo. Coll. Attan.) L. 1001 f. 184, b.

— — —

(5882) Instrumentum approbat et confirmat, quo praedictus Fredericus Cardinalis consulens indemnitati praefati Gerardi ejusque fratrum et successorum, quorum debitor existit, ad certum tempus fructus mensarum episcopalium Viennen. et Malleacen. ecclesiarum, quibus idem Cardinalis praeest seu quarum administrator et commendatarius existit, iisdem Gerardo et fratribus ac successoribus ad certum tempus obligavit, ita ut, si in hoc impedirentur, ex pretiis, pro quibus ab eodem Frederico Card. fructus nonnullorum monasteriorum et forsan aliorum beneficiorum in Lombardia consistentium conduxerunt, tantum retinere possent, ut indemnes redderentur. A. F. R. M. „Decet Romanum Pontificem“ (Sine secret. | Colardi. Draco | Cyprianus. Coll. Attan.) L. 1001 f. 186, b.

— — —

(5883) Ludovico Comiti de S. Bonifacio cler. Paduano fam. suo concedit electionem liberam confessoris aliaque privilegia. „Sincerae devotionis affectus“ (J. Agrigentin. | Gratis de mand. S. D. Suno | Casanova) L. 1025 f. 40, b.

— — —

(5884) Eidem concedit, ut fructus beneficiorum, quae obtinet, arrendare valeat. G. D. et F. (Script. ut supra. Coll. S. de Spol.) L. c. f. 42, b.

— — —

(5885) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis personis in dignitate eccl. constitutis mandat, ut eidem Ludovico auxilium praestent contra invasores bonorum et jurium suorum. „Militanti Ecclesiae“ (Script. iidem) L. c. f. 43, b.

— — —

(5886) Silvium Passerinum cler. Cortonen. S. Pal. et aulae Lateran. Comitem creat. „Ecclesia Romana“ (Evangel. | Grat. de mand. S. D. Bertin. Gomiel | Madrigal. Coll. Attan.) L. 1005 f. 226.

— — —

(5887) Natali Constanti presb. Engolismen. dioec. commendat Prioratum B. M. de Charanteneyo O. S. B. Xanctonen. dioec. resignatione Johannis Baradelli monachi O. S. B. vacantem. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Suno. Baena | Cyprian. Coll. Bucan.) L. 1010 f. 4.

— — –

(5888) Raymundo Toseti beneficium *Scholariam* nuncupatum in paroch. ecclesia loci de Stademo Convenarum dioec. obitu Johannis Morelli vacans et ipsi antea jam collatum confirmat. „Literarum scientia“ (J. B. Nasius | Suno. Baena | Cheminart. Coll. Attan.) L. 1004 f. 298 (bis).

— — —

(5889) Michaeli Briçonnet Licent. in legibus ecclesiam paroch. *Prioratum* nuncupatam S. Bandilii de Blandatio Nemausen. dioec. resignatione Petri Verbois vacantem commendat. „Nobilitas generis“ (Melfit. | Balbus. Colardi | Cheminart. Coll. Attan.) L. 1015 f. 275.

— — —

(5890) Nobilium fratrum Guillelmi et Petri Mariae de Scottis Comitum et domicellorum Placentin. petitioni annuens villas Dioli et S. Nazarii ac Gragnani Supranii Placentin. dioec. a Comitatu Placentino et a jurisdictione, correctione, dominio ac potestate Gubernatoris et Senatorum civitatis Placentin. separat et eximit dictasque villas cum districtibus, juribus et pertinentiis suis dictis fratribus de Scottis atque eorum haeredibus et successoribus quibuscunque in feudum nobile et antiquum cum mero et mixto imperio et gladii potestate et omnimoda jurisdictione, necnon licentiam concedit forum faciendi in dicta villa S. Nazarii, quae in litore Padi et confinibus agri Cremonen. consistit et circa quam non fit mercatum tali die per 12 milliaria

1513.

et ultra, singulis feriis secundis cujuslibet hebdomadae, liberum et exemptum a quibuscunque datiis et gabellis, eisque tribuit omnia privilegia, quibus alii feudatarii S. Sedis gaudent. Episcopum Tervisin. et Praepositum ecclesiae Placentin. et vicarium gen. episcopi Placentin. executores constituit. „Vestrae devotionis sinceritas“ (Colotius | Grat. de mand. S. D. Colardi. Balbus p. comp. | Balbus. Col. H. de Cesis) L. 1009 f. 258.

21. Dec. (XII. Kal. Januar.) Romae apud S. Petrum (5891) Laurentio de la Haye cler. Pictaven. dioec. indult. quoad benef. concedit. „Vitae ac morum“ (Colot. | Madrigal | H. de Busseyo. Coll. Blondus) L. 1205 f. 703.

(5892) Zutpheldo Wardenberg cler. Zwerinen. dioec. decret. doctori juri suo ad decanatum ecclesiae Ratzeburgen. in favorem Joachimi Nyema cedenti et canonicatum ac praeb. et quoddam simplex beneficium sub invocatione S. Jacobi in ecclesia Sleswicen. resignanti suffectis in canonicatum Ditleno (al. Detleno) Reventlow canonico ecclesiae B. Mariae Hamburgen. Bremen. dioec. et in dictum beneficium Johanne Schuldorp canonico ecclesiae Sleswicen. assignat pensionem an. 28 flor. Rhenen. auri in auro seu circiter 21 duc. auri d. C. constituentium super fructibus dictorum decanatus et canonicatuum et praeb. Sleswicen. et B. M. Hamburgen. ecclesiarum et quorundam beneficiorum, quae dictus Johannes obtinet, et jus regrediendi, ingrediendi et accedendi ad decanatuum et canonicatus et beneficia hujusmodi ipsi concedit, si dicta pensio non solvatur. G. D. et F. (Armellin. | Grat. p. script. arch. L. de Bertinis. Coll. Donatus) L. 1009 f. 93.

— — — (5893) Alfonso tit. S. Theodori diac. Cardin. canonicatum et praebendam ecclesiae Salamantin. et paroch. eccl. de Spino de Lornada ac beneficium in eccl. de Aldeanneva Salamantin. dioec. commendat. „Dum ad personam tuam“ (F. Armellin. | A. de Verdesotto. Coll. H. de Cesis) L. 1006 f. 5, b.

— — — (5894) Ramonatum de Montealto dominum in temporalibus loci de Podiodanieli Riven. dioec. a gravibus criminibus absolvit et cum eo super impedimento matrimonii dispensat. „Solet Sedes Apostolica“ (A. Melfit. | de Liazariis | Piora. Coll. Evang.) L. 1206 f. 160.

— — — (5895) Cum Mag. Philippo Adomario cler. Florentin. notar. et familiari suo dispensat quoad quatuor beneficia incompatibilia, quoad residentiam et terminum ad suscipiendos sacros ordines ipsi praefixum eique facultatem beneficia permutandi concedit. G. D. et F. (Castilioneus | Grat. de mand. S. D. Suno | M. de Casanova. Coll. Bucanus) L. 1103 f. 9, b.

— — — (5896) Eidem Philippo gratias spirituales, privilegia et facultates concedit. „Sincerae devotionis affectus“ (Script. iidem) L. 1103 f. 14.

— — — (5897) Eidem facultatem fructus beneficiorum suorum arrendandi concedit. G. D. et F. (Script. ut supra) L. 1099 f. 65, b.

— — — (5898) Andreae Broche cler. Uticen. Licent. in legibus, cui per alias literas paroch. ecclesiam *Prioratum* nuncupatum B. Mariae de Albinhio Ruthenen. dioec. per canonicos monasterii per Praepositum regi soliti Montissalvii O. S. Aug. S. Flori dioec. teneri solitam, obitu Johannis de Boisson cler. dictae Ruthenen. dioec. et deinde cessione Johannis Betonis vacantem, commendavit, has literas in omnibus valere declarat eique praefatam eccl. pro potiori cautela denuo commendat. „Literarum scientia“ (Evangel. | C. de Liazariis. Ingenwinckel | Bernardus. Coll. Attan.) L. 1051 f. 141, b.

— — — (5899) Michaeli de Lerdotio et Hieronymo de Imolesiis canonicis ecclesiae Faventin. ac vicario gener. episcopi Faventin. mandat, ut diligenter se informent, an literae sint subreptitiae, quibus Gabrieli Johanni Bapt. de Vassaloris cler. Faventin. ecclesia paroch. S. Mariae oppidi de Solaroli dictae dioec. resignatione Johannis de Fuchis vacans erat collata, et si ita esse repererint, istam ecclesiam Antonio Caesaris Fachini cler. ejusd. dioec. conferre curent, amoto praefato Gabriele. „Vitae ac morum“ (Jo. Copis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 17 f. 359.

— — — (5900—5901) Emundo Gentilis canonico et archidiacono Sigaloniae in ecclesia Bituricen., Licentiato in legibus, indulget, ut ecclesias, monasteria et alia loca ecclesiastica infra limites archidiaconatus Sigaloniae consistentia eorumque personas, cum ipsi ratione archidiaconatus visitationis officium competat, per aliquam personam seu per plures et eadem die plura possit visitare et procurationes ratione visitationis hujusmodi sibi debitas in pecunia numerata recipere valeat. „Meruit tuae devotionis sinceritas.“ B. Mariae de Salis et S. Ursini Bituricen. saccularium et collegiat. ecclesiarum Prioribus et Officiali Bituricen. committit executionem. „Hodie dilecto, filio Emundo“ (P. Lambertus. G. de Prato | Nardinus) Arch. Lat. vol. A f. 67; f. 67, b.

— — — (5902—5903) Ogerio de Bethime paroch. ecclesiam S. Remigii de Longy Catalaunen. dioec. resignatione Bracques Trumerel vacantem confert. „Vitae ac morum.“ Executores constituit abbatem monasterii de Orbaco Suessionen. dioec. et Emedum Jadon canonicum ecclesiae Catalaunen. et Officialem Catalaunen. „Hodie dilecto filio“ (O. de Cesis. G. de Prato | Nardinus) Arch. Lat. tom. 21 f. 287; f. 289.

1513.

21. Dec. (XII. Kal. Januar.) Romae apud S. Petrum — (5904—5905) Claudio de Gatensibus (v. n. 5868) confert canonicatum et praeb. ecclesiae S. Mariae in Via lata de Urbe resignatione Camilli de Gatensibus cler. Viterbien. vacantes. „Laudabilia." Executores deputat episcopos Militen. et Cavallicen. ac Alexandrin. „Hodie dilecto filio" (A. de Alvarottis. F. Bregeon. | Nardinus) Arch. Lat. tom. 19 f. 385; f. 386, b.

— — — (5906) Nicolao de Miniatis cler. Florentin. notar., mensae suae scalco secreto et continuo commensali suo concedit facultates, privilegia et gratias spirituales. „Sincerae devotionis affectus" (J. B. Nasius | Grat. de mand. S. D. Suno | Casanova. Coll. Attan.) L. 1053 f. 253, b.

— — — (5907) Eidem Nicolao concedit facultatem fructus suorum beneficiorum arrendandi. G. D. et F. (Script. iidem) L. 1052 f. 71.

— — — (5908) Universis archiepiscopis, episcopis et personis in dignitate eccles. constitutis mandat, ut bona et jura praefati Nicolai de Miniatis tueantur contra injustos aggressores. „Militanti Ecclesiae" (Script. ut supra) L. 1052 f. 68.

— — — (5909) Mag. Lucae de Alagon rectori paroch. ecclesiae de Lidon Caesaraugustan. dioec. lit. apost. abbreviatori fam. suo indulget, ut ad triennium fructus beneficiorum suorum arrendare seu locare valeat (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 21 f. 193, b.

— — — (5910) Episcopis Militen. et Cavallicen. et vicario gen. archiepiscopi Florentin. mandat, ut Antonio Filippi Antonii de Gabrielis rectori paroch. ecclesiae S. Silvestri de Montaio Fesulan. dioec. ecclesiam paroch. S. Michaelis de Castilione Florentin. dioec. a Francisco de S. Venantio resignatam conferre curent, si alterius medietatis patronorum assensus accedat. „Vitae ac morum" (Benzon | Campania) Arch. Lat. fol. A f. 287.

— — — (5911—5912) Federico S. Angeli diac. Card. concedit accessum ad ecclesiam campestrem *clericatum* nuncupatam S. Johannis del Bruscho Plebis Pontiroli Mediolanen. dioec., si Dominicus de Cassis cler. Pergamen. dioec., cui de ista eccl. providetur, cedat vel decedat vel eam quovis modo dimittat. „Ad personam tuam." Executionem committit archiepiscopo Neapolitan. et episcopo Cavallicen. ac vicario gener. archiepiscopi Mediolanen. „Hodie dilecto filio Nostro" (P. Lambertus. O. de Cesis | Nardinus) Arch. Lat. vol. A f. 297; f. 298.

— — — (5913) Nicolao Morton rectori ecclesiae *capellae Collegii de Slapton* nuncupatae Exonien. dioec. indultum concedit quoad residentiam. „Vitae ac morum" (P. Lambertus | Campania) Arch. Lat. tom. 23 f. 46, b.

— — — (5914—5915) Stephano Musard paroch. ecclesiam S. Martini de Fraxino Lugdunen dioec. resignatione Celsi Morini vacantem confert. „Vitae ac morum." Executores nominat Praepositum ecclesiae B. Mariae Castri Eduen. et Officiales Eduen. et Lugdunen. „Hodie dilecto filio" (Benzon. A. de Alvarottis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 23 f. 315; f. 316.

22. Dec. (XI. Kal. Januar.) — (5916) Anianaeo tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano diac. Card.[1] commendat monasterium S. Maxentii O. S. B. Pictaven. dioec., quod tamdiu vacavit, ut ejus dispositio ad Sedem Apost. sit devoluta. „Romani Pontificis providentia" (A. Colotius | *Visa:* L. de Bertinis. | Jo. Tarin. Coll. Attan.) L. 1001 f. 1.

— — — (5917) Episcopis Barchinonen. et Tarraconen. et . . . mandat, ut Bernardi S. Mariae in Porticu diac. Card. procuratoribus pro consequenda libera, pacifica et expedita possessione beneficiorum eidem Cardinali in dictis dioec. concessorum omnes opportunos favores praestare velint. „Inducti nuper meritis" (Sadolet) Brev. tom. 2. n. 117.

— — — (5918) Episcopis Trojan. et Alexandrin. et vicario gener. episcopi Papien. mandat, ut Thomae de Grossis cler. Papien. canonicatum et praeb. ecclesiae S. Mariae oppidi Plebis Caxii dictae dioec. obitu Simonis de Philopede vacantes conferre curent. G. F. (A. Melfit. | Grat. de mand. S. D. Suno | J. de Cesis. Coll. Cipellus) L. 1005 f. 274.

— — — (5919) Alfonso archiepiscopo Tarraconen.[2], quem Julius II. ab ecclesia Dertusen. ad eccl. Tarraconen. transtulit, indultum ipsi ad certum tempus concessum, ut Pallium recipere compelli non valeret, ad aliud quadrimestre prorogat, dummodo infra 30 dies Pallium petat et literas desuper expediri faciat. „Dudum pro parte tua" (Sadolet.) Brev. tom. 2 n. 103; tom. 30 p. 159.

— — — (5920) Felicem Livium de Trevio, quem Priores populi et Commune civit. Asculi in Potestatem elegerunt, in isto officio confirmat ad semestre inchoandum post finitum annum distributionis in Conclavi factae. „Vidimus electionem, quam dilecti filii" (Sadolet.) Div. Cam. tom. 63 f. 157, b.

— — — (5921) Florentinos hortatur, ut si opus fuerit, vicario gen. archiepiscopi Florent. auxilium praestent, cui commisit, ut quendam fratrem Ord. minorum, qui in ecclesia domus

[1] Quando Card. d'Albret olim schismaticus se cum Sede Apost. reconciliaverit, non plane liquet.

[2] Alfonsus de Aragon jam a. 1514 diem obiit supremum. *Gams* p. 77. Supplicatio Alfonsi legitur Brev. tom. 2 n. 102.

1513.

S. Crucis nonnulla in maximum fidei scandalum fideliumque animarum periculum publice praedicavit, sub bona custodia ad se Romam mitteret. „Cum ad aures Nostras pervenerit“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 106; tom. 30 f. 161.

22. Dec. (XI. Kal. Januar.) Romae apud S. Petrum — (5922) Guillelmo Marchioni Montisferrati testatur suum amorem polliceturque nunquam ei suum patrocinium defuturum. „Et amavimus te antea, cum Cardinalatum gerebamus“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. VI ep. 15 p. 46.

— — — (5923) Petro Johanni de S. Johanne J. U. doct. fam. suo confert canonicatum et praeb. ecclesiae S. Georgii de Gavaseto Mutinen. dioec. obitu Andreae de Petresanis vacantes, cum Franciscus episc. Sabinen. concessioni sibi factae renuntiaverit. G. F. (Infra: Grat. de mand. S. D. Balbus | De S. Joh. | Gais. Coll. H. de Cesis) L. 1023 f. 231, b.

23. Dec. (X. Kal. Januar.) — (5924) Hieronymum de Celletis Nepesinum terrae Carbii Potestatem facit ad semestre inchoandum post finitum tempus distributionis in Conclavi factae. „Promeretur virtus“ (Sadol. | De Juvenibus) Div. Cam. tom. 72 f. 52. Brev. tom. 30 p. 157 (sine dat.); tom. 2 n. 101 (s. d.).

— — — (5925) Petenti Sebastiano de Justo Perez cler. Toletan. dioec. baccal. in decr. assignat pensionem an. super fructibus paroch. ecclesiae S. Chantoriae de Povedilla Toletan. dioec. ab eo resignatae solvendam per Martinum episc. Cronaten., cui commendabatur. „Literarum scientia“ (Armellin. | Marciaci. Cotini | Verdes. Coll. Amerin.) L. 1027 f. 76.

— — — (5926) Gundisalvo de Noguera canonico Aurien. assignat pensionem an. super B. Mariae de Suegos et S. Christophori de Mirin paroch. ecclesiarum locorum Mindonien. et Compostellan. dioec fructibus. „Vitae ac morum“ (A. Colotius | Grat. p. fam. script. P. Marciaci. Aloys. | Cabredo. Coll. Donatus) L. 1021 f. 164.

— — — (5927) Episcopis Agrigentin. et Cavallicen. ac vicario gener. episcopi Parmen. mandat, ut Petro de Colleta (Ind. Colletta) cler. Terdonen. dioec., Mag. Bernardi de Accoltis script. familiari, perpet. capellaniam ad altare S. Johannis Evang. situm in paroch. ecclesia de Vulpecula dictae dioec. conferant. Init. ut supra (Sine secretario | Suno. Baena | Valtrini. Coll. H. de Cesis) L. 1003 f. 220.

— — — (5928) Vicario generali episcopi Placentin. mandat, ut parochialem eccles. *Prioratum* nuncupatam S. Nicolai ultra et prope flumen Trebiae Placentin. dioec. resignatione Antonini de Ursis vacantem Bernardino de Ursis dicti Antonini fratri germano conferat. „Dignum“ (A. de Alvarottis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 17 f. 132, b.

— — — (5929—5930) Petro de Baldinis Mag. Richardi de Alidoxiis scriptoris familiari canonicatum et praeb. ecclesiae Forosempronien. resignatione Angeli de Gusmano vacantes confert. „Vitae ac morum.“ Episcopo Asculan. et archidiacono Milevitan. ac vicario gener. episcopi Forosempronien. executionem committit. „Hodie dilecto filio“ (O. de Cesis. G. de Prato | Nardinus) Arch. Lat. vol. A f. 165; f. 166, b.

24. Dec. (IX. Kal. Januar.) — (5931) Ferdinandum Hispan. Regem hortatur, ut fructus ecclesiae Gaditanae Petro Card. Anconitano retentos ejus procuratoribus remittat. „Intelleximus te Petro Card. Anconit.“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. VI ep. 16 p. 46.

— — — (5932) Consentino archiep. Hispan. internuntio misso exemplo praeced. epist. mandat, ut cum Rege de Card. Anconitani negotio agat. „Exemplum literarum“ (Bemb.) Ed. l. c. ep. 17 p. 47.

— — — (5933) In favorem Mag. Balthasaris del Rio notar. et familiaris sui unum ex canonicatibus et unam ex praebendis vel dignitatibus etc. seu unam ex integris portionibus alterius Ispalen. vel Salamantin. ecclesiarum perpet. simplici beneficio in paroch. ecclesia S. Catharinae Ispalen., quod praefatus Balthasar obtinet, perpetuo unit, ita ut ipse Balthasar seu dictum beneficium p. t. obtinens in eventum vacationis canonicatus et praebendae vel dignitatis etc. possessionem apprehendere libere valeat. „Ad ea, per quae personarum ecclesiasticarum commodo“ (Sadolet.) Brev. tom. 2 n. 109; tom. 30 p. 167.

— — — (5934) Episcopo . . . et . . . Abulen. . . . mandat, ut Mag. Alphonsum de Plego decanum ecclesiae Abulen. notarium et fam. suum in canonicatum et praeb. dictae ecclesiae immittant. (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 118 [1].

— — — (5935—5936) Bernardino Galliano presb. Militen. paroch. ecclesiam B. Mariae *La Grande* villae S. Gregorii Inferioris territorii Montis Leonis Militen. dioec., de qua Mag. Thomae Guerrerii cler. Cathanien. scriptori providetur, resignanti ejusd. eccl. fructus cum jure regrediendi ad eam reservat. „Vitae ac morum.“ Executionem demandat episcopis Asculan. et Cavallicen. et vicario gener. episcopi Militen. „Hodie cum dilectus filius“ (De Capranica | Grat. de mand. S. D. Bertin. Gomiel | Valtrini. Coll. F. de Attan.) L. 1003 f. 66, b; 67, b.

— — — (5937) Gratiano de Zeurra baccal. J. U. confert ecclesiam paroch. *archipresbyteratum*

[1] Breve partim laceratum.

1513.

nuncupatam S. Andreae de Heremo Tolosan. dioec. „Literarum scientia“ (Colotius | L. de Bertinis. Gomiel | Vega. Coll. Donatus) L. 1010 f. 258.

24. Dec. (IX. Kal. Januar.) Romae apud S. Petrum — (5938) Didaco de Abanca cler. Burgen., familiari Mag. Francisci de Vega lit. ap. scriptoris, assignat pensionem annuam super redditibus cujusdam beneficii in eccl. paroch. loci del Campo Burgen. dioec. solvendam per Alfonsum Didaci de Lerma cler. dictae dioec. „Vitae ac morum“ (A. Melfit. | Grat. p. fam. script. L. de Bertinis. Gomiel | Andreae. Coll. Bucanus) L. 1008 f. 199, b.

— — — (5939—5940) Johanni de Montefalcone canonico Gebennen. Prioratum Lustriaci O. S. B. Lausanen. dioec. a Mag. Benedicto Balandrino script. resignatum commendat. „Vitae ac morum.“ Executionem demandat episcopo Cavallicen. et Officialibus Gebennen. et Lausanen. „Hodie dilecto filio“ (P. Lambertus. O. de Cesis | Nardinus) Arch. Lat. vol. A f. 18, b; f. 20, b.

— — — (5941) Petro Saleis cler. Lemovicen. in Univers. Studii Parisien. actu studenti indultum quoad beneficia concedit. „Vitae ac morum“ (Ph. de Agnellis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 23 f. 345.

— — — (5942) Johanni Droge rectori paroch. ecclesiae S. Severini in Kerckwerder Verden. dioec. indultum quoad beneficia concedit. „Vitae ac morum“ (P. Lambertus | M. de Campania) Arch. Lat. tom. 17 f. 188.

— — — (5943) Cum maxima animi perturbatione Pontifex accepit, quod Camera apost. per manus haeredum Mariani de Chisiis, qui curae fabricandorum aluminum S. Cruciatae, ex quibus pro orthodoxae fidei tutela contra christianae religionis hostes expeditio paratur et illa cessante pauperibus nobilibus patria proscriptis aliisque piis usibus subvenitur, sunt praefecti, in duabus navibus 6000 cantoria aluminum ad partes Flandriae devehi fecit, Bernardinus vero pirata, qui pro fratre Hospit. S. Joh. Hieros. se gerit, ea derobavit et vendere non expavit. Istius insolentiam refrenaturus ipsum ejusque socios et complices omnesque directe vel indirecte cooperantes censuris et poenis subjicit et severissime omnes jurisdictione gaudentes ad opportuna remedia obligat. A. F. R. M. „Quos impiae voluntatis“ (A. Colotius | Colardi | Questenberg. Coll. H. de Cesis) L. 995 f. 138.

— — — (5944) Wolfgango Kraburgier (Ind. separ. Kriburgier) cler. Ratisponen., in cujus favorem parochialis ecclesia S. Georgii Frisingen. resignatione Wolfgangi Tanner vacans ecclesiae paroch. B. M. in Welspburg Ratisponen. dioec. erat unita, cum literis desuper non confectis concessioni hujusmodi renuntiaverit et de dicta ecclesia S. Georgii Ottoni Strasser sit provisum, jus accedendi seu ingrediendi ad eam concedit. „Vitae ac morum“ (A. Gratiadei | P. Suno. Contreras p. comp. | F. de Acre) L. 1170 f. 230, b.

— — — Sabbato in Vigilia Nativitatis D. N. J. Chr. Vesperae solemnes habitae sunt in capella palatina et non in basilica S. Petri propter ruinam illius et propter frigora et pluvias instantes. In nocte Nativitatis hora nona Matutinum inchoatum est. Papa, antequam cappam indueret, benedixit spatam. Missa finita quasi hora duodecima. Paris de Grassis f. 82, b. 83.

25. Dec. (VIII. Kal. Januar.) — Die Nativitatis missam majorem Papa celebravit in capella papali, quia in basilica S. Petri periculosum erat et male sanum. Card. Farnesius cantavit evangelium. Card. S. Georgii fuit episc. assistens; de S. Severino et de Aragonia fuerunt diaconi assistentes. Post missam Papa processionaliter cum omnibus Cardinalibus et Praelatis paratis ad basilicam ivit et benedictione peracta et indulgentia per diaconos pronuntiata genuflexus vidit Vultum sanctum. P. de Grassis f. 83, b. 84.

— — — (5945) Benedicto Greier et Claudio Corlieu ac Jerffredo de la Nave canonicis ecclesiae Engolismen. Pro parte Petri Nesturas cler. sive laici Engolismen. dioec., cujus petitio continebat, quod olim Johannes Belin, qui pro promotore causarum criminalium Curiae Officialatus Pictaven. se gerit, et Guillelmus Berguret canonicus ecclesiae Ebroicen., falso asserentes, dictum Petrum praeter alia crimina quondam Yvonem Berguret praefati Guillelmi fratrem germanum inhumaniter interfecisse seu in ejus morte culpabilem fuisse, eundem Petrum coram abbate monasterii novi Pictaven. traxerunt et idem abbas de facto procedens ipsi Petro varia gravamina intulit, et judex etiam ad ejusd. Petri appellationem a S. Sede delegatus pariter ipsum indebite gravavit, committit et mandat praefatis canonicis ecclesiae Engolismen., ut vocatis vocandis dictum Petrum recepta prius ab ipso idonea cautione, prout justum fuerit, a censuris et poenis absolvant et auditis hinc inde propositis etiam de negotio principali hujusmodi cognoscentes in his, quae poenam sanguinis non contingunt, quod justum sit, decernant. „Humilibus“ (Ph. de Agnellis | Nardinus) Arch. Lat. vol. A f. 197, b.

26. Dec. (VII. Kal. Januar.) — Fest. S. Stephani Celebrat Missam Card. de Flisco. Paris de Grassis f. 84[1].

[1] „Antequam Papa exiret cameram paramenti consultavit pro spata donanda et conclusum fuit, quod daretur Regi Angliae, et dixi Papae, bonum esse, quod post Missam assignaret eam Oratori Regis praedicti, et non voluit, quia dixit se velle illam mittere per unum suum familiarem.“ P. de Grassis l. c.

1513.

26. Dec. (VII. Kal. Januar.) | Romae apud S. Petrum | (5946) Carolo Ferrerii, qui locum et canonicalem portionem ecclesiae Magalonen. O. S. A. obtinet, Vestiariam ejusd. ecclesiae, quae officium claustrale existit, confert. „Religionis zelus“ (Armellinus | Salvius. Enckenw. | Cheminart. Coll. B. de Alexandris) L. 1057 f. 28.

— — — | (5947) Humbertum de Giunno cler. Viennen. dioec., qui licet charactere clericali insignitus sub Carolo (VIII.) Francorum Rege stipendia meruerat et actibus bellicis interfuerat et postea a Praesidentibus Conciliabuli Pisani dispensationem ab irregularitate et insuper Prioratum non conventualem S. Martini de Mureta O. S. B. Viennen. dioec. a Prioratu S. Petri de Novaleysia dicti Ord. Taurinen. dioec. dependentem et cessione Aymari de Giunno vacantem obtinuerat, absolvit a censuris et irregularitate, accessum ad omnes sacros ordines ei concedit et dictum Prioratum ipsi commendat. „Sedes Apostolica pia mater“ (Evangel. | Marciaci | Bernard. Coll. Cipell.) L. 1019 f. 200.

— — — | (5948) Francisco Alfonsi cler. Toletan. dioec., familiari Raphaelis episc. Ostien. Camerarii, assignat pensionem annuam super redditibus cujusdam beneficii in ecclesia paroch. loci de Pastrana Toletan. dioec., quod Suecus Maldonado obtinet, et ea non soluta aliam pensionem ipsi antea reservatam super fructibus ecclesiae paroch. loci de Cabecas de Pozo Abulen. dioec., quam Franciscus Vasquez obtinet, extinctam non censeri decernit. „Vitae ac morum“ (Ph. de Senis | Grat. de mand. S. D. Cheminart. Aloysius | Verdesotto. Coll. Bucanus) L. 1010 f. 294.

— — — | (5949) Archipresbytero ecclesiae Vercellen. mandat, ut canonicatum et praeb. ecclesiae loci Bugelle Vercellen. dioec., resignatione Antonii de Spinis in manibus Pontificis per Antonium Michetum archivii Rom. Cur. script. procuratorem suum facta vacantes, Bernardo de Spinis cler. dictae dioec., praefati Antonii de Spinis fratri germano, conferre curet. „Dignum“ (Ph. de Agnellis | Ph. de Senis) Arch. Lat. tom. 17 f. 64.

— — — | (5950) Archiepiscopo Baren. et episcopis Cavallicen. et Asculan. mandat, ut Hieronymo Picolino de Salodio cler. Brixien., Marci tit. S. Mariae in via lata diac. Card. familiari, ecclesiam *Hospitale misericordiae* nuncup. terrae Salodii dictae dioec. conferre curent. „Vitae ac morum“ (Colotius | Liazar. Ingenw. | Cabredo. Coll. S. de Spoleto) L. 1066 f. 48.

— — — | (5951) Antonio Xuares canonico Abulen., qui liti et causae inter ipsum et Stephanum Sancii super quadam integra portione ecclesiae Abulen. pendenti renuntiaverat et cui Julius II. jus regrediendi ad dictam portionem et indultum quoad beneficia concesserat, literas praedecessoris confirmat. „Vitae ac morum“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 17 f. 269.

27. Dec. (VI. Kal. Januar.) — | Festo S. Joh. post Missam solemnem tradit ensem cum bireto Oratori Angliae pro Henrico VIII. Rege. P. de Grassis f. 84, b.

— | (5952) Jacobo Marescalli cler. Bituricen. dioec. Licent. in legibus Prioratum S. Fulgentii Bituricen. dioec. O. S. A., qui conventualis non est et a monasterio S. Martini Plenipendentis (Pleinpied) dicti Ord. ejusd. dioec. dependet, commendat. „Literarum scientia“ (Armellin. | L. de Bertinis. Gomiel | F. de Vega. Coll. Bucan.) L. 1001 f. 5.

— — — | (5953) Carolo de Gabrielibus cler. Eugubino J. U. doctori Prioratum ecclesiae Eugubin. O. S. A. canonicorum regularium commendat ad 6 menses, et deinde, si habitum susceperit professionemque emiserit, confert ac paroch. ecclesiam B. Mariae de Corona Feretran. dioec.[1] eidem Prioratui, quamdiu eum obtinuerit, unit et annectit. „Apostolicae Sedis“ (Ph. de Senis | Grat. p. fam. script. Marciaci. Corbinus | Verdesotto. Coll. Donatus) L. 1030 f. 172.

— — — | (5954) Matthaeo S. Angeli diac. Card. concedit, ut pro necessitatibus ecclesiae Carthaginen., cui praeest, ab omnibus personis ecclesiasticis beneficia, pro quibus decima persolvitur, obtinentibus in civit. et dioec. Carthaginen. subsidium charitativum petere et recipere valeat. „Dudum dilecto filio Nostro“ (Sadolet) Brev. tom. 2 n. 119.

— — — | (5955) Humberto de Croso famil. suo confert ecclesiam paroch. S. Bartholomaei Servigniaci Lugdunen. dioec. G. F. (Nasius | Grat. de mand. S. D. Cheminart | Balandrin. Coll. Bucanus) L. 1008 f. 71.

— — — | (5956) Abbati monasterii B. Mariae de los Huertos extra muros Segobien.[2] et Officialibus Seguntin. et Segobien. mandat, ut Alfonso Ajunniz de Sevilla cler. Giennen. J. U. doctori, Stephani Gabrielis Electi Baren. lit. ap. scriptoris familiari, qui in monasterio S. Antonii de S. Antonio O. S. A. Viennen. dioec. virtutum Domino famulari cupit, Praeceptoriam S. Lazari provinc. Hispaniae O. S. A. a dicto monasterio dependentem ad 6 menses commendare et deinde, si professionem emiserit, conferre

[1] Montefeltro in Urbinat. dit. *Ughelli,* Ital. sacra. tom. 2 p. 929 seq.

[2] Maria de los Urtos (Huertos) Ord. Praemonstrat. *Hug.* Annales Ord. Praemonstrat. tom. II p. 163 seq.

1513.

curent, si vocatis vocandis eam vacare repererint. „Apostolicae Sedis circumspecta benignitas“ (A. Melfit. | Grat. p. fam. script. L. de Bertinis. Gomiel | A. de Verdesotto. Coll. H. de Cesis) L. 1003 f. 199, b.

27. Dec. (VI. Kal. Januar.) Romae apud S. Petrum (5957) Episcopis Militen., Cavallicen. et Potentin. mandat, ut Caesari Zoto cler. Messanen. canonicatum et praeb. ecclesiae Messanen., quorum commendae Aloysius S. M. in Cosmedin diac. Card. renuntiavit, conferre curent. „Vitae ac morum“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 8 f. 87, b.

— — — (5958) Aloysio S. Mariae in Cosmedin diac. Card. reservat loco pensionis annuae fructus canonicatus et praebendae ecclesiae Messanen., quos resignavit, et jus regrediendi ad eos ipsi concedit. „Dum ad personam tuam“ (J. de Roma | M. Casanova. Coll. Bucanus) L. 1117 f. 203.

— — — (5959—5960) Johanni Monesii cler. S. Pontii Thomeriarum dioec. Acolytho suo paroch. ecclesiam SS. Nazarii et Celsi de Ventagione dictae dioec. resignanti fructus dictae et S. Petri de Felinis ei annexae ecclesiarum necnon domum presbyteralem aliaque bona ad istam domum pertinentia loco pensionis annuae reservat, quamdiu Franciscus de la Bonie monachus O. S. B., cui dicta eccl. commendatur, vixerit; si Franciscus Johanni praemoriatur, deinde medietas fructuum praedictorum dumtaxat eidem Johanni conceditur. G. D. Episcopo Cavallicen. et Officialibus Narbonen. et S. Pontii Thomer. executionem committit. „Hodie cum dilectus Filius“ (Benzon. Bregeon. Nardin.) Arch. Lat. vol. A f. 55; f. 56.

28. Dec. (V. Kal. Januar.) — (5961) Johanni Rucellai commissario tractarum et Nicolao Bonello provinciae Patrimonii Dochanereo, triremium Pontific. capitaneis, nuntiat, se Johanni de Saulis mercatori Januen. facultatem dedisse extrahendi e terra Montisalti 600 modios frumenti, eosque monet, ut sine ulla solutione et molestia illum eos exportare sinant. „Concessimus dil. filio Johanni“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 104; tom. 30 p. 161.

— — — (5962) A Rege catholico petit, ut satisfieri faciat Lucae Maruffo mercatori Januen. de libris 1200 serici pro subsidio belli captis, cum quidam Thesaurarius ejusd. Regis satisfactionem hujusmodi a Rege ipso commissam distulerit. „Nuper Nobis exponi fecit“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 105; tom. 30 p. 162.

— — — (5963) Federico archiep. Salernitan. mandat, ut quam primum vicarium in ecclesia Salernitan. ab administratione et loco amoveat. „Justissimis Nos causis impellentibus“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. VI. ep. 18 p. 47.

— — — (5964) Reginaldo Gillot, familiari Mag. Leonardi Valtrini scriptoris ap., confert ecclesiam paroch. de Rivis Trecen. dioec. resignatione Joh. Godeffroy vacantem. „Vitae ac morum“ (Castillion. | Grat. pro fam. script. Balbus. | De Castillo. Coll. Camp.) L. 1020 f. 264.

— — — (5965) Reginaldo Gillot, rectori paroch. ecclesiae de Rivis Trecen. dioec., Mag. Leonardi Valtrini script. familiari, qui paroch. ecclesiam de Dompnolupo Virdunen. dioec., quae Johanni Godeffroy presb. dictae dioec. conceditur, resignat, concedit regressum ad praefatam ecclesiam ab ipso resignatam, si denuo vacaverit, eam ecclesiae de Rivis, quamdiu hanc obtinuerit, uniens et annectens. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Grat. p. fam. script. Cheminart | Verdes. | Coll. Attan.) L. 1022 f. 276.

— — — (5966) Constantino del Castillo cler. Palentin. dioec. fam. suo tria beneficia in dioec. Conchen. a Mag. Leonardo de Bertinis cler. Senen. script. resignata et a Julio II. ipsi jam collata confirmat, dubio de priore collatione exorto. G. F. (Nasius | De Liazariis. Enckenw. | Andreae. Coll. H. de Cesis) L. 1047 f. 64.

— — — (5967) Nicolao tit. S. Priscae presb. Card. paroch. ecclesiam S. Martini de Salzeda Compostellan. dioec. commendat. „Ad personam tuam“ (Evangel. | *Visa:* L. de Bertinis. | J. Salvius. Coll. Attan.) L. 1004 f. 28.

— — — (5968—5969) Mag. Francisco de Vega rectoriam paroch. ecclesiae S. Nicolai oppidi de la Coruña Compostellan. dioec. confert. G. D. Episcopis Tuden. et Lucen. et archidiacono de Hendos in eccl. Compostellan. executionem committit. „Hodie dilecto filio“ (Castilion. | Verdesotto. Coll. Amerin.) L. 1005 f. 97; f. 98, b.

— — — (5970) Francisco Menccio presb. Lucan. dioec. assignat pensionem annuam super fructibus perpet. capellaniae ad altare S. Antonii situm in paroch. ecclesia SS. Stephani et Nicolai de Piscia Lucan. dioec. „Vitae ac morum“ (P. Blondus | Grat. de mand. S. D. Gomiel. Milanesius | Tho. de Binis. Coll. Donatus) L. 1071 f. 221.

— — — (5971) Maximiliano designato Imperatori exponit periculum a Turcis ob Christianorum discordias obfirmatis imminens, nihil gloriosius quam victis pacem dare, luctuosas semper esse victorias contra fideles partas, gloriosas et laetas partas contra infideles, junctis christianis regibus posse obteri Turcas. Hortatur, ut haec meditetur et juxta haec agat. „Etsi et animo semper“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. VI ep. 22 p. 47. 48. *Raynald.* h. a. n. 101—103 p. 46. 47. *Bzov.* h. a. n. 17 p. 183. 184.

1513.

29. Dec. (IV. Kal. Januar.)	Romae apud S. Petrum	(5972) Ad principes Septemviros transmittit exemplaria epistolae pridie ad Caesarem datae monens, ut sua studia ad pacandum christianum imperium et sacra adversus Turcas defendenda conjungant. „Exemplum literarum, quas ad Maximilianum“ (Bemb.) Ed. Bemb. l. c. ep. 23 p. 48. 49. *Raynald.* l. c. n. 104 p. 47. *Bzov.* p. 184. n. 18.
— —	—	(5973) Laurentium Feltren. ep. design. in Germania internuntium apost. apud Caesarem et Septemviros operam dare jubet, ut ad intestina christianorum bella componenda et ad sacram expeditionem suscipiendam eos moveat. „Ex literarum exemplo“ (Bemb.) Ed. Bemb. l. VI ep. 24 p. 49. *Raynald.* l. c. n. 100 p. 45. In Arch. Vat. Brev. t. 41 p. 43. 44.
— —	—	(5974) Ducem Mediolan. hortatur, ut oppidum Sartiranam cum possessionibus annexis et pertinentiis restituat Jacobo Simonetae, Pal. apost. causarum auditori ejusque fratribus, qua de re mittit Thomam Campesium. „Superioribus diebus“ (Sadol.) Brev. tom. 2. n. 107; tom. 30 p. 163.
— —	—	(5975) Thomae Campesio doctori committit, ut de hac restitutione jam sub Julio II. flagitata agat cum Duce Mediol. „Felicis recordationis Julius“ (Prob. Sadol.) Brev. tom. 2 n. 108; tom. 30 p. 165.
— —	—	(5976) Bononiae Magistratui episcopo Polae mandat, ut ex iis ducentis peditibus, qui sub Rainaldo Gazo Praefecto Praetorii istic merent, 50 milites eximat, quorum stipendium in alios milites tot numero, quot ipsi et XL viris satis esse videantur, per illos deligendos transferatur, quibus militibus idoneus praefectus praeficiatur, ita ut posthac Rainaldus 150 tantum milites habeat, 50 vero delecti Magistratui et XL viris obediant et cum suo duce praesto sint. „Mandamus tibi“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. VI ep. 19 p. 47.
— —	—	(5977) Archipresbytero eccl. Adrien. et vicario gener. episcopi Adrien. mandat, ut archipresbyteratum ecclesiae S. Stephani de Rodigio Adrien. dioec. obitu Brunorii de Ariostis vacantem Galassio de Ariostis cler. Ferrarien. famil. suo, qui servitiis Innocentii SS. Cosmae et Damiani diac. Card. insistit, conferre curent, si vocatis Johanne Alberto, qui sine titulo, ut asseritur, eundem archipresbyteratum detinet, et aliis vocandis eum vacare repererint. G. F. (Ph. de Senis | Grat. de mand. S. D. Cheminart. Delius p. comp. | D'Andreae. Coll. Bucan.) L. 1004 f. 104.
— —	—	(5978) Mag. Balthasari del Rio cler. Palentin. notario, cubiculario et fam. suo, Jacobi episc. Albanen., cui et in ultimo Conclavi inserviebat, secretario pensionem annuam super fructibus vicariae paroch. ecclesiae S. Michaelis de Torres Vedres Ulixbonen. dioec., quam Petrus Gundisalvi de Zenedo obtinet, et accessum ad istam vicariam pensione non soluta concedit. G. D. et F. (Evangel. | Grat. de mand. J. Cheminart. Aloysius | F. de S. Joh. Coll. Attan.) L. 1035 f. 40, b.
— —	—	(5979) Praeposito et Laurentio Casatio canonico eccl. Novarien. ac vicario gen. episcopi Novarien. mandat, ut Vincentio de Paganis scholari Bononien., familiari Federici S. Angeli diac. Card., qui habitum Hospitalis S. Joh. Hierosol. suscipere intendit, vocatis Bernardino de Nibia, qui Praeceptoriam infra dictam sine titulo detinet, et aliis vocandis, si nemini sit jus quaesitum, ad certum tempus commendent Praeceptoriam non conventualem domus S. Johannis in suburbiis Novarien. Hospit. ejusdem S. Joh. obitu Johannis Marci de Castilione vacantem, et si idem Vincentius idoneus sit ac habitum dicti Ord. susceperit et professionem emiserit, eandem ipsi conferant. „Apostolicae Sedis“ (Colotius | Grat. de mand. S. D. Bertin. Gomiel | Balbus. Coll. Donat.) L. 1008 f. 286, b.
— —	—	(5980) Constantino del Castillo cler. Palentin. dioec., servitiis Silvii Passerini notarii et Datarii insistenti, cum de concessione Praeceptoriae domus B. M. de Castellanos prope et extra muros oppidi de la Mota Ordinis Hospitalis ejusd. B. M. Teutonicorum Hierosolymit. Zamoren. dioec. necnon cujusdam beneficii in eccl. S. Salvatoris dicti oppidi ipsi facta ortum sit dubium, praefatam Praeceptoriam de novo commendat et dictum beneficium de novo confert. G. F. (Evangel. | Grat. de mand. S. D. Draco. Colardi. | Salvius. Coll. H. de Cesis) L. 1027 f. 1.
— —	—	(5981) Bartholomaeo Ruiz cler. Giennen., Johannis de Lerma script. familiari, indulta et privilegia concedit. „Vitae ac morum“ (Evang. | Grat. pro fam. script. Bertinis | Verdes. Coll. Scutarius) L. 1205 f. 721.
— —	—	(5982) Johanni Winter cler. Colonien. familiari suo assignat pensionem annuam super fructibus canonicatus et praeb. ecclesiae B. Mariae Cliven. Colonien. dioec. G. F. (A. Gratiadei | Cyprian. Madrigal. | Verdesotto. Coll. S. de Spoleto) L. 1113 f. 204.
— —	—	(5983) Bartholomaeo Ruiz cler. Giennen. indultum quoad beneficia concedit. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Bertin. | Vallisoleti. Coll. Attan.) L. 1106 f. 64, b.
30. Dec. (III. Kal. Januar.)	—	(5984) Ladislaum Hungariae Regem sollicitat, ut et ipse christianos principes per literas et nuntios ad pacis studia suscipienda et ad arma in Turcas vertenda adhortetur. „Scripsimus et Maximiliano Rom. Imp. designato et Ferdinando Hispaniarum Regi et Henrico Regi Britanniae“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. VI ep. 25 p. 49. Cf. *Raynald.* h. a. n. 106 p. 47.

1513.

30. Dec. (III. Kal. Januar) Romae apud S. Petrum

(5985) Ludovicae de Vignolles confert Prioratum B. Mariae de Orsano Ord. Fontisebraudi Bituricen. dioec. ab Antonieta de Ambliarde resignatum. „Religionis zelus“ (Castillion. | De Bertinis. Gomiel | De Gais. Coll. Attan.) L. 1001 f. 204, b.

— — — (5986) Officiali Cameracen. mandat, ut Nicolaum Cipli cler. Cameracen. surroget ad omne jus, quod Laurentio Poly tempore obitus ad paroch. ecclesiam de Bandone dictae dioec. competebat, et istam eccl., si nemini sit jus quaesitum, eidem Nicolao conferat. G. F. (Armellin. | Grat. de mand. L. de Bertinis | Jo. Tarin. Coll. M. de Campania) L. 1001 f. 281.

— — — (5987) Eustachio episcopo Saturnien. commendat Prioratum B. M. de Francorio Grandimonten. Ord. Caturcen. dioec. obitu Petri de Calciata vacantem. „Personam tuam“ (Castillion. | Enckenw. Aloys. | Contreras. Coll. H. de Ces.) L. 1049 f. 52.

— — — (5988) Episcopo Faventin. et Praeposito majoris ac decano S. Georgii Colonien. ecclesiarum mandat, ut Petro van der Hattert presb. Colonien. dioec., Acolytho capellano Pontificis, canonicatum et praeb. primo vacaturos ecclesiae S. Martini Leardenburgen. Colonien. dioec., conferre curent. G. D. (Colotius | Grat. pro fam. script.[1] A. Bertin. Gomiel | De S. Joh. Coll. Attan.) L. 1011 f. 4.

— — — (5989) Antonio Rigaldi cler. Tutellen. dioec., Licent. in U. J., qui paroch. ecclesiae *Prioratui* nuncupatae S. Genesii Sarlaten. dioec. per canonicos monasterii S. Amandi O. S. A. teneri solitae et Johanni Drondella presb. Tutellen. commendatae renuntiavit, medietatem fructuum ejusd. ecclesiae reservat. „Literarum scientia“ (Ph. de Senis | Bertin. Gomiel | Benedictus. Coll. Donat.) L. 1009 f. 97.

— — — (5990) Heliae Adiassac presb. Xanctonen. dioec. Prioratum S. Leodegarii de Baria O. S. B. Xanctonen. dioec. commendat. „Vitae ac morum.“ Arch. Lat. tom. 8 f. 93, b.

— — — (5991) Abbati monasterii de Bassaco Xanctonen. dioec. et Cantori ecclesiae Xanctonen. et Officiali Xanctonen. mandat, ut eum in corporalem possessionem inducant. „Hodie dil. filio.“ L. c. f. 96.

— — — (5992) Card. Camerario ac Ferd. Ponzetto Thesaurario gen. et praesidentibus Camerae ap. mandata dat de reluendis arcibus et officiis pignoratis. „Dum eramus in minoribus, semper arces et officia in temporali dominio S. R. E. existentia pignorata reluere cogitavimus. Volentes ea, quae cogitavimus adimplere, arcium pagas ad certum numerum reduximus. Itaque anno quolibet Camera Nostra ap. minus solito pro 144 pagarum stipendio gravabitur pro tempore incipiendo die 1. Jan. 1514 proxime futuri. Idcirco simili motu et ex certa scientia . . . mandamus, ut solutiones dictarum pagarum pro Camera accipiant juxta tenorem alterius mandati etc.“[2] (20. Dec. n. 5846) Div. Cam. tom. 63 f. 169.

— — — (5993) Georgio Rucklin paroch. ecclesiam in Hoenburck Herbipolen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Gratiadei | Suno. J. de Lerma | Marciaci. Coll. Donatus) L. 1186 f. 190.

— — — (5994) Universis Christifidelibus. — Pro paroch. ecclesia S. Georgii de Montigneyo Cenomanen. dioec. indulgent. concedit. „Quamvis inextinguibilis clementia“ (A. Melfit. Suno | J. de Madrigal. Coll. Evangel.) L. 1206 f. 71.

— — — (5995) Francisco Lemoyne baccal. in decr. confert paroch. ecclesiam B. M. de Chandement Pictaven. dioec. „Literarum scientia“ (Evangel. | Bertin. Gomiel. | J. Gais. Coll. S. de Spol.) L. 1002 f. 240, b.

— — — (5996) Officialibus Aquen., Massilien. ac Regen. mandat, ut Gaspari Forbini cler. Massilien., consanguineo Ludovici Forbini Oratoris Francorum Regis ad S. Sedem destinati[3],

[1] sc. Joh. de Beka.

[2] „Mandamus, . . . ut arces reluantur videl. Vissi, quae pignorata reperitur Hippolyto de Cesis vel ab eo nominandis pro ducatis 500 vel circa; Cassiae Francisco de Villanova Hispano familiari Nostro vel ab eo nominandis pro duc. 900 vel circa auri in auro d. C., Saxoferrati pro duc. 845 vel circa auri d. C. Valentino de Valentinis de Perusia vel ab eo nominandis, Veruculi Vincentio Saxo de Bertinorio vel ab eo nominandis pro duc. 264 vel circa, officium Marescallatus Marchiae Mag. Francisco Armellino de Perusia et certis aliis ab eo nominandis sive a Mag. Angelo de Cesis nominatis pro duc. 4000 auri d. C. et similiter duc. 100 auri in auro d. C. solut. dil. filio Nostro A. Card. Senen. super dicto Marescallatu et duc. 966 similes eidem Mag. Francisco Armellino et ab eo nominandis super officiis trium Judicatuum Curiae praefatae Marchiae et duc. 2308 similes super Notariatu Camerae Marchiae eidem Francisco vel ab eo nominandis. Insuper . . . volumus, ut eidem Mag. Francisco vel ab eo jus habenti pro recuperatione dictorum 4100 duc. super Marescallatu et 966 super Judicatibus et 2308 super Notariatu praedicto, qui omnes faciunt duc. 7374 . . . et pro emolumentis primi anni dictorum officiorum duc. 600, pro II anno duc. 426, pro III anno duc. 248, pro IV anno duc. 56, qui omnes faciunt duc. 8704, auri in auro d. C. videl. anno quolibet duc. 2656 auri in auro d. C. usque ad integram satisfactionem dictorum 8704 duc. similium, quibus solutis successive satisfaciant praedictis castellanis.“ . . .

[3] *Louis Forbin Seigneur de Solier* die 26. Oct. 1513 a Ludovico XII. Orator apud S. Sedem et Concilium Lateran. nominatus die 19. Dec. octavae Concilii sessioni interfuit. Cf. *Hard.* Conc. t. IX p. 1709.

1513.

officium Pictantiariae monasterii S. Victoris prope et extra muros Massilien. O. S. B. a Francisco Nicolai resignatum cum Prioratibus ei annexis ad certum tempus commendent et deinde, si professionem emiserit, conferant. „Apostolicae Sedis providentia“ (G. de Prato | Nardinus) Arch. Lat. tom. 22 f. 264, b.

30. Dec. (III. Kal. Januar.) Romae apud S. Petrum (5997—5998) Francisco Nicolai monacho monasterii S. Victoris prope et extra muros Massilien. O. S. B., ne ex resignatione Pictantiariae supradictae nimium dispendium patiatur, stallum in choro ac locum in Capitulo necnon fructus ejusd. Pictantiariae et annexorum loco pensionis annuae cum jure regrediendi reservat. „Religionis zelus“ Executores constituit Officiales Aquen. et Massilien. ac Regen. „Hodie cum dilectus filius“ (G. de Prato. P. Lambertus | Nardinus) Arch. Lat. tom. 22 f. 267, b; f. 269.

— — — (5999) Officiali Cameracen. mandat, ut capellaniam ad altare S. Calixti situm in ecclesia Cameracen. resignatione Johannis Mantiani vacantem Johanni Labbe presb. Morinen. dioec. conferat. „Dignum“ (P. Lambertus | Nardinus) Arch. Lat. tom. 17 f. 113.

— — — (6000 - 6001) Johanni Bureau Mag. in artibus canonico ecclesiae B. Mariae de Pissiaco Carnoten. dioec. confert paroch. ecclesiam de Esgligniaco Senonen. dioec. a Simone Bounet resignatam. „Literarum scientia.“ Executionem committit archidiacono Parisien. et Succentori Pictaven. ecclesiarum ac Officiali Senonen. „Hodie dilecto filio“ (G. de Prato. O. de Cesis | Barotius) Arch. Lat. tom. 21 f. 167; f. 168.

— — — (6002) Praeposito Praepositurae *domus Dei* mandat, ut perpet. capellaniam ad altare S. Trinitatis situm in ecclesia Asten. resignatione Guillermi de Montilio vacantem Johanni Antonio de Capella de Clanisio presb. Asten. conferat, si idoneus reperiatur et assensus alterius medietatis patronorum accedat. „Dignum“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 21 f. 336.

— — — (6003) Nicolao Harel subdiacono Eduen. dioec., Mag. in artibus, qui Annae Borbonii et Alverinae Ducissae medicus ordinarius et etiam in medicina Magister existit, indulget, ut ratione quorumcunque beneficiorum, quae ex statuto, consuetudine vel fundatione aut alias diaconatus et presbyteratus ordines requirunt, usque ad septennium a fine anni a jure ipsi praefixi computandum ad susceptionem dictorum ordinum minime teneatur. „Literarum scientia“ (Ph. de Agnellis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 27 f. 73.

— — — (6004—6005) Jacobo Bonnot in Univers. Stud. Parisien. actu studenti paroch. ecclesiam SS. Petri et Pauli de Gamville in Belcia Carnoten. dioec. resignatione Johannis Bonnot vacantem ad certum tempus commendat et deinde confert. „Vitae ac morum.“ Executores deputat decanum ecclesiae de Pontisara Rothomagen. dioec. et Officiales Parisien. et Carnoten. „Hodie dilecto filio“ (O. de Cesis. G. de Prato | Nardinus) Arch. Lat. tom. 23 f. 289, b; f. 291.

31. Dec. (prid. Kal Januar.) — (6006) Geraldo Consmier baccal. in decr., qui paroch. ecclesiam S. Sigismundi de Retrosingula Condomen. dioec. et Jacobus de Arnaldo Cantoriam ecclesiae Agennen. permutationis causa dimittebant, dictam Cantoriam cum annexis confert. „Apostolicae Sedis“ (Armellin. | De Bertinis. Gomiel | F. de S. Joh. Coll. H. de Cesis) L. 994 f. 208.

— — — (6007) Petrum Melosii perpet. vicarium paroch. eccl. loci de Trevassio Albien. dioec. constituit. „Vitae ac morum“ (J. Armell. | L. de Bertin. Gomiel | J. de Madrigal. Coll. S. de Spol.) L. 1002 f. 224.

— — — (6008) Praeposito Praepositurae S. Petri Montisforti Mediolanen. mandat, ut Martino de Curte cler. Mediolanen. canonicatum et praeb. ordinarios nuncupatos ecclesiae Mediolanen. a Mag. Francisco de Cazinigo resignatos conferat. „Dignum arbitramur“ (Evangel. | L. de Bertin. Gomiel | Saldus. Coll. S. de Spol.) L. 1002 f. 233, b.

— — — (6009) Mag. Francisco de Cazinigo cler. Mediolanen. not. et fam. suo fructus canonicatus et praeb. ecclesiae Mediolanen. ab ipso dimissorum reservat et regressum ad illos concedit. G. D. et F. (Supra: sine secretario) L. 1002 f. 236.

— — — (6010) Praeposito Praepositurae Montisforti Mediolanen. et Jacobo Simoneta ac Joh. Ambrosio Calvo canonicis Mediolanen. executionem committit (Infra: Saldus. Coll. S. de Spol.) L. c. f. 237.

— — — (6011) Raimundo de Abbatia Prioratum S. Antherii de S. Antherio Vavren. dioec. permutationis causa resignanti confert paroch. ecclesiam B. Mariae de Therone Lascurren. dioec. a Mag. Antonio de Antino notario ap. similiter dimissam. „Apostolicae Sedis“ (P. de Cesis | L. de Bertinis | Valleoleti. Coll. Donatus) L. 1011 f. 60.

— — — (6012) Ludovico de Rossis cler. Lugdunen. notario et fam. ac secundum carnem consanguineo suo Prioratum de Argentré O. S. A. Cenoman. dioec. commendat. G. F. (Ph. de Senis | Grat. de mand. S. D. De Bertinis | Cotini. Coll. M. de Campania) L. 1001 f. 303, b.

— — — (6013) Petro Canceris confert ecclesiam paroch. SS. Lutgerii et Floriani Tolosan. dioec., quam Johannes David cler. Ruthenen. dioec., cui per Julium II. de ea erat provisum, literis desuper non confectis resignavit. Init. ut supra (P. de Cesis | Bertin. Gomiel | Valleol. Coll. Donatus) Arch. Vat. tom. 1008 f. 251.

1513.

31. Dec. (prid. Kal. Januar.) Romae apud S. Petrum

(6014) Michaeli Vitalis rectori paroch. ecclesiae S. Martini loci Larnat Appamiarum dioec. confert simplex beneficium *obitum* nuncupatum ad altare S. Caeciliae situm in paroch. eccl. S. Michaelis de Tarascone ejusd. dioec. „Vitae ac morum“ (Colotius | Draco. Colardi | De Acre. Coll. Attan.) L. 1015 f. 155, b.

— — — (6015) Antonio Morin archipresbyteratum ruralem de Manzeyaco Xanctonen. dioec., ipsi alias non rite collatum., cum ecclesia ei annexa confert. „Vitae ac morum“ (Castilion. | Draco. Colardi | Madrigal. Coll. Attan.) L. 1013 f. 244. (Evangel. | Cheminart. Cyprian. Coll. J. J. Cipellus) L. 1030 f. 53, b.

— — — (6016) Mag. Johannem de Lerma cler. Burgen., notarium et lit. ap. scriptorem et abbreviatorem creat filium patrimonialem et naturalem ecclesiae paroch. B. Mariae oppidi de Villahoz Burgen. dioec. ad effectum obtinendi inibi beneficia per filios patrimoniales dumtaxat obtineri solita. G. D. et F. (Carotius | Grat. pro socio | Verdes. Coll. Bucan.) L. 1010 f. 125, b.

— — — (6017) Johanni de Pererio baccal. in decr. confert canonicatum et praeb. eccl. Aquen. provinciae Auxitan. obitu Petri de Barrata vacantes. „Literarum scientia“ (Armellin. | Cheminart. Delius p. comp. | J. Bertrandus. Coll. Bucanus) L. 1008 f. 75.

— — — (6018) Mag. Juliano Vigerio sive de Niella notario suo canonicatum et praeb. eccl. S. Petri oppidi de Saxoferrato Nucerin. dioec. et paroch. ecclesiam S. Laurentii de Castro Collis Nucis territorii dicti oppidi confert. G. D. (Colotius | Grat. pro nepote Card.[1] Cheminart. Aloys. | Gais. Coll. Narnia) L. 1015 f. 194.

— — — (6019) Ludovico de Rossis cler. Lugdunen. not. et fam. suo monasterium omnium SS. O. S. Aug. Andegaven. commendat. „Rom. Pontificis providentia“ (P. de Cesis | De Bertin. | Cotini. Coll. Attan.) L. 1002 f. 267.

— — — (6020) Francisco Fernandes cler. Compostellan., qui Sixti tit. S. Petri ad vincula presb. Card. obsequiis insistit, decret. doctori fam. suo indultum quoad beneficia concedit derogans statutis in Castellae et Legionis regnis vigentibus. G. F. (Blondus | Grat. p. fam. Card. Vicecanc. L. de Bertinis | Cotini. Coll. Blondus) L. 1205 f. 667.

— — — (6021) Eidem indultum quoad residentiam et facultatem quaecunque beneficia, quae obtinet et in posterum obtinebit, permutandi concedit. Init. et script. ut supra; loco *Cotini: Andreae.* L. 1205 f. 668, b.

— — — (6022) Johanni de Vega cler. Palentin. dioec. confert beneficium in paroch. ecclesia oppidi de Piedrahita Abulen. dioec. a Johanne episc. Palentin. resignatum eumque, si super dicto beneficio lis pendeat, surrogat ad omne jus, quod Johanni episc. competebat. „Vitae ac morum“ (Carrotius | P. Suno. A. Vives | A. de Verdesotto. Coll. Bucanus) L. 1094 f. 86, b.

— — — (6023) Eidem confert beneficium in paroch. ecclesiis S. Johannis et S. Mariae Magdalenae invicem perpetuo unitis oppidi Fuentesol Salamantin. dioec. ab eodem Johanne episc. resignatum simili modo eum Johanni episc. surrogans. „Vitae ac morum“ (Script. iidem) L. 1090 f. 62.

— — — (6024) Johanni de Vega baccal. in decr. confert duo beneficia in paroch. ecclesia S. Martini oppidi de Bovilla de la Sierra Abulen. dioec. et, si sint litigiosa, ipsum Johanni episcopo Palentin., qui ea resignavit, surrogat. „Literarum scientia“ (A. Colotius | Ingenwinckel. C. de Liazariis | A. de Verdesotto. Coll. Donatus) L. 1154 f. 240.

— — — (6025) Eidem confert beneficium in paroch. ecclesia S. Dominici de Ubeda Giennen. dioec. eumque Johanni episcopo Palentin., qui isti beneficio cessit, in eventum litis surrogat. „Literarum scientia“ (Script. iidem) L. 1128 f. 195.

— — — (6026) Johanni de Pererio canonico Aquen. baccal. in decr. confirmat collationem per alias literas ipsi factam canonicatus et praebendae ecclesiae Aquen. prov. Auxitan., quos Petrus de Barata olim obtinebat, dubio de dicta collatione exorto. „Literarum scientia“ (Colotius | P. Suno. A. Vives | F. de Vega. Coll. H. de Cesis) L. 1091 f. 138.

— — — (6027) Vicario gener. episcopi Neocastren. mandat, ut Rogerio Cataldo cler. Nullius dioec. perpet. vicariam paroch. ecclesiae S. Johannis Bapt. oppidi S. Euphemiae etiam Nullius dioec. aliquando per cler. saecul., aliquando per fratres Hospit. S. Joh. Hierosol. teneri solitam et obitu Johannis de Senatocellis vacantem conferat, cum prior collatio viribus non subsistat. „Dignum“ (O. de Cesis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 19 f. 392.

— — — (6028—6029) Francisco Clement in Univers. Stud. Parisien. actu studenti ecclesiam paroch. S. Gervasii de Vitriaco Parisien. dioec. resignatione Guillermi de Berlamont vacantem confert. „Vitae ac morum.“ Parisien. et B. Mariae de Ligneyo Tullen. dioec. ecclesiarum decanis ac Officiali Parisien. executionem committit. „Hodie dilecto filio“ (A. de Alvarottis. Ph. de Agnellis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 23 f. 239; f. 240.

— — — (6030) Officiali Treveren. mandat, ut ecclesiam paroch. SS. Cosmae et Damiani de Petraponte Treveren dioec. resignatione Johannis Janneti vacantem Johanni Henrici

[1] sc. Marci episc. Praenestin.

1513.

presb. dictae dioec. conferat. „Dignum“ (G. de Prato | Nardinus) Arch. Lat. tom. 17 f. 117, b.

(?) Dec. | Romae apud S. Petrum | (6031) Cum nuper in generali reformatione officiorum Curiae Rom. (d. d. 13. Dec.) inter alia voluerit, quod nullus ad ordines etiam sacros et presbyteratum promoveri possit, nisi per unum examinatus et per alium catholicos antistites seu episcopos per Pontificem nominandos ordinatus fuerit, Gabrielem archiepiscopum Dirachiensem capellae suae Sacristam examinatorem et Johannem Franciscum episcopum Spicacensem Praelatos suos domesticos promotorem quorumcunque ad sacros et presbyteratus ordines promoveri volentium in Rom. Cur. constituit ac deputat. „Cum nuper in generali reformatione.“ Div. Cam. tom. 63 f. 223, b.

— — | — | (6032) Fatetur, se ab Alberto ex Marchionibus Brandenburgen. Electo Magdeburgen. et Halberstaden. ducat. 1079 auri d. Cam. per manus Jacobi Fucher et sociorum mercatorum Rom. Curiam sequentium recepisse, et mandat, ut in libris introitus et exitus dicta solutio describatur et adnotetur. „Fatemur recepisse in pecunia numerata.“ Div. Cam. tom. 63 f. 174, b.

31. Dec. (prid. Kal. Januar.) | — | Sabbato in Vigilia Circumcisionis D. N. J. Chr. Papa venit ad Vesperas, quae habitae sunt in capella more solito. Finitis Vesperis publicati sunt novi officiales Romani[1]. Paris de Grassis f. 85.

ANNO PRIMO MENSE JANUARIO. 1514.

1514.

1. Jan. (Kal. Jan.) | Romae apud S. Petrum | Festo Circumcisionis D. Dominica Capella Papalis. Cantat Missam Cardinalis Senogalliensis episc. Praenestin.[2]

— — | — | (6033) Petro Balandrini, Benedicti Balandrini scriptoris fratri germano, confert rectoriam capellae B. M. Magdalenae oppidi de Loyes Lugdunen. dioec. a Stephano Berlionis resignatam. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Grat. pro fratre script. J. Cheminart. Aloysius | Bernardus. Coll. Attan.) L. 1007 f. 307, b.

— — | — | (6034) Johanni Jordano de Ursinis domicello Romano quantitatem salis grossi, quam communitates et homines Brachiani, Campagnani, Sciofani, Formellae, Galerae aliorumque castrorum, terrarum et locorum a praesidentibus et clericis Camerae apost. seu eorum officialibus accipere solent, concedit et liberaliter condonat mandans eisdem praesidentibus, clericis et officialibus, ut salem more solito absque aliqua pecuniarum solutione eisdem communitatibus et hominibus assignent. „Exigit tuae nobilitatis in Nos et hanc S. Apost. Sedem“ (Bembus) Div. Cam. tom. 63 f. 193.

— — | — | (6035) Octavianum Fregosium Genuensium Ducem monet, ut praesules doctoresque Gallos venientes ad Urbem schismatis tollendi causa sine ullo impedimento per Liguriam iter facere sinat una cum ablegato Pontificio illis obviam misso. „Veniunt ad Urbem atque ad Nos e Gallia transalpina“ (Bembus) Ed. Bemb. L. VI ep. 20 p. 47. Citat *Raynald.* a. 1514 n. 4.

— — | — | (6036) Francisco de Minerbertis (alias de Minerbettis) archidiacono ecclesiae Florentin. familiari et cubiculario secreto suo. — Alexander PP. VI. quondam Thomae de Minerbertis, patri praefati Francisci et uni ex Oratoribus civitatis Florent. ad ipsum destinatis, quem dignitate militari decoravit, jus patronatus et praesentandi personam idoneam ad paroch. ecclesiam *plebem* nuncupatam S. Johannis Majoris Florentin. dioec. concessit, si 500 duc. pro reparatione istius ecclesiae exponeret et bona immobilia valoris 200 duc. pro dotis augmento assignaret. Cum dictus Thomas 500 duc. exposuerit ejusque filius Franciscus juxta ultimam genitoris voluntatem bona valoris 200 duc. assignare paratus sit, eidem Francisco et Andreae fratri ejus necnon haeredibus et successoribus ex familia de Minerbettis dictum jus confirmat. „Sincerae devotionis affectus“ (Castilioneus | Grat. de mand. S. D. L. de Bertinis. Gomiel | Valleoleti. Coll. Attan.) L. 998 f. 239. Archivio di Stato di Firenze (Proven. S. Silvest. di Fir.).

---

[1] „Ex quibus duo super antecedentia contenderunt, et Papa mandavit, quod neuter legeretur, ne sic in legendo prioritas indicaretur; reservavit sibi Papa praepositionem dandam ei, qui sibi videretur.“ P. de Grassis l. c.

[2] Papa mandat sub excommunicationis poena Magistro S. P., ut eos, qui in capella Pontificia sermonem sint facturi, sub eadem poena scriptum sibi exhibere jubeat, et amputet, quidquid minus decere videatur, et deleat, si quid sit in laudem Papae sive potius allusionem aut applausum, et eum e pulpito ejiciat, qui praeter lecta et approbata aliquid dicat. P. de Grassis f. 85.

1514.

1. Jan. (Kal. Jan.)	Romae apud S. Petrum	(6037) Francisco de Minerbertis archidiac. eccl. Florentin. pensionem annuam super fruct. par. eccl. de Rubrevilla (al. Rebuevilla) Tullen. dioec. assignat. G. F. (J. B. Nasius | Suno. Baena | F. de Acre. Coll. Attav.) L. 1004 f. 289, b.
— —	—	(6038) Ferico Henrici fam. suo par. ecclesiam de Rebuevilla (Rebeuville) Tullen. dioec. obitu Benigni Husseneti vacantem, cum Franc. de Minerbertis archidiac. eccl. Florentin. juri suo cedat, confert. G. F. (Evangelista | Marciaci. Corbinus | Bernardus. Coll. F. de Attavant.) L. 1072 f. 192, b.
— —	—	(6039) Archidiacono et Sacristae eccl. Uticen. ac Offic. Nemausen. pro parte Claudii Michaelis rect. par. eccl. S. Petri de Mamolena Uticen. dioec. ad S. Sedem appellantis mandat, ut in lite, quae inter ipsum Claudium et Johannem de Moleta rect. par. eccl. S. Privati de Posilhaco dictae dioec. pendebat, quod justum fuerit decernant. „Humilibus" (O. Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 21 f. 204, b.
— —	—	(6040) Duci Genuae scribit, ut Claudio Electo Massilien. quaedam cum Pontifice nomine Ludovici Francorum Regis communicaturo et ejus familiaribus iter tutum praebeat et ei, si opus sit, duces et demonstratores itineris, qui ipsum tuto deducant, tradere non gravetur. „Cum dil. filius" Brev. ad princ. t. 5 f. 29, b.
— —	—	(6041) Ludovico Reguard monacho monasterii SS. Trinitatis de Vindocino O. S. B. Carnoten. dioec. indultum circa beneficia concedit. „Religionis zelus" (J. Danielo | Nardin.) Arch. Lat. tom. 47 f. 19, b.
— — — (6858) Nobili viro Philippo de Doriis domicello Januen. et nob. mulieri Lucretiae de Malatestis conjugibus, Talamelli Feretran. dioec.[1] Pontificis in temporalibus vicariis gener., confirmat et approbat, quidquid in quodam instrumento nob. vir Rambertus Novellus de Malatestis Comes Montis Euguruzii Cesenaten. dioec. constituerat, sc. quod castrum Talamelli Feretran. dioec., quod pro se suisque filiis, haeredibus et successoribus in feudum perpet. cum mero et mixto imperio a S. R. E. obtinebat, cum illius territorio, hominibus, juribus et pertinentiis esset in dotem pro Lucretia praefata ejusque filiis et ab illis descendentibus per rectam lineam legitimis et naturalibus, masculis tantum, reservato Sedis Ap. beneplacito; cupit, ut Philippus et Lucretia ac filii et descendentes praefati Ramberti sequantur vestigia et in Ecclesiae sincera fide, obedientia et devotione debitis persistant. „Constantis fidei probata sinceritas" (Evangel. | L. de Bertin. Gomiel. | Cyprian. S. de Spoleto) L. 1000 f. 302.

— — — (6859) Nicolao Burguera cler. Ilerden. pensionem annuam assignat super fructibus majoris Hebdomadariae eccl. Vicen. G. F. (J. de Roma | Grat. de mand. S. D. Suno. Vives | Mendes. Coll. Bucan.) L. 1117 f. 195, b.

— — — (6860) In favorem Johannis Ganneret rectoris par. ecclesiarum de Varra et de Fonteromano Bisuntin. dioec. dictas eccl. invicem unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem" (Ph. de Agnell. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 46 f. 106.

— — — (6861) Magistro Bernardo de Poltrineriis cler. Mutinen. pensionem sup. fruct. mensae abbatialis monasterii B. M. de Monte de Ramo Cisterc. Ord. Aurien. dioec. cum jure accessus assignat, cum omni juri ad dictum monasterium cesserit. G. D. et F. (P. de Cesis | Grat. de mand. S. D. L. de Bertinis | Saldus. Coll. S. de Spol.) L. 1002 f. 215.

— — — (6862) Johannem de Uruma abbatem monasterii B. M. de Monte de Ramo Cisterc. Ord. Aurien. dioec. constituit. „Ex susceptae servitutis officio" (P. de Cesis | Grat. de mand. S. D. L. de Bertinis | D. Andreae. Coll. S. de Spol.) L. 1002 f. 212, b.

— — — (6863) Episcopo Terdonen. et archidiacono eccl. Jarden. et vicario gen. episc. Sabinen. (prob. Sibinicen.) mandat, ut juxta dispositionem Julii II. (IX. Kal. Jun. Pont. an. IX) Johanni Jacobo Tartagle cler. Sibinicen. canonicatum et praeb. eccl. Sibinicen. obitu Petri Chaymasonich vacantes conferant. „Rationi congruit" (G. de Prato | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Nardin.) Arch. Lat. vol. B. f. 87.

17. Febr. (XIII. Kal. Mart.) — (6864) Ferdinandum de Pandolfinis Janocii episc. Trojan. Coadjutorem et successorem deputaturus, ad cautelam eum a censuris absolvit. „De statu personarum" L. 1020 f. 187, b.

— — — (6865) Cum eodem Ferdinando super defectu aetatis dispensat. „Divina supereminens largitas" (Sadol. | Grat. de mand. S. D. Chemin. | Cyprian. Coll. Attav.) L. 1020 f. 185, b.

— — — (6866) Eundem Ferdinandum, clericali charactere tantum insignitum, deputat Janocii episc. Trojan. Coadjutorem, et si Janocius cedat vel decedat, dictae ecclesiae administratorem constituit et eidem ecclesiae sic vacanti, cum 27. annum attigerit, praeficit in episcopum et pastorem. „Regimen universalis Ecclesiae" (Infra: Grat. de mand. S. D. Chemin. | Cyprian.) L. 1020 f. 186.

— — — (6867—6871) De hac provisione scribit a) archiepiscopo Sipontin. „Ad cumulum tuae cedit salutis" b) capitulo eccl. Trojan., c) clero et d) populo civit. et dioec. Trojan., e) vasallis dictae eccl. „Hodie dil. filium" L. 1020 f. 189 seqq.

— — — (6872) Episcopis Monopolitan. et Rapolitan. mandat, ut fidelitatis juramentum ab eodem Ferdinando recipiant. „Cum Nos hodie" (Infra: Grat. de mand. S. D. Chemin. | Cyprian. Coll. Attav.) L. 1020 f. 191.

— — — (6873) Johanni Clerk rectori par. eccl. de Porteshed Batonien. et Wellen. dioec., decr. doctori, indulget, ut ratione dictae eccl. vel aliorum beneficiorum sacros ordines requirentium usque ad biennium a fine anni a jure concessi computandum aliquem ex sacris ordinibus suscipere minime teneatur. „Literarum scientia" (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 27 f. 269.

[1] Montefeltro. *Ughelli* tom. II p. 929 seq.

1514.

17. Febr. (XIII. Kal. Mart.)	Romae apud S. Petrum	(6874) Pro parte Cubellae Caraciolae monialis monasterii S. Patriciae Neapolitan. O. S. B. ab una parte conventus in abbatissam dicti monasterii obitu Angelae abbatissae vacantis electae (altera parte Lucretiam Galiottam eligente) mandat episcopo Lusinen. (Lesinen.) in civit. Neapolitan. commoranti, ut de meritis et idoneitate dictae Cubellae se informet et eam praefato monasterio in abbatissam praeficiat, si ipsam ad hoc idoneam esse et electionem Lucretiae Galiottae minus canonicam existere cognoverit, dummodo medietatis conventus assensus accedat et dicta Cubella Ordinem expresse sit professa. „Ex susceptae servitutis officio“ (Lambertus | Barotius) Arch. Lat. tom. 17 f. 304.
— —	—	(6875) Pro parte praedictae Cubellae Caraciolae eidem episcopo mandat, ut ad executionem literarum praeced. procedat easque in omnibus valere declarat, quamvis in iis per errorem sit expressum, Cubellam ab electione de Lucretia Galiotta facta appellationem interposuisse. „Religionis zelus“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 22 f. 82.
— —	—	(6876) Cum in duabus praecedentibus literis non sit expressum, quod in electionem dictae Cubellae consensus medietatis conventus accesserat vel accessurus erat, cumque a nonnullis asseratur, neutri jus competere aut electiones, si validae existant, se per mutuum concursum impedire et locum gratificationis existere, eidem episcopo scribit, priores et posteriores literas cum omnibus in eis contentis valere, eique mandat, ut eidem Cubellae de dicto monasterio gratificando provideat, si Cubella et Lucretia in jure pares sint et locus gratificationis existat. „Religionis zelus“ (Evangel. | Marciaci. Aloys. | Cyprian. Coll. Attav.) L. 1032 f. 214.
— —	—	(6877) Antonio de Brolio baccal. in decr. canonicatum et praeb. eccl. S. Johannis de Monticulis alias de Plessiaco prope Turonis ac par. ecclesiam B. Mariae *de la Riche* suburbiorum Turonen. invicem perp. unitos resignatione Petri Chabrion vacantes confert. „Nobilitas generis“ (Evangel. | Cheminart | Salvius. Coll. Attav) L. 1018 f. 155. Arch. Lat. tom. 23 f. 292, b (Planca. Bregeon | Nardinus).
— —	—	(6878—6879) Mag. Silvio Passerini cler. Cortonen. notario et fam. suo concedit officium scriptoriae literarum apost. G. D. et F. Mag. Paulo de Cesis canonico Spoletan. mandat, ut eum ad hoc officium admitti faciat. „Hodie motu proprio“ (Carrot. | Bertin. | Cyprian. Coll. Attav.) L. 1005 f. 173; f. 173, b.
— —	—	(6880) Julio Corvino cler. Romano famil. suo, obsequiis Laurentii tit. SS. Quatuor Coron. Card. insistenti, pensionem annuam medietatis fructuum ecclesiae par. loci de Calasante Ilerden. dioec. cum jure accedendi ad eam reservat, si pensio non solvatur. G. F. (Carrotius | de Rizonibus. Baena | Casanova. Coll. Amerin.) L. 1039 f. 291.
— —	—	(6881) Antonio de Louvain Prioratum Fontisbene O. S. B. Lingonen. dioec. obitu Antonii Bourelier vacantem ipsi alias non rite collatum confert et Praeposituram monasterii S. Petri de Bosna Ord. et dioec. praedict. commendat. „Religionis zelus“ (Colot. | Draco. Colardi | A. Castillo. Coll. Attav.) L. 1013 f. 93.
— —	—	(6882) Marco Alphonsi de Castro baccal. in decr. perp. beneficiato in B. Mariae et S. Stephani oppidi de Castromocho Palentin. dioec. invicem unitis par. ecclesiis pensionem annuam super fruct. cujusd. beneficii in dictis eccl. cum jure accedendi ad illud concedit. „Vitae ac morum“ (Nasius | Grat. pro fam. script. Suno. Baena | Verdes. Coll. Attav.) L. 1022 f. 33.
— —	—	(6883) Episcopis Cavallicen. et Asculan. ac Officiali Bracharen. mandat, ut Emmanueli de Norogna cler. Nullius dioec., cubiculario suo, canonicatum et praeb. eccl. Bracharen. obitu Antonii Alvari vacantes conferant. G. F. (De Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 17 f. 5.
— —	—	(6884) Alberico Brielli baccal. in decr., Praeposito eccl. S. Gangulphi Tullen. dioec., indultum circa beneficia concedit. „Literarum scientia“ (De Prato | Torrella) Arch. Lat. tom. 1 f. 198, b.
— —	—	(6885) Episcopis Cabilonen., Lexovien. et aliis Franciae Praelatis respondet ad eorum literas eosque laudat, quod parati sint ad Concil. Lateran. venire et Sedis Apost. mandatis obedire; quod obstacula itineris attinet, eos certiores facit, se Maximiliano Mediolani et Octaviano Genuae Ducibus scripsisse, ut iis de consilio, conductu et aliis ad iter tute agendum necessariis providerent; eos hortatur, ut deposito metu ad se et S. Concilium veniant. „Legimus literas vestras.“ Brev. ad princ. tom. 5 f. 45.
18. Febr. (XII. Kal. Mart.)	—	(6886) Episcopis Cavallicen. et Alexandrin. et vicario gen. episc. Ferrarien. mandat, ut Gerardo Podio cler. Imolen. dioec. beneficium in par. eccl. de Stienta Ferrarien. dioec. conferant. „Vitae ac morum“ (Gratiadei | Grat. p. fam. script. [Joh. Jac. de Gais] Draco. Colardi | Balbus. Coll. Attav.) L. 1017 f. 146.
— —	—	(6887) Matri et monialibus monasterii S. Mariae Matris Domini terrae Cremae Placentin. dioec. significat, dictum monasterium curae fratrum Praedicat. committi. Bullar. Ord. Praed. tom. IV p. 300.

1514.

18. Febr. (XII. Kal. Mart.)	Romae apud S. Petrum	(6888) Carolo de Lorasio monacho monasterii S. Theuderii O. S. B. Viennen. dioec. ecclesiam par. S. Opportunae Constancien. dioec. prov. Rothomagen. cessione Claudii Galandi vacantem commendat. „Religionis zelus“ (P. Cesis | Suno. Baena | Cotini. Coll. Attav.) L. 1051 f. 162.
— —	—	(6889) Episcopis Cavallicen. et Lucen. ac Officiali Mindonen. mandat, ut in favorem Ferdinandi Alvarez rectoris par. eccl. S. Columbae de Villamean de Ternadoz Legionen. dioec. dictae eccl., quamdiu eam obtinuerit, paroch. ecclesiam de Villamean Mindonen. dioec. a Johanne de Majorga resignatam uniant et annectant. „Romanum decet Pontificem“ (Lambert. | Grat. p. fam. script. [F. de Vega] Nardin.) Arch. Lat. tom. 22 f. 216, b.
— —	—	(6890—6891) Christophoro de Possorio cler. Augusten. dioec. pensionem ex dicta dioec. assignat. „Nobilitas generis“; executionem committit episc. Cavallic. ac Offic. Tarantasien. et Augusten. „Hodie dil. filio.“ Arch. Lat. tom. 16 f. 224, b; f. 225, b.
— —	—	(6892) Ferdinando Electo Trojan. concedit, ut a quovis cathol. antistite, si aetatem legitimam attigerit, ordines minores et sacros ac consecrationem episcopalem suscipere valeat. „Cum Nos nuper te“ L. 1020 f. 188.
— —	—	(6893) Omnibus Christifidelibus, qui rite dispositi ecclesiam S. Silvestri de Pisis al. Corporis Christi civitat. Januae, in cujus monasterio moniales O. S. Dom. de observantia degunt, tertia feria Resurrect. Domini proxime futura visitaverint et ad reparationem dictae ecclesiae manus porrexerint adjutrices, plenariam indulgentiam largitur. „Ut ecclesiam S. Silvestri“ (Sadol.) Brev. tom. 2. n. 368; tom. 30 l. 2 p. 470.
19. Febr. (XI. Kal. Mart.)	—	(6894) Nuntio in Anglia scribit, se recepisse ejus literas datas Londini 25. Jan., quibus de adventu in Angliam deque receptis suarum literarum circa pacis tractationem exemplis deque propria diligentia certiorem se fecerit, eum laudat et ulteriora a Card. Julio de Medicis scribi significat; monet eum, ut in episcopo Wintonien. ac in Electo Lincolnien. summam et praecipuam spem habeat, quorum utrumque ob egregias virtutes et summam apud Regem auctoritatem et singularem erga se benevolentiam paterne diligit et magni facit. „Accepimus literas fraternitatis tuae.“ Brev. ad princ. tom. 5 f. 196, b.
— —	—	(6895) Episcopo Wintonien. denuo gratias agit pro eis officiis, quae sibi in duobus cognatis curando, ut ab Angliae Rege tantopere ornarentur, praestitisset; ei significat, quanti eum aestimet, quantopere in ejus prudentia et fide acquiescat et licet non sit locus relictus hortandi, tamen currentem incitans eum monet, ut Sedis Apostolicae dignitatem, Dei gratiam, universi nominis christiani salutem et incolumitatem ante oculos habeat; nihil sibi magis in cupiditate promptum esse, quam ea agere, quae ei vicissim grata et jucunda esse intelligat. „Nihil Nobis praeter opinionem“ L. c. f. 150.
— —	—	(6896) Episcopo Lincolnien. scribit, se amoris ejus memoriam in animo suo conservare et re ipsa, si occasio se obtulerit, declaraturum, quantae curae ejus dignitas sibi sit; se magnis rationibus adductum ejus Regisque precibus morem gerere non potuisse, ut taxam pro nova ad ecclesiam Lincolnien. promotione ei remitteret. „Sicut alias scripsimus“ L. c. f. 148.
— —	—	(6897) Episcopo Lesinen. in civit. Neapolitan. commoranti mandat, ut Lucretiam Galiottam (cf. nn. 6873 seqq.) monialem professam monasterii S. Patriciae O. S. B. Neapolitan. obitu Angelae abbatissae vacanti praeficiat in abbatissam, si electionem Cubellae Caraciolae pro moniali dicti monasterii se gerentis minus canonicam existere cognoverit et medietatis conventus assensus accedat. „Exigit servitutis“ (De S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. tom. 21 f. 1.
— —	—	(6898) Paulo de Canavaciis perpetuum beneficium in basilica Principis Apostolorum de Urbe obitu Andreae de Albano vac. confert. „Vitae ac morum“ L. 1001 f. 337, b.
20. Febr. (X. Kal. Mart.)	—	(6899) Henrico Angliae Regi mittit Leonardum de Spinellis civem Florentin. et affinem ac familiarem suum ensem et pileum sacratissima Natalis Dominici nocte consecratos Regi deferentem; eundem Leonardum Regi commendat. „Mittimus dilectum filium“ Brev. ad princ. tom. 5 f. 39.
— —	—	(6900—6901) Petro Coffineau presb. confert par. ecclesiam S. Medardi de Chailliaco Maledeuree Melden. dioec. ab Aegidio Coffineau resignatam. „Vitae ac morum“. Executores nominat Succentorem Pictaven., archidiac. Brye Melden. et Joh. Huyn canonicum Cathalaunen. ecclesiarum. „Hodie dil. filio“ (infra: Campania) Arch. Lat. tom. 19 f. 301; f. 302, b.
— —	—	(6902) Episcopo Cavallicen. et Ministro monast. S. Trinitatis extra muros Salamantin. ac Officiali Salamantin. mandat, ut capellaniam in par. eccl. loci de Villarino Salamantin. dioec. obitu Christophori Ferdinandi vacantem Mag. Didaco Vallo cler. Conchen., lit. ap. de minori praesidentia abbreviatori, conferant. G. D. et F. Arch. Lat. tom. 22 f. 222, b.

1514.

20. Febr. (X. Kal. Mart.) Romae apud S. Petrum — (6903) Gabrieli de Mota fam. suo ac Francisci tit. SS. Joh. et Pauli presb. Card. obsequiis insistenti unum Aquen. et alterum Arelaten. ecclesiarum canonicat. confert et respectivas prachendas reservat. G. F. (Carrotius | Grat. de mand. S. D. Suno | Tarin. Coll. Donatus) L. 1016 f. 25.

— — — (6904) Bernardo Munhos (al. Montos; Ind.: Mugnoz) archidiacono eccl. Albarazinen. notario et fam. suo, servitiis Jacobi episc. Albanen. insistenti ejusque ex sorore nepoti, assignat pensionem ann. super redditibus monasterii de Lavaig Cisterc. Ord. Ilerden. dioec.[1] G. D. et F. (Melfit. | Grat. p. nep. Card. Balbus. Baena | Verdes. Coll. Narnia) L. 1026 f. 216.

— — — (6905) Eidem assignat aliam pensionem super fructibus Prioratus B. M. V. de Gualterio O. S. B. Urgellen. dioec. Init. et script. ut supra. L. c. f. 218.

— — — (6906) Nicolao Masi de Romena famil. suo capellanias ad SS. Trinitatis et ad S. Antonii altaria sita in eccl. Trident. invicem unitas confert. G. F. (J. B. Nasius | Grat. de mand. S. D. Bertin. | Questenberg. Coll. Attav.) L. 1005 f. 115, b.

— — — (6907) Stephano Gabrieli archiepisc. Baren. loco pensionis annuae reservat fructus canonicatus et praeb. ecclesiae Giennen., quos quondam Franciscus de Aranda obtinuerat et quibus idem Gabriel cedit, in cujus favorem dicti canonicatus et praeb. archidiaconatui de Baeça in eccl. Giennen. alias erant uniti. „Ad personam tuam“ (P. de Senis | Madrigal. Coll. Attav.) L. 1002 f. 322.

— — — (6908) Johanni Magistri, Stephani Gabrielis archiepisc. Baren. familiari, praedictos canonicatum et praeb. eccl. Giennen. confert. „Vitae ac morum“ (P. de Senis | de Bertinis. Gomiel | F. de S. Joh. Coll. Attav.) L. 1002 f. 320.

— — — (6909) Johanni Cantillon fam. suo canonicatum et praeb. ecclesiae Cameracen. confert. G. F. (infra: Grat. de mand. De Bertin. | Cotini. Coll. Attav.) L. 1001 f. 26, b.

— — — (6910) Antonio de Montejonis rectori eccl. par. S. Clementis Sancti Flori dioec. commendat Prioratum B. M. de Camboco O. S. B. Agennen. dioec. cessione Claudii de Montejonis fratris ejus germani vacantem. „Nobilitas generis“ (Armellin. | Balbus. Gibraleon. | Madrigal. Coll. H. de Ces.) L. 1019 f. 173.

— — — (6911) Petro de Spinassa cler. Mimaten. dioec. confert locum et canonicalem portionem monasterii S. Saturnini Tholosan. O. S. A. obitu Johannis Barinelli vac. „Apostolicae Sedis“ (Armellin. | Suno. Baena | De Radicibus. (Coll. H. de Ces.) L. 1003 f. 188, b.

21. Febr. (IX. Kal. Mart.) — Capella Papalis. Anniversarium pro Julio II.

— — (6912) Claudio Rosseleti cler. Lugdunen. commendat Prioratum S. Martii alias de Boscho Florido O. S. A. Xantonen. dioec. obitu Geraldi Philiberti vacantem. „Vitae ac morum“ (P. de Cesis | Suno. Baena | Cyprian. Coll. Bucan.) L. 1010 f. 10, b.

— — — (6913) Jacobo Bodin (al. Bondin) confert beneficium in eccl. par. S. Martini de Fragnello Malleacen. dioec. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Cheminart. Aloys. | De S. Joh. Coll. Attav.) L. 1014 f. 198.

— — — (6914) Johannem de Francia presb., monachum monasterii B. M. de Chassagne Cisterc. Ord. Lugdunen. dioec.[2] cui quondam Joh. Procheti ipsius monast. abbas praesidebat, eidem monasterio praeficit in abbatem electionem conventus concorditer factam confirmans. „Ex susceptae servitutis officio“ (Armellin. | Suno. Baena | Cotini. Coll. Cipellus) L. 1004 f. 307, b.

— — — (6915) Primicerio ecclesiae S. Marci Venetiarum mandat, ut Gabrieli Canali cler. Venetiar. canonicatus et praeb. Ravennaten. et S. Martini Plebis Saci ac archipresbyteratum S. Justinae Montissilicis ecclesiarum et quandam eccl. ruralem Paduan. dioec. conferat, si eum ad hoc idoneum esse repererit. „Dignum arbitramur“ (Castilion. | Suno. Baena | J. de Gais. Coll. S. de Spol.) L. 1025 f. 147.

— — — (6916) Michaeli Varolo de Castromonte presb. Palentin., baccal. in decr., qui filius patrimonialis B. Mariae et S. Genesii invicem unitarum de Villa Braxima et B. Mariae de Castromonte locorum par. ecclesiarum Palentin. dioec. existit, indulget, ut occurrente vacatione alicujus beneficii patrimonialis in eccl. praedictis per procuratorem ad id speciale mandatum habentem se opponere possit. G. F. (Bernardus | Grat. de mand. Balbus | Castilion. Coll. Donat.) L. 1031 f. 12, b.

— — — (6917) Mag. Aloysio de Gibraleon quaedam beneficia in par. eccl. Villae de Berge Urgellen. dioec. confert eaque invicem unit, quamdiu illa obtinuerit. G. D. et F. (Armellin. | Grat. p. script. | Madrigal. Coll. Donat.) L. 1009 f. 99.

— — — (6918) Jacobo Huberti Loemel (n. 1241) notario P. A. confert canonicatum et praeb. eccl. Leodien. resignatione Leonis Raydummel capellae Pontif. cantoris vacantes. G. D. (Gratiadei | Grat. pro not. Pal. Cheminart. Aloys. | J. de Cesis) L 1008 f. 100, b.

[1] Labacia, La Baix, Lavaix etc. *Janauschek* p. 227 n. 587.
[2] de la Chassagne, Cassania. *Janauschek* p. 147 n. 374.

1514.

21. Febr. (IX. Kal. Mart.) Romae apud S. Petrum — (6919) Episcopo Milopotamen., archidiacono Brabant. Leodien. ac decano S. Petri oppidi Lovanien. Leodien. dioec. ecclesiarum executionem demandat. „Hodie dil. filio“ (Scr. ut supra. Coll. H. de Cesis) L. c. f. 102.

— — — (6920) Alphonso de Leon decr. doctori archipresbytero oppidi de Alcantara Caurien. dioec., Mag. Alphonsi de Verdesotto familiari, varia concedit privilegia quoad residentiam et substitutionem vicariorum, quoad recitationem divini officii et usum jurisdictionis in foro interno. „Literarum scientia“ (J. B. Nasius | Grat. p. fam. script. Suno. Baena | Tarin. Coll. Attav.) L. 1007 f. 152.

— — — (6921) Johanni Wagner al. Treffs cler. Herbipolen. dioec. (n. 1320) fam. suo, qui vicariae ad altare S. Urbani situm in eccl. S. Joh. Novimonasterii Herbipolen. ac beneficio in par. eccl. Villae Diepach Herbipolen. dioec. renuntiavit, pensionem ann. ex par. eccl. in Burckhaslach per Thomam Prunner ejusd. eccl. rectorem, cui de vicaria praedicta est provisum, solvendam et aliam pensionem super fructibus beneficii supradicti, quod Volkmaro Guntheri cler. Herbipolen. est collatum, assignat. G. F. (Castilion. | Grat. de mand. S. D. Balbus. De S. Joh. | Questemberg. Coll. Donat) L. 1033 f. 20, b.

— — — (6922) Mag. Benedicto Gentili cler. Januen. scriptori, qui juri suo ad praestimonium quoddam in eccl. par. de Sarro Hispalen. dioec., super quo cum Alvaro de Osorio cler. Astoricen. litigabat, renuntiat, pensionem ann. super fructibus archidiaconatus de Ubeda Giennen. dioec. a Roderico de Sagredo, cui dictum praestimonium confertur, solvendam assignat. G. D. et F. (Gratiadei | Valtrini. Coll. Attav.) L. 1017 f. 119.

— — — (6923) Johanni Chantillon, obsequiis Laurentii tit. SS. IV. Coron. presb. Card. insistenti, literas, quibus ipsi canonicatum et praeb. eccl. Cameracen. contulit, in omnibus valere declarat, licet alio modo, quam in iis sit expressum, vacaverint. G. F. (Evang. | Grat. de mand. S. D. B. de Rizonib. | Valtrini. Coll. Attav.) L. 1061 f. 176, b.

— — — (6924) Mag. Francisco Cazinico al. Acursio cler. Mediolanen. scriptori et fam. suo reservat loco pensionis ann. fructus capellaniae ad altare S. Christophori situm in eccl. S. Stephani de Brolio Mediolanen. ab ipso resignatae et regressum ad eam concedit. G. D. (Gratiadei | Grat. p. socio | Cabredo. Coll. S. de Spol.) L. 1058 f. 221, b.

— — — (6925) Vicario gen. archiep. Mediolanen. mandat, ut praedictam capellaniam Octaviano de Regiis cler. Mediolanen. conferat. „Laudabilia“ Arch. Lat. tom. 20 f 63, b.

— — — (6926) Johanni Tornoer cler. Bituricen. dioec., qui Mag. Guillermi Tornoer, Ludovici Francorum Regis consiliarii et in suprema Curia parlamenti Tholosan. secundi praesidentis, natus existit, indultum circa beneficia concedit non obstante defectu aetatis. „Laudabilia“ (Colot. | Gomiel. Milanes | A. de Castillo. Coll. S. de Spol.) L. 1063 f. 190.

— — — (6927) Benedictum de Grandria a monasterio S. Leonardi de Crebigniaco O. S. B. Eduen. dioec. ad monasterium S. Johannis Reomen. ejusd. Ord. Lingonen. dioec. transfert eique Infirmariam dicti monast. S. Joh. confert. „Religionis zelus“ (Gratiadei | Cyprian. Madrigal | Casanova. Coll. H. de Cesis) L. 1114 f. 152, b.

— — — (6928—6929) Moneto Bobin jun. par. ecclesiam de Niceyo a Moneto Bobin sen. resignatam confert. „Vitae ac morum.“ Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (De Prato. O. Cesis | Nardin.) Arch. Lat. vol. G. f. 326; f. 328.

— — — (6930) Mag. Paulo de Caposuchis causarum P. A. auditori mandat, ut litigiosam par. eccl. S. Christinae de Avena Pisan. dioec., si nemini sit jus quaesitum, canonicatui et praeb. ecclesiae Pisan., quos Marianus Johannis Mariae de Philippetris obtinet, quamdiu eos obtinuerit, uniat et annectat. „Romanum decet Pontificem“ (G. de Prato | Grat. de mand. S. D. Nardin.) Arch. Lat. tom. 24 f. 237, b.

— — — (6931) Episcopis Cavallicen. et Alexandrin. et Officiali Placentin. mandat, ut Bernardino episc. Sabinen. archipresbyteratum ruralem de Medellin ac par. ecclesiam de Sancta Cruz locorum Placentin. dioec. obitu Firmini Visiani vac. commendare curent. „Ad personam“ (Lambert. | Grat. p. Card. Nardin.) Arch. Lat. tom. 17 f. 129, b.

— — — (6932) Cantori eccl. Militen. mandat, ut Hieronymo Plasini cler. Militen. par. ecclesiam B. M. la Grande Casalis S. Gregorii Inferioris Militen. dioec. commendet. „Laudabilia dil. filii“ (Lambert. | Grat. de mand. S. D.) Arch. Lat. tom. 19 f. 35, b.

— — — (6933) Abbati monasterii S. Justinae Paduan. et Nicolao Rogerio canonico Pennen. in civit. Paduan. commoranti ac vicar. gen. episc. Paduan. mandat, ut juxta voluntatem testatoris Nicolai de Zacharotis civis Paduan., si vocatis vocandis relata vera esse repererint, in eccl. Paduan. capellaniam erigant eamque Renaldo Coradi cler. Paduan. conferant. „A summo Patrefamilias“ (De Agnellis) Arch. Lat. tom. 22 f. 113.

— — — (6934) Richardum Prehest monasterio de Gratiis juxta Turrim London Cisterc. Ord. Londonien. dioec.[1] obitu Johannis Langton abbatis vacanti praeficit in abbatem ejus

[1] *Janauschek* p. 272.

1514.

		electionem per conventum peractam et ab abbate monasterii de Bello Loco Regis Wintonien. dioec.[1], praedicti monasterii de Gratiis Patre-abbate, approbatam confirmans. „Ad ea ex apostolicae servitutis officio“ (O. Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 23 f. 233.
21. Febr. (IX. Kal. Mart.)	Romae apud S. Petrum	(6935) Laurentio Electo Feltren, in Rom. Cur. residenti mandat, ut capellaniam de Galgadilla nuncup. in eccl. Caurien., si nemini sit jus quaesitum, Francisco Gundisalvi cler. Caurien. surrogando conferat. „Vitae ac morum“ (Lambert. | Grat. p. fam. script. Nardin.) L. c. f. 367, b.
— —	—	(6936) Robertus de Flamanegan cler. et Oliverius Drineri laicus Anicien. et Aquen. dioec. ac genitores et alii consanguinei, affines et amici eorum et plures aliae regulares et saeculares personae fervore devotionis inducti Sepulchrum Domini Hierosol. et alia loca sacra ultramarina visitandi causa navigantes a nonnullis piratis Turchis capti et in miseram servitutem redacti sunt; postea Robertus et Oliverius praefati a Turchis dimissi sunt sub juramento, ut certam maximam pecuniarum summam pro captivorum redemptione eisd. Turchis persolverent. Fidelibus iis eleemosynas largientibus indulgentias concedit. „Creator omnium Deus“ (Capranica | Grat. p. Deo. Nardinus) Arch. Lat. tom. 22 f. 207.
— —	—	(6937) Simili modo indulgent. concedit omnibus manus adjutrices porrigentibus nob. viro Johanni Cathacusinio de la Morea, qui gentium armorum ductor seu capitaneus in civit. Montonen. existebat et una cum uxore, quinque filiis et fratre ac aliis in duram captivitatem abductus est, cum Turchi dictam civitatem invasissent. Init. et script. ut supra. Arch. Lat. tom. 20 f. 67, b.
— —	—	(6938) Cum oppidum Aquen. Gratianopolitan. dioec. nuper incendio pro magna parte consumptum fuerit ac Prioratus B. M. ejusd. oppidi O. S. A. et illius ecclesia ruinae subjaceant, cumque in isto oppido populo referto nulla ecclesia collegiata existat, pro parte Claudii Electi Massilien., Ludovici Francorum Regis ad S. Sedem Oratoris, praedictum Prioratum, quem Ludovicus de Rossis in commendam obtinet, ejusd. Ludovici expresso accedente consensu, necnon Sacristiam, si ipsius Sacristae accedat assensus, et alia officia et beneficia regularia, si quae sunt, penitus supprimit dictamque ecclesiam in collegiatam cum sigillo, arca communi aliisque collegialibus insignibus erigit cum decano, cui cura parochianorum competat, et 12 canonicis et mensae capitulari bona dictorum Prioratus et Sacristiae applicat et nonnulla beneficia eid. eccl. collegiatae unit. A. P. R. M. „Clementia disponente ejus“ (Colot. | Grat. de mand. S. D. Bertin. | Cotini. Coll. Attav.) L. 1009 f. 73.
22. Febr. (VIII. Kal. Mart.)	—	(6939) Episcopo Alexandrin. et Praeposito Bobien. ac Bartholomaeo de Fornicibus canonico Palentin. ecclesiarum mandat, ut Johanni Mariae de Curte cler. Papien. et fam. suo, Laurentii tit. SS. IV. Coron. presb. Card. obsequiis insistenti, ecclesiam par. *archipresbyteratum* nuncupatam S. Donini Placentin. obitu Matthaei de Rogna vacantem (si de jure patronatus sit, medietate patronorum assentiente) conferre curent. G. F. (Melfit. | Grat. de mand. S. D. Gais. Coll. Attav.) L. 1050 f. 271.
— —	—	(6940) Johanni Petro de Sanctoyo cler. Palentin. dioec., decret. doctori et fam. suo, assignat pensionem ann. super fructibus Cantoriae ac canonicatus et praeb. ecclesiae Legionen. per Philippum Lita et aliam super fructibus par. eccl. S. Martini Legionen. per Alphonsum de Prado solvendam. G. F. (Melfit. | Marciaci. Aloys. | Andreae. Coll. Donatus) L. 1033 f. 217.
— —	—	(6941) Johanni de Baleux al. de Puyana canonico Aquen. prov. Auxitan. monasterium Dei Villae Praemonstrat. Ord. Aquen. dioec. commendat. „Romani Pontificis“ (Evangel. | Marciaci. Corbin | Castillo. Coll. Attav.) L. 1032 f. 37.
— —	—	(6942—6943) Antonio Fortis, Mag. Petri Lamberti lit. ap. abbreviatoris familiari, capellam S. M. Magdalenae de Camera Maurianen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ Executores deputat. „Hodie dil. filio“ Arch. Lat. tom. 21 f. 316, b; f. 318.
— —	—	(6944) Officiali Toletan. mandat, ut Georgio de la Torre cler. Giennen. dioec., si idoneus sit, ecclesiam Prioratum seu heremitorium nuncup. B. M. de la Fuente Sancta a Francisco de Rojas resignatam cum capellaniis annexis conferat. „Dignum“ (Benzon. | P. de Senis) Arch. Lat. tom. 19 f. 64.
— —	—	(6945) Fratribus et monialibus Ord. Praed. praesertim provinc. Aragoniae scribit, se literas (d. d. 25. Sept. 1513. „Dudum fel. recordationis“ [n. 4697]) de interstitiis in prov. Aragon. servandis suspendere, donec Thomas ejusd. Ord. Gener. Mag. miserit unum vel plures ad dictam prov. ad libera vota fratrum in ea degentium circa statutum de temporalitate officiorum scrutandum; vult, ut idem Thomas dictum statutum esse servandum decernat, si omnes aut duae partes id voluerint; si minor pars id voluerit, rem ad proximum Capitulum gener. differendam esse decernit. „Decet Romanum Pontificem.“ Bull. Ord. Praed. tom. IV p. 301.

[1] *Janauschek* p. 210.

1514.

4. Mart. (IV. Non. Mart.)	Romae apud S. Petrum	(7067) Raymundo de Rupeforti confert Eleemosynariam monasterii S. Petri de Cannis O. S. B. Narbonnen. dioec.[1] conceditque ei indultum circa beneficia. „Religionis zelus“ (Script. ut supra) L. 1004 f. 246.
— —	—	(7068) Episcopis Asculan. et Cavallicen. ac Officiali Verden. committit, ut Valentino de Teteleben cler. Maguntin. fam. suo vicariam ad altare S. Crucis sitam in par. eccl. B. M. Virg. oppidi Ulizen. Verden. dioec. conferant. G. F. (Gratiadei | Grat. de mand. S. D. Salvius. Contreras | Villareal. Coll. H. de Cesis) L. 1121 f. 21.
— —	—	(7069) Jacobo Burbenonis in Universitate Studii Parisien. actu studenti par. ecclesiam S. Matthaei Apost. Cremonen. resignatione Antonii Lamy, cujus dictus Jacobus consobrinus existit, vacantem ad certum tempus commendat et deinde confert. „Vitae ac morum“ (infra: Draco. Enckenw. pro comp. | Madrigal. | Coll. Attavant.) L. 1042 f. 103.
— —	—	(7070) Gubernatori Bononiae commendat lares, res fortunasque omnes Bartholomaei Torfanini al. de Acutiis Bononien. fam. sui eique committit, ut idem Bartholomaeus proventus et salaria ratione officiorum ipsi competentia assequatur. „Dilecti filii Bartholomaei“ (Bemb.) Brev. tom. 2 n. 128; tom. 30 l. 2 p. 15.
— —	—	(7071) Tristando Vassal baccal. in decr. collationem Camerariae monasterii S. Petri de Clayraco O. S. B. Agennen. dioec. per episcopum Agennen. ipsi factam confirmat. „Religionis zelus“ (Castilion. | Enckenw. Aloys. | De S. Joh. Coll. Attav.) L. 1038 f. 227.
— —	—	(7072—7073) Francisco de Bordeaulx Licent. in U. J. canonicatum et praeb. eccl. Carnoten. resignatione Nicolai de Cerisay vacantes confert. „Nobilitas generis“. Executionem committit Gonfrido de Bernay canonico eccl. Carnoten. et Officialibus Parisien. et Carnoten. „Hodie dil. filio“ (De S. Severino. Bregeon. | Nardin.) Arch. Lat. vol. G. f. 351; f. 353.
— —	—	(7074) Nicolao de Picolominibus Praeposito eccl. Senen. indultum circa beneficia concedit. „Nobilitas generis“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 23 f. 333.
— —	—	(7075) Mag. Hugoni de Spina causarum P. A. auditori mandat, ut Alphonso de Azevedo cler. Legionen. dioec. par. ecclesiam oppidi de Villalen dictae dioec. surrogando conferat, si nemini sit jus quaesitum. „Literarum scientia“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 36 f. 282.
— —	—	(7076) Mag. Guillermo Cassador capellano suo et causarum P. A. auditori mandat, ut canonicatum et praeb. eccl. Tudertin. Venturino de Actis cler. Tudertin. dioec. conferat, si neque eidem Venturino neque Felici de Cicolinis pro clerico se gerenti, qui eos indebite occupavit, jus ad dictos canonicatum et praeb. competere ipsi constiterit. G. F. (Evangel. | Grat. de mand. S. D. Suno | Guerrerius. Coll. H. de Cesis) L. 1136 f. 60.
— —	—	(7077) Praeposito eccl. SS. Siri et Materni de Dexio Mediolanen. dioec. committit, ut Camillo de Castilliono cler. Mediolanen. dioec., si eum ad hoc idoneum esse repererit, canonicatum et praeb. eccl. S. Laurentii Lauden. resignatione Alberti de Augustanis vacantes conferat. „Dignum“ (G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 17 f. 331, b.
— —	—	(7078) Nicolao Prevost baccal. in decr. confert par. ecclesiam S. Aventini de Vendemire Pictaven. dioec. „Literarum scientia“ (Gratiadei | Marciaci. Corbin. | Valtrini. Coll. Attav.) L. 1067 f. 32.
— —	—	(7079) Archiepiscopo Neapolitan. et episcopo Asculan. et Officiali Terraconen. mandat, ut Antonio de Luna cler. Caesaraugustan. dioec. beneficium sub invocatione S. Fructuosi in eccl. Terraconen. O. S. A. conferre curent. G. F. (Evangel. | Grat. de mand. S. D. Suno. Baena | Valtrini. Coll. Attav.) L. 1017 f. 35, b.
— —	—	(7080) Mag. Aloysio Gibraleon confert par. ecclesiam S. Johannis de Pazano et alia beneficia Salernitan., Consan. et Caputaquen. dioec. ab Alex. de S. Maria resignata. G. D. (Cyprian. Coll. S. de Spol.) L. 1025 f. 321, b.
— —	—	(7081) Francisco Mariae Urbini Duci postulanti, ne permittat conventum et nundinas, quas quidem eum Pisauri facere posse concesserat, ab Andrea Corio mercatore Genuensi mercibus Hebraeorum intercipiendis pro eo, quod ipsi debeatur, perturbari ac impediri ejusque fidem omnibus ad eas nundinas adeuntibus datam labi et fluere, respondet, ejus postulata sibi aequa visa esse neque se velle, ut ea de causa, quod Andreae Corio concesserit, ut centesimam cum dimidia exigere posset ex bonis et mercibus Judaeorum sub imperio Turcarum Regis degentium, ulla molestia Hebraeis ad nundinas Pisaurenses accedentibus inferatur vel alii ad ejusmodi centesimae solutionem compellantur praeter eos, qui jam antea cum dicto Andrea pacti sint. „Lectis literis tuis, quibus Nos certiores facis“ (Bemb.) Cod. Vat. 3364 f. 148, b. Ed. Bemb. L. VIII ep. 1 p. 59.

[1] SS. Pierre et Paul de Cannes (al. de Canis). Gall. chr. tom. 6 p. 154 seq.

1514.

5. Mart. (III. Non. Mart.) | Romae ap. S. Petrum | Dom. I. Quadrag. Missam celebravit archiep. Senen. Papa assistente (P. de Grassis f. 90).

(7082) Petro Bourdereau confert ecclesiam par. Des Esteux Biturícen. dioec. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Balbus. Gibraleon. | Gais. Coll. Attav.) L. 1023 f. 169, b.

— — | — | (7083) Petro Rivier rectori par. eccl. B. Mariae de Trinchebray Bajocen. dioec., baccal. in artibus, dictam ecclesiam confert, priore collatione per Ordinarium ei facta viribus non subsistente. „Literarum scientia“ (P. de Cesis | Suno. Baena | De Gais. Coll. Attav.) L. 1001 f. 50.

— — | — | (7084—7085) Mag. Johanni Antonio de Trivultiis U. J. doctori et causarum P. A. auditori confert Praeposituram eccl. S. Petri de Brebia Mediolanen. dioec. a Francisco Boyxio resignatam G. D. Episcopis Cavallicen. et Alexandrin. et vicario gen. archiepisc. Mediolanen. executionem demandat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. De Prato | Grat. de mand. S. D. Nardin.) Arch. Lat. tom. 24 f. 228; f. 230.

— — | — | (7086) Officiali Ilerden. mandat, ut vicariam et portionem eccl. B. Mariae oppidi Montizoni Ilerden. dioec. Johanni Colma al. Estahus cler. dictae dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 20 f. 41, b.

— — | — | (7087) Episcopo Asculan. et decano Astoricen. et abbati S. Aemiliani Burgen. ecclesiarum mandat, ut integram portionem fructuum in eccl. S. Juliani de Quintavilla de Boveda de Valdegonia Burgen. dioec. resignatione Petri Hortiz cessantem Roderico Lopez cler. dictae dioec., baccal. in decr., percipiendam concedant. „Literarum scientia“ (Benzon | Barotius) Arch. Lat. tom. 44 f. 258 [1].

6. Mart. (prid. Non. Mart.) | — | Duo Oratores Magni Magistri Rhodi obedientiam Papae praestiterunt post finitum Consistorium secretum [2] (P. de Grassis f. 90, b).

— — | — | (7088) Franciscum episc. Sistaricen. [3] ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“ (P. de Castello | Nardin.) Arch. Lat. tom. 12 f. 153, b.

— — | — | (7089—7095) Eundem Franciscum, Ludovico Francorum Regi plurimum gratum et acceptum, ecclesiae Antissiodoren. obitu Johannis episc. [4] vacanti praeficit in episc. et pastorem, ita ut ad 6 menses episcopus Sistaricen. esse non desinat. „Apostolatus officium.“ [5] De hac provisione scribit a) capitulo eccl. Antissiodoren., b) ejus vasallis, c) populo et d) clero civit. et dioec. Antissiodoren. „Hodie ecclesiae“, e) archiepiscopo Senonen. „Ad cumulum“, f) Ludovico Francorum Regi. „Gratiae divinae“ (P. de Castello | Nardin.) L. c. f. 151 seqq.

— — | — | (7096) Francisco episc. Antissiodoren. indultum de retinendis beneficiis concedit. „Personam tuam“ (Script. iid.) L. c. f. 154, b.

— — | — | (7097) Pro parte Petri Capata rectoris par. ecclesiae S. Trinitatis oppidi de Moya Conchen. dioec. et Gundisalvi Capata decani eccl. Palentin. et dicti Petri fratris germani, qui de bonis propriis in domo ad utrumque pertinente hospitale pauperum Matris Dei cum capella ac altari et campanili et aliis necessariis ad pauperes et miserabiles personas recipiendas suffragante auctoritate S. Sedis in oppido praedicto instituerant, capellae dicti hospitalis quoddam beneficium loci de Tejadillos Conchen. dioec. a praefato Petro resignatum perpetuo unit et fructus ejusd. beneficii in sustentationem capellani eidem capellae deservientis applicat. A. P. R. M. „Ex injuncto Nobis desuper“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 17 f. 369.

— — | — | (7098—7099) Petro Capata praefato, qui administrator capellae et hospitalis praedict. existit, loco pensionis annuae omnes fructus beneficii supradicti reservat. „Vitae ac morum.“ Episcopos Militen. et Cavallicen. ac Officialem Conchen. executores deputat. „Hodie cum dil. filius“ (Benzon. A. de Alvarottis | Nardin.) L. c. f. 371, b seq.

— — | — | (7100) Pro parte Jacobi de Conynek, Ludovici Springheel et Jacobi Loys *magnorum rectorum* nuncupat. novae fabricae ecclesiae S. Crucis et S. Annae intra muros Brugen. Tornacen. dioec. canonice deputatorum, qui exponebant, quod Jacobus Geliaert,

---

[1] Leg. in cod. 1513. III. Non. Mart. an. II; fortasse doc. ad an. 1515 est remittendum.

[2] „Haec autem est secunda Rhodianorum obedientia intra annum praestita SS. D. N. Leoni, quia primo fuerat praestita 21. Oct., ut supra scripsi, nomine alterius Magistri, qui mortuus est in mari, cum ex Galliis iret in Rhodon, et electus fuit D. Fabricius ex Marchionibus Finalis, frater Cardinalis de Finali . . . Ceterum sciendum, quod isti Rhodiani ab aliquibus annis circa sic incrementum habuerunt, quod non jam tamquam religiosi, sed tamquam Principes liberi videri volebant. Nam memini ego, cum juvenis essem, sub Sixto IV. venisse Oratores Rhodiani Magistri et praesentasse simpliciter literas Pontifici Sixto tunc pransuro et reverentiam nomine sui Magistri tunc praestitisse, qui non alius quam Generalis censebatur“ (P. de Grassis l. c.).

[3] Franciscus de Dinteville episc. Sistaricen. 1508—1514; episc. Antissiodoren. 1514—1530. *Gams* p. 632; p. 503.

[4] Joh. Baillet episc. Antissiodoren. 1478—1513. *Gams* p. 503.

[5] Arch. Vat. L. 1000 f. 261. „Divina disponente clementia“ (Colotius | De Bertin. Gomiel | Cotini. Coll. Attav.).

1514.

Petrus Frans, Ludovicus Vangschen et Eligius Diens etiam *magni rectores* nuncup. veteris fabricae eccl. S. Crucis extra muros dicti oppidi similiter deputati falso assererent, sibi a *magnis rectoribus* primo dictis certam summam necnon medietatem omnium legatorum, obventionum et emolumentorum deberi, mandat abbati monasterii S. Michaelis Antwerpien. Cameracen. dioec. et archidiacono Cameracensi in eccl. Cameracen., ut in dicta causa, quod justum fuerit, decernant. „Humilibus“ (Copis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 19 f. 85.

6. Mart. (prid. Non. Mart.) Romae apud S. Petrum — (7101—7102) Jacobo Ximenes confert canonicatum et praeb. S. Martini de Alvelda et B. Mariae de Logroño oppidorum Calaguritan. dioec. ecclesiarum perpetuo unitarum resignatione Martini Sanctii Peon vacantes. „Vitae ac morum.“ Executionem committit episcopis Militen. et Cavallicen. et Officiali Calaguritan. „Hodie dil. filio“ (Benzon. Planca | Nardin.) Arch. Lat. tom. 20 f. 184 seq.

— — — (7103) Sixto tit. S. Petri ad vincula presb. Card., qui regimini ecclesiae Beneventan. cessit, fructus et jura ad archiepisc. Beneventan. pertinen. reservat et cedente aut decedente Alexandro tit. S. Eustachii diac. Card. regressum ad istam eccl. concedit. „Dum tuam personam“ (De S. Severino. Planca | Campania) Arch. Lat. tom. 23 f. 74, b.

— — — (7104) Augustinum de Nabe presb. Ord. Praedic. professorem ob sequentem provisionem ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“ (P. de Castello | Nardin.) Arch. Lat. tom. 40 f. 270.

— — — (7105) Eundem Augustinum ecclesiis Mercanen. et Tribunen. invicem canonice perpetuo unitis [1], obitu Georgii episc. vacantibus praeficit in episc. et pastorem. „Divina disponente clementia“ (supra: P. de Castello) L. c. f. 369.

— — — (7106—7107) De hac provisione scribit a) populo et b) clero civit. et dioec. Mercanen. et Tribunen. „Hodie Mercanensi“ (infra: Nardinus) L. c. f. 269, b.

— — — (7108) Cum Francisco Calderon scholari Pacen. dioec., de nobili genere procreato, super defectu natalium dispensat. „Laudabilia“ (Lambert. | Nard.) Arch. Lat. tom. 22 f. 224.

— — — (7109) Episcopo Cavallicen. et Praeposito S. Andreae Wormac. ac Officiali Spiren. mandat, ut Jacobo Abell cler. Argentinen. canonicatum et praeb. eccl. S. Stephani oppidi Wyssenburg Spiren. dioec. obitu Jacobi Dirberg vacantes conferre curent. „Vitae ac morum“ (A. Colotius | Grat. p. fam. assist. Balbus. Colardi. | A. de Castillo Coll. Donatus) L. 1038 f. 11.

— — — (7110) Marchiae locumtenenti committit, ut ad executionem literarum procedat, quibus Julius II. episcopo Justinopolitan. tunc illius provinciae locumtenenti mandavit, ut Baltasarem . . . capserium et exactorem, qui a Sebastiano de Saulis ad percipiendum proventus Salariarum dictae provinciae deputatus erat, in quasi-possessione capseriatus et juris percipiendi dictos proventus a quibusvis molestationibus defenderet. „Quaestus est nuper“ (Sadol.) Brev. t. 2 n. 137; t. 30 l. 2 p. 35.

— — — (7111) Andreae Grifonis Commissario suo. Cum justitiae et aequitati per eum abunde non sit satisfactum una ejus Bonon. profectione pro restitutione bonorum Hannibali, Antonio Galeatio, Alexandro et tunc in humanis agenti Hermeti Bentivolis fratribus facienda, aegre ferens ea, quae ipsi mandaverat aliter, quam mentis suae erat, a nonnullis interpretata fuisse, eum iterum commissarium ad eadem bona dictis fratribus et Hermetis liberis et haeredibus restituenda deputat expresse declarans suae intentionis fuisse et esse, ut praefati fratres in liberam et omnimodam suorum bonorum possessionem, quae ante primum eorum e Bononia recessum a. 1506 tenebant, restituerentur exceptis bonis antiquis ad familiam Malvitiorum et familiam de Mariscottis spectantibus, quae quidem bona dictis familiis restitui vult. „Quia huic Sanctae Sedi“ (Bembus) Arm. XXXII tom. 18 f. 39.

— — — (7112) Pro Mag. Silvio Passerino cler. Cortonen. notar. et fam. suo unionem duorum beneficior. eccl. in civitate et dioec. Ravennaten. cum monasterio S. Apollinaris Ravennaten. O. S. B. quod idem Silvius in commendam obtinet, confirmat et unionem hujusmodi perpetuam esse decernit. „Dudum motu proprio“ Brev. t. 2 n. 126; t. 30 l. 2 p. 9.

— — — (7113) Johanni Philippo Reantilla civi Florentin. officium judicis spiritualium provinciae Marchae Anconitanae ad septennium et deinde ad suum beneplacitum concedit. „Promeretur virtus“ (Bemb.) Brev. t. 2 n. 127; t. 30 l. 2 p. 13.

7. Mart. (Non. Mart.) — (7114) A Burghesio Petrutio Senensi postulat, ut det operam, ut Augustino Ghisio [2] probo homini possessio oppidi et arcis Portus Herculis, in qua aliquot annis pacifice fuit, restituatur. „Certiores facti, Alexandrum et Hieronymum Senenses bellicis rebus praefectos“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 143. Ed. Bemb. L. VII ep. 21 p. 56.

[1] Pius II. a. 1463 utramque ecclesiam univit. *Farlati,* Illyr. Sacr. tom. III p. 122.

[2] communiter Chisius (Chigi).

1514.

7. Mart. (Non. Mart.) | Romae apud S. Petrum | (7115) Andreae de Mansilla rectori par. eccl. S. Jacobi de Luengos Legionen. dioec. indultum concedit circa beneficia. „Vitae ac morum“ (Colot. | Grat. p. fam. script. Chemin. Aloys. | F. de Acre. Coll. Attav.) L. 1130 f. 42.

— — | — | (7116) Arnaldo Pelletan Prioratum B. Mariae de Bellagardia O. S. A. Burdegalen. dioec. a monasterio B. Mariae de Corona dicti Ord. Engolismen. dioec. dependentem confert et indultum circa beneficia concedit. „Religionis zelus“ (Evangel. | Madrigal. Aloys. p. comp. | Cyprian. Coll. Bucan.) L. 1087 f. 56.

— — | — | (7117) Petro de Montsarollo fratri Ord. Humiliat. loco pensionis annuae usumfructum quarundam petiarum terrae ad Praepositurarum domus S. Catharinae Cremonen. dicti Ord. spectantium reservat. „Religionis zelus“ (Blondus | Madrigal. Aloys. p. comp. | Attavant. Coll. B. de Alex.) L. 1096 f. 270.

— — | — | (7118) Vicario gen. episc. Concordien. mandat, ut Petro Riqui cler. Venetiar. canonicatum et praeb. eccl. Concordien. resignatione Mag. Hieronymi Argentini vacantes conferat. „Dignum“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 20 f. 39, b.

— — | — | (7119) Mag. Guillelmo Cassador causarum P. A. auditori mandat, ut beneficium *coadjutoriam* nuncup. in eccl. S. Pauli Caesaraugustan., si nemini sit jus quaesitum, Gundisalvo Aymeric cler. Caesaraugustan. surrogando conferat. „Vitae ac morum“ (O. Cesis | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Nardin.) Arch. Lat. tom. 17 f. 364.

— — | — | (7120) Cum Carolo de Turnone cler. Valentinen., de militari et Baronum genere ex utroque parente procreato, qui ex infirmitate quandam maculam in oculo suo dextro contraxit et visu ejusd. oculi est privatus, ut ad sacros ordines promoveri valeat, dispensat eique indultum circa beneficia concedit. „Nobilitas generis“ Arch. Lat. tom. 29 f. 99, b.

— — | — | (7121) Carolo de Turnone cler. Valentinen. dioec. commendat Prioratum SS. Gervasii et Protasii Lingoniae O. S. B. Mimaten. dioec. „Nobilitas generis“ (A. Melfit. | Suno. Baena | Cyprian. Coll. Bucanus) L. 1004 f. 82.

— — | – | (7122) Francisco de Turnone ex genere Baronum nato, professo O. S. A. et Praeceptori Praeceptoriae domus S. Antonii Montisbrisonis O. S. A. Lugdunen. dioec., commendat Prioratum S. Euphemiae O. S. B. Mimaten. dioec., qui a monasterio S. Theofridi ejusdem Ord. Anicien. dioec.[1] dependet. „Religionis zelus“ (Evangel. | Suno. Baena | Cyprian. Coll. Bucan.) L. 1010 f. 6.

— — | — | (7123) Paulo de Casafranca cler. Caesaraugustan., qui liti et causae super vicaria perp. loci de Marcca dictae dioec. inter ipsum et Gofredum Gostantin canonicum eccl. Caesaraugustan. O. S. A. pendenti cedit, pensionem super ejusdem vicariae fructibus assignat. „Vitae ac morum“ (Castilion. | Grat. de mand. S. D. Marciaci | Cabredo. Coll. Cipell.) L. 1033 f. 100.

— — | – | (7124) Petro Casas et Johanni Araolla canonicis ecclesiae Turritan. et vicario gen. archiepisc. Turritan. mandat, ut Pancratio Baldi cler. Turritan. dioec., Francisci tit. SS. Joh. et Pauli presb. Card. familiari, ecclesiam par. S. Sixti Surren. dioec., quam Joh. Muro indebite detinet, conferre curent, si vocatis vocandis eam vacare cognoverint. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Balbus. Cheminart. | Salvius. Coll. Attav.) L. 1026 f. 36.

— — | — | (7125) Ferdinando Vassal baccal. in decr. Camerariam monasterii S. Petri de Clayeraco O. S. B. Agennen. dioec. confert. „Religionis zelus“ (Castilion. | Enkenw. Aloys. p. comp. | F. de S. Johanne. Coll. Attav.) L. 1038 f. 227.

— — | — | (7126) Antonio La Rose par. ecclesiam B. Mariae de Castello Bisuntin. dioec. permutationis causa resignanti confert ecclesiam par. S. Martini de Monte ejusd. dioec. a Guillermo Fichet pariter dimissam. „Apostolicae Sedis“ (Evangel. | Cheminart. Aloys. | de Comitibus. Coll. Bucan.) L. 1011 f. 154.

— — | — | (7127) Johanni Chambon archipresbytero de Taya Vinosa Pictaven. dioec., Licent. in decret., indultum circa beneficia concedit. „Nobilitas generis“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 24 f. 60.

— — | — | (7128) Dominico de Abiego cler. Caesaraugustan. pensionem annuam super fructibus decanatus ecclesiae Gadicen. et monasterii S. Trisonis O. S. B. Ravallen. dioec.[2] assignat et accessum ad decanatum pensione deficiente concedit. G. F. (Colot. | Grat. de mand. S. D. de Bertinis | Valtrini. Coll. S. de Spol.) L. 1002 f. 341.

8. Mart. (VIII. Id. Mart.) | — | (7129) Petro Michionis confert capellaniam ad altare S. Mariae de Consolatione situm in eccl. Augusten. prov. Tarantasien. „Vitae ac morum“ (Acre | Grat. pro fam. Vicecancell. Draco | Cheminart. Coll. S. de Spol.) L. 1027 f. 102.

— — | — | (7130) Petente Fernando Gundisalvo archipresbyteratum ruralem oppidi S. Facundi de S. Facundo Legionen. dioec. cessione Leonardi tit. S. Susannae presb. Card., cujus

[1] al. Saint-Chaffre-le-Monastier dioec. Le Puy en Velay. Gall. chr. tom. 2 p. 762 seq.
[2] Ravellen., Ravello in provincia Principato citeriore. *Moroni* tom. 56 p. 175 seq.

1514.

servitiis praedictus Fernandus insistit, vacantem ecclesiae par. S. Trinitatis oppidi et dioec. praedict., quamdiu Fernandus hanc obtinuerit, unit et annectit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (P. de Cesis | Grat. de mand. S. D. Suno. Baena | Verdes. Coll. S. de Spol.) L. 1020 f. 228, b.

8. Mart. VIII. Id. Mart.) Romae apud S. Petrum (7131) Perp. simplex beneficium patrimoniale *dimidia portio* nuncupatum in B. Mariae de Briones ac de Tabuenga ac de Rodezno locorum Calaguritan. dioec. paroch. ecclesiis invicem perpetuo unitis, quod Alvarus de Cabredo obtinet, in beneficium *integram portionem* nuncupandum erigitur, quamdiu Alvarus illud obtinuerit, eique sic erecto, si assensus beneficiatorum dictarum eccles. accedat, dos competens applicatur. „Vitae ac morum“ (F. Armellin. | Grat. p. nep. script. [Roderici de Cabredo] Chemin. Aloys. | Bernard. Coll. Cipellus) L. 1005 f. 301, b.

— — — (7132) Claudio Boni cler. Eduen. dioec. Prioratum S. Roberti de Andria. O. S. B. Antissiodoren. dioec. obitu Johannis episc. Antissiodoren. vacantem commendat, Haubero Legone decano eccl. Cabilonen. juri suo cedente. „Vitae ac morum“ (Carrotius | Cheminart. Aloys. | Madrigal. Coll. Attav.) L. 1011 f. 266.

— — — (7133) Decano et Cantori ecclesiae Leodien. et Officiali Leodien. mandat, ut Andreae Comitis cler. Leodien., Mag. Ferdinandi Ponzetti thesaurarii gen. familiari, ecclesiam par. loci de Ongrep Leodien. dioec. obitu Geraldi Rolans vacantem conferant amoto inde Bernardo ex Ducibus Saxoniae intruso. G. F. (Colotius | Grat. de mand. S. D. Chemin. | Ponzettus. Coll. H. de Cesis) L. 1009 f. 168, b.

— — — (7134) Johanni de Villerroux par. ecclesiam S. Alani de Pradis ac canonicatum et praeb. eccl. B. Michaelis Castrinovi de Arrio necnon duas perp. capellanias Vauren., S. Papuli, Narbonnen. et S. Pontii Thomeriar. dioec. obitu Joh. Textoris vac. confert. „Vitae ac morum“ (Castilion. | De Bertin. Gomiel. | Chemin. Coll. Attav.) L. 1001 f. 31.

— — — (7135—7136) Angelo Beccio rectori par. ecclesiae de Zonorniza Spalaten. dioec. dictam eccl. a Johanne episc. Sibinicen. resignatam confert. „Vitae ac morum“. Execut. committit episc. Cavallicen. et Millopotamen. et vicar. gen. archiep. Spalaten. „Hodie dil. filio“ (O. de Cesis. Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 46 f. 82; f. 83, b.

— — — (7137) Leonardo de Datis canonico Florentin. mandat, ut Nicolao Mariani de Falconibus cler. Florentin. conferat par. ecclesias invicem perpetuo unitas S. Margaritae de Rividivaria et S. Jacobi de Ughero et S. Johannis de Farneto locorum Nullius dioec. resignatione Francisci Simonis vacantes, cum Matthaeus Andreae de Castrocharo juri suo cedat. „Dignum“ (De Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 17 f. 292, b.

— — — (7138) Mag. Johanni Ingenwinckel notar. et fam. suo confert Scholastriam eccl. B. Mariae oppidi Reyssen. Colonien. dioec. a Stephano Veel de Wevelkamen resignatam. G. D. et F. (Gratiadei | Grat. p. socio. Questenberg. Coll. Attav.) L. 1159 f. 260.

— — — (7139) Cum Johanne de Cerisay laico Andegaven. Licent. in legibus, qui officium advocati in Curia regia loci de Salmuro Andegaven. dioec. exercuit et causas criminales intentavit, super defectu lenitatis dispensat, eum ab excessibus et reatu homicidii, si culpabilis existat, absolvit et in suum et Apost. Sedis notarium recipit, si clericali charactere insignitus fuerit, atque indultum circa beneficia ei concedit. „Apostolicae Sedis indefessa clementia“ (Armellin. | Suno. Baena | D. de Comitibus. Coll. S. de Spol.) L. 1039 f. 123.

— — — (7140—7141) Eidem Johanni de Cerisay confert a) canonicatum et praeb. ac decanatum eccl. S. Germani Antissiodoren. a Nicolao de Cerisay resignatos, b) archidiaconatum de Constantin in eccl. Constancien. prov. Rothomagen. cessione ejusd. Nicolai vacantem. G. D. (Armellin. | Suno. Baena | Valleoleti. Coll. Attav.) L. 1005 f. 5; f. 1.

— — — (7142) Sicuti civitati Parmen. est concessum, etiam communitati Placentin. ad preces Lazari Malvicini, hujus civit. apud S. Sedem Oratoris, concedit, ut nummos aureos, argenteos ac aereos cum Pontificiis ab uno et hujusmodi literis *Leonis X. Pontif. Max. munus* ab alio vero latere cum ejusd. civitatis insigniis cudere et eos ubique locorum asportare ac pro justo pretio expendere possint. „Civitatem istam Nostram“ (Bemb.)[1]. Brev. tom. 2 n. 129; tom. 41 p. 5; tom. 30 l. 2 p. 16. Citat *Raynaldus* a. 1515 n. 40 p. 111[2].

9. Mart. (VII. Id. Mart.) — (7143) Hospitali S. Spiritus in Saxia de Urbe authenticat Constitutiones Sixti IV. et Innocentii VIII. pro eodem. A. P. R. M. „Salvator Dominus noster“. Copia scripta a. 1516 Paris. in Arch. nat. L. 329 n. 12 f. 51, b.

— — — (7144) Lupo Alphonsi cler. Lucen. fam. suo, qui in lite cum Roderico Gundisalvi Scanazado super ecclesiis par. B. M. de Aruego et S. Joh. de Lararo locorum Compostellan.

---

[1] Additur (tom. 2 et tom. 41) haec nota: „In capitulis Parmen. S. D. N. concedit, ut possint nummos cudere, et ideo Placentinis concedendum; sic enim Sanctitas Sua dixit; capitula vidi Parmensibus concessa. B. Card. S. M. in Porticu.“

[2] Cf. Analecta juris pontificii a. 1867 p. 1083 seq.

1514.

dioec. omni juri sibi ad eas competenti cessit, concedit ad dictas ecclesias accessum seu regressum. G. F. (Carrotius | Grat. de mand. S. D. Bertin. | Castillo. Coll. Attav.) L. 1014 f. 150, b.

9. Mart. (VII. Id. Mart.) Romae apud S. Petrum (7145) Sixto Zuchello decret. doctori et Petri tit. S. Eusebii presb. Card. obsequiis insistenti confert Scholastriam eccl. Tarvisin. obitu Johannis de Zagis vacantem. G. F. (Ph. de Senis | Grat. de mand. S. D. Aloys. | Salvius. Coll. H. de Ces.) L. 1009 f. 1.

— — — (7146) Eidem confert par. ecclesiam S. Andreae de Salvarosa Tarvisin. dioec. Init. et script. ut supra. L. c. f. 3.

— — — (7147) Georgium Rodericum rectorem par. ecclesiae S. Petri de Canasserini Ulixbonen. dioec. suum et Ap. Sedis notarium creat. „Pii Patris“ (Carrotius | Grat. de mand. S. D. Suno. Baena. | F. de Vega. Coll. H. de Ces.) L. 1006 f. 25.

— — — (7148) Bricio Daon confert par. ecclesiam S. Petri loci de Piro Tullen. dioec., Johannis Thiesselin, cujus dictus Bricius nepos existit, resignatione vacantem. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Balbus. Gibraleon | Cheminart. Coll. Attav.) L. 1043 f. 108.

— — — (7149) Johanni Thiesselin presb. Tullen. dioec. par. ecclesiam S. Petri loci de Piro dictae dioec. resignanti ejusd. eccl. fructus et domum ac virgultum presbyteral. loco pensionis annuae reservat. „Vitae ac morum“. Praepositum eccl. B. Mariae de Mota Tullen. dioec. et Official. Tullen. et Virdunen. execut. deputat. „Hodie cum dil. filius“. L. 1037 f. 7, b; f. 8.

— — — (7150) Ad preces decani et capituli eccl. Astoricen., cujus reditus sinistris eventibus valde sunt tenues, par. ecclesiam S. Justi de S. Justo Astoricen. dioec. a Didaco Alphonsi de Quinones resignatam mensae capitulari dictae eccl. Astoricen. perpetuo unit. A. P. R. M. „Ad ecclesiarum omnium“ (Planca | Nardinus) Arch. Lat. tom. 20 f. 195.

— — — (7151) Decano ecclesiae Visen. mandat, ut quoddam beneficium in par. eccl. B. Mariae oppidi de Linhares Colimbricen. dioec. resignatione Sebastiani Roderici vacans Ferdinando Alvari cler. Visen. conferre curet. „Dignum“ (A. de Alvarottis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 17 f. 139.

— — — (7152) Archidiacono de Bierzo in eccl. Astoricen. mandat, ut ecclesiam S. Euphemiae de Fonello Astoricen. dioec. Fernando Castello cler. Lucen. dioec. conferre curet. „Dignum“ (De Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 19 f. 48, b.

— — — (7153) Praeposito ecclesiae S. Mariae de Burgo S. Donini mandat, ut Johanni Antonio de Bredis cler. Lauden., si idoneus sit, canonicatum et praeb. eccl. S. Laurentii de Lugano Cuman. dioec. obitu Johannis Andreae de Bredis vacantes conferat. „Dignum“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 23 f. 203.

— — — (7154—7155) Julio de Magistris canonicatum et praeb. ecclesiae S. Mariae in Porticu de Urbe a Luca de Bonsiis resignatos confert. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (A. de Alvarottis. Ph. de Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 43 f. 276; f. 278.

— — — (7156—7157) Radulpho Aubert familiari suo par. ecclesiam B. Mariae de Capellis Cenomanen. dioec. confert et jus regrediendi ad canonicatum et praeb. et Praecentoriam eccl. Avinionen. ab ipso resignatos. G. F. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (De S. Severino. Benzon | Barotius) Arch. Lat. tom. 24 f. 123 seq.

— — — (7158) Eidem Radulpho Aubert, Praeposito eccl. Forcalquerii al. Folqualquerii Sistaricen. dioec., pensionem assignat super fruct. canonicatus et praeb. et Praecentoriae eccl. Avinionen. ab ipso resignatorum per Petrum de Forlivio cler. Avinionen. solvendam. „Vitae ac morum“ (Blondus | Marciaci | Verdesotto. Coll. H. de Cesis) L. 1137 f. 158.

— — — (7159—7160) Georgio Electo Rothomagen. scribit de pallio per Petrum Le Prevoste presb. Rothomagen. dioec. instanter postulato et per episc. Abrincen. et Ebroicen. ipsi assignando. „Cum pallium“. Episc. Abrincen. et Ebroicen. mandat, ut praefato Georgio pallium assignent et fidelitatis juramentum ab ipso recipiant. „Cum pallium“ (Bregeon | Nardin.) Arch. Lat. vol. G. f. 179; f. 179, b.

— — — (7161) Archipresbytero et Calixto Montagna canonico eccl. Veronen. mandat, ut contractum permutationis et locationis initum inter Priorem et conventum monasterii S. Zenonis Veronen. O. S. B. et Franciscum de Rambaldis et ejus fratres laicos Veronen. juxta Constit. Pauli II. examinent et approbent, si in ejusd. monasterii utilitatem cedat. „His, quae pro ecclesiarum“ (Benzon. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 17 f. 21, b.

— — — (7162) Priori monasterii B. Mariae de Mercede oppidi Vallisoleti Palentin. dioec. mandat, ut beneficium patrimoniale *diaconale* nuncup. in par. eccl. B. Mariae oppidi de Curies Palentin. dioec. a Francisco de Gomiel resignatum Francisco Roderici cler. dictae dioec. conferat. „Dignum“ (P. de Castello | Nardin.) L. c. f. 23.

— — — (7163) Guillermo Georgiae confert canonicatum et praeb. saecul. et collegiatae eccl. S. Ursini Bituricen. obitu Jacobi Militis vac. „Vitae ac morum“ (Colot. | Draco. Colardi | Gays. Coll. Attav.) L. 1020 f. 184.

1514.

10. Mart. (VI. Id. Mart.) Romae apud S. Petrum

(7164) Johanni de Capitelaco decano ecclesiae Vabren. O. S. B. confert Prioratum majorem ejusdem eccl. Vabren. „Religionis zelus“ (Armellin. | Suno. Baena | A. de Castillo. Coll. H. de Cesis) L. 1004 f. 57.

— — —

(7165) Marco Antonio de Ricardis canonicatum et praeb. ecclesiae Aversan. et par. ecclesiam S. Nazarii de Villafrignani Majoris Aversan. dioec. obitu Vincentii de Symeone vac. confert. „Nobilitas generis“ (Colot. | Grat. p. fam. assist. [Mag. Pauli de Planca] de Rizonibus. Gerona | Madrigal. Coll. Donatus) L. 1032 f. 253.

— — —

(7166) Archidiacono de Deserto et Scholastico ac Guidoni Le Leonays canonico ecclesiae Redonen. mandat, ut Jacobo Ginoti cler. Redonen., Pauli de Castello lit. apost. de majore praesidentia abbreviatoris familiari, par. ecclesiam de Cheve Redonen. dioec. conferre curent. „Vitae ac morum“ (infra: Grat. p. fam. assist. L. de Bertinis | Suno. Coll. Attav.) L. 1002 f. 142, b.

— — —

(7167) Petro Baudoyn canonicatum et praeb. ecclesiae S. Christophori de Champlito Lingonen. dioec. obitu Mag. Dominici Genry vacantes confert. „Vitae ac morum“ (Colotius | Draco. Colardi | Valtrini. Coll. Cipell.) L. 1015 f. 294.

— — —

(7168) Matthaeum de Castellanis Ord. Praemonstrat. professum, qui ex dicto Ord. petita, sed non obtenta licentia ad monasterium S. Petri de Lezato Ord. Cluniacen. Remen. dioec. se transtulit et habitu suscepto ab abbate hujus monasterii officium claustrale Hospitalariae obtinuit et inibi Deo perpetuo famulari cupit, absolvit ab omni reatu, censura et irregularitate permittens, ut ibi remaneat, dictamque Hospitalariam ei confert. „Sedes Apostolica pia mater“ (Colotius | Cheminart. Aloysius | Bertrandi | Coll. Attav.) L. 1008 f. 288.

— — —

(7169) Johanni Andreae de Vicomercato cler. Mediolanen. fam. suo beneficio in eccl. S. Petri de Ferrino Novarien. dioec. cedenti assignat pensionem super fruct. canonicatus et praeb. S. Theclae Mediolanen. solvendam per Hieronymum de Bonipertis in summa 16 librarum imperialium monetae Mediolanen. 4. duc. auri de Cam. constituentium. G. D. et F. (Gratiadei | Grat. p. script. brev. Balbus. Gibraleon | F. de Acre Coll. S. de Spol.) L. 1024 f. 72, b.

— — —

(7170) Carolo Marci a Radio capitis damnato propter homicidium in civit. sive agro Forlivien. ab eo commissum, de quo ex animo dolet, salvum conductum concedit, ut cum defuncti haeredibus tractare et res suas adaptare commodius possit. „Quoniam Sancta Mater Ecclesia“ (Bemb.) Brev. t. 2 n. 130; t. 30 l. 2 p. 16, b.

— — —

(7171) Pro parte Philippi episcopi Mirapicen., qui monasterium S. Mariae de Crassa O. S. B. Carcassonen. dioec. in commendam obtinet, tenorem cujusd. cedulae transscribi facit et hujusmodi transsumptum eandem vim habere decernit, quam haberet cedula originalis Johannis Cardin. Capuan., quae refert in Consistorio secreto habito die 27. Januar. 1501 Pontificatus Alexandri PP. VI. a. IX., praedictum monasterium ab eodem Johanne Card. esse resignatum et eidem Philippo episc. in commendam traditum. A. F. R. M. „Provisionis Nostrae“ (P. de Cesis | Bertin. Gomiel | A. de Castillo. Coll. Campania) L. 1000 f. 138.

— — —

(7172) Johanni Balue rectori par. ecclesiae S. Eustachii Parisien. Licent. in decr. et notar. suo Prioratum S. Nicolai de Villapetrosa O. S. B. Parisien. dioec. resignatione Johannis Rorgues vacantem commendat. G. D. (Armellin. | Suno. Baena | Cyprian. Coll. Campania) L. 1001 f. 52.

— — —

(7173) M. Cardinali Sedunen. commendat Galeatium et Antonium Mariam eorumque fratres de Pallavicinis[1] bene de se meritos et sibi conjunctos, ut illos omnibus eorum in rebus et negotiis adjuvet. „Amavimus semper“ (Sadolet.) Brev. t. 5 f. 107. Ed. Sadolet. ep. 22 p. 31—33.

— — —

(7174—7175) Johanni Angelo de Besinio canonico eccl. S. Martini de Reinfelden Basileen. dioec., U. J. doctori, qui in Univers. Stud. Friburgen. Constantien. dioec. prov. Maguntin. in decretis ordinarius lector existit, indultum circa beneficia concedit. „Literarum scientia.“ Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 21 f. 332; f. 333.

— — —

(7176) Archidiacono eccl. Placentin. mandat, ut beneficium in par. eccl. B. Mariae oppidi de Ervas Placentin. dioec. resignatione Johannis de Loaysa cler. Placentin. dioec. et decr. doctoris vacans Alphonso Sanctii de Ervas cler. dictae dioec. conferat. „Dignum“ (Benzon. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 17 f. 140, b.

— — —

(7177—7178) Andreae Michot presb., capellae Pontificiae cantori capellano, capellam Eleemosynariam domus de Deunionio nuncup. Cenomanen. dioec. a Michaele de Paige resignatam confert. G. F. Executores nominat decanum eccl. Cenomanen. et Officiales Turonen. et Cenomanen. „Hodie dil. filio“ (Bregeon. De Agnellis | Grat. de mand. S. D. Ph. de Senis) Arch. Lat. tom. 20 f. 289, b seq.

[1] Cf. supra n. 1960. 2022. 2023. 2121. 2301. 2302.

1514.

11. Mart. (V. Id. Mart.) Romae apud S. Petrum

In anniversaria solemnitate electionis Papae Leonis[1] Missam solemnem de Spiritu S. celebrat Card. SS. Quatuor Coronat. L. Puccius et Papa concedit indulgentiam tantum 7 annorum. Adest in capella Julianus Mediceus Leonis frater. (P. de Grassis f. 92, b.)

— — —

(7179) „Sane omnem curam sollicitudinemque Nostram ad pacis studia ac Principes inter se dissidentes componendos convertimus. Quocirca de hoc in dies magis magisque solliciti pro debito Nostri pastoralis officii sumpto hic initio cum charissimo in Christo filio Nostro Maximiliano in Rom. Imper. Electo semper Augusto nuper egimus, ut bellum grave et diuturnum, quod inter ipsum et dil. filios nobiles viros Leonardum Lauredanum Ducem et inclytum dominium Venetorum viguit, exstinguatur restituaturque propterea omnibus salus et quies, cum cuncta incredibilibus calamitatibus fatigata, pene viribus exhausta et attrita sint, qui pro filiali sua observantia erga Nos ac singulari in hanc S. Ap. Sedem devotione Nostris piis precibus et salubribus monitis assensus est. Ea propter praefati Maximiliani nomine tam dil. filius Noster Matthaeus S. Angeli diac. Card. Gurcen. ejus in Italia locum tenens ad praemissa mandatum habens quam ipsi Leonardus Lauredanus Venetorumque dominium de animi et mentis Nostrae sinceritate confisi modo et forma, ut in publico instrumento continetur, de omnibus et singulis eorum controversiis non secus quam in communi parente et pastore in Nobis compromiserunt, ac omnes et singulas controversias et differentias, quibus acerrimum inter ipsos bellum excitatum est, legibus et conditionibus, quibus Nobis videbitur, componendi ac terminandi liberam pariter facultatem tribuerunt. Nos vero, qui ac primum ad summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, nihil pace habuimus antiquius et in qua omnes Nostras cogitationes conatusque defiximus; eosdem Principes sublatis velut implacabilibus odiis depositisque armis componere cupientes compromissum hujusmodi grato animo suscepimus; verum perspecta mox diligenter et expensa magnitudine rerum, quae inter ipsas partes multiplices versantur, veriti, ne praeter Nostram opinionem Nobis ad pacem studiosius incumbentibus praefati filii Nostri Maximiliani animus offendi possit, et ut ipsa pax, quam ardentissimo animo ac toto cordis affectu cupimus, Nostra auctoritate et arbitrio firmanda stabilis et perpetua sit, utque etiam Nostra haec propensa animi voluntas omnibus clarius appareat et innotescat, propterea in verbo veri Pontificis harum serie promittimus, spondemus et ultro pollicemur, quod vigore dicti compromissi in Nobis, ut praefertur, libere facti, cui Nos rationibus praedictis annuimus, licet Nobis libera facultas rerum componendarum data et concessa sit, nihil tamen absque consilio, scitu et voluntate et expresso consensu charissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi Aragonum et Siciliae Regis catholici, quem volumus in partem officiosissimi laboris assumere, praesertim cum amicitiae, affinitatis et necessitudinis vinculo praefato filio Nostro Maximiliano conjunctus sit, laudabimus et pronuntiabimus de his rebus, quarum declarationem perpensa rerum magnitudine in aliud tempus, hoc est infra annum Nobis reservare statuimus cum auctoritate tamen prorogandi illud tempus ex causa, si Nobis videbitur, in praesentia tantum declaraturi, ut offensiones et hostilia omnia jamjam undique cessent, pacemque inter praedictas partes esse debere, cum quibusdam paucis aliis conditionibus, de quibus jam convenimus cum praefato filio Nostro Card. Gurcen. . . ., quicquid autem ipsarum partium esse debeat, nihil nunc determinantes videlicet de civitatibus, oppidis et locis atque aliis, de quibus inter praedictas partes controversiae quaestionesque versantur, decernentes irritum ac nullius roboris esse debere, si quid absque ipsius Ferdinandi Regis scitu, consensu et approbatione circa praedicta reservanda tam in temporis prorogatione quam praedictarum rerum aliarum decisione laudatum, declaratum aut determinatum fuerit.“ A. F. R. M. „Regis pacifici cujus licet immeriti vices gerimus in terris“ (Sadolet. | *Auscultata per me* Ja. Sadoletum | V. de Comitibus) L. 1198 f. 69, b.

— — —

(7180) Baldassari Castilionio Mantuano ejusque posteris maribus legitimis confirmat Nubilariam oppidum Pisauren. dioec. a Francisco Maria Urbinatium Duce ei donatum. „Vel egregiae tuae praeclaraeque virtutes“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 144, b. Ed. Bemb. L. VII ep. 23 p. 57.

— — —

(7181) Cavallicen. et Milopotamen. episcopis ac Officiali Halberstaden. mandat, ut perpet. vicariam ad altare S. Jacobi in eccl. B. M. Halberstaden. obitu Gisileri Heyneri vacantem et beneficium ad altare B. M. V. in par. eccl. loci Danienberge Verden. dioec. obitu Theodorici Soltimani vacans Johanni Buscappel cler. Halberstaden., Mag.

[1] Ab eo die revera incipit annus secundus Pontificatus Leonis X. Sed in documentis scriptores exordiuntur annum secundum ab anniversario coronationis, a die 19. Martii 1514, quos sequimur.

1514.

Johannis Antonii de Radicibus script. familiari, conferre curent. „Vitae ac morum“ (Ph. de Senis | Grat. p. fam. script. Cheminart. Aloys. | Marciaci. Coll. Amerin.) L. 1051 f. 41, b.

11. Mart. (V. Id. Mart.) Romae apud S. Petrum (7182) Johanni Urgelles perpet. beneficiato in eccl. de Saydi Ilerden. dioec., qui juri suo ad ecclesiam par. S. Margaritae loci de Oso Ilerden. dioec. cessit, accessum seu regressum ad dictam eccl. concedit cedente vel decedente Francisco etiam Urgelles, cui de ea est provisum. „Vitae ac morum“ (Colot. | Bertin. Gomiel | De Vega. Coll. Bucan.) L. 1001 f. 45, b.

— — — (7183) Simoni de Leonardis de Phano fam. suo ecclesiam paroch. S. Laurentii Phanen. obitu Johannis etiam de Phano alias Mesemorto vacantem confert. G. F. (Carrot. | Grat. de mand. Suno. Baena | Salvius. Coll. S. de Spol.) L. 1000 f. 315.

— — — (7184—7185) Gabrieli de Salvatierra cler. Pampilonen. pensionem ex dioec. Carthaginen. et Valentin. assignat. „Vitae ac morum.“ Episcopos Militen. et Cavallicen. ac Officialem Valentin. executores deputat. „Hodie dil. filio“ (in utroque: P. de Cesis | L. de Bertin. Gomiel | Tarin.; ad secundum: Coll. H. de Cesis) L. 1007 f. 240, b; f. 242.

— — — (7186) Antonio tit. S. Vitalis presb. Card. commendat ecclesiam par. S. Felicis loci de Graniano Litteren. dioec.[1] resignatione Petri de Celada vacantem. „Ad personam tuam“ (A. Melfit. | Bertrand. Coll. Amerin.) L. 1007 f. 47, b. (Gratiadei | *Visa* Aloys. | Marciaci. Coll. H. de Cesis) L. 1181 f. 322.

— — — (7187) Francisco de Sirvella cler. Toletan. dioec. indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ (Lambert. | Grat. p. fam. script. [Mag. Francisci Oxorio] Ph. de Senis) Arch. Lat. tom. 44 f. 308, b.

— — — (7188—7189) Johanni Mangolt cler. Augusten., qui juri suo ad canonicatum et praeb. eccl. S. Burkardi Herbipolen. Federico Berlingen collatos cessit, pensionem annuam ex dioec. Herbipolen. assignat. „Vitae ac morum.“ Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. G. de Prato | Barotius) Arch. Lat. tom. 44 f. 44; f. 46.

12. Mart. (IV. Id. Mart.) — Tres Oratores Regis Portugalliae Urbem solemniter ingressi sunt portantes munera rarissima, scil. elephantem indicum et lyncem (pantheram) ac pretiosa paramenta eccles. gemmis et margaritis ornata (P. de Grassis f. 92, b).

— (7190) Episcopis Tricaricen. et Cavallicen. ac vicario gen. archiep. Regien. mandat, ut Francisco de Ziarlinis presb. oppidi Carpi Nullius dioec. capellaniam ad altare S. Bernardini situm in par. eccl. S. Pauli de Concordia Regien. dioec. antea ipsi non rite collatam conferant. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Grat. de mand. S. D. Suno. Baena | Verdes. Coll. Donatus) L. 1011 f. 296.

— — — (7191—7192) Martino Stephani cler. Bracharen. dioec. indultum concedit circa beneficia. „Vitae ac morum“; hac de re scribit episcopis Asculan. et Casertan. et Officiali Bracharen. „Hodie dil. filio“ (Scutar. | Grat. de mand. Enckenw. | Verdes. Coll. H. de Ces.) L. 1137 f. 196; f. 198.

— — — (7193) Johanni Jañes confirmat literas, quibus ipsi de canonicatu et praeb. eccl. Toletan. ab Alphonso Jañes, cujus praefatus Johannes nepos existit, resignatis est provisum et in quibus per errorem idem Joh. Mag. in theol. est nominatus. „Literarum scientia“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 31 f. 219, b.

— — — (7194) Paroch. ecclesiam S. Jacobi de Regado Portugalen. dioec. obitu Antonii Alvari vacantem unit cum canonicatu et praeb. eccl. Portugalen., quos Johannes de Pina fam. suus obtinet, quamdiu eos obtinuerit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Lambert. | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Nardin.) Arch. Lat. vol. B. f. 166.

— — — (7195) Guillelmo Varnerot rect. par. eccl. de Rupibus Lingonen. dioec., baccal. in U. J., concedit indultum circa beneficia. „Literarum scientia“ (De S. Severino | Campania) Arch. Lat. tom. 24 f. 173, b.

— — — (7196—7197) Julino de Sozago confert canonicatum et praeb. eccl. S. Stephani de Aplano Mediolanen. dioec. resignatione Johannis Antonii Vicecomitis vacantes, cum Antonius de Rascho et deinde Johannes Philippi Vicecomitis juri suo cesserint. „Vitae ac morum“. Episcopo Cavallicen. et Hieronymo de Maio canonico eccl. Novarien. et vicar. gen. archiepisc. Mediolanen. executionem committit. „Hodie dil. filio“ (Lambert. G. de Prato | Grat. p. fam. script. [Pauli Suno] Nardin.) Arch. Lat. tom. 17 f. 327, b; f. 329.

— — — (7198) Johanni Corso et Annibali de Januariis canonicis Neapolitan. mandat, ut contractum emphyteuseos inter abbatissam et conventum monasterii S. Clarae Neapolitan. earundemque procuratorem et Ferdinandum Ducem Gravinae super quibusd. possessionibus dicti monasterii initum juxta Constit. Pauli II. examinent et approbent, si eum monasterio utilem esse cognoverint. „Ex injuncto Nobis desuper“ (Copis | Campania) Arch. Lat. tom. 24 f. 287.

[1] Dioec. Lettere. *Gams* p. 890.

1514.

13. Mart. (III. Id. Mart.) Romae apud S. Petrum (7199) Magistratui Parmae mandat, ut nepoti defuncti Comitis Soragnae suo nomine denuntiet, probandum ab ipso esse, si jus quoddam in bona relicta habeat, possessionem vero locorum et bonorum defuncti relinquendam, si armatam aggressionem vitare velit; Magistratum, cui Galeatius Pallavicinus et Troilus Rubeus armatam manum praestabunt, posse etiam Guidi Rangonis milites arcessere. „Diligentia, qua usus es“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 145. Ed. Bemb. L. VII ep. 24 p. 57.

— — — (7200) Galeatium Pallavicinum monet, ne auxilium ferat nepoti defuncti Comitis Soragnae se in bona et loca demortui intrudentis neve propinquitatem aequitati et justitiae anteponat. „Intelleximus Soragnae Comitis demortui nepotem“ (Bemb.) Bibl. Vat. l. c. f. 145, b. Ed. l. c. ep. 25 p. 57. 58.

— — — (7201) Troilo Rubeo Parmen. mandat, ut tum armatis hominibus tum favore suo Magistratum Parmen. adjuvet ad possessionem bonorum Comitis Soragnae defuncti capiendam. „Mandamus tibi“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 146, b. Ed. l. c. ep. 27 p. 58.

— — — (7202) Donatariis Parmensibus[1] mandat, ut Magistratui suo auxilium praebeant ad consequendam dictorum bonorum et locorum possessionem. „Mandamus vobis“ (Bemb.) Bibl. Vat. l. c. f. 146. Ed. l. c. ep. 26 p. 58.

— — — (7203) Dionysio du Vernet presb. Bituricen. dioec. commendat Prioratum non conventualem S. Stephani de Bez O. S. A. Turonen. dioec. a Prioratu conventuali S. Cosmae extra muros Turonen. dicti Ord. dependentem. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Suno. Baena | de Castillo. Coll. Attav.) L. 1020 f. 4.

— — — (7204) Jacobo Lebasseur abbati monasterii B. M. Hiniaten. O. S. A. Atrebaten. dioec.[2] viribus corporis destituto deputat coadjutorem Johannem de Feney, quem eidem monasterio praeficit in abbatem, si dictus Jacobus cedat vel decedat. „Sollicitudinis studium“ (de Cesis | Bertin. | Cotini. Coll. Attav.) L. 1012 f. 194.

— — — (7205) Johanni de Cucurono, Oratorum per universitatem civitatis Avinionen. ad S. Sedem destinatorum familiari, canonicatum et praeb. eccl. Cavallicen. reservat. „Nobilitas generis“ (Armellin. | Suno. Baena | J. de Gays. Coll. Bucan.) L. 1007 f. 169, b.

— — — (7206) Canonicatum et praeb. ecclesiae Wormacien., quos Henricus de Erenberg obtinet, suae dispositioni reservat. A. F. R. M. „Etsi canonicatuum“ (Blondus | *Visa* Madrigal. | Jo. Czinck. Coll. J. de Roma) L. 1205 f. 706.

— — — (7207) Averano de Juniis et Nicolao de Albizis (al. Albitiis) ac Nicolao de Detis canonicis eccl. Florentin. pro parte Mag. Riccardi de Milanensibus cler. Florentin. script. et fam. sui mandat, ut ex voluntate Laurentii Landi de Pesciola civis Florentin., qui in ultima sua voluntate ordinavit, ut in eccl., in qua cadaver suum sepeliri contingeret, unum altare sub invocat. B. M. V. et S. Juliani suis sumptibus pro uno capellano construeretur (haerede id facere negligente et cum Priore et capitulo antedictae eccl. aliter concordante) in eccl. S. Laurentii Florentin. ad altare majus capellaniam sub dicta invocatione pro uno capellano, qui missas juxta testatoris voluntatem celebrare debeat, erigant, vocatis antea haerede, Priore et capitulo praefatis aliisque vocandis, et capellaniam sic erectam dicto Riccardo conferant. „Pastoralis officii“ (Melfit. | Grat. p. socio. Cyprian. Coll. Spoleto) L. 1023 f. 58.

— — — (7208) Nicolao de Albitiis canonico Florentin. mandat, ut ad executionem praemissorum procedat et praefati Laurentii haeredi hujusque haeredibus jus patronatus dictae capellaniae reservare curet. „Ex injuncto Nobis“. Arch. Lat. tom. 20 f. 172, b.

— — — (7209) Johanni Czinck cler. Augusten. ecclesiam par. in Guttaring Saltzburgen. dioec., quam Joh. Mageler[3] obtinet, reservat. „Vitae ac morum“ (Carrotius | Grat. de mand. S. D. Cheminart. | F. de Vega. Coll. Attav.) L. 1018 f. 214.

— — — (7210) Eidem indultum concedit circa beneficia. Init. et script. ut supra. L. 1039 f. 282.

— — — (7211) Eidem canonicatum et praeb. eccl. Patavien. et par. ecclesiam in Zeyleren Saltzburgen. dioec., quos Georgius Leffelholtz obtinet, reservat. „Vitae ac morum“. (Evangel. | F. de Vega. Coll. Donat.) L. 1030 f. 206.

— — — (7212) Eidem confert canonicatum et praeb. eccl. S. Stephani Maguntin., quos Petrus Lindensiels obtinet, quum primum vacaverint. „Vitae ac morum“ (A. Melfit. | Draco. Colardi | F. de Vega. Coll. Attav.) L. 1016 f. 148.

— — — (7213) Eidem canonicatum et praeb. eccl. S. Pauli Wormacien., quos Wernherus Luff obtinet, quum primum vacaverint, confert. „Vitae ac morum“ (Evang. | F. de Vega. Coll. Amerin.) L. 1079 f. 236.

---

[1] Ita cod. Bibl. Vat. 3364. In ed.: Parmensibus dono aliquo reipublicae affectis.
[2] Hennin-Liétard (al. Ygimaten.) dioec. Arras. *Doellinger,* Tabula tax. l. c. p. 6.
[3] al. (1039 f. 282) Magerel.

1514.

13. Mart. (III. Id. Mart.)	Romae apud S. Petrum	(7214) Mag. Ferdinando de S. Johanne scriptori et famil. suo providet de Cameraria monasterii S. Stephani Balneolar. O. S. B. Gerunden. dioec.[1] G. D. (Castilion. | Grat. p. socio. | A. de Verdes. Coll. Bucan.) L. 1005 f. 134.
— —	—	(7215) Mag. Guillelmo Cassador capell. suo et caus. P. A. aud. mandat, ut Federico S. Angeli diac. Card. archipresbyteratum ecclesiae S. Martini Casalis Pusterlengi Lauden. dioec., si nemini sit jus quaesitum, surrogando commendet. „Dum ad personam" (Colotius | Draco. | Verdes. Coll. Attav.) L. 1037 f. 128.
— —	—	(7216) Petro Lupi rectori par. ecclesiae S. Dominici Abulen. dioec. indultum circa beneficia concedit. G. F. (Sadolet. | Grat. de mand. S. D. Balbus | Verdes.) L. 1205 f. 741, b.
— —	—	(7217) Episcopis Cavallicen. et Trojano ac Officiali Barchinonen. mandat, ut Johanni Lazaro Serapica cler. Aquilan., cubiculario secreto suo, conferant ecclesias par. de Marinelach et de Cavall locorum Barchinonen. dioec. obitu Hieronymi Sunyer vacantes. G. F. (Castilion. | Grat. de mand. S. D. Suno. Baena | Tarin. Coll. Bucan.) L. 1016 f. 204.
— —	—	(7218) Decanatum B. M. in Monte Francoforden. Maguntin. dioec., quem Jacobus Genhart obtinet, suae disposit. reservat. A. F. R. M. „Etsi dignitatum" (Evangel. | *Visa* Enckenw. | F. Marin. Coll. Ph. de Roma) L. 1206 f. 448.
— —	—	(7219) Canonicatum et praeb. praedictae eccl., quos idem Jacobus obtinet, similiter reservat. „Etsi canonicatuum" (Evangel. | *Visa* Enckenw. | F. de Vega. Coll. Carrotius) L. 1205 f. 24.
— —	—	(7220) Evangelistae de Laude fam. suo confert unam ex 4 portionibus par. ecclesiae S. Mabilii Mediolanen. G. F. (Armellin. | Grat. de mand. S. D. Corbin. | A. Piora. Coll. J. J. Cipell.) L. 1031 f. 47.
— —	—	(7221) Alphonso Perez fratri Militiae Jesu Christi Ord. Cisterc. Elboren. dioec., qui exponebat, quod quidam homines pia devotione ducti vitam solitariam ducere cupientes diversas domus sive heremitoria in locis solitariis consistentia, non tamen sub aliqua regula approbata habitare coeperunt, quorum aliqui adhuc perseverant, aliqui ad consortium hominum redeuntes matrimonium contraxerunt, quodque in domo, quae *heremita major* nuncupatur et in territoriis de Serradosa Elboren. dioec. consistit, dicti homines morantur nullum approbatum vivendi modum observantes, supplicationibus ejusd. Alphonsi inclinatus dictam domum, quoad vixerit, tenendam et gubernandam concedit. „Votis illis gratum Nos decet praestare assensum" (Armellin. | Suno. Baena | F. de Vega. Coll. H. de Ces.) L. 1006 f. 134, b.
— —	—	(7222) Unam ex canonicalibus portionibus ecclesiae Dertusen. O. S. A. Thesaurariae dictae eccl., quamdiu illam Petrus de Serrano cler. Tirasonen. obtinuerit, unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem" (Nasius | Grat. de mand. S. D. Suno. Baena Marciaci. Coll. Bucan.) L. 1003 f. 150, b.
— —	—	(7223) Johanni Michaeli de Bubenhoffen de nobili et militari genere ex utroque parente procreato confert canonicatum et praeb. ecclesiae B. Mariae oppidi Frankforden. Maguntin. dioec., quos Jacobus Kuulin obtinet, cum primum eos vacare contigerit. „Nobilitas generis" (Evangel. | Balbus. Baena p. comp. | F. de Vega. Coll. Donatus) L. 1021 f. 258, b.
— —	—	(7224) Eidem reservat canonicatum et praeb. eccl. S. Petri Fritzlarien. Maguntin. dioec., quos Hermanus Hanerodt obtinet. „Nobilitas generis" (Melfit. | Balbus. Baena | Vega. Coll. Attav.) L. 1020 f. 169.
— —	—	(7225) Eidem reservat Scholastriam in eadem eccl. a dicto Hermano obtentam. Init. et script. ut supra. L. 1020 f. 167, b.
— —	—	(7226) Eidem confert canonicatum et praeb. eccl. S. Stephani Maguntin., quos Conradus Pappergk obtinet, quam primum vacaverint. „Nobilitas generis" (Melfit. | Draco. Colardi. | F. de Vega. Coll. Attav.) L. 1016 f. 19, b.
— —	—	(7227) Eidem reservat vicariam in eccl. Maguntin., quam Jacobus Kuulin obtinet, quam primum eam vacare contigerit. „Nobilitas generis" (Evang. | Balbus. Baena. | F. de Vega. Coll. Donat.) L. 1021 f. 261.
— —	—	(7228—7229) Anneto de Nozeriis Eleemosynario monasterii S. Geraldi de Aurelhiaco O. S. Ben. S. Flori dioec. par. ecclesiam S. Geraldi de Laydato (al. Laudato) Agennen. dioec. a Guillelmo Lateche resignatam commendat. „Religionis zelus". Executionem committit Custodi Lugdunen. et archidiac. S. Flori ecclesiarum et Offic. Agennen. „Hodie dil. filio" (Bregeon. Ph. de Agnell. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 47 f. 133, b; f. 136.
— —	—	(7230) Abbati monasterii Loci Dei Ruthenen. dioec. pro parte majoris archidiac. et nonnullorum canonicorum et Sindaci capituli et nonnullorum ministrorum ejusd. eccl.

[1] Coenobium S. Stephani de Banchiolis (San Esteban de Bañols) recensetur in Tabula taxarum citata p. 111.

1514.

mandat, ut querimonias allatas contra Franciscum episc. Ruthenen.[1], qui (ut aseritur) absque consensu capituli dictae eccl. antiqua et laudabilia statuta super modo eidem eccl. in divinis deserviendi per Raymundum episc. constituta et in tabella in choro appensa descripta et fideliter a 200 annis et ultra observata mutavit et alia nova statuta sub poenis et censuris observanda condidit et priore tabella in choro remota aliam appendit et Guilhardum Ruffy ejusd. eccl. canonicum nomine capituli reclamantem et habitu canonicali incedentem capi et in carceribus detineri fecit et alios ei adhaerere volentes similiter carceribus mancipari facere nixus est, examinent et quod justum fuerit decernant. „Humilibus supplicum votis“ (Lambert. Nardin.) Arch. Lat. vol. G. f. 188.

13. Mart. (III. Id. Mart.) Romae apud S. Petrum (7231) Michaeli Erminier rectori par. eccl. de Monterolio de Landes Redonen. dioec., arch. Rom. Cur. scriptori, privilegia et indulta concedit. G. D. (Gratiadei | Grat. p. script. arch. Chemin. Aloys. | Questenb. Coll. H. de Ces.) L. 1067 f. 65.

— — — (7232) Episcopis Cavallicen. et Agrigentin. et Johanni de Bosquetes canonico eccl. Barchinonen. mandat, ut Pantaleoni Salvago cler. Januen., arch. Rom. Cur. scriptori et obsequiis Christophori tit. S. Praxedis presb. Card. insistenti, par. ecclesiam S. Laurentii de Caval Barchinonen. dioec. conferant. G. D. et F. (Lambert. | Grat. p. script. arch. Nardin.) Arch. Lat. tom. 17 f. 105, b.

— — — (7233) Iisdem mandat, ut praedicto Pantaleoni par. ecclesiam de Marmellario Barchinonen. dioec. conferant. Init. et script. ut supra. L. c. f. 107[2].

— — — (7234—7235) Bernardo abbati monasterii S. Petri de Bisulduno[3] O. S. B. Gerunden. dioec. jus regrediendi concedit ad Camerariam monasterii S. Stephani Balneolar. Ord. et dioec. praedict. ab ipso resignatam et Ferdinando de S. Johanne script. collatam. „Religionis zelus“. Executionem demandat episcopis Militen. et Cavallicen. et Officiali Gerunden. „Hodie cum dil. filius“ (Benzon. A. de Alvarottis | Barotius) Arch. Lat. tom. 24 f. 13, b; f. 14.

— — — (7236) Praeposito et Cantori eccl. Iporigien. et vicar. gen. episc. Iporigien. mandat, ut Antonio Jourdan cler. Iporigien. dioec. par. ecclesiam SS. Jacobi et Michaelis de Starinaino dictae dioec. ab Antonio de Vignatis resignatam conferant. „Vitae ac morum“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 22 f. 97.

— — — (7237) Pro parte Priorum et fratrum domorum S. Crucis Segobien. et S. Pauli oppidi Vallisoleti Palentin. dioec. Ord. FF. Praedic. de observ. nuncup. singulis earundem domorum Sacristiis, quarum reditus valde tenues existunt, beneficia certi valoris in Castellae et Legionis regnis vacantia seu vacatura perpetuo unit. A. P. R. M. „Ad apostolicae dignitatis apicem“ (De Prato | Barotius) Arch. Lat. tom. 21 f. 357. Bull. Ord. Praed. tom. IV p. 302.

14. Mart. (prid. Id. Mart.) — (7238) Raimundo Cardonae Proregi Neapolis suadet, ut Ferdinando Regi ipsi remittat integrum negotium Ducis Urbin. delationibus vexati, qui internuntios ad Regem mittit. „Mittit ad te Franciscus Maria Urbinatium Dux, Nostrorum militum imperator, Antonium Nigosantem internuntium suum“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 144. Ed. Bemb. L. VII ep. 22 p. 57.

— — — (7239) Johanni de Casate canonico Papien. mandat, ut Bartholomaeo Mariae de Nigris cler. Papien. S. Martini in Strada et S. Mariae Veleziae Lumelinae ecclesiarum canonicatus et praebendas et quoddam beneficium in eccl. B. M. prope locum Castrum Moneti Placentin. et Papien. dioec. resignatione Jacobi Antonii de Nigris, praefati Bartholomaei fratris germani, vac. conferat. „Dignum“ (A. de S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. tom. 17 f. 108, b.

— — — (7240—7241) Petro de Bivero confert par. eccl. S. Christophori loci de Bovadilla Toletan. dioec. „Vitae ac morum“. Executionem committit episcopis Cavallicen. et Agrigentin. ac Officiali Toletan. „Hodie dil. filio“ (Copis. A. de S. Severino | Nardin.) L. c. f. 275 seq.

— — — (7242) Thesaurario eccl. Giennen. mandat, ut canonicatum et praeb. eccl. B. Mariae oppidi de Ubeda Giennen. dioec. a Johanne de Corcoles resignatos Francisco de Bezerro cler. Giennen. conferat. „Dignum“ (J. Copis | Nardin.) L. c. f. 83.

— — — (7243) Thesaurario eccl. Giennen. mandat, ut Johanni de Corcoles cler. Giennen. dioec. beneficium in par. eccl. B. Mariae oppidi Cazorla Toletan. dioec. a Mag. Petro Bezerro notar. ap. resignatum conferat. Init. et script. ut supra. L. c. f. 84, b.

---

[1] Franciscus d'Estaing mortuus a. 1529. *Gams* p. 613, ubi additur: „Beatus“. *Stadler*, Heiligenlexicon tom. 2 p. 296: appellatur „venerabilis“. De alia querimonia contra eundem Franciscum episc. ad S. Sedem allata v. n. 6503.

[2] Arch. Lat. tom. 19 f. 199 et f. 200, b: Episc. Cavallicen. et Alexandrin. et Offic. Barchinonen. mandat, ut easd. eccl. Martino Garsiae cler. Caesaraugustan. conferant.

[3] s. Bisilduno (S. Pedro de Besalu). *Doellinger*, Tab. tax. p. 110.

1514.

14. Mart. (prid. Id. Mart.) Romae apud S. Petrum

(7244) Ad preces Bernardini episc. Sabinen. tenorem quarundam literarum Julii II. de Registro dicti Pontificis lib. LXII (947) f. 362, b d. d. 1508 Kal. Jan. a. VI. „Dum exquisitam“ de pensione super fructibus beneficii in dioec. Corduben. transscriptum eandem vim habere decernit ac lit. orig. A. F. R. M. „Provisionis Nostrae“ (Armellin. | *Visa* L. Bertin. | Madrigal. Coll. H. de Ces.) L. 1004 f. 267.

— — —

(7245) Petro Chaumont presb. confert par. ecclesiam S. Bartholomaei de Thomer Ebroicen. dioec. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Suno. Baena | Valleoleti. Coll. Campania) L. c. f. 154.

— — —

(7246) Bertrando de Feudo Majori confert par. ecclesiam S. Stephani de Ayguranda Petragoricen. dioec. obitu Arnaldi de Spona vacantem. „Vitae ac morum“ (Blondus | L. de Bertin. Baena | Contreras. Coll. H. de Ces.) L. 1078 f. 169, b.

15. Mart. (Id. Mart.) —

(7247) Johannem Kneissel ob sequentem provisionem ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“ (Copis | Campania) Arch. Lat. tom. 3 f. 62, b.

— — —

(7248) Johannem Kneissel presb. Saltzeburgen. ecclesiae Bellinen. obitu Conradi episc. vacanti praeficit in episc. et pastorem. „Apostolatus officium“ (J. Copis | Campania) Arch. Lat. tom. 3 f. 60, b.

— — —

(7249) Cum ecclesia praedicta in partibus infidelium consistat, eidem Johanni concedit, ut ad istam eccl. accedere et apud illam residere minime teneatur et ut munere consecrationis suscepto pontificalia officia in dioec. Brixinen. dumtaxat de licentia Christophori moderni et p. t. existentis episc. exercere valeat. „Sincerae devotionis affectus“. Script. ut supra. Arch. Lat. tom. 3 f. 61, b [1].

— — —

(7250—7251) Eidem pensionem annuam super fruct. mensae episcopalis Brixinen. episcopo et capitulo consentientibus reservat et domum solitae residentiae suffraganei episcopi Brixinen. ipsi assignat. „Personam tuam“. Dictae concessionis executores nominat episcopos Alexandrin. et Cavallicen. et Official. Brixinen. „Hodie dil. filio“ (J. Copis | Campania) Arch. Lat. tom. 3 f. 63; f. 64, b.

— — —

(7252) Nicolaum de la Greve monachum monasterii S. Johannis prope et extra muros Ambianen. Praemonstrat Ord. [2] ob sequentem provisionem ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis consueta clementia“ (infra: Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 244, b.

— — —

(7253—7256) Eundem dicto monasterio resignatione Thomae de Lescluse abbatis vacanti praeficit in abbatem. „Summi dispositione Rectoris“ (Ph. de Senis | Chemin. | Bernard. Coll. H. de Ces.) L. 1012 f. 327. Arch. Lat. tom. 3 f. 243. De hac provisione scribit a) conventui dicti monast., b) ejusd. monasterii vasallis, c) abbati monasterii Praemonstraten. Laudunen. dioec. „Hodie monasterio“ (Bregeon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 244 seq.

— — —

(7257) Nicolaum de la Greve abbatem monasterii S. Johannis prope et extra muros Ambianen. Praemonstr. Ord., qui ante provisionem de dicta abbatia ipsi per alias literas factam regimen et administrationem ejusd. per Praesidentes Conciliabuli Pisani Lugdunum translati obtinuit et fructus indebite percepit, ab omnibus censuris et poenis absolvit, praemissa tamen abjuratione ejusd. Conciliabuli, et literas praedictas, quibus ipsi de praefato monasterio provisum est, revalidat et confirmat. „Hodie cum dil. filius“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 138; tom. 30 l. 2 p. 37.

— — —

(7258) Episcopo Cavallicen., Francisco de Murris et Lazaro Justiniani canonicis eccl. Vercellen. mandat, ut Antonium Donna rectorem par. ecclesiae S. Eusebii de Vincino Vercellen. dioec., Mag. Francisci Spinolae script. familiarem, in possessionem inducant par. ecclesiae S. Germani de S. Germano dictae dioec., quam Petrus de Spatis, dum viveret, obtinebat. „Vitae ac morum“ (J. B. Nasius | Grat. p. fam. script. Balbus. Baena | Tarin. Coll. H. de Ces.) L. 1006 f. 23.

— — —

(7259) Salvatori de Uriis cler. Jacen. loco pensionis annuae reservat fructus ecclesiarum par. S. Salvatoris et S. Petri Villae de Breschas Sobiron Jacen. dioec., quas resignavit et quae Johanni de Uriis concessae et in ejusd. Johannis favorem invicem unitae sunt. G. F. (Carrotius | Grat. de mand. S. D. Suno. | Marciaci. Coll. Cipell.) L. 1005 f. 266, b.

— — —

(7260) Johanni Bapt. Laurentii cler. Camerinen. in canonicum supernumerarium et quoad distributiones quotidianas etiam participantem sub exspectativa praebendarum a canonicis majoris necnon S. Venantii Camerinen. ecclesiarum recepto instrumentum super dicta receptione confectum confirmat eique indult. et facult. concedit. „Vitae ac morum“ (Gratiadei | Grat. p. fam. script. Marciaci | Cyprian. Coll. Colot.) L. 1205 f. 755, b.

— — —

(7261) Praeposito eccl. SS. Jacobi et Philippi de Tabia Albinganen. dioec. mandat, ut par. ecclesiam S. Michaelis de Pigna Ventimilien. dioec. a Bartholomaeo Conte de

[1] Apud *Sinnacher*, Beiträge zur Gesch. des Bisth. Brixen (tom. 7 p. 141), vocatur Johannes *Kneufl*, vicarius par. Oeniponti, in locum suffraganei Conradi Reichert 27. Dec. 1513 demortui ab episc. Brixinensi electus et Romam missus 8. Febr. 1514.

[2] St. Jean dioec. Amiens. Gall. chr. tom. 10 p. 1354 seq.

1514.

Pigna resignatam Nicolosino Orenghi cler. Ventimilien., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ (Benzon | Nardin) Arch. Lat. tom. 24 f. 215.

15. Mart. (Id. Mart.) Romae apud S. Petrum — (7262) Vicario gen. episc. Salutiar. mandat, ut Antonieto de Taparellis cler. Tarvien. dioec., si eum ad hoc idoneum esse cognoverit, canonicatum et praeb. eccl. Salutiar. ab Ogerio de Taparellis resignatos conferat. „Dignum“ (A. de Alvarottis | Nardin.) L. c. f. 82.

— — — (7263) Martino Lupi de Gaubea cler. Calaguritan. pensionem annuam assignat ex eccl. Ispalen. „Vitae ac morum“ (Melfit. | Balbus. Colardi | Verdes. Coll. Attav.) L. 1021 f. 234.

16. Mart. (XVII. Kal. April.) — (7264) Maximiliano Mariae Mediolani Duci commendat Antonium episcopum Astensem designatum[1], cujus pensiones et beneficiorum fructus Dux intercipi jusserat, monetque eum, ut suis bonis contentus sit, non quae Ecclesiae sunt arripiat. „Commendavimus tibi sane multos“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 147. Ed. Bemb. L. VII ep. 28 p. 58.

— — — (7265) Rufino de Fisserengo cler. Novarien. dioec. (n. 155) parafrenario et famil. suo assignat pensionem ann. super fructibus canonicatus et praeb. eccl. Vercellen., cum liti et causae super iis cesserit, Josephum Franciscum de Gromis de Bugella in pacifica eorum possessione dimittendo. G. F. (Agrigent. | Grat. de mand. S. D. Balbus | Questenberg. Coll. Narnia) L. 1026 f. 266.

— — — (7266) Eidem assignat aliam pensionem super fructibus eccl. par. S. M. loci de Bedulii Vercellen. dioec. per praedictum Josephum Franciscum solvendam. G. F. (Sadolet. | Cet. ut supra) L. c. f. 267, b.

— — — (7267) Nicolao de la Greve abbati monasterii S. Johannis prope et extra muros Ambianen. Praemonstraten. Ord. concedit, ut a quocunque maluerit catholico antistite munus benedictionis recipere valeat, mandans, ut idem antistes ab ipso fidelitatis juramentum recipiat. „Cum Nos pridem“ (infra: Nardin) Arch. Lat. tom. 3 f. 245.

— — — (7268) Ludovico de Gerardis fam. suo confert par. ecclesiam S. Alexandri extra muros Vulterran. G. F. (Sadolet. | Grat. de mand. S. D. Balbus | Questenb. Coll. Donat.) L. 1021 f. 263.

— — — (7269) Alexandrin. et Cavallicen. episcopis ac vicario gen. episc. Vulterran. demandat executionem. „Hodie dil. filio“ (Script. ut supra) L. c. f. 264, b.

— — — (7270) Patritio Counitre per Regem Scotorum praesentato decanatum ecclesiae B. Mariae de Lestaurik S. Andreae dioec. obitu Thomae Dykson vacantem confert. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Suno. Baena | Cotini. Coll. Attav.) L. 1011 f. 15, b.

— — (7271) Scholastico eccl. Corduben. mandat, ut par. ecclesiam *Prioratum* nuncup. S. Bartholomaei de Andujar Giennen. dioec. a Christophoro Guajardo sen. resignatam Christophoro Guajardo jun. cler. dictae dioec., praefati Christophori sen. nepoti, conferat. „Dignum“ (De Castello. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 20 f. 298.

— — — (7272—7273) Christophoro Guajardo sen. pensionem assignat super fruct. dictae eccl. „Vitae ac morum“. Executores deputat episc. Cavallicen, Scholasticum Corduben. et Petrum Bezerro canonicum Giennen. ecclesiarum. „Hodie dil. filio“. L. c. f. 300 seq.

— — — (7274) Parochianis par. ecclesiae S. Martini de Carnigo Pergamen. dioec., qui dictam eccl. ruinosam et angustam suis bonis a fundamentis in ampliorem et notabilem formam fabricare et, si jus patronatus ipsis concedatur, eam in totum cum notabilibus campanili, sacristia et domibus pro usu et habitatione illius rectoris perficere et ornamentis ac paramentis munire intendunt, si id fecerint, jus patronatus et praesentandi personam idoneam perpetuo concedit. „Sincerae devotionis“ (Ph. de Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 38 f. 84 b[2].

— — — (7275—7276) Dominico episc. Lucerin. in Rom. Cur. residenti mandat, ut Mag. Fernando de Fantecha cler. Abulen., decr. doctori ac script. et fam. suo, si nemini sit jus quaesitum, a) quaedam litigiosa beneficia in de S. Gregorio et in de Solobra locorum Abulen. dioec. par. ecclesiis obitu Johannis Ortiz vacantia et b) beneficium litigiosum in par. eccl. S. Johannis Abulen. simili modo vacans conferat. G. D. et F. (Lambert. | Grat. p. socio. Nardin.) Arch. Lat. tom. 17 f. 377, b; f. 381.

— — — (7277—7278) Bernardino episc. Sabinen. par. ecclesiam loci de Almercara Abulen. dioec. commendat. „Dum exquisitam“. Episcopis Cavallicen. et Militen. ac Offic. Abulen. executionem demandat. „Hodie venerabili fratri“ (Lambert. Bregeon | Barotius) Arch. Lat. tom. 20 f. 345 seq.

---

[1] Antonius Trivultius 1499—1508 ecclesiae Astensi praefectus erat, dein Placentiam translatus; anno vero 1509 ad priorem ecclesiam rediit et 1519 tandem Comum translatus est. *Gams* p. 812.

[2] leg. 1513, XVII. Kal. April. a. II.

1514.

16. Mart. (XVII. Kal. April.) Romae apud S. Petrum — (7279) Christophoro episc. Laybacen. monasterium S. Blasii ad Montem O. S. B. Saltzburgen. dioec. commendat. „Romani Pontificis providentia“ (Evang. | L. de Bertin. Baena | F. de Vega. Coll. Narnia) L. 1108 f. 279 [1].

— — — (7280) Johanni Rodriguez al. Valleoleti, baccal. in decr., confert canonicatum et praeb. eccl. Almerien. necnon unum in S. Joh. Bapt. Almerien. et aliud in B. Mariae *Incarnationis* nuncup. oppidi de Purcheria par. eccl. Almerien. dioec. simplicia beneficia. „Literarum scientia“ (Evang. | Grat. p. fam. assist. [Mag. Pauli de Castello] C. de Liazar. Ingenw. | Andreae. Coll. Donat.) L. 1060 f. 73.

17. Mart. (XVI. Kal. April.) — (7281) Consilio et regimini Balliae civitatis Senarum. Cum acceperit, quod superioribus proximis diebus eorum cives dissimulato habitu et larvis tecti ac armis muniti monasterium S. Michaelis Senen. Ord. Vallisumbrosae, cui Angelus episc. Britonorien. eorum concivis praeest, sacrilego ausu invadentes custodem ab episc. relictum pugione gutturi admoto tacere coegerunt, muro ac ostio effractis ipsius episc. pecunias, annulos aureos, vasa argentea etc. arripuerunt et multas alias injurias eidem episc. intulerunt, ita ut pauper antistes bonis exutus domoque et patriis laribus justo timore profugus paene fame periret aut victum mendicare cogeretur; mandat, ut bona direpta restituantur et damna reparentur. Quod si facere renuerint, se contra eos tamquam justitiam ministrare denegantes et eccles. libertatis violatores opportunis remediis esse processurum minatur. „Accepimus non sine gravi animi displicentia“ (Sadol.) Arch. di Stato di Siena ad a. 1514.

— — — (7434) Pregentio Courault rectori par. eccl. S. Aviti Caturcen. dioec., baccal. in legibus, commendat Prioratum *capellam* nuncup. B. Mariae de Prato O. S. A. Senonen. dioec. „Nobilitas generis“ (J. B. Nasius | Suno. Baena | A. de Castillo. Coll. Attavant.) L. 1018 f. 53.

— — — (7435) Fabiano Vigili Priori Spoletan. pensionem assignat ex quadam par. eccl. Panormitan. dioec. et ex monasterio S. Mariae de Recamadorie [1] Cist. Ord. Messanen. dioec. et accessum ad par. eccl. et monast. praedict. concedit. „Rationi congruit“. L. 1023 f. 296.

— — — (7436) Aloysio de Rubeis confert par. eccl. *Praeposituram* olim *capellam* nuncup. S. Petri (olim SS. Michaelis et Bartholomaei) Castri Franchi Lucan. dioec., cum Alphonsus Nicolai eam ultra annum possidens presbyteratus ordinem suscipere neglexerit. G. F. (A. Melfit. | Balbus. Chemin. | A. de Castillo. Coll. Bucan.) L. 1017 f. 58.

— — — (7437) Prioratum monasterii S. Johannis de Longanares O. S. A. Septen. vel Bracharen. dioec. et par. ecclesias S. Jacobi de Pias et S. Salvatoris de Cambeses et S. Michaelis de Zago et ejusd. S. Mich. de Mesegnes et beneficium in dicta eccl. S. Mich. de Zago, quibus Gundisalvus de Salazar cedit, in gratiam Emmanuelis Portugalliae Regis et perpetui administratoris Militiae Jesu Christi Cist. Ord. et pro parte Petri de Mariñho cler. Roman. dictam Militiam ingredi cupientis mensae magistrali ejusd. Militiae ad vitam praefati Petri unit et eidem Petro fructus et jura dictorum beneficiorum in certum eventum reservat ac indulget, ut non obstante defectu natalium in dicta Militia professionem emittere valeat. A. F. R. M. „Apostolicae Sedis“ (Colotius | Chemin. Balbus | Cabredo. Coll. Amerin.) L. 1014 f. 289.

— — — (7438) Petrum de Vegola, qui par. ecclesiam S. Petri de Lurda Tarvien. dioec. assecutus eam detinuit, licet impedimento legitimo cessante et tempore ipsi concesso

[1] Rocca-Amatoris, Roccamadore, Reccamatorum. *Janauschek* p. 196.

1514.

praeterlapso presbyteratus ordinem suscipere negligeret, omnem maculam abolens absolvit eique dictam eccl. confert. „Sedes Apostolica pia mater“ (Castilion. | Enckenw. Aloys. | Madrigal. Coll. H. de Ces.) L. 1049 f. 47, b.

20. Mart. (XIII. Kal. April.) Romae ap. S. Petrum — Consistorium publicum in aula regali ante capellam magnam pro obedientia Regis Portugalliae. P. de Grassis f. 94 [1].

— — — (7439—7440) Johanni Lefevre par. ecclesiam S. Laurentii de Villa in Tardano Remen. dioec. permutationis causa resignanti confert ecclesiam par. S. Germani de Gazerano Carnoten. dioec. a Roberto Paris eadem de causa dimissam. „Apostolicae Sedis“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (P. de Castillo. Benzon | Ph. de Senis) Arch. Lat. tom. 26 f. 333; f. 334, b.

— — — (7441) Troeto de Trottis canonico Ferrarien. mandat, ut Baptistae Jacobo Cervellerii cler. Ferrarien., si idoneus sit, ecclesiam S. Mariae de Buco Ferrarien. resignatione Jacobi Salini Francisci vacantem conferat et eidem eccl. unire curet ecclesiam *rectoriam* nuncupatam S. Prosperi de Roncoleis Mutinen. dioec. ab eodem Jacobo dimissam. „Ex commisso Nobis“ (De S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. tom. 19 f. 44.

— — — (7442—7443) Blasio Haurei canonicatum et praeb. ecclesiae Beatissimi Hilarii majoris Pictaven. a Jacobo de Conte resignatos confert. „Dudum siquidem“ (Evang. | Grat. p. fam. script. [Mag. Franc. de Thomasiis] Draco. Colardi | Cheminart. Coll. Attav.) Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (script. iid.) L. 1021 f. 111 seq.

— — — (7444) Sigismundum Schenster canonicum Frisingen. decr. doctorem Sigismundi Grim sen. rectoris par. eccl. in Waidhofen Patavien. dioec. senio confecti coadjutorem cum jure successionis deputat. „Circa pastoralis officii debitum“ (Colot. | Marciaci. Corbin. | Contreras. Coll. H. de Ces.) L. 1073 f. 187, b.

— — — (7445) Ducem Genuae hortatur, ut procuratori Margaritae de Neve relictae quondam Raynaldi de Altovitis mercatoris Florentin. faveat et assistat, ut 400 duc. a communitate Genuen. dicto Raynaldo debitos cum effectu exigere possit. „Nuper nomine“. Brev. tom. 2 n. 131; tom. 30 l. 2 p. 28.

— — — (7446) Ducem Genuae hortatur, ut Johannem Moneri Provincialem, subditum Regis christianissimi, missum Genuam a praedicta Margarita tamquam procuratorem suum ad exigendos dictos 400 duc. ad civitatem accedere et in ea libere morari ac ex ea recedere permittat. „Desiderat dil. in Christo filia“ (Bemb.) Brev. t. 2 n. 131; t. 30 l. 2 p. 29.

— — — (7447) Marco S. Mariae in Via lata diac. Card. Cornelio concessionem Bajuliae seu Praeceptoriae Magnae regni Cypri Hospitalis S. Joh. Hierosol. Nicosien. dioec. alias ipsi per Emericum Dambuysson dicti Hospit. Magistrum factam cum annua responsione 4000 ducator. ad ejus vitam confirmat. „Dignum reputamus“ (Sadolet.) Brev. tom. 2 n. 132; tom. 30 l. 2 p. 18.

— — — (7448—7449) Ivoni Moyreau presb. confert par. ecclesiam de Villafrancha Senonen. dioec. a Galterio Veri resignatam. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (De S. Severino. Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 21 f. 72, b; f. 73, b.

— — — (7450) Johanni Pradelli rectori par. ecclesiae S. Georgii Perogiarum Lugdunen. dioec. dictam ecclesiam obitu Ludovici Fabri vacantem confert. „Vitae ac morum“ (Evang. | Draco. Colardi | Bernard. Coll. Cipell.) L. 1017 f. 288.

— — — (7451) Executores deputat, qui dictam eccl. S. Georgii Perogiarum (al. de Perogiis) Lugdunen. dioec. Stephano Troilleti cler. Lugdunen. conferant. „Vitae ac morum“ (Blondus | Grat. de mand. Balbus | Marciaci. Coll. Attav.) L. 1013 f. 309 [2].

— — — (7452—7453) Petro Vava monacho monasterii S. Vincentii extra muros Cenomanen. O. S. B., qui senio confectus Prioratum S. Martini de Tressonio O. S. B. Cenomanen. dioec. resignavit, pensionem ann. super fruct. dicti Prioratus per Johannem Baudonin presb. dictae dioec. persolvendam assignat et usumfructum mediae partis domus ipsius Prioratus cum aliis additamentis reservat. „Religionis zelus“. Decano ecclesiae Cenomanen. ac Officialibus Andegaven. et Aurelianen. executionem committit. „Hodie dil. filio“. L. 1043 f. 127.

— — — (7454—7455) Engelhardo Nyhusen confert canonicatum et praeb. eccl. S. Petri Fritzlarien. Maguntin. dioec. a Burchardo Hultupterheiden resignatos. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (O. de Cesis. Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. vol. K. f. 224, b; f. 225.

— — — (7456) Bartholomaeo Capitio confert canonicatum et praeb. cum capellania sine cura eccl. Forosempronien. resignatione Petri Pauli Capitii vacantes. „Vitae ac morum“ (Castilion. | L. de Bertin. Gomiel | Salvius. Coll. Narnia) L. 1001 f. 189.

[1] Tres Oratores comparuerunt; secundus Orator habuit longam et disertam orationem, cui Papa elegantissime respondit; in fine familia Oratorum venit, quae fuit honorabilis (circa 50 equites torquati et velluto ornati). P. de Grassis l. c.

[2] Hoc docum. cum praecedenti non convenit; utrum executioni demandatum sit non liquet.

1514.

20. Mart. (XIII. Kal. April.)	Romae apud S. Petrum	(7457—7458) Jacobo de Brion par. ecclesiam S. Martini Lingonen. resignatione Gerardi Pion vac. confert. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 155, b; f. 157.
— —	—	(7459—7460) Mag. Bernardino de Contreras cler. Burgen. dioec. et U. J. doctori concedit officium scriptoriae liter. apost. resignatione Rogerii de Saldis vacans. G. D. et F. Sixto tit. S. Petri ad vinc. presb. Card. Vicecanc. executionem demandat. „Hodie dil. filio“ (Benzon. A. de Alvarott. | Grat. p. notar. Rotae. Nardin.) Arch. Lat. tom. 35 f. 206, b; f. 207.
— —	—	(7461) Philippo episc. Tusculano concedit, ut tenor cujusd. cedulae consistorialis, quae sub Julio II. 9. Jul. 1511 a F. Card. de Claromonte scripta est et refert, in Consistorio secreto Julium II. Cardinalem de Claromonte deputasse administratorem ecclesiae S. Pontii Thomeriar. a praefato Philippo resignatae necnon eidem Philippo monasterium de Jumeilles Rothomagen. dioec. et Prioratum Grandimonten. prope Rothomagum S. Ben. et Grandimont. Ord., quibus Cardinalis de Claromonte cessit, commendasse, omnimodam rei et facti certitudinem faciat. A. F. R. M. „Provisionis Nostrae“ (Colot. | Chemin. Coll. S. de Spol.) L. 1001 f. 149.
— —	—	(7462) Johanni Galli hospitale pauperum *Eleemosynariam saecularem* nuncupatum S. Blasii alias B. Joh. Bapt. prope et extra muros loci de Caroffio Pictaven. dioec. gubernandum committit. „Gerentes in desideriis cordis“ (Gratiadei | Marciaci. Corbin. | De S. Joh. Coll. Donat.) L. 1030 f. 107.
21. Mart. (XII. Kal. April.)	—	(7463) Othoe de Spinosa cler. Calaguritan. dioec., notar. et fam. suum, creat Comitem Palatin. et militem aulae S. P. Lateran. „Sincerae devotionis affectus“ (Castilion. | Grat. de mand. S. D. Bertin. | Cotini. Coll. Attav.) L. 1004 f. 255.
— —	—	(7464) Simoni Maugnin cler. Claromonten. dioec. indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“. L. 1206 f. 309.
— —	—	(7465—7466) Jacobo Hamelin (al. Hannelin), qui permutat. causa quandam capellaniam Turonen. dioec. resignavit, capellaniam ad altare SS. Philippi et Jacobi situm in eccl. Parisien. a Michaele Le Bach eadem de causa dimissam confert. „Apostolicae Sedis“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“. Arch. Lat. tom. 28 f. 39, b; f. 40, b.
— —	—	(7467) Militen. et Rapolan. episcopis ac vicario gen. archiepisc. Salernitan. mandat, ut Thomae de Riario decano eccl. Pisan. monasterium S. Mariae de Tabenna (de Tebennis) O. S. B. Salernitan. dioec. commendare curent. „Romani Pontificis providentia“ (Armellin. | Suno. Baena | de Vega. Coll. Attav.) L. 1004 f. 248, b.
— —	—	(7468—7469) Raphaeli episc. Ostien., camerario suo, fructus monasterii S. Mariae de Tabenna O. S. B. ab ipso resignati cum jure regrediendi reservat consentiente Thoma de Riario decano eccl. Pisan., cui illud commendatur. „Ad personam tuam“. Executionem committit episcopis Militen. et Rapolan. et vicario archiepisc. Salernitan. „Hodie cum venerabilis frater“. L. 1004 f. 250 seq.
— —	—	(7470) Stephano de Cluys par. ecclesiam S. Petri de Laus Bituricen. dioec. obitu Guillermi de Cluys vacantem confert. „Nobilitas generis“ (P. Cesis. | Suno. Baena | Chemin. Coll. Attav.) L. 1018 f. 46.
— —	—	(7471) Atioto Bonnart canonico Praemonstr. Ord. commendat ecclesiam par. B. M. de Dommyers Suessionen. dioec. „Religionis zelus“ (Armellin. | Suno. Baena | Gays. Coll. Attav.) L. 1019 f. 1.
— —	—	(7472—7473) Hieronymo episcopo Nicien. commendae Prioratus S. Michaelis de Scalada (al. Scalade) O. S. A. Legionen. dioec. cedenti reservat pensionem super ejusd. Prioratus fructibus et regressum ad illum concedit accedente consensu Philippi de Urries (al. Urraes) canon. Legionen., cui dictus Prioratus commendatur. „Personam tuam“. Cavallicen. et Faventin. episcopis ac Officiali Legionen. executionem demandat. „Hodie venerabili fratri“. L. 1026 f. 145, b; f. 147.
— —	—	(7474) Johanni Paleti confert ecclesiam par. S. Johannis de Lair (al. Layre) Agennen. dioec. obitu Petri Polilhon vacantem. „Vitae ac morum“ (J. B. Nasius | Suno. Baena | Castillo | Coll. Attav.) L. 1016 f. 276.
— —	—	(7475) Laurentium Petitfou presb. monasterio S. Petri Antissiodoren. O. S. A. resignatione Hugonis de Boulengieris abbatis vacanti praeficit in abbatem. „Sollicitae considerationis“ (Armellin. | Suno. Baena | Cotini. Coll. Attav.) L. 1013 f. 21.
— —	—	(7476) Abbatibus monast. S. Dionysii prope Paris. et S. Germani de Pratis prope et extra muros Parisien. ac Cantori eccl. Parisien. mandat, ut pro parte Priorissae et conventus monasterii monialium S. Ludovici de Pissiaco O. S. A. Carnoten. dioec. sub cura FF. Praed. degentium quaestionem de decimis, quas de terris intra limites parochiae par. ecclesiae loci de Cornyaco Rothomagen. dioec. consistentibus dictus conventus percipit et quas Johannes Lecaron pro rectore dictae eccl. se gerens ad se et dictam eccl. de jure spectare asserit, examinent et definiant. „Humilibus“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 17 f. 318, b.

1514.

21. Mart. (XII. Kal. April.)	Romae apud S. Petrum	(7477—7478) Johanni de Ruppe rectori *Priori* nuncup. par. ecclesiae S. Gervasii de Vilhoselio Vapincen. dioec. fructus canonicatus et praeb. ecclesiae Cavallicen., quos resignat, et stallum in choro ac locum et vocem in capitulo reservat. „Vitae ac morum". Executores deputat. „Hodie cum dil. filius". Arch. Lat. vol. B. f. 82; f. 83.
— —	—	(7479—7480) Samsoni de Ruppe praefati Johannis de Ruppe nepoti, archidiacono eccl. Cavallicen., dictos canonicatum et praeb. confert. „Vitae ac morum". Executores deputat. „Hodie dil. filio" (Bregeon | P. de Castello | Nardin.) Arch. Lat. vol. B. f. 83, b; f. 85.
— —	—	(7481—7482) Ximeno de Miranda vicariam par. ecclesiae loci del Frago Pampilonen. dioec. confert. „Vitae ac morum". Executores deputat. „Hodie dil. filio" (Planca. Bregeon | Grat. p. fam. script. Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 294, b; f. 296.
22. Mart. (XI. Kal. April)	—	(7483) Attendens, quod inter monachos O. S. B. Congreg. Montiscasinen. al. S. Justinae de Padua et universitatem oppidi Cavae Nullius dioec. lis pendebat ex eo, quod monachi monasterii S. Trinitatis Caven. Ord. et Congreg. praedict. se plenariam et omnimodam jurisdictionem in dicto oppido et toto illius territorio et in illius homines habere, universitas vero praefata idem monasterium seu ejus ecclesiam per Bonifacium PP. IX. in cathedralem ecclesiam esse erectam nullumque dictis monachis in illius regimine et administratione jus competere asserebant, litem hujusmodi coram Nicolao tit. S. Priscae presb. Card. pendentem ad se advocat et penitus exstinguit. A. F. R. M. „Ex debito" (A. de S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 167.
— —	—	(7484) Praedictum oppidum, quod celebre et satis populosum existit ac amplum possidet territorium et insignem habet ecclesiam collegiatam sub invocat. B. Mariae, titulo civitatis ornat et dictam eccl. B. M. in cathedralem perpetuo erigit et oppidum ejusque territorium et incolas eidem eccl. B. M. concedit et assignat et a jurisdictione abbatis et conventus praefati monasterii eximit et liberat ac pro dote mensae episcopalis ex bonis ejusd. monasterii tantum assignat, ut fructus ad annuam summam 1400 duc. adscendant. A. P. R. M. „Ex supernae providentia majestatis" (Benzon | Campan.) Arch. Lat. tom. 46 f. 310.
— —	—	(7485) Abbati et conventui monasterii S. Trinitatis Caven., ne nimium dispendium ex eo patiatur, quod ecclesiam B. M. oppidi Caven. in cathedralem erexit ejusque administratorem Aloysium tit. S. M. in Cosmedin diac. Card. deputavit ac certa bona pro dote assignavit, facultatem concedit, lignamina cujuscunque generis, glandes et castaneas ferentibus exceptis, incidendi, lapides et arenam fodiendi et capreas usque ad numerum 400 (et in earum defectum alia animalia aequivalentia) pastorandi etc. „Sincerae devotionis affectus" (A. de S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 169, b.
— —	—	(7486—7488) Monasterium S. Laurentii extra muros Aversan. O. S. B., cujus commendae Aloysius tit. S. Mariae in Cosmedin diac. Card. cedit, Congregationi monachorum Casinen. al. S. Justinae de Padua O. S. B. perpetuo unit. A. P. R. M. „Regimini universalis Ecclesiae". Hanc unionem nuntiat a) vasallis dicti monast. S. Laurentii, b) Ferdinando Siciliae Regi. „Hodie monasterium" (A. de S. Severino | Ph. de Senis) Arch. Lat. tom. 3 f. 284.
— —	—	(7489) Praeposituram SS. Trinitatis Capuan. O. S. B. ab eodem Aloysio Cardin. resignatam monasterio S. Trinitatis Caven. O. S. B. Congreg. Casinen. perpetuo unit. A. P. R. M. „Apostolicae Sedis circumspecta benignitas" (A. de S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 168.
— —	—	(7490) Wilhelmum Petri de Saestinghen presb., monachum monasterii B. Mariae de Thosan Cisterc. Ord. Tornacen. dioec.[1], ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis" (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 207, b.
— —	—	(7491—7494) Eundem dicto monasterio obitu Johannis abbatis vac. praeficit in abbatem, electionem monachorum a Johanne abbate monasterii B. Mariae de Dunis Cisterc. Ord. Morinen. dioec.[2], qui monasterii primo dicti Pater-abbas existit, jam confirmatam approbans. „Sollicitae considerationis indagine". Qua de re scribit a) conventui dicti monast. de Thosan, b) vasallis ejusd. monast., c) abbati monasterii B. Mariae de Dunis praedicti. „Hodie electionem" (Benzon | Nardin.) L. c. f. 205 seqq.
— —	—	(7495) Johanni Montedoe Hispano, philosophiae professori, quem superioribus diebus Romam ad profitendum philosophiam vocaverat, scribit se bonis respectibus contentari, ut in gymnasio Bononien. per alium annum se contineat. „Scripsimus tibi" (Bemb.) Brev. tom. 2 n. 134; tom. 30 l. 2 p. 30.
— —	—	(7496) Vincentium episc. Squillacen. ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis" (A. de Alvarott. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 12 f. 158.
— —	—	(7497—7503) Eidem concedit administrationem ecclesiae Caputaquen., cujus administrationi Aloysius tit. S. Mariae in Cosmedin diac. Card. cedit. „Ecclesiarum utilitati".

[1] *Janauschek* p. 173 n. 442. [2] *Janauschek* p. 51 n. 127.

1514.

Quod nuntiat a) capitulo eccl. Caputaquen. „Hodie venerabilem fratrem“, b) populo et c) clero civit. et dioec. Caputaquen., d) vasallis hujus eccl. „Hodie“, e) Ferdinando Aragonum et Siciliae Regi „Gratiae divinae“, f) archiepisc. Salernitan. „Ad cumulum“ (script. ut supra) L. c. f. 156 seqq.

22. Mart. (XI. Kal. April.) Romae apud S. Petrum — (7504) Latino Juvenali per alias literas exactionem unius verae et integrae vigesimae a Judaeis Ferrarien. commisit. Postmodum intelligens „Judaeos praefatos multa in Christianorum fraudem et detrimentum in libris eorum committere, variaque facinora enormia etiam carnaliter se christianis mulieribus et judaeas mulieres viris christianis se immiscendo aliaque contra sacrorum canonum instituta delicta perpetrare“, Christianorum indemnitati providere et hujusmodi sceleribus debita animadversione occurrere volens Latino praedicto Judaeos ipsos omnes et singulos utriusque sexus, toties quoties opus duxerit, ad ostendendos libros banchorum et quarumcunque rationum et negotiorum cogendi et compellendi, contra Judaeos ipsos tam super realibus fraudibus quam super aliis delictis ac vetitis ritibus inquirendi, convictos condemnandi, puniendi aliaque necessaria faciendi plenam facultatem et potestatem concedit. „Commisimus tibi per alias“ (Bembus | L. Card. SS. Quatuor Coron.) Brev. tom. 2 n. 135; tom. 30 l. 2 p. 30, b.

— — — (7505—7506) Michaeli Columenes permutationis causa tribus beneficiis Burgen. dioec. cedenti canonicatum et praeb. eccl. Legionen. a Didaco de Pace eadem de causa resignatos confert. „Apostolicae Sedis“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (A. de S. Severino. Planca | Nardin.) Arch. Lat. vol. K f. 304; f. 305.

— — — (7507) Matthaeo tit. S. Angeli diac. Card. commendat canonicatum et praeb. eccl. Herbipolen. obitu Leonardi de Egliofstain (Eglofstein) vacantes. „Ad personam tuam“ (Colot. | A. de Castillo. Coll. Amerin.) L. 1141 f. 297.

— — — (7508—7509) Dominico episc. Portuen. commendat Prioratum saecularis et colleg. eccl. S. Andreae Urbevetan. resignatione Angeli de Gerardinis de Amelia vacantem. „Ad personam tuam“. Executores deputat. „Hodie venerabilem fratrem“ (De Agnellis. A. de Alvarott. | Grat. p. Card. Nardin.) Arch. Lat. tom. 29 f. 105; f. 107.

— — — (7510) Bernardo S. M. in Porticu diac. Card. monasterium *abbatiam* nuncupatum SS. Martyrum Aciscli et Victoriae Corduben. Cisterc. Ord.[1] commendat. „Romani Pontificis“ (Colot. | *Visa* L. de Bertin. | Casanova. Coll. F. de Attav.) L. 1007 f. 44.

— — — (7511) Benedicto Forzani de par. ecclesiis invicem unitis S. Johannis et S. Angeli de Benitio (al. Benilio) Assisinat. dioec. providet. „Vitae ac morum“ (Nasius | Grat. p. fam. script. [Barth. de Ruvere] Chemin. Aloys. | Salvius. Coll. Attav.) L. 1011 f. 214.

— — — (7512) Maximae Le Tourneur Priorissae Prioratus B. Mariae de Longuaaqua (al. de Longeaulx) O. S. B. Suessionen. dioec. monasterium monialium B. Mariae de Barra prope muros Castri Theoderici O. S. A. Suessionen. dioec., resignatione Johannae nuper illius monasterii abbatissae vacans commendat, si medietatis conventus assensus accedat. „Ex susceptae servitutis officio“ (Castilion. | Draco. Colardi | Bernardus. Coll. Attav.) L. 1045 f. 57.

— — — (7513) Mag. Hugoni de Spina capellano suo et caus. P. A. auditori mandat, ut Nicolao de Pileis cler. Spalaten., inter quem et Marcum Natalis ac Simonem de Christophoris et Johannem Celium super archidiaconatu ecclesiae Spalaten. lis erat, eundem archidiaconatum conferat, si nemini litigantium jus competere cognoverit. „Vitae ac morum“ (Ph. de Senis | Grat. de mand. Marciaci. Corbin. | Piora. Coll. Narnia) L. 1029 f. 211.

— — — (7514) Pro parte Praepositi et capituli eccl. Ariminen. et Pauli de Bellachis cler. Ariminen. dioec. committit episcopis Ariminen. et Asculan., ut concordiam super certa pensione eidem Paulo assignata initam observari faciant. A. F. R. M. „Ex injuncto Nobis“ Arch. Lat. tom. 26 f. 253, b.

— — — (7515) Amedeo de la Venchia fam. suo, Claudii Electi Massilien. obsequiis insistenti, archidiaconatum eccl. Augusten. prov. Tarantasien. a Carolo tit. S. Cacciliae presb. Card. resignatum confert. G. F. (Evang. | Grat. de mand. S. D. Chemin. | Acre. Coll. Attav.) L. 1014 f. 213.

— — — (7516) Julianum de Medicis creat Marchionem de Soragna Parmen. dioec. „Inter curas multiplices“ (Sadolet. | De Comitibus) L. 1198 f. 71.

23. Mart. (X. Kal. April.) — (7517) Pro parte Simeonis Guidone de Burgo civis Tolosan., qui exponit, quod Guynella Laureta mulier Agathen. dioec. ejus uxor de crimine adulterii suspecta per juramentum super reliquiis corporis B. Antonii Conf. in eccl. monasterii S. Petri de Lasaco Cluniac. Ord. Riven. dioec. reconditis se purgare parata sit, sicut antea inter conjuges conventum erat, quod abbas autem et conventus dicti monasterii et custodes earund. reliquiarum ipsam ad juramentum hujusmodi praestandum admittere ac

[1] *Janauschek*, Introd. p. LXVIII.

1514.

Officialis Tolosan. ipsi contra eos assistere denegaverint, mandat decano S. Felicis de Caramagno Tolosan. dioec. et Antonio de Corcellis canonico Tolosan. ecclesiarum ac Officiali Appamiar., ut abbatem et conventum ac custodes compellant, ne praefatum juramentum impediant. „Humilibus“ Arch. Lat. tom. 17 f. 55.

23. Mart. (X. Kal. April.) Romae apud S. Petrum — (7518) Praeposito S. Erasmi Cremonen. mandat, ut par. ecclesiam S. Michaelis de Roncolis Cremonen. dioec. obitu Johannis Antonii de Ansaldis vacantem Johanni de Ansaldis (al. de Angelis) cler. dictae dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ (A. de Alvarottis | Campania) Arch. Lat. tom. 19 f. 295, b.

— — — (7519) In favorem Eduardi Stephynson canonici ecclesiae *collegii* nuncupatae de Bashani Cicestren. (Chichester) dioec. canonicatui et praeb. dictae eccl., quamdiu eos obtinuerit, ecclesiam par. de Musgrave Carliolen. (Carlisle) dioec. unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 356, b.

— — — (7520) Jacobum Cros rect. par. eccl. *Ebdomadariae* nuncup. S. Felicis Inferioris Elnen. dioec. in suum et S. Sedis acolythum recipit. „Virtutibus clarens“ (Benzon | Grat. p. fam. script. [Andr. Vives] Nardin.) L. c. f. 215.

— — — (7521) Wilhelmo abbati monasterii B. Mariae de Thosan Cist. Ord. Tornacen. dioec. (n. 7490 seqq.) concedit, ut a quovis cathol. antistite munus benedictionis recipere valeat. „Cum Nos pridem“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 208 [1].

24. Mart. (IX. Kal. April.) — (7522) Antonio de Fonterubeo alias Garnerii causar. P. A. notario et famil. suo confert ecclesiam par. S. Agripani de S. Agripano Vivarien. dioec. obitu Johannis de Ponte vac. G. D. et F. (C. de Cesis | Grat. p. notar. Liazar. Ingenw. | Marciaci. Coll. Attav.) L. 1061 f. 45, b.

— — — (7523) Episcopo Asculan., archidiacono ecclesiae Milevitan. et vicario gen. archiepisc. Beneventan. mandat, ut Mag. Didaco Andreae cler. Calaguritan. dioec. par. ecclesiam S. Mariae de la Pietà Beneventan. dioec. conferant. G. D. et F. (Lambert. | Campania) Arch. Lat. tom. 26 f. 201.

— — — (7524) Jacobo de Suciis canonico Pergamen. mandat, ut par. ecclesiam S. Georgii de Vicomajori Vallis de Scalve Pergamen. dioec. resignatione Maphei de Capitaneis de Scalve vacantem Johanni Francisco Romelini de Capitaneis de Scalve cler. Brixien. dioec. conferat, si eum ad hoc idoneum esse repererit. „Dignum arbitramur“ (P. de Castello | Barotius) Arch. Lat. tom. 42 f. 27, b.

— — — (7525) Magistro Jacobo Simoneta caus. P. A. auditori mandat, ut Prioratum S. Michaelis de Scalada O. S. A. Legionen. dioec. a monasterio S. Ruffi prope et extra muros Valentin. dependentem Laurentio Suarez cler. Toletan., obsequiis Alphonsi tit. S. Theodori diac. Card. insistenti, surrogando commendet, si nemini sit jus quaesitum. G. F. (Ph. de Senis | Grat. de mand. S. D. Balbus | Verdesotto. Coll. Attav.) L. 1038 f. 84.

— — — (7526) Pro parte Georgii Styber decani eccl. Bambergen. litem inter ipsum et Leonardum Eglofstein super decanatu eccl. Bambergen. alias exortam jam defuncto dicto Leonardo penitus exstinguit. „Nobilitas generis“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 285.

— — — (7527) Petro Grimano fratri Hospit. S. Joh. Hierosol. Praeceptoriam domus S. Joh. Beneventan. dicti Hospit. commendat. „Religionis zelus“ (Evangel. | Suno. Baena | Cotini. Coll. Donat.) L. 1010 f. 276, b.

— — — (7528) Jacobo Borbaldi presb. Utinen. dioec. confert perpetuam capellaniam ad altare B. Mariae de Bethellem (Bethlehem) situm in par. eccl. de Remolinis Utinen. dioec. „Vitae ac morum“ (Armellin. Suno | A. de Castiglio | Coll. Attav.) L. 1004 f. 311.

— — — (7529) Antonio de Caylario (Ind. sep. Carlario) al. de S. Bonito confert Sacristiam ecclesiae Magalonen. O. S. A. ipsi antea non rite collatam. „Religionis zelus“ (Armellin. | Suno. Baena | Marciaci. Coll. Attav.) L. 1003 f. 1.

— — — (7530) Gerardo Gailhard presb. confert ecclesiam par. B. Martini de Lunaudo Caturcen. dioec. a Joh. Gailhard resignatam. „Vitae ac morum“ (Gratiadei | Marciaci. Corbin. | Valtrini | Coll. Attav.) L. 1019 f. 211.

— — — (7531) Promagistro Rhodio in regno Neapolitan. in memoriam revocat, se jam Vincentium Papacodam ei commendasse, et iterum pro eo intercedit. „Alteris literis“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 149. Ed. Bemb. L. VIII ep. 2 p. 59.

— — — (7532—7533) Petro Bochato rectori par. eccl. S. Remigii de Lureyo Carnoten. dioec. dictam ecclesiam resignatione Joh. Deodati vacantem confert. „Vitae ac morum“ Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (De Castello. Bregeon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 340, b; f. 342.

— — — (7534) Cantori eccl. S. Julii de Insula Novarien. dioec. mandat, ut canonicatum et praeb. eccl. SS. Gervasii et Protasii de Baveno Novarien. dioec. a Josepho de Varanis resignatos Antonio de Lambertis *de Isella lacus majoris* cler. Novarien., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. vol. H f. 154.

[1] In cod. legitur: XI. Kal. Apr., sed initium docet, docum. post illum diem esse collocandum.

1514.

24. Mart. (IX. Kal. April.) Romae apud S. Petrum — (7535) Episcopo Cavallicen., Alphonso de Deca canon. Aurien. ac Officiali Aurien. mandat, ut Alphonso Gundisalvi de Morera par. ecclesiam S. Martini de Mugares Aurien. dioec. ab Antonio Ruiz permutationis causa resignatam conferant. „Apostolicae Sedis“ (O. de Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 39 f. 16.

— — — (7536) Iisdem mandat, ut Antonio Ruiz praedicto par. ecclesiam S. Juliani de Parreda de la Piotti Aurien. dioec. ex causa permutationis a praefato Alphonso Gundisalvi dimissam conferant. Init. et script. ut supra. L. c. f. 17, b.

— — — (7537) Oppidum Cavae Nullius dioec. (n. 7483 seq.) titulo civitatis decoravit et ecclesiam collegiatam S. M. ibidem in cathedralem erexit et ex bonis monasterii SS. Trinitatis de Cava O. S. B. Congregationi Casinen. al. S. Justinae ejusd. Ord. incorporati, ut futuri episcopi Caven. statum episcopalem decenter servare possent, dictae eccl. cathedrali sic erectae 1400 duc. auri d. C. annuos redditus pro dote assignavit. Tempore vacationis dicti monasterii SS. Trinitatis de Cava per eos, qui ejusmodi monasterium a S. Sede impetrabant, taxa 1000 flor. auri d. C. solvi consuevit. Decernit, ut tota summa 1000 flor. a die erectionis non per praefatam Congregationem seu per eos, qui monasterium p. t. obtinebunt, solvatur, sed ut is, qui cathedrali sic erectae praeerit, ratione fructuum ad 1400 duc. ann. ascendentium praefatae cathedrali assignatorum $466^2/_3$ duc. auri d. C. praefatae taxae et dicta Congregatio reliquos $533^1/_3$ duc. solvere teneatur. „Nuper justis persuasi rationibus“. Div. Cam. tom. 63 f. 240, b.

25. Mart. — Fest. Annuntiat. B. M. V. Papa ad ecclesiam de Minerva equitavit. P. de Grassis f. 94.

(VIII. Kal. April.) — (7538) Petro Urtiz de Arana cler. Calaguritan. dioec. assignat pensionem ex dioec. Civitaten. et Palentin. G. F. L. 1043 f. 114.

— — — (7539) Paulo Neidecker rectori par. ecclesiae in Culmach (Culmbach) Bambergen. dioec. indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. tom. 44 f. 183, b.

— — — (7540) Ad instantiam Prioris et conventus domus S. Dominici Aquilan. O. Pr. ac Johannis Hieronymi notarii in par. eccl. S. Juliani de Bareto perpetuam capellaniam sub invocatione S. Jacobi pro uno capellano, qui inibi divina officia juxta ultimam voluntatem Antonii de Furcella laici Aquilan. celebrare teneatur, erigit et illi sic erectae pro ejus dote bona ab eodem Antonio relicta applicat eamque praefato Joh. Hieronymo confert. A. P. R. M. „Ex commisso Nobis desuper“ (J. B. Nasius | Suno. Baena | Casanova. Coll. S. de Spol.) L. 1004 f. 23, b.

— — — (7541) Johanni Ruiz canonico Toletan. mandat, ut Alphonso de Avilda capellano ad altare Regum Novorum situm in eccl. Toletan. quoddam beneficium in par. eccl. S. Laurentii Toletan. a Michaele Diez resignatum, si idem Alphonsus idoneus sit, conferat. „Dignum“ Arch. Lat. vol. H. f. 149.

— — — (7542—7543) Alexandro de Rieux cler. Veneten. indultum concedit quoad residentiam; „Vitae ac morum“ de hoc indulto scribit Bertrando de Quisistre et Oliverio Ricard canon. eccl. Nanneten. et Offic. Nanneten. „Hodie dil. filio“ Arch. Lat. tom. 18 f. 56; f. 59.

26. Mart. (VII. Kal. April.) — Dominica IV. Quadrag. seu *Domin. de Rosa* Papa benedixit Rosam[1], distulit tamen ea die deliberare, cuinam donanda esset. P. de Grassis f. 94, b.

— (7544) Executores deputat, qui Francisco Cheregato cler. Vicentin. capellaniam ad altare S. Mariae situm in eccl. par. S. Mariae loci Coloniae Vicentin. dioec. conferant. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. tom. 38 f. 241, b.

— — — (7545) Decano et Thesaurario eccl. Palentin. et Offic. Palentin. mandat, ut Augustino de Molina cler. Calaguritan. par. ecclesiam B. Mariae *de monte Sion* oppidi de Herrin a Mag. Petro de Ben scriptore resignatam commendare curent, si ipsis constiterit, literas, quibus dicta eccl. monasterio S. Isidori O. S. A. Legionen. perpetuo est unita, subreptionis vitio laborare. „Vitae ac morum“ (Ph. de Agnell. | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Barotius) Arch. Lat. vol. K f. 19, b.

— — — (7546) Episcopis Comen. et Milopotamen. ac Officiali Caminen. mandat, ut Francisco Ruguilla fam. suo conferant canonicatum et unam ex majoribus praeb. eccl. Caminen. obitu Henningi Steuwer vac. G. F. (Blondus | Grat. de mand. S. D. Draco | Marciaci. Coll. Attav.) L. 1014 f. 188.

— — — (7547) Iisdem mandat, ut eidem Francisco canonicatum et praeb. eccl. B. Mariae Virg. Stettinen. Caminen. dioec. obitu praefati Henningi vacantes conferant. Init. et script. ut supra. L. 1016 f. 22.

— — — (7548) Martino de Jony, Mag. in artibus, par. ecclesiam S. Dionysii de Columbariis Melden. dioec. confert. „Literarum scientia“ (Evang. | Draco | F. de S. Joh. Coll. Attav.) L. 1015 f. 90.

---

[1] *Cajetan. Cenni*, Dissertazioni sopra varii punti interessanti di storia ecclesiastica ecc. Pistoja 1778. 4°. Tom. I dissert. IX p. 244—268.

1514.

26. Mart. (VII. Kal. April) | Romae apud S. Petrum | (7549—7550) Baldovino (al. Balduino) de Busco, Mag. in art., qui permutationis causa capellaniam sub invocatione S. Alexis in ecclesia monasterii S. Calixti de Casonio O. S. A. Tornacen. dioec. resignavit, par. ecclesiam de Onekeur dictae dioec. ab Antonio de Brusco ead. de causa dimissam. „Apostolicae Sedis“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Benzon. G. de Prato | Campania) Arch. Lat. tom. 37 f. 27; f. 28.

— — | — | (7551) Benedicto de la Fuente cler. Seguntin. fam. suo pensionem ann. super fruct. Cantoriae eccl. Toletan. per Alphonsum Yañes istius eccl. Cantorem solvendam assignat. G. F. L. 1013 f. 209.

— — | — | (7552) Johanni Paulo Balioni commendat Sibicani dominos fratres eum potissimum in finem, ut eorum agri et oppidula ab ipsius militibus tuta sint, monetque, ut si quid juris in illorum bonis ei competat, non vi atque armis, sed via justitiae id appetat. „Hortamur te“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 149, b. Ed. Bemb. L. VIII ep. 3 p. 59.

— — | — | (7553) Episcopo Brixinen. et archidiacono Tridentin. et decano Brixinen. eccl. et eorum cuilibet committit, ut fratres Ord. Minorum S. Franc. Bulsani ad meliorem disciplinam reforment. „Quanto magis in religionis“. Exstat Oeniponti in Tabular. Gubernii austr. (Statthalterei-Archiv).

— — | — | (7554) Mag. Alphonso de Verdesotto scriptori et fam. suo confert perpet. vicariam par. ecclesiae de Tresuillo Oxomen. dioec. G. D. et F. (J. B. Nasius | Grat. p. socio | Andreae. Coll. S. de Spol.) L. 1001 f. 170, b.

27. Mart. (VI. Kal. April.) | — | (7555) Pro parte Primicerii Stud. gen. Universitatis Avinionen., qui per dictam Univers. singulis annis eligitur ejusque caput existit et qui per alias literas (13. Febr. 1514, n. 6794), dummodo clericus esset, numero Conservatorum privil. ejusd. Univers. adjunctus et eadem jurisdictione et auctoritate instructus est, qua Priores seu Rectores aliarum Universitatum Italiae et Galliae fruuntur, et pro parte dictae Universitatis, cum exponant, non semper clericum, sed ut plurimum laicum in Primicerium eligi, sed subditos pro majori parte clericos, etiam religiosos et exemptos esse, concedit Primicerio et doctoribus facultatem eligendi et deputandi unum alium doctorem clericum de collegio doctorum ejusd. Univers., qui eo anno, quo laicus munere Primicerii fungatur, jurisdictionem praedictam loco istius Primicerii laici exercere valeat. A. P. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (G. de Prato | Grat. de mand. S. D. Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 63. *Laval,* Capitulaire de l'Univers. d'Avignon p. 219 n. XLVI. Bullar. civit. Avinionen. p. 80.

— — | — | (7556) Archidiacono et Thesaurario B. M. de la Rotunda de Logroño ac S. Martini de Alvelda oppidorum Calaguritan. dioec. ecclesiarum invicem unitarum ac Officiali Calaguritan. mandat, ut Johannem Rodriguez al. Valleoleti cler. Calaguritan., baccal. in decr. et Pauli de Castello lit. ap. de majori praesidentia abbreviatoris familiarem, si relata vera sint, ad perceptionem fructuum superexcrescentium in par. eccl. S. Jacobi de Logroño et aliarum eccl. illi forsan unitarum admittant. „Literarum scientia“ L. 1060 f. 149.

— — | — | (7557—7558) Nicolao episc. Curzulen. et Stagnen., praelato suo domestico, qui liti et causae super canonicatu et praeb. eccl. Paduan. cessit, medietatem fruct. eorund. canonic. et praeb., de quibus Johanni Francisco Valerio cler. Venetiar. providetur, cum jure accedendi ad eos reservat. „Personam tuam“. Executores deputat. „Hodie cum venerabilis frater“ Arch. Lat. tom. 26 f. 110 seq.

— — | — | (7559) Evangelistae de Laude scutifero suo confert ecclesias par. invicem unitas SS. Stephani et Johannis Casalis Majoris Cremonen. dioec. cessione Hieronymi de Fabagrossis vac. G. F. (Castilion. | Grat. de mand. S. D. Suno. Baena | Chemin. Coll. H. de Ces.) L. 1016 f. 161.

— — | — | (7560) Martinus V. statuerat, ut lites et controversiae inter fratres et subditos Hospit. S. Joh. Hierosol., omnis appellationis remoto obstaculo (praeterquam in defectum denegatae justitiae vel illati contra statuta dicti Hospit. gravaminis), per Mag. dicti Hospit. et conventum seu per illos ex fratribus, quibus Magister et conventus eas committeret, usque ad tertiam sententiam definit. incl. audirentur et deciderentur, ac ordinaverat, ut Priores, Praeceptores, Balivi, Castellani et fratres Hospitalis praefati, si coram alio (dictis casibus exceptis) eorum aliquem in causam traherent et ad alium appellarent, causas hujusmodi perderent et excommun. sententiam incurrerent; Sixtus IV. omnes dispositiones de Praeceptoriis *Cameris magistralibus* nuncup. juribus Magistratus dicti Hospit. derogantes annullavit poenas pro earund. Praeceptoriarum detentoribus statuens. Innocentius VIII. S. Sepulchri Dominici Hierosol. O. S. A. et Militiae S. Lazari in Bethlehem et Nazareth etiam Hierosol. Ordines eorumque Prioratus, Praeceptorias et membra etc. suppressit et dicto Hospitali univit. Pariter Julius II. in favorem dicti Hospit. super ejusd. Prioratibus, Balivatibus etc. Constitutionem edidit et literas Martini V. innovavit et privilegia eidem Hospit. concessa confirmavit. Pro parte Fabritii de Carreto Mag. Hospit. et conventus praedict. omnia

1514.

privilegia et indulta eidem Hospit. per Rom. Pont. concessa approbat et innovat aliaque in favorem ejusd. Hospit. statuit. A. P. R. M. „Dum continuos labores et indefessa dil. filiorum Magistri Hospitalis S. Joh. Hieros. et conventus Rhodi“ (P. de Cesis | Suno | Valtrini. Coll. Attav.) L. 1012 f. 213.

27. Mart. (VI. Kal. April.) Romae apud S. Petrum — (7561—7562) Francisco Caroli de Baroncellis laico Florentino. Cum in Comitatu Venaissino Carpentorat. dioec. sit quoddam territorium de Lavono nuncupatum, quod, licet alias unum Castrum cum distincto territorio fuerit et illud obtinens seu regens omnimodam jurisdictionem habuerit, ad praesens totaliter dirutum et fere nemorosum, incultum et inhabitatum existit, ita ut Camera ap. nonnullos tantum fructus ex pascuis percipiat et timendum sit, ne ab aliis dictum territorium occupetur seu in dies deterioretur, illud praefato Francisco ejusque filiis et illis deficientibus certis consanguineis ejusd. Francisci in nobile et antiquum feudum tradit; vult autem, ut in manibus Raphaelis episc. Ostien. fidelitatis juramentum praestet, antequam dicti territorii possessionem capiat, et tam ipse quam ejus successores annis singulis in recognitionem dominii directi in festo BB. Ap. Petri et Pauli Camerae dicti Comitatus seu ejus thesaurario vitulum tradant et in constructione aedificiorum et aliis melioramentis infra 5 annos ad minus 300 duc. exponant. Eidem Francisco Caroli et successoribus licentiam concedit in dicto territorio ecclesiam, quam in eccl. parochialem erigit, construendi et dotandi et jus patronatus ac praesentandi ad eam eccl. personam idoneam concedit. „Magnae tuae devotionis affectus.“ Executores deputat archiepisc. Avinionen. et Officiales Cavallicen. et Carpentoraten. „Hodie emanarunt a Nobis“ (Melfit. | Grat. de mand. S. D. Balbus | Cotini. Coll. H. de Cesis) L. 1074 f. 210; f. 213, b.

— — — (7563) Franciscum Caroli de Baroncellis laicum Florentin. incolam civitatis Avinionen., qui lapidem magnum smaragdum nuncupatum pro pretio 2500 duc. auri in auro d. C. Pontifici vendiderat, et cui territorium quoddam de Lavono nuncupatum in territorio Venayssin. Carpentoraten. dioec. pro summa 1500 duc. concessit, creditorem in Cam. ap. fieri vult pro residuo 1000 duc., de quibus ipsi Francisco per thesaurarium Comitatus Venaissin. satisfieri debet. „Cum dil. filius Franciscus“ (Coll. S. de Spoleto) Div. Cam. tom. 63 f. 216.

— — — (7564—7565) Gundisalvo Montegro cler. Columbrien. dioec. par. ecclesiam *Prioratum* nuncup. S. Silvestri oppidi de Lonsaa dictae dioec. resignanti omnes fructus dictae eccl., quae Mag. Petro de Ben cler. Compostellan. scriptori confertur, cum jure regrediendi ad eam reservat. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ Arch. Lat. vol. K f. 167; f. 167, b.

— — — (7566) Bartholomaeo Coppis acolytho suo, Mag. Melchioris de Campania Cam. ap. notarii familiari, confert canonicatum et archidiaconatum de Grayaco eccl. Bisuntin. obitu Joh. Clavis vac. „Vitae ac morum“ (Genusaltus | Grat. de mand. S. D. Draco. Colardi | Vega. Coll. S. de Spol.) L. 1052 f. 130.

— — — (7567) Franciscum Bane cler. Tornacen. dioec. Livini Nilis canonici eccl. B. Mariae Antwerpien. Cameracen. dioec. senio confecti coadjutorem cum jure successionis deputat. „Circumspecta Sedis Apostolicae“ (P. Cesis | Suno. Baena | A. de Castillo. Coll. H. de Cesis) L. 1014 f. 45, b.

— — — (7568) Jacobo Castignollis cancellario eccl. Rothomagen. concedit, ut monachos et religiosos monasterii de Mortuomari Cisterc. Ord. Rothomagen. dioec., quod idem Jacobus in commendam obtinet, visitare, corrigere et punire valeat in omnibus perinde ac si dicto monasterio ut abbas praeesset. „Vitae ac morum“ (P. Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. vol. K f. 333, b.

— — — (7569) Episcopo Cavallicen. et decano eccl. S. Mauritii Maguntin. et Officiali Maguntin. mandat, ut Simoni de Taxis canonico eccl. S. Donatiani Brugen. Tornacen. dioec., Caroli Principis Hispan. secretario, Scholastriam eccl. S. Petri Fritzlarien. Maguntin. dioec. obitu Hermani Hancart vac. conferant. „Vitae ac morum“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 204.

— — — (7570) Iisdem mandat, ut praefato Simoni canonicatum et praeb. ejusd. eccl. S. Petri simili modo vacantes conferant. Init. et script. ut supra. L. c. f. 205, b.

— — — (7571) Johanni episc. Oscen. et Jacen., Ferdinandi Aragonum Regis nepoti, concedit licentiam fructus mensarum episc. dictarum eccl. perpetuo unitarum ad triennium arrendandi, ut a debitis liberetur. „Exigentibus meritis“ Arch. Lat. tom. 29 f. 103.

— — — (7572) Johanni de Sanzay canonico Abrincen., baccal. in decr., indultum circa beneficia concedit. „Nobilitas generis“ L. 1205 f. f. 265.

— — — (7573) Jacobo Armio civi Bononien., quaestori militum, mandat, ut ea stipe tantummodo excepta, quam Ramazoto curari jusserat, reliquam stipem omnem convertat ad usus alimentaque militum Vitellii praefecti, qui ad istius oppidi tutelam proficiscitur. „Cum equitatus is“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 150. Ed. Bemb. L. VIII ep. 4 p. 60.

1514.

27. Mart. (VI. Kal. April.)	Romae apud S. Petrum	(7574—7575) Michaeli de la Boissier (al. Buissier) presb., canonico eccl. B. Mariae Anthonien. Cameracen. dioec. et Mag. in artibus, decanatum dictae eccl. obitu Gossini Bondisflart vacantem confert. „Literarum scientia“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. O. Cesis | Campania) Arch. Lat. tom. 32 f. 34; f. 35.
— —	—	(7576) Johanni Francisco Poggio cler. Florentin. lit. ap. sollicit. et fam. suo pensionem assignat super fruct. par. eccl. de Marters oppidi de Breda Leodien. dioec. per Nicol. de Bodoche solvendam. G. D. et F. L. 1012 f. 93.
— —	—	(7577) Eidem regressum ad canonicatum et praeb. eccl. S. Theobaldi Meten. concedit. G. D. L. 1170 f. 13, b.
— —	—	(7578) Bartholomaeo Truallo cler. Paduan., decr. doctori et Sixti tit. S. Petri ad Vincula presb. Card. S. R. E. Vicecanc. familiari, indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ L. 1019 f. 162.
— —	—	(7579) Lupo de Vergara cler. Calaguritan. indultum circa beneficia concedit constitutionibus Calaguritan. derogans. G. F. L. 1048 f. 288.
— —	—	(7580) Thomae Vastiani de Morone de Cortona Ord. Praed. professori, Mag. Silvii Passerini datarii et scriptoris consanguineo, concedit, ut quodcunque beneficium eccl. saeculare curatum recipere et omnibus sui Ord. privilegiis frui valeat. „Religionis zelus“ L. 1205 f. 397.
— —	—	(7581) Praeposito eccl. SS. Jacobi et Philippi de Tabia Albiganen. dioec. mandat, ut ecclesiam par. *Praeposituram* nuncupatam B. Mariae de Badaluco et Montealto Albiganen. dioec. resignatione Eduardi Curli vacantem Christophoro Curlo dicti Eduardi fratri germano conferat. „Dignum“ (Ph. de Agnellis | Campania) Arch. Lat. vol. F f. 288.
— —	—	(7582—7583) Stephano Danneville par. ecclesiam B. Petri de Mesnillo Vivenian Constantien. dioec. prov. Rothomagen. resignatione Johannis Danneville vacantem, cujus dictus Stephanus frater germanus existit, confert. „Nobilitas generis“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (G. de Prato. O. de Cesis | Nardin.) Arch. Lat. vol. H f. 133; f. 135.
— —	—	(7584) Praeposito eccl. S. Johannis Bapt. Castri Scepri Mediolanen. dioec. mandat, ut canonicatum et praeb. eccl. S. Stephani de Aplano Mediolanen. dioec. resignatione Julini de Sozago vacantes Johanni Philippo de Vicecomitibus cler. Mediolanen., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. vol. H f. 145, b.
— —	—	(7585) Episcopo Cavallicen. et archipresb. eccl. S. Laurentii de Villa Cuman. dioec. et vicario gen. archiepisc. Mediolanen. pro parte Georgii de Garinominibus de Fontana rectoris par. eccl. SS. Michaelis et Stephani Vallis Bretae Mediolanen. dioec. mandat, ut eidem Georgio, si relata vera sint, licentiam concedant ecclesiam sub invocatione S. Marci juxta ultimam voluntatem Bartholomaei Fachini nuncup. de Regibus de la Breta laici Mediolanen., quam ejus haeredes adimplere neglexerunt, non in loco ab eodem Bartholomaeo assignato scil. in sorte de Ronchalia de la Breta, sed in alio loco illi vicino construendi necnon eam ecclesiam in perpetuum beneficium erigere, ei pro dote bona a testatore relicta applicare, jus patronatus familiae de Regibus de la Breta reservare et eandem ecclesiam sic erectam praefato Georgio conferre curent. „Ex injuncto Nobis desuper“ (A. de S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 90.
28. Mart. (V. Kal. April.)	—	(7586) Pro parte Syndici, Consulum et communitatis civit. Narbonen., qui exponebant, quod Guillelmus Brisonet pro archiep. Narbonen. se gerens seu ejus Offic. Consules et communitatem affligere cupiens, licet dicta civit. sit populosa et non conveniat, ut ejus habitatores et uxores tempore, quo ad divina audienda accedunt, domos et filios absque custodibus relinquant, mandavit, ut omnes et singulae utriusque sexus dictae civit. personae eorumque familiares et ancillae diebus dominicis et festivis in par. ecclesiis, quarum parochiani existerent, Missae majori et Vesperis, quae inibi decantarentur, sub poena excommunicationis lat. sent. interessent, et istas literas in par. ejusd. civit. ecclesiis publicari fecit et, cum Syndicus debita cum instantia postulasset, ut istud mandatum revocaretur, vel saltem ii ad cancellam absolverentur, qui illud transgressi fuissent, id facere recusavit et per alias literas ordinavit, ut in quodam loco dictae civit., in quo nonnullae domus erant destructae, certae aliae domus construerentur, ac nonnullas cedulas excommun. sent. continentes, cum Syndicus se opposuisset, affligi fecit et alia gravamina Syndico, Consulibus et communitati intulit, abbati monasterii S. Thiberii Agathen. dioec. mandat, ut vocatis vocandis, quod justum fuerit, decernat. „Humilibus“ (Ph. de Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 18 f. 180, b.
— —	—	(7587) Episc. Elnen. et Cavallicen. ac Officiali Compostellan. mandat, ut Gundisalvo de Salazar cler. Abulen. fam. suo canonicatum et praeb. ecclesiae B. Mariae de Campo oppidi de la Cruña Compostellan. dioec. conferant. G. D. et F. (Benzon | Grat. p. sollicit. Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 216.

1514.

28. Mart. (V. Kal. April.) Romae ap. S. Petrum — (7588) Georgio Vasquez da Costa cler. Compostellan. dioec. pensionem annuam assignat super fruct. par. eccl. S. Salvatoris de Poyopequeño dictae dioec. G. F. L. 1045 f. 197, b.

— (7589) Johanni Thomae Manganario cler. Salernitan. pensionem annuam assignat super fruct. capellaniae ad altare S. Joh. Bapt. situm in eccl. B. M. Annuntiatae Novae Salernitan. „Vitae ac morum". L. 1032 f. 94.

— — — (7590) Jacobo Dini canonico eccl. Ariminen. et vicario gen. episc. Ariminen. mandat, ut ecclesiam par. *plebem* nuncup. S. Johannis de Ceregolo Ariminen. dioec. Johanni Francisco Filomuso cler. Pisaurien. fam. suo conferant. G. D. et F. (Ph. de Senis | Grat. de mand. S. D. Chemin. Aloys. | Bertrandi. Coll. Narnia) L. 1035 f. 152.

— — — (7591—7592) Almarico Gaubert presb. Sagien. dioec. Prioratum S. Petri de Anthono O. S B. Carnoten. dioec. non conventualem et a monasterio S. Karileffi (Carilefi) dicti Ord. et Cenomanen. dioec. dependentem commendat. „Nobilitas generis". Executores deputat. „Hodie dil. filio" (P. de Castello. O. de Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 73, b; f. 75.

29. Mart. (IV. Kal. April.) — (7593) Guidonem abbatem monasterii de Rota O. S. A. Andegaven. dioec., in altero jurium baccal. et Annae Francorum Reginae olim consiliarium et eleemosynarium, ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis" (P. de Castello | Nardin.) Arch. Lat. tom. 12 f. 164.

— — — (7594—7599) Eundem ad Ludovici Francorum Regis instantiam ecclesiae Leonen. obitu Johannis episc. vacanti praeficit in episc. et pastorem. „Apostolatus officium". Quod nuntiat a) capitulo eccl. Leonen., b) ejus vasallis, c) populo et d) clero civit. et dioec. Leonen. „Hodie ecclesiae" e) archiepisc. Turonen. „Ad cumulum" (script. ut supra) L. c. f. 162 seqq.

— — — (7600) Eundem Guidonem Ludovico Francorum Regi commendat. „Hodie ecclesiae Leonen." (Armellin. | Suno | Casanova. Coll. Attav.) L. 1016 f. 278.

— — — (7601) Guidoni Electo Leonen. indulget, ut praedictum monasterium de Rota, cui praeest, et monasterium S. Jacobi de Montfort Maclovien. dioec. et Prioratum S. Joh. Evang. Andegaven. dicti Ord. licite retinere valeat. „Personam tuam" (script. iid.) Arch. Lat. tom. 12 f. 165.

— — — (7602) Fabritium de Capua cler. Neapolitan. fam. suum ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis" (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 307, b.

— — — (7603—7609) Eundem ecclesiae Idrontin. obitu Seraphini archiepisc. vac. praeficit in archiepisc. et pastorem [1]. „Apostolatus officium". Hoc nuntiat a) capitulo illius eccl., „Hodie ecclesiae vestrae", b) clero et c) populo civit. et dioec. Idrontin., d) vasallis dictae eccl., e) universis suffraganeis eccl. Idrontin. „Hodie ecclesiae Idrontin.", f) Ferdinando Siciliae Regi. „Gratiae divinae" (script. ut supra) L. c. f. 305 seqq.

— — — (7610) Fabritio Electo Idrontin. indultum quoad retinenda beneficia concedit. „Personam tuam" (script. iid.) L. c. f. 308.

— — — (7611—7612) Emundo Bertrandi canonicatum et praeb. eccl. B. Mariae de Belva Eduen. dioec. resignatione Johannis Bonifidelis vacantes confert. „Vitae ac morum". Executores deputat. „Hodie dil. filio" (A. de S. Severino. Copis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 49, b; f. 51, b.

— — — (7613) Eustachio Hodon Priori Prioratus S. Hilarii de Sermaziis O. S. A. Andegaven. dioec. Prioratum seu capellaniam de Aulis des Sales O. S. A. in capella B. Marci de Berceyo dicti Ordinis Cenomanen. dioec. a monasterio S. Johannis Evang. Melinen. Ord. et Cenomanen. dioec. praedict. dependentem et resignatione Oliverii Hodon vacantem commendat. „Religionis zelus" (Nasius | Suno. Baena | Collardi. Coll. Attav.) L. 1018 f. 55.

— — — (7614—7615) Guillelmo Bonifidelis confert canonicatum et praeb. eccl. Eduen. vacantes resignatione Johannis Bonifidelis ejusd. Guillelmi fratris germani. „Vitae ac morum". Executores deputat. „Hodie dil. filio" (Ph. de Agnellis. O. de Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 104; f. 105.

— — — (7616) Sixtum tit. S. Petri ad vinc. presb. Card. S. R. E. Vicecanc. gubernatorem oppidi Capranicae Sutrin. dioec. loco Marci tit. S. Mariae in Transtiberim presb. Card., qui gubernio hujusmodi cessit, constituit. „Dum eximiae tuae circumspectionis" (Colotius | Salvius. Coll. F. de Attav.) L. 1068 f. 201.

— — — (7617) Marco S. Mariae in Transtiberim presb. Card., quem Julius II. ad vitam gubernatorem in oppido Capranicae ejusque territorio constituerat, regressum concedit ad dictum officium. „Ad personam tuam" (Castilion. | L. de Bertin. | Salvius. Coll. Attav.) L. 1001 f. 212, b.

— — — (7618) Gilberto Aubertes confert ecclesiam par. S. Martini de Rugniaco Bituricen. dioec. ab Antonio Aubertes resignatam. L. 1016 f. 259.

[1] *Gams* p. 911, ubi Seraphinus archiepisc. non legitur.

1514.

29. Mart. (IV. Kal. April.) Romae apud S. Petrum — (7619) Margarethae Archiducissae Austriae, natae Maximiliani in Rom. Imper. Electi, gratias et privilegia olim per Julium PP. II. pro ipsa et aliis 50 personis ejus Curiam sequentibus concessa ampliat et extendit eique concedit, ut alias 50 personas, viro et uxore eorumque liberis pro una persona computatis, nominare possit, quae similibus privilegiis gaudeant. „Eximiae devotionis affectus“ (Sadolet. | Grat. de mand. S. D. Suno. Baena | Questenb. *Auscult. per me* Jac. Sadol.) L. 1198 f. 85, b.

— — — (7620) Vicario gen. episc. Mutinen. mandat, ut Thomae de Tassonibus cler. Mutinen. par. ecclesiam S. Vicentii resignatione Sigismundi Hieronymi de Tassonibus vac. ad certum tempus commendet et deinde conferat, si eum ad hoc idoneum esse repererit. „Apostolicae Sedis“ (Jul. Agrigent. | Suno | D. Andreae. Coll. Narnia) L. 1039 f. 131.

— — — (7621) Episcopis Cavallicen. et Asculan. ac vicario gen. episc. Mutinen. mandat, ut Thomae de Tassonibus clerico vel scholari Mutinen. capellaniam ad altare S. Nicolai situm in eccl. par. S. Viventii (Vicentii?) Mutinen. a praefato Sigismundo resignatam conferat, si clericali charactere insignitus fuerit et medietas patronorum assentiatur. „Vitae ac morum“. L. 1039 f. 132, b.

— — — (7622) Mag. Mercurio de Vipera causarum P. A. auditori mandat, ut Didaco Moreion cler. Salamantin. dioec., baccal. in decretis, monasterium S. Saturnini extra muros oppidi Medina del Campo Ord. Praemonstr. dictae dioec., si neutri litigantium jus competat, commendet. „Romani Pontificis“ (Lambert. | Grat. p. fam. script. | [Mag. Bernardini Gutterii] Barotius) Arch. Lat. tom. 32 f. 43, b.

30. Mart. (III. Kal. April.) — (7623) Bernardo de Ordas U. J. doctori, Mag. Johannis Ant. de Radicibus script. familiari, confert canonicatum et praeb. eccl. Legionen. a Philippo Urries resignatos. „Literarum scientia“ (Castilion. | Grat. p. fam. script. Suno. Baena | Verdes. Coll. Amerin.) L. 1027 t. 94; L. 1034 f. 262, b (script. iid.; pro Castilion. leg. Colot.).

— — — (7624) Philippo de Urries cler. Oscen. pensionem assignat super fruct. par. eccl. S. Thomae de Bazesar Legionen. dioec. et cujusd. beneficii per praefatum Bernardum de Ordas dictae par. eccl. rectorem solvendam. G. F. L. 1020 f. 175.

— — — (7625) Mag. Johanni Colardi cler. Remen. script. et fam. suo commendat Prioratum de Selmonte Tullen. dioec. a monasterio S. Benigni de Divione Lingonen. dioec. dependentem. G. D. et F. (Evang. | Grat. p. socio | Bernard. Coll. Donat.) L. 1023 f. 80.

— — — (7626—7627) Alvaro Carrillo de Albornoz canonico eccl. Abulen. permutationis causa quaedam beneficia Abulen. dioec. resignanti archidiaconatum de Olmedo in eccl. Abulen. a Francisco Sancii de Palanzuela ead. de causa resignatum confert. „Apostolicae Sedis“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (De Agnell. O. Cesis. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 292; f. 293, b.

— — — (7628) Episcopis Cavallicen. et Asculan. ac Officiali Treveren. mandat, ut Nicolao Heynszbergh de S. Vito cler. Leodien. dioec. par. ecclesiam S. Petri in Hilbrigen Treveren. dioec. obitu Ludovici Wolffach vac. conferant. (Lambert. | Grat. p. Deo. Nardin.) Arch. Lat. tom. 37 f. 45, b.

— — — (7629) In favorem Blasii Bolleti rectoris par. eccl. de Fravellis Parvis Tullen. dioec. dictae ecclesiae par. ecclesiam de Fococuria ejusd. dioec. unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (G. de Prato | Grat. p. fam. assist. [Phil. de Agnellis] Nardin.) Arch. Lat. vol. H f. 139.

— — — (7630) Pregentae de Courtarenel Prioratum monialium S. Sulpitii de Boulleyo Turonen. dioec. confert. „Religionis zelus“ (Evangel. | Balbus | Cheminart. Coll. H. de Cesis) L. 1024 f. 278.

— — — (7631) Georgio de Monteforti monacho Prioratus S. Johannis extra muros Gebennen. O. S. B. commendat eccl. par. S. Joh. Bapt. loci Floriaci Gebennen. dioec. „Religionis zelus“ (infra: Suno. Baena | Cotini. Coll. Attav.) L. 1010 f. 149.

— — — (7632) Mandat et Hieronymo episc. Asculan., Cam. ap. auditori, expresse committit, ut singulis mensibus 50 ducati Johanni de Manentis de Regio camerario suo, donec ipse in suis servitiis steterit, incipiendo a Kal. April. prox. solvantur. „Committimus vobis“ (add. ad marg.: *non mandetur executioni sine novo mandato*) Div. Cam. tom. 63 f. 239, b.

— — — (7633) Ferdinando Ponzetto committit, ut praefato Hieronymo episc. Asculan. mandatum de dictis 50 duc. eidem Johanni solvendis faciat. „Committimus vobis“. L. c. f. 239, b.

— — — (7634) Episcopis Aurelianen. et Engolismen. mandat, ut cum Francisco d'Orleans, Duce Valesii et Comite Engolismen., ac Claudia de Francia Aurelianen. dioec. matrimonialiter copulari desiderantibus super impedimento consanguinitatis dispensent. „Oblatae Nobis“ (Sadolet. | V. de Comitibus. *Auscultata per me* Jac. Sadolet.) L. 1198 f. 73.

— — — (7635) Henrico Angliae Regi nob. virum Gundisalvum Pinto laicum Lamacen. dioec. commendat, qui eleemosynas collecturus in Angliam ibit; dicti enim Gundisalvi pater, Lancerotus Pinto, in expugnatione oppidi de Arzilla nuncup. Fecen. dioec. in partibus Africae et quam plurimi alii christiani milites ab infidelibus interfecti sunt;

1514.

cum postea dictum oppidum a Christianis recuperatum esset, infideles patruum, matrem, uxorem, filios, fratres et alios quinque consobrinos ejusd. Gundisalvi in captivitatem abduxerunt et pro eorum redemptione cum quibusd. mercatoribus christianis in illis partibus commercium habentibus de summa 3000 duc. convenerunt. Fidelibus eidem Gundisalvo in subsidium hujusmodi eleemosynas elargientibus indulgentias concedit. „Cum dil. filius“. *Rymer*, Foedera tom. XIII p. 400.

31. Mart. (prid. Kal. April.) Romae apud S. Petrum (7636) Francisco tit. S. Balbinae presb. Card., qui in oppido de Alcala de Henares, quod ad mensam archiep. eccl. Toletan., cui Franciscus Cardin. praeest, pleno jure pertinet, monasterium sororum sub invocat. S. Johannis de la Penitencia III. Ord. S. Francisci de poenitentia nuncup. pro usu et habitatione unius gubernatricis Matris nuncupatae et aliarum honestarum mulierum ibi sub regularibus institutis dicti Ord. Deo famulari volentium perpetuo erexit et apud illud unam domum, in qua pauperes virgines usque ad certum numerum reciperentur et pie educarentur et, quae in saeculo remanere vellent, matrimonio collocarentur, construi fecit ipsisque monasterio et domui pro sororum et virginum sustentatione et pro dotibus virginibus nupturis assignandis certa bona seu annuos redditus concessit, qui insuper considerans, quam grati Deo et accepti fructus ex institutione hujusmodi obveniant, in civitate Toletan. inter ceteras Hispaniae urbes imprimis insigni unum aliud monasterium sororum sub ead. invocat. et ejusd. Ord. ac apud illud unam domum, in qua 200 pauperes virgines ad certum tempus educentur et deinde, quae monasterium ingredi velint, in illo admittantur, reliquae in saeculo remanere volentes matrimonio collocentur et interim sub cura et obedientia p. t. existentis Matris seu Ministrae monasterii erigendi degant, construi facere desiderat et bona stabilia seu annuos redditus perpetuos, quorum fructus ad 1500 duc. auri annuatim ascendant, de bonis a Deo sibi collatis monasterio et domui praedictis donare intendit, — in dicta civitate et in loco ab ipso eligendo monasterium, ut praemittitur, erigendi et domum hujusmodi construi faciendi et bona assignanda perpetuo eis applicandi, statuta pro iisdem monasterio et domo condendi et edita corrigendi, contravenientes puniendi et alia in praemissis opportuna faciendi necnon unum vel plura beneficia in civit. et dioec. praedictis consistentia et primo vacatura, quorum fructus oneribus deductis 200 duc. auri non excedant, eidem monasterio perpetuo uniendi et incorporandi plenam et liberam concedit licentiam ac facultatem. „Intenta piis semper operibus tuae Circumspectionis studia“ (Benzon | Campania) Arch. Lat. tom. 33 f. 219, b.

— — — (7637—7638) Pro parte nobilis viri Eneci de Valasco Ducis de Frias, qui exponit, quod monasterium S. Clarae oppidi Medina de Punar Burgen. dioec. Ord ejusd. S. Clarae per dicti Eneci majores opere magnifico et sumptuoso constructum ex insignioribus illarum partium monasteriis existat et ibi moniales in numero copioso resideant, sed nihilominus saepe contingat, ut moniales praetextu certae consuetudinis seu verius corruptelae, quae in eodem monast. inolevit, etiam professae, pro illarum libito voluntatis et sine superioris licentia monasterium exire, cum saecularibus personis vel in aliis monasteriis commorari et completis postmodum earum desideriis ad illud redire consueverint, ex quo fama monialium violetur, religio contemnatur et bona monasterii aliquando alienentur, statuit, ut nulla ex monialibus dictum monasterium exire et, quae exierint, etiam illae, quae de praesenti extra monasterium existant, ad illud non redire possint nisi de expresso abbatissae consensu, et istae, quae exierint, correctioni ejusd. abbatissae se subjiciant. A. P. R. M. „Suscepti cura regiminis“. Executores constituit decanum eccl. Burgen. et abbatem saecularis et colleg. eccl. SS. Cosmae et Damiani in Caveisrubeis Burgen. dioec. et Didacum Hudobro canon. eccl. Burgen. „Hodie a Nobis emanarunt“ (Lambert. O. Cesis | P. de Senis) Arch. Lat. tom. 26 f. 322; f. 323.

— — — (7639) Pro parte Maximiliani in Imper. Electi, qui exponit, quod Fridericus III. ejus pater Baronibus de Walsee, dominis temporalibus Castri et arcis de Gannabitz Aquilegien. dioec., successerit in dictis Castro et arce et per consequens etiam in jure patronatus et praesentandi ad par. eccl. S. Georgii in Gannabitz dictis Baronibus ratione Castri et arcis hujusmodi competente necnon simile jus patron. et praesentandi ad par. eccl. B. Mariae de Anderseyl ejusd. dioec. ad Archiduces Austriae ratione dominii temporalis arcis seu Castri Vinckenstain per eos obtenti spectans habuerit, quod autem iidem Fridericus et Maximilianus ob eorum a dictis locis absentiam tempore vacationis istarum eccl. ad eas minime praesentaverint, eundem Maximilianum ejusque in dictis Castris haeredes in pristinum statum restituit ac redintegrat iisque dictum jus de novo perpetuo concedit. A. P. R. M. „Dum ad praeclaram“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 286.

— — — (7640—7641) Pro parte Primicerii et doctorum Universit. Stud. gen. Avinionen. decretum Julii PP. II tunc in minoribus constituti et officio Legationis fungentis, qui ordina-

1514.

verat, ut collegiati collegiorum dictae civit. in ingressu loci collegialis dictorum collegiorum promitterent et in forma Camerae se obligarent de non recipiendo alibi gradum quam in dicta Univers., ut rector collegiorum eandem promissionem sub poena privationis dicti loci collegialis reciperet, ut doctores in ead. Universit. graduati alios doctores alibi graduatos, licet antiquiores in gradu, in dicta civit. moram trahentes praecedere deberent, approbat et confirmat. A. P. R. M. „His quae pro commodo.“ Executionem committit archiepisc. Avinionen. et decano S. Petri et Praeposito S. Desiderii Avinion. ecclesiarum. „Hodie a Nocis emanarunt“ (A. de S. Severino. Ph. de Agnellis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 28 f. 62; f. 62, b. *Laval,* Capitulaire de l'Univers. d'Avignon n. XLV p. 215. Bullar. civit. Avinionen. p. 75.

31. Mart. (prid. Kal. April.) Romae apud S. Petrum (7642) Iis, qui ecclesiam paroch. *plebem* nuncup. loci de Chapannoli Lucan. dioec., ad quam Mag. Bernardus Catemanus ejus rector, J. U. doctor et in Bullaria apost. lector et taxator, singularem gerit devotionis affectum, visitaverint, indulgentias concedit. „De salute gregis“ (Carrot. | Campania) Arch. Lat. tom. 28 f. 268.

— — — (7643) Officiali Bracharen. mandat, ut Amato de Saa cler. Bracharen. dioec., si eum ad hoc idoneum esse repererit, par. ecclesiam S. Christophori loci de Nogueyra Doirano Portugalen. dioec. de jure patronatus Comitis de Marialva existentem conferat, priore collatione viribus non subsistente. „Dignum“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 35 f. 249.

— — — (7644) In favorem ejusd. Amati de Saa unam ex tribus portionibus par. ecclesiae S. Michaelis loci de Fleyo Bracharen. dioec. unit et incorporat par. ecclesiae S. Christophori praedictae, si hanc obtinuerit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Benzon | Nardin.) L. c. f. 147.

— — — (7645) Antonio rectori par. eccl. S. Martini loci de Ruzano et Bernardino clerico ac Jacobino et Bonomello de Bonomellis laicis de Serignano et Scurano Parmen. dioec. jus patronatus et praesentandi personam idoneam ad dictam eccl. S. Martini concedit, si fructus ejusd. eccl., qui 8 duc. non excedunt, ad alios 8 duc., ut intendunt, auxerint. „Sincerae devotionis“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 210.

— — — (7646) Episc. Cavallicen. et Priori monasterii B. Mariae de Mercede oppidi Vallisoleti Palentin. dioec. et Offic. Astoricen. pro parte confraternitatis in heremitorio S. Juliani oppidi de Valentia Oveten. dioec. institutae mandat, ut dictum heremitorium absque expresso omnium confratrum hujusmodi consensu in titulum perpetui beneficii erigi non posse, sed per eosd. confratres regi debere et omnes dispositiones de dicto heremitorio absque consensu confratrum factas nullius esse roboris decernant et confratribus praefatis efficaciter assistant, si relata vera esse cognoverint. „Piis fidelium votis“ (Ph. de Agnellis | Barotius) Arch. Lat. tom. 52 f. 11.

— — — (7647) Benedicto Manchacon cler. Corduben., decr. doctori et parafrenario suo, indultum circa beneficia concedit. G. F. L. 1206 f. 189, b.

— — — (7648) Eidem privilegia et indulgentias concedit. G. F. L. c. f. 193.

— — — (7649—7650) Gabrieli de la Gambertiere rectori par. ecclesiae B. Mariae de Limosineria Lucionen. dioec. Prioratum non conventualem S. Leodegarii de Vico O. S. Aug. Pictaven. dioec. a monasterio S. Crucis de Anglia Ord. et Pictaven. dioec. praedict. dependentem commendat. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambertus. O. Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 33 f. 206; f. 208, b.

— — — (7651) Johannem Bingel canon. eccl. S. Stephani oppidi Wissenburgen. Spir. dioec. in suum et S. Sedis acolythum capellanum recipit. „Virtutibus clarens“ (A. de S. Severino | Campania) Arch. Lat. tom. 18 f. 17. Arch. Vat. L. 1034 f. 99 (infra: Chemin. Delius | Cotini. Coll. Narnia).

— — — (7652—7653) Bernardo Sculteti decr. doct. et acolytho capellano suo confert Praeposituram S. Sebastiani et Thesaurariam *capellae* nuncup. B. Mariae et S. Gengulphi sub aula archiepiscopali Magdeburgen. ecclesiarum, quae inibi resp. dignitates principales existunt et obitu Theodorici Clitzingk vacant. G. D. et F. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (P. Lambert. O. de Cesis | Grat. p. notar. Pal. Nardin.) Arch. Lat. vol. K. f. 134; f. 137.

— — — (7654) Petro Buxi U. J. doctori confert Praeposituram eccl. Tholosan. „Literarum scientia“ (A. Castilion. | E. Balbus. Baena. | A. de Castillo. Coll. Narnia) L. 1002 f. 51, b.

— — — (7655—7656) Prigentio Isore monacho monast. S. Dionysii O. S. B. Parisien. dioec. Prioratum S. Aniani O. S. A. Bituricen. dioec. commendat. „Vitae ac morum“. Executionem committit abbati mon. S. Cypriani extra muros Pictaven. et Leoni Poytemii canonico Pictaven. ac Officiali Pictaven. „Hodie dil. filio“ (Armellin. | Suno. Baena | Cyprian. Coll. Bucan.) L. 1004 f. 91; f. 93.

— — — (7657) Cavallicen. et Alexandrin. episcopis ac Officiali Tridentin. mandat, ut Johanni de Thisis cler. Tridentin. dioec. fam. suo ecclesiam par. B. M. de Ambulo Vallis

1514.

		Ananiae dictae dioec. conferre curent. G. F. (Armellin. | Grat. de mand. S. D. Draco. Colardi. | Bernard. Coll. Attav.) L. 1020 f. 13, b.
31. Mart. (prid. Kal. April.)	Romae apud S. Petrum	(7658) Petro de Ruffo cler. Montisalbanen. par. ecclesiam S. Johannis Evang. loci Villemuri Montisalbanen. dioec. cessione Mathurini Pauleti monachi O. S. B. vacantem ad certum tempus commendat et deinde confert. „Laudabilia“ (P. Cesis | Suno. Baena | De S. Joh. Coll. Attav.) L. 1018 f. 159.
— —	—	(7659) Praeposito et Gaspari de Barignanis canon. eccl. Pisaurien. et vicar. gen. episc. Pisaurien. mandat, ut Julio de Narnia cler. Rom. archivii Rom. Cur. scriptori et fam. suo S. Andreae de Florenzola et S. Apollinaris de Castromedio par. ecclesias Pisaurien. dioec., quas Octavianus Brictonius indebite detinet, si vocatis vocandis eas vacare repererint, cum eccl. S. Christophori de Castromedio, quae praedictae eccl. S. Apollinaris est annexa, conferre curent. G. F. (Gratiadei | Suno | F. de Vega. Coll. Amerin.) L. 1036 f. 276, b—277, b; contin. f. 284.
— —	—	(7660) Johanni Sanzini presb. Montisalban. dioec. Camerariam et locum ac monachalem portionem eccl. Montisalban. O. S. B. ad 6 menses commendat, et deinde, si ipsum habitum suscipere et professionem emittere contigerit, confert. „Apostolicae Sedis“ (Castilion. | Balbus. Baena | Valleoleti. Coll. H. de Cesis) L. 1005 f. 276.
— —	—	(7661) Antonio de Corcellis decr. doct. confert Cancellariam ecclesiae Tholosan., quae a Julio II. de Ord. S. Aug. ad statum saecularem reducta est, Petro Buxi resignante. „Literarum scientia“ (Castilion. | Balbus. Baena | A. de Castillo. Coll. Narnia) L. 1002 f. 99.
— —	—	(7662) Mag. Johanni de Michaele decret. doct. et notario suo confert Prioratum saecularem de Parisoto Ruthenen. dioec. resignatione Petri Raymundi Electi sive episc. Electen. vac. G. D. (Armellin. | Suno. Baena | Valleoleti. Coll. H. de Ces.) L. 1005 f. 204.
— —	—	(7663) Dominico de Maloleone par. ecclesiam loci de Osonio Tarvien. dioec. a Johanne de Osino permutat. causa resignatam confert. „Apostolicae Sedis“ (Armellin. | Chemin. | Casanova. Coll. H. de Ces.) L. 1011 f. 38, b.
— —	—	(7664) Johanni de Reillant confert ecclesiam S. Columbae de Bosco Antissiodoren. dioec. „Vitae ac morum“ (J. B. Nasius | Suno. Baena | Cyprian. Coll. Bucan.) L. 1007 f. 166.
— —	—	(7665) Guidoni Electo Leonen. concedit, ut a quolibet cath. antistite munus consecrationis recipere valeat. „Cum Nos pridem“ (P. de Castello | Nardin.) Arch. Lat. tom. 12 f. 164, b.
— —	—	(7666) Martorianum Giberch presb. Gerunden. dioec. creat Apost. Sedis acolythum capellanum. „Virtutibus clarens“ (infra: Balbus. Baena | Tarin. Coll. H. de Cesis) L. 1211 f. 45, b.
— —	—	(7667—7669) Simili modo a) Bartholomaeum Bon, b) Michaelem Alra et c) Petrum Honrat presbyteros Gerunden. dioec. creat suos et Apost. Sedis acolythos capellanos. „Virtutibus clarens“ (script. ut supra) L. 1211 f. 45; f. 46, b; f. 47, b.
— —	—	(7670) Begoni de Roqualaura presb. Ruthenen. dioec. par. ecclesiam *Prioratum* nuncup. S. Marci de Roches S. Flori dioec. per canon. regul. Ord. S. Aug. monasterii Pipernaci dictae dioec. teneri solitam commendat. „Vitae ac morum“ (Colot. | Liazar. Ingenw. | Cyprian. Coll. Bucan.) L. 1046 f. 120.
— —	—	(7671) Mag. Lombardino de Burgo cler. Cremonen., notario suo, pensionem assignat super fruct. eccl. SS. Gervasii et Protasii de Senexo Mediolanen. dioec. G. D. et F. L. 1032 f. 115.
— —	—	(7672) Primicerio eccl. Mediolanen. mandat, ut par. ecclesiam de Bavio Novarien. dioec. a Bernardo de Albaxino resignatam Baptistae etiam de Albaxino conferat. „Dignum“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 236, b.
— —	—	(7673) Decurionibus et magistratui municipii Asculani mandat, ut et ipsi arma capiant et propinquos clientesque celerrime armari jubeant ad defendendam et muniendam civitatem, ne exules armata manu ingrediantur neve tumultus excitentur. „Quoniam intelleximus, Firmanos exules magna armatorum hominum coacta manu oppidum Firmanum vi ingressos esse, veriti vestros quoque exules exemplo illorum permotos atque percitos idem ausuros“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 150, b. Ed. Bembi L. VIII ep. 5 p. 60.
— —	—	(7674) Catharinae Ursini, cujus genitor Paulus de Ursinis dominus temporalis Gallesii et Corchiani morte praeventus intestatus decessit, cui nulla dos est constituta, 4 duc. auri d. C. singulis mensibus persolvi jubet, sicuti tribus ejusd. Catharinae fratribus de aliqua subventione jam est provisum. „Nuper intelligentes“ (Bembus) Div. Cam. tom. 63 f. 226, b.
— —	—	(7675) Thesaurario eccl. Palentin. et Offic. Palentin. mandat, ut Antonio de Bezerril al. de Torquemada cler. Palentin. dioec. fam. suo archipresbyteratum ruralem oppidi de Bezerril de Campos Palentin. dioec. et quoddam beneficium ejusd. dioec. conferant.

1514.

G. F. (Colot. | Grat. de mand. S. D. C. de Liazar. Enckenw. p. comp. | Madrigal. Coll. S. de Spol.) L. 1063 f. 47, b.

31. Mart. (prid. Kal. April.) Romae apud S. Petrum — (7676) Regi Francorum scribit, se cum Francisco d'Orleans Comite Engolismen. et Claudia de Francia ad matrimonium contrahendum super 3° ex uno et 4° affinitatis gradu ex altero latere libenter dispensare et literas dispensationis sub plumbo esse confectas; laudat Regis regni concordiae et securitati prospicientis in ea re consilium et prudentiam. „Postulatum est a Nobis“ (Sadolet.) Brev. tom. 2 n. 136; tom. 30 l. 2 p. 32.

— — — (7677) Alexandro de Roaxio rectori par. eccl. S. Saturnini de Francadorvilla Tholosan. dioec. pensionem super fruct. par. eccl. S. Stephani de Caragodanis dictae dioec. ab ipso dimissae assignat. „Vitae ac morum.“ L. 1015 f. 301.

— — — (7678—7679) Jacobo ex Comitibus Pulcinici confert par. eccl. S. Mariae de Cavezana Tarvisin. dioec. a Doymo ex Comitibus de Pulcinici resignatam. „Vitae ac morum.“ Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (A. de Alvarott. O. Cesis | Grat. de mand. S. D. Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 184, b; f. 186.

— — — (7680) Mag. Johanni de Michaele Priori Prioratus saecul. loci de Parisoto Ruthenen. dioec., decr. doctori et notario suo, qui pro implemento certae concordiae cessit omni juri ad eccl. Electen., super cujus regimine et administratione cum Petro Raymundi litigaverat, omnes fructus loci de Quilhano, membri mensae episc. Electen., et locum habitationis et omnia jura episcopo Electen. in dicto loco competentia cum aliis juribus reservat. G. D. (Armellin. | Suno. Baena | J. de Radicibus. Coll. H. de Cesis) L. 1005 f. 210.

— — — (7681—7682) Raymondo Rudelli, presb. canonicatum et praeb. eccl. Tholosan. resignatione Petri Buxi vac. confert. „Vitae ac morum.“ Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (O. de Cesis. Ph. de Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 161, b; f. 163.

— — — (7683—7684) Roderico Alphonso cler. Caesaraugustan., Mariae Portugalliae et Algarbiorum Reginae capellano, assignat pensionem ann. super fruct. par. eccl. S. Mariae de Castello oppidi de Torres Veteras Ulixbonen. dioec. „Vitae ac morum.“ Cavallicen. episcopo et Ulixbonen. et Portugallen. Officialibus executionem demandat. „Hodie dil. filio“. L. 1012 f. 242; f. 243.

— — — (7685) In favorem Guidonis de Carstropertio Prioris Prioratus saecularis S. Martini de Ledergiis Ruthenen. dioec. dicto Prioratui, quamdiu illum obtinuerit, Camerariam Prioratus S. Leontii de S. Leontio O. S. B. ejusd. dioec. unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 174.

— — — (7686) Lamberto Martini capellae suae cantori capellano canonicatum et praeb. ecclesiae B. Mariae Montisregalis Eduen. dioec. obitu Petri Fayelle vac. confert. G. F. (Evang. | Grat. de mand. S. D. C. de Liazar. | Bernard. Coll. S. de Spol.) L. 1065 f. 243, b.

— — — (7687) Pro parte Jacobi Bernardini de Ferrariis U. J. doct., script. arch. Rom. Cur. et fam. sui, qui a Joh. Francisco episc. Taurinen. in canonicum supranumerarium eccl. Taurinen. sub exspectatione praebendae inibi primo vacaturae est receptus, receptionem praedictam approbat et confirmat. G. D. et F. (Ponzett. | Grat. p. script. arch. Suno | Balbus. Coll. Cipell.) L. 1010 f. 102.

— — — (7688—7689) Hugoni de Ulmo rectori S. Romani de Popes et S. Petri Anciaci par. ecclesiarum invicem unitarum Lugdunen. dioec. dictas ecclesias a Claudio de Ulmo resignatas confert. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Benzon. A. de Alvarottis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 248, b; f. 250, b.

— — — (7690—7691) Petro Primelai rectori par. eccl. S. Thomae Castrinovi Ysarde Valentinen. dioec., notario suo, dictam eccl. resignatione Benedicti Grolea vacantem confert. G. D. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. G. de Prato | Nardin.) L. c. f. 118; f. 119.

— — — (7692) Bartholomaeo de Petrasancta causarum P. A. auditori mandat, ut canonicatum et praeb. ecclesiae S. Nazarii in Brolio Mediolanen. obitu Diomedis de Pado vac. Camillo de Pado cler. Mediolanen. surrogando conferat, si nemini sit jus quaesitum. „Vitae ac morum“ (Copis | Nardin.) L. c. f. 145, b.

— — — (7693) Petro Gineti canonico Gebennen. mandat, ut par. ecclesiam S. Mauritii Lausanen. dioec. a Mag. Joh. Ludovici Daulisperg notar. apost. resignatam Petro Castellani de Friburgo presb. Lausanen. dioec., si eum ad hoc idoneum esse repererit, conferat. „Dignum“ (A. de S. Severino | Campania) L. c. f. 241.

— — — (7694) Laurentio tit. SS. Quatuor Coron. presb. Card. jus regrediendi seu accedendi ad Cantoriam Capistelleni nuncup. eccl. Toletan. confirmat. „Ad personam tuam“. L. 1038 f. 14, b.

— — — (7695—7696) Juliano de Maraschis cler. Mantuan., qui in regestro bullarum ap. scriptor et cassarius existit, pensiones scil. duas per Gasparem de Ceretanis, cui de canonic.

1514.

et praeb. majoris et S. Pauli Tiburtin. ecclesiarum a dicto Juliano resignatis providetur, necnon unam per Antonium etiam de Ceretanis solvendas reservat. „Vitae ac morum". Episc. Militen. et Reatin. et Laurentium Crasso canon. Lateranen. executores constituit. „Hodie cum dil. filius". Arch. Lat. tom. 16 f. 246, b; f. 253.

31. Mart. (prid. Kal. April.) Romae apud S. Petrum — (7697) Pro parte Mag. Didaci de Valleoleti script. et fam. sui, qui exponit, quod alias quondam Bartholomaeus Sanches rector par. ecclesiae oppidi de Gavueña Placentin. dioec. inter alia ordinavit, ut in dicta eccl. una perpetua capellania pro uno capellano, qui inibi in divinis deserviret, erigeretur et pro dote certa bona assignarentur, dictam capellaniam erigit et de ea eidem Didaco providet. G. D. et F. (Carrot. | Verdes. Coll. S. de Spol.) L. 1025 f. 280, b.

— — — (7698) Johanni Sudre cler. Tholosan. indultum concedit circa beneficia, super defectu natalium cum eo dispensans. „Vitae ac morum". Arch. Lat. tom. 28 f. 98, b.

— — — (7699—7700) Antonio Agemari beneficium *praebendam de numero XXIV de communitate* nuncup. in eccl. Tholosan. a Philippo de Mansoleone al. Agemari resignatum confert. „Vitae ac morum". Executores deputat. „Hodie dil. filio". Arch. Lat. tom. 28 f. 77; f. 78, b.

— — — (7701—7702) Johanni Tremoleti cler. Magalonen. dioec. par. ecclesiam S. Albini de Vallibus supra Auram Bajocen. dioec. a Pontio Massori resignatam ad certum tempus commendat et deinde confert. „Laudabilia". Executores deputat. „Hodie dil. filio" (Lambert. G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 64; f. 65, b.

— — — (7703) Archidiacono et Garsiae del Rio ac Alphonso de Segobia canonicis eccl. Segobien. mandat, ut vocatis vocandis, si relata vera esse repererint, in heremitorio S. Spiritus prope et extra oppidum de Pedroza Segobien. dioec. capellaniam pro uno capellano inibi missas et divina officia celebraturo juxta voluntatem quorundam laicorum dicti oppidi, qui pro ead. capellania erigenda certa bona reliquerunt, erigant eamque sic erectam Mag. Alphonso de Verdesotto cler. Palentin., scriptori ap., conferant. „Ex apostolicae servitutis officio" (Lambert | Grat. p. socio. Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 111, b.

— — — (7704) Praeposito monasterii S. Trinitatis Mediolanen. et archidiacono Bobien. mandat, ut pactum inter Nicolaum de Tonsis rectorem par. eccl. S. Petri de Glassiate Mediodiolanen. dioec. et Gabrielem de Varisio al. de Prata laicum de locatione quarundam petiarum terrae ad dictam par. eccl. spectantium juxta Constitutionem Pauli II. examinent. „Iis, quae pro ecclesiarum" (Planca | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 99.

ANNO SECUNDO MENSE APRILI. 1514.

1514.

1. April. (Kal. Apr.) Romae apud S. Petrum — (7705) Episcopo Nivernen. et abbati monasterii S. Genovefae Parisien. ac in civit. Parisien. commoranti Nicolao Dorigny canonico eccl. Trecen. mandat, ut ad preces Aegidii Charondelli Prioris provincialis Ord. FF. Praedic. totius prov. regni Franciae, qui omnium dicti Ord. domorum tam virorum quam mulierum infra dictam provinciam superior existens et reformationi domorum et personarum religiosarum hujusmodi intendens exponit, quod Raymundus Gausin, Nicolaus Gonor, Martinus Curotii, Valentinus Levieti pro professoribus dicti Ord. se gerentes et nonnulli alii complices nihil aliud nisi in ipso Ordine zizanias seminare, charitatem et justitiam perturbare, divinum cultum in eisd. domibus confundere quaerentes et de sua malitia gloriantes ipsum Aegidium a laudabili proposito divertere ipsi et personis religiosis graves injurias inferre praesumunt praetextu quarundam literarum apost. et aliarum a Priore gener. totius Ord. subreptitie et obreptitie extortarum et forsan falso fabricatarum, vocatis vocandis, quod justum sit, decernant. „Exhibita siquidem" (Benzon | Campania) Arch. Lat. vol. H f. 143, b.

— — — (7706) Pro parte Hugonis Falliodi cler. Gebennen. dioec. fam. sui literas Julii II. (dat. 1508, V. Id. Sept. a. V), quibus mandaverat, ut eidem Hugoni par. ecclesia B. M. de Moustier in Valle Traversa Lausanen. dioec. conferretur[1], transscribi facit et transsumptum ejusd. roboris esse ac lit. orig. decernit. A. F. R. M. „Provisionis Nostrae". L. 1002 f. 193.

— — — (7707) Eustachio Petruccio scholari Senen. S. M. de Templo Parmen. et S. Joh. de Nuceto et de Burgeto Parmen. dioec. domorum Praeceptorias Hospit. S. Joh. Hierosol.,

[1] L. 977 f. 177.

1514.

quas Julianus Petri de Francia obtinet, reservat eas ipsi, quam primum vacaverint, commendans et deinde professione emissa conferens. (Evang. | Grat. de mand. S. D. Suno. Baena | Salvius. Coll. Attav.) L. 1016 f. 234.

1. April. (Kal. Apr.) Romae apud S. Petrum — (7708) Nicolaum Centurioni, qui in mari cepit nonnulla bona non parvi pretii ad Florentin. et Senen. nationis homines pertin., quae navi Anconitana sub vocabulo S. Cyriaci a Vincentio de Francisco illius nauclero gubernata convehebantur, hortatur, ut rem ita componat, ut isti homines, quantum fieri potest, indemnes ab ipso discedant et idem Nicolaus Pontificis intercesssionibus satisfecisse videatur. „Cum superioribus mensibus“ (Sadol.) Brev. t. 2 n. 139; t. 30 l. 2 p. 41.

— — — (7709) Cum Garsia episc. Laudicen. O. FF. Praed. dispensat, ut pensiones ann. usque ad summam 300 duc. auri d. C. super quibusvis fructibus eccl. assignandas unacum ecclesia Laudicen., ex qua nullos fructus percipit, et aliis beneficiis, quae obtinet et in posterum obtinebit, percipere valeat. „Personam tuam“ (L. Card. SS. Quatuor Coron.) Brev. tom. 2 n. 140; tom. 30 l. 2 p. 42.

— — — (7710) Archiepiscopo Tarentin., cui Julius PP. II. mandaverat, ut Ferdinando Fabritii de Columna domicelli Roman. nato de beneficiis in regno Neapolitan., quorum insimul fructus mille duc. auri d. C. non excederent, provideret, reservationem per praedecessorem factam et per ipsum Pontificem renovatam in quibusvis literis tales reservationes revocantibus minime comprehendi declarat. „Dudum fel. rec. Julii“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 141; tom. 30 l. 2 p. 44.

— — — (7711) Amedeo Vadot par. ecclesiam S. Martini de Sampigneyo Eduen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Evangel. | de Rizonib. Gerona. | J. de Gays. Coll. Donatus.) L. 1029 f. 65.

— — — (7712—7713) Wolfgango ex Baronibus de Hewen cler. Curien. pensionem sup. fruct. monasterii S. Blasii in Nigra Silva O. S. B. Constantien. dioec. prov. Maguntin. et beneficiorum eidem monasterio annexorum assignat. „Nobilitas generis“. Execut. deput. archidiac. Hasbaniae in eccl. Leodien. et Offic. Constantien. et Basileen. „Hodie dil. filio“ Arch. Lat. tom. 18 f. 197; f. 199.

— — — (7714) Silvestro de Passerinis canonico eccl. Cortonen. mandat, ut par. eccl. S. Angeli loci de Toro Aretin. dioec. Hieronymo Nicolai scholari Aretin., si clericali charactere insignitus fuerit, commendare et deinde, si idoneus sit, conferre curet. „Laudabilia“ (A. de S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 12, b.

— — — (7715) Eidem mandat, ut canonicatum et praeb. eccl. S. Juliani oppidi de Castilione Aretin. dioec. Lactantio Simonis Petri Pauli scholari Aretin. dioec., si clericali charactere insignitus fuerit, conferat. „Dignum“ (A. de S. Severino | Nardin.) L. c. f. 14.

— — — (7716) Magistrum Georgium de Mello abbatem monasterii de Alcobatia Cisterc. Ord. Ulixbonen. dioec. Ap. Sedis notarium creat eique facultates et privilegia concedit. „Pii Patris altissimi“ L. 1193 f. 166.

— — — (7717) Mag. Angelo Bucano notar. et fam. suo confert par. ecclesiam S. Mariae de Rocca di Papa Tusculan. dioec. de jurepatronatus laicorum videl. nobilis viri Fabricii Columnae existentem et resignatione Jordani de Sanctis vacantem, si ad hoc dicti Fabricii assensus accedat. G. D. et F. (Evangel. | Grat. de mand. S. D. Suno. | Cyprian. Coll. Bucanus) 1010 f. 18, b.

— — — (7718) Eidem quoddam beneficium Soran. dioec. a monasterio B. Mariae Casamaris Cist. Ord., quod in commendam obtinet, dependens confert. G. D. et F. L. 1010 f. 21, b.

— — — (7719) Guidoni Aulbineau cler. Andegaven. dioec. commendat Prioratum S. Eligii de Rallon alias de Raillonino O. S. B. Andegaven. dioec. a Georgio Belot presb. resignatum. „Laudabilia“ (Castilion. | Suno. Baena | Bernard. Coll. Attav.) L. 1004 f. 110.

— — — (7720) In favorem Bernardini et p. t. exist. episc. Sabinen. mensae episc. Sabinen. archipresbyteratum de Arevalo et eccles. par. de Servante ac quaedam beneficia Abulen., Zamoren. et Salamantin. dioec., quam primum cedente vel decedente Didaco de Valderanano vacaverint, perpetuo unit. A. P. R. M. „Ex debito pastoralis officii“ (Carrot. | Grat. de mand. S. D. L. de Bertinis. Gomiel | Madrigal. Coll. Attav.) L. 1033 f. 261.

— — — (7721) Fabricio Magno Rhodi Magistro commendat Julianum Rodulphum Capuae Priorem. „Amavimus omni tempore probum hominem“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 151. Ed. Bemb. L. VIII ep. 6 p. 60.

— — — (7722) Priori Galliae Cisalpinae Rhodi Promagistro misso exemplo prioris epistolae eundem Julianum commendat. „Exemplum literarum“ (Bemb.) Bibl. Vat. l. c. f. 151, b. Ed. Bemb. l. c. ep. 7.

— — — (7723) Cardinalium fratres et nepotes de cetero pro concessis ecclesiis metropolitanis, cathedralibus et monasteriis etiam consistorialibus et aliis beneficiis annatas Pontifici et Sacro Collegio dumtaxat debitas solvere non teneri decernit.. „Cum Nos erga fratres et nepotes venerabilium fratrum Nostrorum“ Div. Cam. tom. 63 f. 234.

1514.

1. April. (Kal. Apr.) Romae ap. S. Petrum — (7724) Cardinales liberos et exemptos esse a quocumque datio et gabella vini, salis etc. declarat. „Venerabiles fratres Nostros“ L. c. f. 234, b.

— — — (7725) Officiali Basileen. mandat, ut Praeposituram eccl. S. Petri Basileen. a Wolfgango Barone de Hewen resignatam Johanni Wentz canonico dictae eccl. conferat. „Dignum“ (Copis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 264.

— — — (7726) Fr. Aegidium Charondelli Ord. Praed. theol. profess. creat Inquisitorem regni Franciae. „Considerantes tuae Circumspectionis industriam.“ Bull. Ord. Praed. tom. IV p. 303.

2. April. (IV. Non. April.) — Dominica de Passione de tempore mutationis capparum disputatum fuit; Paris de Grassis retulit, mutationem hujusmodi ante Johannem XXIII. (XXII.) in festo Resurrect. fieri consuevisse, verum sub ipso Johanne ad Vesperas Vigiliae Ascensionis translatam, deinde per Urbanum V. ad Vigil. Pentecost. prorogatam fuisse. Papa autem omnibus perpensis decrevit, ut in posterum mutatio fieret in die Resurrectionis Domini (P. de Grassis f. 95, b).

— — — (7727) Episcopo Cavallicen. et Electo Lauden. ac vic. gen. episc. Cremonen. mandat, ut Servioni de Vicomercato cler. Placentin. dioec., lit. apost. sollicit. et familiari suo, ecclesiam par. S. Laurentii de Azano Cremonen. dioec. conferre curent. G. D. et F. (P. Senis | Grat. p. sollic. Chemin. Aloys. | V. Dulcis. Coll. S. de Spol.) L. 1027 f. 211.

— — — (7728) Marco Antonio de Gabutiis par. ecclesiam S. Andreae de Florenzola et ecclesias invicem unitas S. Christophori et S. Apollinaris de Castromedio Pisaurien. dioec. resignatione Octaviani Britoni et cessione Francisci episc. Tiburtin. vac. confert. G. F. (Castilion. | Balbus. Baena. | J. de Gais. Coll. Bucanus) L. 1054 f. 109, b.

— — — (7729) Averano de Gugnis canonico Florentin. mandat, ut Andreae Gregorii de Bizeriis cler. Florentin. dioec. par. ecclesiam de Barbiana dictae dioec. de jure patron. successorum quondam Antonii de Bizeriis laici existentem ad certum tempus, si patroni assentiantur, commendet et deinde, si idoneus sit, conferat: „Laudabilia“ (Bregeon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 67, b.

— — — (7730—7731) Marino de Benvolutis de Nursia presb., obsequiis Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. insistenti, plebaniam dignitatem principalem ecclesiae S. Mariae de Nursia Spoletan. dioec. obitu Octaviani de Tontis vac. confert. G. F. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. Bregeon | Grat. de mand. S. D. Barotius) Arch. Lat. tom. 26 f. 60; f. 61, b.

— — — (7732) Marchionem Montisferrati hortatur, ut Bernardino Cernola cler. Casalen., cui Pontifex nuper Praeposituram S. Candidi de Muniseyo O. S. B. Casalen. dioec. obitu Andreae de Cernola vac. contulit, pro libera et expedita dictae Praepositurae possessione capienda adesse velit. „Contulimus nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 142; tom. 30 l. 2 p. 49.

— — — (7733) Episcopo Parisiensi. Pro parte Francisci d'Orleans Ducis Valesii et Comitis Engolismen. ac Claudiae de Francia, qui in III. et IV. consanguinitatis gradu inter se conjuncti a Pont. dispensationem ad matrimonium contrahendum petierant affirmantes se jam per verba de futuro matrimonium contraxisse, Pontifex episcopis Aurelianen. et Engolismen. commisit, ut cum iis dispensarent. Cum vero iidem Franciscus et Claudia postea exposuerint, quod matrimonium fortasse non per verba de futuro, ut expressum fuit, sed per verba de praesenti, licet dicta Claudia in aetate legitima nubendi adhuc non esset, de facto contraxerint et praedicti episc. a Curia Regis fortasse longe absint, Pontifex episcopo Parisien. committit et mandat, ut stante absentia praefatorum episcoporum ad hujusmodi dispensationem cum dictis Francisco et Claudia procedat. „Dudum pro parte“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 143; tom. 30 l. 2 p. 50.

— — — (7734) Radulpho de Monte Rubiano doctori Perusin., qui in Universitate Stud. Perusin. per 35 annos vel circa in U. J. successive legit, jam ingravescente aetate in incurabilem infirmitatem medicorum judicio incidit, concedit, ut durante hujusmodi aegrotatione ad libitum legere et nihilominus salarium consuetum 30 duc. auri quolibet anno non excedens percipere valeat. „Cum ut nuper Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 144; tom. 30 l. 2 p. 52.

3. April. (III. Non. April.) — (7735) Vicariis episc. Aretin. et Pientin. (Pienza) mandat, ut Hieronymum de Lutis scholarem Senen. in liberam possessionem Praeceptoriarum S. Johannis de Petraficta et S. Apollinaris de Montebello Hospit. S. Joh. Hieros. Aretin. et Pientin. respective dioec. obitu Thomae de Placidis vacantium inducant. „Nuper dil. filio“ (Bemb.) Brev. tom. 2 n. 145; tom. 30 l. 2 p. 53.

— — — (7736) Paulo Johannis Petri de Macrato, Bandinelli tit. S. Sabinae presb. Card. familiari, confert Praeposituram eccl. S. Georgii Januen. cessione Mag. Antonii Coccii notarii apost. vac. „Vitae ac morum“ (Agrig. | Grat. de mand. S. D. Suno. Baena | Bernard. Coll. Donat.) L. 1033 f. 168.

1514.

3. April. (III. Non. April.) Romae apud S. Petrum

(7737) Gerardo Thouret Mag. in artibus confert par. ecclesiam S. Germani de Venarreyo Eduen. dioec. „Literarum scientia“ (Colot. | Grat. p. fam. assist. Suno. Baena | Valtrini. Coll. H. de Ces.) L. 1006 f. 274.

— — — (7738) Silverio Blancho cler. Cortonen., Mag. Silvii Passerini datarii familiari, fructus par. ecclesiae *plebaniae* nuncup. S. Joh. Evang. Cortonen. dioec. ab ipso resignatae reservat et regressum ad eam concedit. „Vitae ac morum“. L. 1026 f. 5.

— — — (7739) Gaufrido de Bernay canonico Carnoten., Licent. in legibus, indultum circa beneficia concedit. „Literarum scientia“. L. 1204 f. 102; L. 1199 f. 232, b.

— — — (7740) Asculan. et Casertan. episcopis ac Officiali Toletan. mandat, ut conferant Johanni Yañes cler. Toletan. dioec. beneficium in dicta dioec. „Vitae ac morum“. L. 1114 f. 7.

— — — (7741) Mag. Balthasari del Rio cler. Palentin., notario et fam. suo, assignat pensionem ex eccl. Giennen. G. D. et F. L. 1053 f. 209.

— — — (7742) Didaco Ortiz de Verduna cler. Calaguritan. dioec., Licent. in theol., pensionem super fruct. cujusdam portionis eccl. Caurien. et par. eccl. loci del Pozuelo Caurien. dioec. cum jure accedendi ad eas reservat. „Literarum scientia“. L. 1125 f. 195.

— — — (7743) Pro parte Prioris et communis civit. Assisii, qui exposuerunt, quod duo Castra et multa alia bona immobilia ad ipsos pleno jure spectantia indebite sint occupata, scil. Castrum Valfabricae per ducem Urbini, Castrum Podii per Priores et commune civit. Perusiae et alia bona per haeredem quondam Grifonis de Perusia et alias personas, Vicelegato Perusiae committit, ut dicta Castra et bona restitui curet, si ipsi constiterit, Priores civit. Assisii iis de facto absque legitima causa esse spoliatos. „Exponi Nobis fecerunt“ (Card. S. Vital. | Sadolet.) Brev. tom. 41 p. 103.

— — — (7744) Abbati monasterii de Cucujaes Portugallen. dioec. mandat, ut monasterio S. Christophori de Riotinto O. S. B. ejusd. dioec., cujus regimen et administrationem Agnes de Berges pro moniali dicti monasterii se gerens sine titulo detinet, si vocatis vocandis illud vacare cognoverit, Guiomar Borges monialem ejusd. monast. in abbatissam praeficiat, dummodo eam ad hoc idoneam esse repererit. „Inter sollicitudines varias“ (Evang. | Suno. Baena | Valleoleti. Coll. Attav.) L. 1007 f. 317.

— — — (7745) Indulgentias concedit Christifidelibus, qui aliquam ex metropolitan. vel cathedralibus eccl. regni Angliae visitaverint et manus adjutrices porrexerint ad restaurationem murorum et munitionem Castri de Norhan Dunelinen. dioec., quod causantibus bellis, quae anno praeterito inter Henricum Angliae Regem et nationem Scotorum viguerunt, dirutum et solo aequatum est. „Pastoralis officii“ (Sadol. | De Comitibus. *Auscult. per me* J. Sadolet.) L. 1198 f. 73, b.

— — — (7746) Johanni Paulo Ballioni domicello suo, cui Matthaeus tit. S. Angeli Card. Gurcen. per lit. d. d. 21. Mart. 1514 mandaverat, ut ad Comitatum Tyrolis in Alemannia se conferret, in virtute s. obedientiae ac sub rebellionis et lat. sent. excomm. poenis ipso facto incurrendis mandat, ut absque sua expressa licentia nec ad partes Alemanniae neque alio extra loca Sedi Ap. immediate subjecta se conferre praesumat, cum ejus persona, sicuti vivae vocis oraculo ipsi saepius significavit, pro certis arduis Rom. Eccl. negotiis summopere indigeat. „Accepimus nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 146; tom. 30 l. 2 p. 55.

— — — (7747) Capitulo ecclesiae Toletan. mandat, ut in possessione decanatus dictae eccl. obitu Petri de Ayala vac. Carolum de Mendoza canonicum Toletan. dioec. manutencant, donec lis inter ipsum et Raphaelem episc. Ostien. sit terminata. „Superioribus diebus“ (Sadolet.) Brev. tom. 2 n. 147; tom. 30 l. 2 p. 57.

— — — (7748) Francisco tit. S. Sabinae presb. Card., qui ecclesiae Toletan. praecst, mandat, ut eundem Carolum de Mendoza in possessione dicti decanatus defendat. „Superioribus diebus“ (Sadolet.) Brev. tom. 2 n. 148; tom. 30 l. 2 p. 59.

— — — (7749) Philippo de Senis et Johanni de Viterbio clericis Cam. apost. mandat, ut computa et rationes inter se et haeredes Johannis Francisci de Martellis Florentin, quorum debitor ratione pecuniarum sibi in minoribus constituto mutuatarum existit, revideant et, quod revisum et calculatum fuerit, sibi referant. „Cum simus debitores“. Div. Cam. tom. 63 f. 214.

— — — (7750) Johanni del Rio civi Panormitan., qui plures naves contra Turcas et Saracenos mare infestantes instruit, benedicit et licentiam concedit capiendi et retinendi res prohibitas ad infideles devectas ac ipsi et ceteris Christifidelibus, qui rite dispositi in eadem expeditione decedant, plenariam indulgentiam elargitur. „Exponi Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 550; tom. 30 l. 2 p. 810.

— — — (7751—7752) Frederico tit. S. Angeli diac. Card. rectoriam B. M. et S. Angeli et S. Leonis Castri Liprignani par. ecclesiarum Nepesin. dioec. resignatione Johannis Dafogia vac. confert. „Ad personam tuam“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Benzon. Bregeon | Grat. p. Card. Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 12; f. 14.

— — — (7753—7754) Antonio de Campo fam. suo confert par. ecclesiam loci de Fresno de la Ribera Zamoren. dioec. a Bernardino de Alcocer permutat. causa resignatam. „Apo-

1514.

stolicae Sedis". Executores deputat. „Hodie dil. filio" (De Agnellis. Lambert | Nardin.) Arch. Lat. vol. H f. 171, b; f. 173, b.

3. April. (III. Non. April.) Romae apud S. Petrum (7755—7756) Bernardino de Alcocer confert beneficium in par. eccl. loci de Arivalones Conchen. dioec. a praedicto Antonio resignatum; executores deputat. Init. ut supra. L. c. f. 174; f. 175.

4. April. (prid. Non. April.) — (7757) Prorogat sessionem IX. Concilii Later. ad diem 5. Mai. „Licet alias". Ed. *Hard.* Conc. tom. IX p. 1725.

— (7758) Decano et Cantori eccl. Civitaten. committit, ut Franciscum Martini cler. Ulixbonen. dioec., qui medicinae operam dando tantum profecit, ut baccal., Licent. et doctoratus gradibus dignus videatur, juramento prius, si quod de non suscipiendo gradus nisi in Univers., in qua studuit, praestiterit, relaxato et duobus vel tribus in eadem medicina graduatis assumptis ac rigoroso examine praemisso ad baccal., Licent. et doctoratus gradus auctoritate apost. promoveant eique insignia dictorum graduum concedant, si eum idoneum esse repererint. „Dignum et conveniens arbitramur" (Colotius | J. Cinthius) Brev. Lat. tom. 1 f. 33.

— — — (7759) Executorem nominat, qui Sanctio de Vera cler. Valentin. dioec. beneficium in par. eccl. B. M. loci del Campo Conchen. dioec. conferat. „Dignum arbitramur" Arch. Lat. vol. H f. 317, b.

— (7760) Christifidelibus ecclesiam monasterii S. Stephani Bononien. O. S. B. certis diebus visitantibus et manus adjutrices pro ea porrigentibus indulgentias elargitur. „Cum ecclesia monasterii (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 551; tom. 30 l. 2 p. 811.

— — — (7761) Prioribus et communi civitatis Assisii decretum per eos et eorum consilium proxime factum contra homicidas et omnia statuta et indulta per Sedem Apost. ejusque Legatos ipsis concessa, quatenus sint justa, approbat et confirmat; omnes ac singulos Christifideles illius civitatis ab omnibus censuris et poenis eccl., quas occasione discordiarum publicarum incurrerunt, exceptis casibus Bullae Coenae, absolvit, beneficia eccl., quorum fructus summam 15 duc. non excedunt, in civitate et dioec. Assisien. vacatura nonnisi clericis Assisien. conferenda esse statuit. „Paci et quieti" (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 342; tom. 30 l. 2 p. 425.

— — — (7762) Johanni Gillet rectori par. ecclesiae de Boimyeres Beluacen. dioec., Mag. in artibus, confert dictam ecclesiam, cum prior collatio viribus non subsistat. „Literarum scientia" (A. Colot. | Balbus. Colardi. | Cyprian. Coll. Attav.) L. 1013 f. 95, b.

— — — (7763) Martino Meslin rectori capellae *leprosariae* nuncup. S. Margarethae sitae infra limites parochiae par. eccl. S. Cyrini de Valle Rodolli Ebroicen. dioec. dictam capellam confert, dubio de praevia collatione exorto. „Vitae ac morum". L. 1013 f. 97.

— — — (7764) Mag. Bartholomaeo de Petrasancta capellano suo et caus. P. A. auditori mandat, ut Thomae Bernardi de Binis cler. Florentin. fam. suo capellaniam ad altare S. Lucae situm in par. eccl. S. Nicolai de Aglano Pistorien. dioec., si nemini sit jus quaesitum, surrogando conferat. G. F. L. 1016 f. 252.

— (7765) Eidem Bartholomaeo auditori mandat, ut praefatum Thomam surroget in omni jure, quod competebat Zenobio Johannis de Binis, qui cum Joh. Paulo Evangelista de Anguillara super par. eccl. *plebe* nuncup. S. Quirici de S. Quirico Pistorien. dioec. litigavit, dictamque eccl. ipsi conferat, si nemini sit jus quaesitum. G. F. (Gratiadei | Grat. de mand. S. D. Cheminart. Balbus | Casanova. Coll. Attav.) L. 1016 f. 255.

— — — (7766) Abbatibus S. Michaelis de Burgo et S. Michaelis Scalzorum monasteriorum Pisan. mandat, ut Mag. Andreae Cibo cler. Januen. canonicatum et praeb. eccl. Pisan. et hospitale de Vadosole in titulum perpet. beneficii dari solitum et certa beneficia civit. et dioec. Pisan. conferre et iisdem canonicatui ac praeb. septem par. ecclesias ejusd. dioec. unire curent, si nemini jus competere cognoverint. G. D. et F. (Colot. | Grat. p. abbreviat. Suno. Baena. | Valtrini. Coll. Attav.) L. 1017 f. 191.

— — — (7767) Nicolao Bruno fam. suo confert par. ecclesiam *plebem* nuncup. B. Mariae de Cendrolis Dariese Tarvisin. dioec., Petro Bembo eam resignante. G. F. (Sadol. | Grat. de mand. S. D. Cheminart. Aloys. | Verdes. Coll. Attav.) L. 1011 f. 272.

— — — (7768) Mag. Petro Bembo cler. Venetiarum, secretario suo domestico, regressum ad par. eccl. praedictam concedit. G. D. et F. L. 1039 f. 89.

— — — (7769) In favorem Jacobi de Germidellis archipresb. eccl. S. Stephani de Leno Cuman. dioec. canonicatum et praeb. eccl. Cuman. primo vacaturos dicto archipresbyteratui, cujus fructus tenues sunt, perpetuo unit. A. P. R. M. „Ex injuncto Nobis". Arch. Lat. vol. F f. 168, b.

— — — (7770) Leonardum Lauredanum Venetiarum Ducem monet, ut Marcum S. M. in via lata diac. Card. Cornelium, Sedis Apost. in prov. Patrimonii Legatum, seu ejus procuratorem in liberam possessionem ecclesiae Nimosien. in ditione Veneta consistentis et obitu Nicolai Dulcii vac. admittat. „Nuper ecclesiam" (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 149; tom. 30 l. 2 p. 62.

1514.

4. April. (prid. Non. April.) Romae ap. S. Petrum

(7771) Similiter pro eodem Cardinali capitulo dictae eccl. Nimosien. scribit. „Nuper de consilio“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 152; tom. 30 l. 2 p. 68.

(7772) Mag. Leonardo de Bertinis script. et fam. suo confert paroch. S. Salvatoris de Mazote et S. Jacobi de Villamor et S. Sebastiani extra muros de la Mota ecclesias Palentin. et Zamoren. dioec. G. D. (Castilion. | Bernard.) L. 1025 f. 117, b.

— — —

(7773) Cum Julius PP. II. Maximiliano Duci Mediolani concesserit decimas a clero exigendas, dummodo media pars earum Pontifici et Ap. Sedi reservaretur, Vicegubernatori Placentiae mandat, ut una cum Paulo Somatio dictae exactionis commissario diligenter super hujusmodi decimarum exactione inquirat. „Quia saepe accidit“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 150; tom. 30 l. 2 p. 64.

— — —

(7774) Vicegubernatori Placentiae praecipit, ut distributionibus onerum et taxarum in Comitatu Placentin. assistat et in iis suum assensum interponat. „Cum propter mutationes“. Brev. tom. 2 n. 151; tom. 30 l. 2 p. 65.

— — —

(7775) Bertrando Trathe obsequiis Laurentii tit. SS. IV Coron. presb. Card. insistenti et rectori par. eccl. de Cherrues Dolen. dioec. indultum circa beneficia concedit. G. F. L. 1032 f. 175, b.

— — —

(7776) Petro Colldesanca cler. Barchinonen. dioec. assignat pensiones ex dioec. Vicen. „Vitae ac morum“. L. 1101 f. 179.

— — —

(7777) Episcopo Burgen. mandat, ut beneficium in par. eccl. S. M. de Ecila Ispalen. dioec. a Joh. archiep. Cusentin. resignatum Francisco Oliverii cler. Salamantin. dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum“. Arch. Lat. tom. 37 f. 275, b.

— — —

(7778) Ludovicum Johannis presb. Egitanien. dioec. constituit coadjutorem cum jure successionis Alphonsi Valasci rectoris par. eccl. S. Bartholomaei Ulixbonen. „Circumspecta Sedis Apostolicae“ (P. Cesis | Suno. Baena | Gerona. Coll. S. de Spol.) L. 1000 f. 287.

— — —

(7779) Bartholo de Ferraldis cler. Imolen. assignat pensionem ex dioec. Faventin. „Vitae ac morum“. L. 1090 f. 292, b.

5. April. (Non. Apr.) —

(7780—7781) Hippolyto tit. S. Luciae in Silice diac. Card. pensionem ann. super fruct. monasterii S. Victoris ad Corpus extra muros Mediolanen. O. S. B. assignat et cedente aut decedente Mag. Paulo de Morigiis cler. Mediolanen. regressum ad illud concedit. „Ad personam tuam“ [1]. Executores deputat. „Hodie cum dil. filius“. Arch. Lat. tom. 30 f. 69; f. 72, b.

— — —

(7782) Franciscum de Accoltis cler. Florentin. in ord. minoribus et 16. aetatis suae anno constitutum, Petri tit. S. Eusebii presb. Card. ex fratre germano nepotem, ob provisionem infradictam ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis consueta benignitas“ (supra: Castilion.) L. 1002 f. 133.

— — —

(7783) Cum eodem super defectu aetatis dispensat. „Divina supereminens largitas“. L. c. f. 135.

— — —

(7784) Eundem Franciscum deputat administratorem ecclesiae Anconitan., cujus regimini praefatus Petrus Card. cedit, eumque dictae eccl., quam primum 27. aetatis suae annum attigerit, praeficit in episc. et pastorem. „Divina disponente clementia“. L. c. f. 135, b.

— — —

(7785—7788) Hac de re scribit a) capitulo eccl. Anconitan., b) clero et c) populo civit. et dioec. Anconitan., d) ejusd. eccl. vasallis. „Hodie dil. filium Franciscum“ (infra: Grat. p. nep. Card. Suno. Baena | Copis. Coll. Attav.) L. c. f. 137 seq.

— — —

(7789) Francisco Electo Anconitan. concedit, ut ecclesias par. S. Martini de Brozzio et S. Andreae de Monte Carulo Florentin. et Lucan. dioec. retinere valeat. „Personam tuam“ (Coll. Attav.) L. c. f. 133, b.

— — —

(7790) Vicario provinciae Terrae laboris Ord. Minor. de observ. mandat, ut ad reformandum monasterium Novum S. Mariae de Jesu civitatis Neapolitan. sub regula B. Clarae, ubi sub regula, modo et forma, quibus vivunt moniales S. Cosmae de Urbe, sorores tertii Ord. B. Francisci degunt translatae a monasterio S. Hieronymi, ad monasterium civitatis Aversae se conferat, ubi quaedam Aloysia Neapolitana nunc abbatissa integritate vitae prudentiaque praecellens existit, eamque, si consenserit, una cum duabus aliis idoneis monialibus ad praefatum monasterium de Jesu transferat et illam in abbatissam ei praeficiat. „Cum sicut nuper Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 153; tom. 30 l. 2 p. 69.

— — —

(7791) Antonio de Lendro decr. doct. et Sigismundo de Waldenstein canon. mandat, ut par. ecclesiae B. Mariae de Ambulo Vallis Annaniae Tridentin. dioec. Johanni de Tisis cler. ejusd. dioec. collatae et ejus fructuum possessionem capiant et diligenter eos conservent ac eidem Johanni seu procuratoribus ejus, si literas confectas exhibuerit, eam una cum fructibus tradant. „Nuper dil. filio“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 154; tom. 30 l. 2 p. 72.

[1] Arch. Vat. L. 1030 f. 177.

1514.

5. April. (Non. Apr.)	Romae apud S. Petrum	(7792) Bernardo de Castello Catalano monacho O. S. B., quem cubicularium suum creavit, mandat, ut ad suam praesentiam se conferat sibi in suis et Ap. Sedis rebus sedulo inserviturus; abbati vel Priori, sub cujus obedientia est, injungit, ut ipsi plenam licentiam et libertatem id faciendi concedat. „Quoniam te". Brev. tom. 2 n. 155; tom. 30 l. 2 p. 74.
— —	—	(7793) Prioribus, communitati et hominibus terrae Amandulae dioec. Firman. mandat, ut Petro Gentili Clodio cler. Camerinen. dioec. fam. suo, cui monasterium SS. Vincentii et Anastasii de Amandula O. S. B. resignatione Ludovici Clodii episc. Nucerin. vac. commendatum est, assistant, ut ejusd. monasterii possessionem adipiscatur. „Cessante nuper" (Bemb.) Brev. tom. 2 n. 161; tom. 30 l. 2 p. 85.
— —	—	(7794) Petro tit. S. Eusebii presb. Card. regimini ecclesiae Anconitan. cedenti fructus mensae dictae eccl. cum jure regressus reservat consentiente Francisco Electo Anconitan. „Divina disponente clementia" (Castilion. | *Visa* Suno. Questenb. Coll. Attav.) L. 1000 f. 76.
— —	—	(7795) Episcopis Cavallicen. et Agrigentin. et decano eccl. Gadicen. executionem demandat. „Hodie cum dil. filius" (infra: Questenb. Coll. Attav.) L. c. f. 77.
— —	—	(7796) Jacobo Thomasii de Scarqualasine de Ramazotis cler. Bononien. dioec. indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum". L. 1205 f. 527.
— —	—	(7797) Alamano de Puccio canon. eccl. Lascuren. commendat par. ecclesias S. Germani de Bordio et S. Petri de Melhano Lascuren. dioec. „Religionis zelus" (Melfit. | Suno. Baena | Cyprian.) L. 1016 f. 215, b.
— —	—	(7798) Johanni Bapt. de Ponte decano eccl. Bellunen. et fam. suo reservat pensionem annuam ex dioec. Tarvisin. G. F. L. 1006 f. 272.
— —	—	(7799) Mag. Bernardo de Poltrineriis cler. Mutinen. dioec., notar. et fam. suo ac obsequiis Petri tit. S. Eusebii presb. Card. insistenti, indultum circa beneficia concedit. G. D. et F. L. 1020 f. 230, b.
— —	—	(7800) Primicerio Mediolanensi et S. Petri de Vitoboldono Mediolanen. dioec. ac ejusd. S. Petri de Monteforte Mediolanen. ecclesiarum Praepositis mandat, ut Petro Martyri Vicecomiti Praeposito eccl. S. Stephani de Mezana canonicatum et praeb. eccl. B. Mariae de Scala Mediolanen. conferre curent. „Vitae ac morum" (Armellin. | Suno Baena | Saldus. Coll. S. de Spol.) L. 1006 f. 198.
— —	—	(7801) Archipresbytero eccl. Salutiarum mandat, ut canonicatum et praeb. dictae ecclesiae resignatione Emmanuelis Mirandoli vac. Johanni Laurentii cler. Salutiar. conferat. „Laudabilia" (O. Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 29 f. 57, b.
— —	—	(7802) Ansano Pasquini cler. Senen. par. ecclesiam S. Martini de Malleano Suanen. dioec. resignanti pensionem ann. super dictae et S. Pauli de Presciano Senen. dioec. par. ecclesiarum fructibus per Cosmam Simonis earum rectorem solvendam assignat. „Vitae ac morum". L. 1048 f. 272.
— —	—	(7803) Antonium de Balineta rectorem par. ecclesiae de Palizia Bisuntin. dioec., U. J. doct., Philiberto de Balineta Cantori monasterii S. Pauli Bisuntin. O. S. A. in regenda et administranda ecclesia par. de Mougessoye ejusdem dioec. coadjutorem continuum deputat et hanc eccl. in eventum vacationis ecclesiae de Palizia unit. „Circumspecta Sedis Apostolicae" (Armellin. | Suno. Baena | Cyprian. Coll. S. de Spol.) L. 1015 f. 245.
— —	—	(7804) Episcopis Cavallicen. et Asculan. ac Officiali Basileen. mandat, ut Prioratum monasterii S. Udalrici de S. Udalrico O. S. A. Basileen. dioec. resignatione Philiberti de Balineta praedicti vac. praefato Antonio commendent. „Nobilitas generis" (A. de S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 17, b.
— —	—	(7805) Occupatoribus et detentoribus archipresbyteratus S. Laurentii de Fusano ac unius in praedicta ac aliorum in S. Agnetis et in S. Pancratii ecclesiis Anagnin. beneficiorum et unius ad S. Manni et alterius ad SS. Apost. sita in eccl. Anagnin. altaria perpet. capellaniarum mandat, ut dicta beneficia Francisco Citrario fam. suo cum effectu tradant. „Cum dil. filii" (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 160; tom. 30 l. 2 p. 83.
— —	—	(7806) Duci Ferrariae licentiam ingrediendi monasteria monialium, etiam S. Clarae, de consensu abbatissarum eorum ac varia privilegia (altare portatile, electionem confessarii, indulgentias ecclesiarum Urbis) concedit. „Nobilitati tuae" (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 163; tom. 30 l. 2 p. 87.
— —	—	(7807) Prioribus artium et communi civitatis Perusiae conventiones et pacta, quae cum Petro Reali de Realibus de Eugubio ejusque sociis super locatione zecchae Perusin. ac super cudendis monetis inierunt, prout continetur in capitulis, quae A. tit. S. Vitalis presb. Card. illius civitatis Legatus manu sua subscripta Pontifici ostendit, approbat et confirmat. „Cum sicut Nobis" (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 156; tom. 30 l. 2 p. 74, b.
— —	—	(7808) Vicelegato Viterbii mandat, ut Matthaeum Fulgentii de Ocriculo et ejus litis consortes in possessionem cujusd. fundi in loco Baucche nuncup. et in territorio

1514.

		dictae civitatis siti, quem praefati Matthaeus et litis consortes jure directi dominii possederant, quemque perversi homines gravissimis damnis illatis nomine communitatis Ortanae vi occuparunt, restituat et illam communitatem ad satisfaciendum de damnis compellat. „Nuper Nobis exponi“ (Sadol.) Brev. t. 2. n. 157; t. 30 l. 2 p. 77.
5. April. (Non. Apr.)	Romae apud S. Petrum	(7809) Angelo de Crescentiis notar. ac fam. suo, commendatario monasterii Domus Marii nuncup. Ord. Cist. Verulan. dioec. ab eodem Angelo instaurati facultatem concedit loco monachorum vitae laxioris dicti Ord. introducendi fratres Ord. Minor. de observantia. „Nuper Nobis exponi“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 159; tom. 30 l. 2 p. 78.
— —	—	(7810) Johannem de Jesualdo cler. Consan., ex nob. genere ex utroque parente procreatum, ad cautelam absolvit. Apostolicae Sedis“ (A. de Alvarottis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 40 f. 244.
— —	—	(7811) Eundem Johannem surrogat in omni jure, quod Laelio de Valle ad monasterium S. Eliae de Carbono Ord. S. Basilii Anglonen. dioec. competebat, et illud ipsi commendat, si nemini sit jus quaesitum. „Romani Pontificis“ (supra: A. de Alvarottis) L. c. f. 239.
— —	—	(7812—7815) Qua de re scribit a) conventui dicti monasterii, b) ejus vasallis, c) episc. Anglonen., d) Ferdinando Aragon. et Siciliae Regi. „Hodie cum dil. filius“ (infra: Nardin.) L. c. f. 243 seq.
6. April. (VIII. Id. April.)	—	(7816) Carolo Duci Allobrogum nuntiat, gratissimum sibi esse, quod Philibertam sororem Juliano Medices fratri suo nuptui tradere et secum affinitatem inire velit. „Gratissimum sane“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 159, b. Ed. Bemb. L. VIII ep. 20 p. 64.
— —	—	(7817) Philibertae sorori Ducis Allobrogum scribit se ad Ducem ejus fratrem Amadeum Berrutum famil. suum mittere eique mandasse, ut suis verbis ei salutem diceret et cum ipsa ageret, quae agenda essent. „Mittimus ad Allobrogum Ducem“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 l. c. Ed. l. c. ep. 21.
— —	—	(7818) Comiti Genuensium, fratri Ducis Sabaudiae, commendat Amadeum Berrutum notarium et fam. suum. „Amadeo Berruto notario“ (Bemb.) Bibl. Vat. l. c. Ed. l. c. ep. 22 p. 64.
— —	—	(7819) Johanni Oliverii cler. Sistaricen. dioec. liti. et causae, quae inter ipsum et Antonium Ricaudi monachum O. S. A. ejusd. dioec. super Sacristia monasterii S. Martini de Crossio et ei annexo Prioratu de Foretiana Ord. et dioec. praedict. pendebat, cedenti fructus dicti Prioratus loco pensionis annuae reservat. „Vitae ac morum“ L. 1010 f. 245.
— —	—	(7820—7821) Johanni de Maunay archidiac. in eccl. Laudunen., qui permutat. causa par. ecclesiam de Crandelay Laudunen. dioec. resignavit et quand. capellaniam in eccl. S. Joh. in Burgo in Monte Laudunen. a Johanne Carpentier ead. de causa dimissam assecutus est, cum fructus dictae par. eccl. uberiores sint, pensionem annuam super ejusd. eccl. fruct. assignat. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“. Arch. Lat. tom. 42 f. 322, b; f. 323, b.
— —	—	(7822) Praeposito eccl. S. Lebuini oppidi Daventrien. Trajecten. dioec. et Offic. Trajecten. mandat, ut Bartholdo de Holtursen cler. Trajecten. par. ecclesiam in Vramen Trajecten. dioec. conferant, si vocatis vocandis ipsis constiterit, Johannem Bisprach ejus rectorem ob non solutam pensionem eidem Bartholdo debitam privationis poenam incurrisse. „Vitae ac morum“ (Senis | Grat. de mand. S. D. Balbus | Verdes. Coll. Attav.) L. 1018 f. 225, b.
— —	—	(7823) Archidiacono ecclesiae Caputaquen. ac vicar. gen. archiep. Consan. mandat, ut possessionem monasterii S. Eliae de Carbono Anglonen. dioec. Johanni de Jesualdis cler. Neapolitan. tradant. „Nuper monasterium“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 162; tom. 30 l. 2 p. 86.
— —	—	(7824) Ducem Urbini hortatur, ut vicecapitaneum portus Senogallien., qui 95 carra salis navigio Senogalliam appulso asportati vendidit, etsi non ignorabat hujusmodi mercem ad Pontificem pertinere, necnon Bernardinum Bapt. Senogallien. dicti salis emptorem ad comparendum coram auditore Cam. ap. mittat. „Cum superioribus mensibus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 165; tom. 30 l. 2 p. 91.
— —	—	(7825) Ducem Mediolani hortatur et paterne requirit, ut privilegia monasterii S. Mariae de Cerreto Ord. Cisterc. Lauden. dioec. prope Cremam, quod L. tit. S. Susannae presb. Card. Agennen. major Poenitentiar. in commendam obtinet, confirmare velit. „Monasterium S. Mariae de Cerreto“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 166; tom. 30 l. 2 p. 92.
— —	—	(7826) Ferdinandum Siciliae Regem catholicum hortatur, ut Fabritio Electo Idruntin. loco defuncti Seraphini archiep. ad istam eccl. promoto ad possessionem ejusd. eccl. capiendam assistere velit. „Nuper de persona“ (Sadol.) Brev. t. 2 n. 171; t. 30 l. 2 p. 99.
7. April. (VII. Id. April.)	—	(7827—7828) Pro parte Universitatis hominum loci de Brignano Cremonen. dioec., qui exponebant, quod ad altare S. Mariae situm in eccl. S. M. dicti loci populi multitudo confluere et manus adjutrices porrigere consuevit, concedit, ut de dicto altari tamquam

1514.

		de beneficio eccl. disponi nequeat, ut universitas seu majores per duos scholares illud regere et pro sacro ministerio capellanum ad nutum amovibilem deputare et ejusd. altaris fructus ad pias causas distribuere valeant. A. P. R. M. „Ex debito pastoralis officii". Execut. committit archidiac. et Praeposito eccl. Mediolanen. et vicar. gen. archiep. Mediolanen. „Hodie a Nobis emanarunt" (Benzon. Ph. de Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 46 f. 343; f. 345, b.
7. April. (VII. Id. April.)	Romae apud S. Petrum	(7829—7830) Jacobo Rocha cler. Gerunden. dioec. canonicatum et praeb. eccl. Gerunden. resignanti pensionem ann. super eorum fructibus assignat et jus regrediendi ad eos concedit. „Vitae ac morum". Execut. deputat. „Hodie dil. filio". Arch. Lat. vol. K f. 183, b; f. 184, b.
— —	—	(7831) Officiali Gerunden. mandat, ut Pontio Traner cler. Gerunden., si ad hoc idoneus sit, canonic. et praeb. praedictos conferat. „Dignum" (A. de S. Severino | Barotius) L. c. f. 204.
— —	—	(7832—7833) Jacobo Dupin cler. Carnoten., in Univers. stud. Aurelianen. actu studenti, par. eccl. S. Petri de Castelleriis Carnoten. dioec. resign. Blasii Gubert vac. cum eccl. de Mancellaria illi annexa ad certum tempus commendat et deinde confert. „Nobilitas generis". Execut. committit Gervasio Corbean Morinen., Jacobo de Tremen-tieres et Galloto de Montireau Carnoten. eccl. canonicis. „Hodie dil. filio" (A. de S. Severino. P. Planca | Campania) Arch. Lat. tom. 18 f. 153; f. 155, b.
— —	—	(7834) Decanum et capitulum ecclesiae Treveren. ac canonicum ejus Conservatorem hortatur, ut Praeceptori domus in Steffansveld Argentin. dioec., quae ab hospitali S. Spiritus in Saxia dependet, in quaestuandi munere assistant, et eundem ac dictam Praeceptoriam ultra onera consueta gravari non permittant. „Questus est Nobis" (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 167; tom. 30 l. 2 p. 94.
— —	—	(7835) Fabritio Electo Idruntin. concedit, ut possessionem dictae ecclesiae obitu Seraphini archiep. Idruntin. vac. etsi literis apost. non confectis apprehendere illiusque curam et administrationem gerere et exercere valeat. „Nuper de persona" (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 172; tom. 30 l. 2 p. 100.
— —	—	(7836) Capitulo ecclesiae Idruntin. mandat, ut Fabritium Electum Idruntin. etiam non confectis literis apost. honorifice suscipiant eique obediant. „Nuper de persona" (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 168; tom. 30 l. 2 p. 95.
— —	—	(7837) Peregrinae uxori Pauli Spinulae civis Januen. Neapoli residenti licentiam ingrediendi una cum tribus aut quatuor mulieribus honestis monasteria monialium etiam S. Clarae et inclusarum tam Neapoli quam alibi consistentium, et missas in loco honesto celebrari faciendi concedit. „Devotionis tuae" (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 169; tom. 30 l. 2 p. 97.
— —	—	(7838) Gubernatori Narniae praecipit, ut Jacobum Boncambi, Martinum Lombardi et Robertum Jacobi gabellarios ad dandum fidejussiones de comparendo infra 15 dies coram Pontifice compellat. „Cum ex quibusdam" (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 170; tom. 30 l. 2 p. 98.
— —	—	(7839) Villamarinum hortatur, ut Jacobo Quinto Plumbini domino, affini suo, qui plures annos in fide et clientela Ferdinandi Aragonum Regis annuo stipendio ab illo adjutus citra aliquod tempus nihil accepit, quod ei debetur pristini stipendii persolvatur. „Dilectum filium" (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 442; tom. 30 l. 2 p. 603.
— —	—	(7840) Mag. Petrum de Trivultiis cler. Mediolanen. U. J. doctorem notarium suum ad cautelam absolvit ob sequentem provisionem. „Apostolicae Sedis consueta clementia" (A. de S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 325.
— —	—	(7841—7844) Eidem monasterium S. Petri de Laudeveteri O. S. B. Lauden. dioec., quod Augustinus de Trivultiis cler. Mediolanen. in commendam obtinuerat et resignavit, commendat. „Romani Pontificis providentia". Hoc nuntiat a) conventui dicti monasterii „Hodie monasterium vestrum", b) ejus vasallis, c) episcopo Lauden. „Hodie monasterium S. Petri" (script. ut supra) L. c. f. 322, b seqq.
— —	—	(7845—7846) Augustino de Trivultiis cler. Mediolanen. fam. suo cum jure regrediendi fructus dicti monast. reservat. „Romani Pontificis"; executionem demandat episcopis Comen. et Cavallicen. et vic. gen. episcopi Lauden. „Hodie cum dil. filius" (Script. iid.) L. c. f. 326; f. 327.
— —	—	(7847) Christifidelibus eleemosynas pro redemptione Bernardi de Corono, qui in expugnatione civit. Coronen. a Turcis una cum fratre suo captus est, elargientibus indulgent. concedit. „Creator omnium Deus" (Grat. p. Deo. Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 182, b.
— —	—	(7848) Tribus canonicis ecclesiae Tudertin. mandat, ut Johanni Salvati alias Morelli de S. Terrentiano presb. Tudertin. dioec. hospitale pauperum oppidi S. Terrentiani Tudertin. dioec. regendum committant. „Gerentes in desideriis cordis" (Castilion. | Suno. Baena | Valtrini. Coll. Bucan.) L. 1004 f. 135.

1514.

7. April. (VII. Id. April.) | Romae apud S. Petrum | (7849) Johannem de Serpans rectorem par. eccl. de Biberiagal Claramonten. dioec., qui monasterium Benedictionis Dei Cisterc. Ord. Lugdunen. dioec. per Praesid. Conciliabuli Pisan. assecutus est, absolvit et dictum monast. ei commendat. „Sedes Apostolica pia mater“ (Armellin. | Suno. Baena | Cotini. Coll. Joh. Jac. Cipell.) L. 1006 f. 139.

— — — | (7850—7851) Monasterium S. Severi extra muros Urbevetan. Praemonstraten. Ord. ab omnibus oneribus gabellae, datii etc. liberat. A. P. R. P. „Suscepti cura“ (P. Lambert. De Prato). Executores deputat episcopos Urbevetan. et Balneoregien. „Hodie a Nobis“ (Nardin.) Arch. Lat. tom. 5 f. 362, b.

— — | (7852) Rollando Quemper par. ecclesiam de Louargat Trecoren. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (A. Melfit. | Grat. p. fam. script. [Thom. Regis] Suno | Gomiel. Coll. Bucan.) L. 1007 f. 171.

— — — | (7853) Episcopo Barchinonen. committit, ut Johanni Azuares canonico Jacen. archipresbyteratum ruralem Vallis de Cena et supra Montem ac de Sagna et de Castidillo ecclesias Jacen. dioec. invicem unitas a Petro de Vineis resign. conferat, si eum ad hoc idoneum esse repererit. „Dignum arbitramur“ (Armellin. | Chemin. Aloys. | Salvius. Coll. Donat.) L. 1009 f. 110.

— — — | (7854) Guillelmum tit. S. Pudentianae presb. Card., qui sub Julio PP. II. depositionis poenam incurrerat, cum in Consistorio publico per Dionysium episc. Tholonen. cedulam manu sua subscriptam legi fecerit, qua errores suos retractavit et clementiam veniamque expetivit, plene et integre in pristinum statum restituit. A. F. R. M. „Romanus Pontifex in summo solio“ (Sadolet. | L. Card. SS. Quatuor Coron. | Cheminart) L. 1198 f. 326.

— — | (7855) Antonio de Lendro canonico Tridentin. mandat, ut canonicatum et praeb. eccl. Tridentin. Francisco Antonii Comitis de Archo cler. Tridentin. conferat. „Laudabilia“ (A. de Alvarottis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 145.

— — | (7856) Marco Antonio de Turrillia par. ecclesiam SS. Urbani et Margaritae Villae Sarzanae Adrien. dioec. obitu Julii de Silvestris vacantem confert. „Vitae ac morum“ (Cesis | Grat. p. fam. assist. [Alvarotti de Alvarottis] Suno. Baena | A. de Castillo. Coll. Attav.) L. 1003 f. 9.

— — — | (7857) Episcopis Cavallicen. et Asculan. ac vicar. gen. episc. Vercellen. mandat, ut Defendo de Bovardis cler. Vercellen. dioec. quand. capellaniam in dicta dioec. conferant. „Vitae ac morum“. L. 1112 f. 223.

— — | (7858) Johanni Galeatio Boschetto cler. Mutinen. fam. suo, qui Leonardi tit. SS. Susannae presb. Card. secretarius existit, indultum circa beneficia concedit. G. F. L. 1014 f. 165.

— — | (7859) Episcopis Cavallicen. et Alexandrin. ac vicar. archiep. Mediolanen. mandat, ut par. ecclesiam S. Eusebii Mediolanen. obitu Ambrosii de Scharanaziis vac. Johanni Paulo de Gradi cler. Mediolanen., obsequiis Petri tit. S. Eusebii presb. Card. insistenti, conferant. G. F. (Planca | Barotius) Arch. Lat. tom. 28 f. 10.

— — — | (7860) Alphonso tit. S. Theodori diac. Card. commendandas, cum vacaverint, par. ecclesiam S. Joh. Bapt. Tervisin. et capellaniam ad altare S. Luciae situm in basilica Princ. Apost. de Urbe, quas Barthol. de Bolis obtinet, reservat. „Ad personam tuam“ (Jul. Agrigent. | *Visa* Suno | Cabredo. Coll. Narnia) L. 1028 f. 156, b.

— — — | (7861) Archiep. Florentin. et episcopis Cavallicen. et Pisaurien. mandat, ut Eustachio Petruccio scholari Senen. (n. 7707) S. Mariae de Templo Parmen. et S. Joh. de Nuceto et Burgeto Parmen. dioec. domorum Praeceptorias Hospit. S. Joh. Hierosol. obitu Juliani Petri de Francia vacantes ad certum tempus commendare et deinde, si professionem regul. emiserit, conferre curent. „Apostolicae Sedis“ (De S. Severino | Grat. de mand. S. D. Barotius) Arch. Lat. tom. 28 f. 2.

— — — | (7862) Hieronymo de Carcassona confert canonicatum et praeb. ac alterius Martii et April. mensium nuncup. Praeposituram eccl. Ilerden. unionem eorum cum monasterio S. Mariae de Scarp Cisterc. Ord. Ilerden. dioec., quod Guillermus Raymundi de Vich canonicus Valentin., Hieronymi de Vich militis Valentin. et Ferdinandi Aragonum Regis ad S. Sedem Oratoris frater, in commendam obtinebat, alias factam dissolvens. „Vitae ac morum“ (Carrot. | Gr. d. mand. Suno | A. d. Castillo. Coll. Amerin.) L. 1012 f. 298, b.

— — — | (7863) Concordiam inter Antonium Salomonis rectorem par. eccl. S. Alvancii La Cherre Claromonten. et consules et habitatores dictae parochiae super decimis fruct. et animalium intra limites ejusd. parochiae percipiendis initam confirmat. A. P. R. M. „Inter fideles quoslibet pacem“ (G. de Prato | Campania) Arch. Lat. vol. F f. 203, b.

— — — | (7864) Abbati monasterii B. Mariae Posamin. Numburgen. dioec. mandat, ut monasterio S. Jacobi Pegainen. S. R. E. immediate subjecto O. S. B. Merseburgen. dioec. obitu Georgii abbatis vacanti Eucharium Hopff monachum dicti monast. S. Jacobi, si idoneus sit, in abbatem praeficiat. „Sollicitae considerationis“ (Ph. de Senis | Suno | Enckenw. Coll. H. de Ces.) L. 1009 f. 191.

1514.

8. April. (VI. Id. April.) — Romae apud S. Petrum — (7865) Magistratui Regii Lepidi mandat, ut diligenter inquirat, an revera Comes Nuvolariae quosdam cives Regienses coegerit ad certam pecuniae summam persolvendam, deinde si eos juvare possit, juvet ac de toto negotio accurate scribat. „Delatum ad Nos est, Johannem Petrum Gonzagam“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 152. Ed. Bemb. L. VIII ep. 8 p. 61.

8. April. (VI. Id. April.) — — (7866) Johanni Thierici monacho monasterii B. M. V. Ord. Cisterc. Tullen. dioec. concedit transitum ad Ord. S. Bened. de licentia superioris, abbatem S. Vincentii Meten. ac perpet. commendatarium S. Apri extra et prope muros Tullen. O. S. B. executores deputat. „Cum sicut Nobis exponi fecisti“ (Colot.) Brev. Lat. tom. 1 f. 29, b.

— — — — (7867) Henrico de Keralie cler. Veneten., qui par. ecclesiam de Lieuroy Maclovien. dioec. resignat, pensionem assignat super fruct. dictae necnon par. eccl. S. Opportunae Nanneten. dioec. per Franciscum de Maure solvendam. „Vitae ac morum“. L. 1024 f. 174.

— — — — (7868) Pro parte Caroli Sabaudiae Ducis par. ecclesiam S. Leodegarii oppidi Chamberiaci Gratianopolitan. dioec. de jure patronatus ejusd. Ducis existentem perpetuo unit mensae capitulari ecclesiae capellae S. Sindonis nuncup. Castri Chamberiaci dictae dioec., quae in eccl. collegiatam auctoritate apost. est erecta et plurimum insignis existit. A. P. R. M. „Ad exequendam pastoralis officii debitum“ (Armellin. | Suno | Cotini. Coll. Attav.) L. 1016 f. 193.

— — — — (7869) Praeposito eccl. S. M. de Stella Ripolar. Taurinen. dioec. mandat, ut ab Antonietto Barutelli de Gruglasco rectore par. eccl. *plebaniae* nuncup. S. Petri loci Planeriar. Taurinen. dioec., qui dictam eccl. resignare proponit, resignationem hujusmodi, si Antoniettus in ejus manibus resignare voluerit, recipiat et ecclesiam sic vacantem Bartholomaeo Jacobi etiam de Barutellis de Gruglasco, ejusd. Antonietti nepoti, conferat, Antonietto vero omnes istius eccl. fructus cum jure regrediendi reservet. „Apostolicae Sedis“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 192, b.

— — — — (7870) Episcopo Trojan. et archidiacono ac Bartholomaeo Sepesurdo canonico eccl. Tarvisin. mandat, ut Thaddaeo Baratella cler. Tarvisin. et fam. suo quoddam benef. in eccl. Tarvisin. conferre curent. G. F. L. 1006 f. 154, b.

— — — — (7871—7872) Benedicto Baratella cler. Tarvisin. reservat fructus praedicti beneficii cum jure regrediendi ad illud. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie cum dil. filius“. L. 1021 f. 123; f. 124.

— — — — (7873—7874) Bernardino de Canepia al. de Boninis, obsequiis Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. insistenti, par. ecclesiam B. Mariae de Cruceferrea Alben. dioec. a Joh. Antonii de Milesiis resignatam confert. G. F. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (O. de Cesis. Ph. de Agnellis | Grat. de mand. Nardin.) Arch. Lat. tom. 38 f. 213; f. 214.

— — — — (7875) Christophoro Roderici de Luduena presb. Abulen. dioec. indulget, ut omnia beneficia licite retinere valeat, quamvis parentes ejus haeretici sint declarati. „Sedis Apostolicae“. L. 1002 f. 47.

— — — — (7876) Cum eodem Christophoro dispensat, ut omnibus ordinibus uti et quaecunque beneficia eccl. recipere et retinere libere et licite possit, quamvis parentes ejus haeretici declarati sint. „Sedis Apostolicae“. L. 1004 f. 45.

— — — — (7877) Asculan. et Casertan. episcopis ac Officiali Hildesemen. mandat, ut Johanni Simonis de Cusa cler. Treveren. dioec. vicariam ad altare S. Nicolai in Crypta in eccl. Hildesemen. obitu Hermani Antonii vac. conferant. „Vitae ac morum“. L. 1156 f. 46.

9. April. (V. Id. April.) — — Dominica in Palmis Card. Surrentin. celebravit et Papa in processione delatus est in gestatorio. Caeremoniarius conqueritur de penuria palmarum, ob quam absentibus palmae non sunt datae (P. de Grassis f. 96).

— — — — (7878—7879) Pro parte Ferdinandi de Andrada Comitis et Franciscae Cuñega (al. de Zuniga) ejus uxoris domicellae Compostellan., qui exponebant, quod ipsorum antecessores sicut nonnulli alii et fere omnes nobiles in regno Galiciae ex decimis et fructibus decimalibus nonnullarum parochialium seu aliarum ecclesiarum ac beneficiorum in aliquibus tertiam, in aliquibus duas ac in aliquibus medietatem, in aliquibus vero unam tantum partes hujusmodi decimarum ac oblationum, etiam *pedis altaris* nuncupatarum, percipiebant, et licet de titulo concessionis seu perceptionis hujusmodi non constaret, nisi per continuatam antecessorum perceptionem, credebatur tamen hoc eis ex indulto apostolico competere, eo maxime, ut ipsi nobiles inducerentur ad recuperanda templa et loca a Saracenis et aliis adhaerentibus infidelibus et paganis occupata; quod Alexander PP. VI. ad obviandum scandalis et dissensionibus inter ecclesiarum rectores et dictos laicos statuerat, ut ante omnia clericis beneficia obtinentibus et ecclesiarum fabricis assignaretur congrua et sufficiens portio, residuum vero praedictis laicis, qui in diuturna et pacifica possessione perceptionis hujusmodi essent, concederetur, Leo X. praefatis Ferdinando et Franciscae eorumque haeredibus et successoribus dominis seu Baronibus de Andrada dumtaxat indulsit, ut juxta consuetudinem eorum antecessorum, decimas etc., citra

1514.

tamen oblationes et eleemosynas *pedis altaris* nuncup., percipere valerent. Iisdem Ferdinando et Franciscae timentibus, ne dictae literae subreptionis vitio subjaceant, declarat istas literas ipsis suffragari in omnibus perinde ac si in illis de Urbani II. et Innocentii VIII. literis huc pertinentibus mentio facta sit. A. P. R. M. „Sincera fervensque devotio“ (Melfit. | Millinus. Gauden | Bertrandi. Coll. H. de Ces.) L. 1037 f. 9. Arch. Lat. tom. 26 f. 113. Executores deputat. „Hodie a Nobis emanarunt“. Arch. Lat. 26 f. 115, b (de Agnellis | Bregeon).

9. April. (V. Id. April.) Romae apud S. Petrum — (7880) Episcopo Rosanen. Zagabriae commoranti et abbati monasterii in Laustra mandat, ut Guardiano et conventui domus B. Mariae oppidi Rodalfwere Ord. FF. Minor. de observ. Aquilegien. dioec., qui ex lite contra capitulum ecclesiae S. Nicolai ejusd. oppidi et alios eos molestantes super solemni processione Corporis Christi et super aliis ipsorum fratrum laudabilibus gestis sententiam pro se et literas executoriales reportaverunt, contra eorum adversarios adhuc temerarios et insolentes efficacis defensionis praesidio assistant, ut a dictis fratribus rogati easd. sententiam et lit. execut. in ecclesiis coram populo legant ac dictos adversarios cogant publice suos errores ac haereticas obstinationes abjurare et iisdem literis cum effectu parere. „Exponi Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 174; tom. 30 l. 2 p. 105. *Greiderer,* Germania Francisc. tom. I l. II p. 110.

— — — (7881) Honophrio Palet Officiali Gerunden. et Bernardo Ribot canonico eccl. Gerunden. districte praecipit, ut contra Petrum Rocha pro clerico se gerentem et alios in Prioratu B. Mariae de Latone O. S. Aug. vel S. Ben. Gerunden. dioec. Julio S. Mariae in Domnica diac. Card. commendato intrusos procedant et eos, qui Prioratum praedictum armata manu occuparunt et adhuc detinent, nisi intra triduum eum dimiserint, poenis et censuris affligant. „Superioribus diebus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 173; tom. 30 l. 2 p. 102.

— — — (7882) Regem catholicum hortatur, ut procuratores tam B. Card. S. Mariae in Porticu missos ad exequendam quandam citationem contra Johannem episc. Almerien. super abbatia de Foncea in ecclesia Burgen., quam Francisci de Covarrubios notarii, camerarii et fam. sui detentos liberari ac eorum et ipsius Francisci bona sequestrata relaxari faciat. „Non sine animi Nostri displicentia“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 175; tom. 30 l. 2 p. 109.

— — — (7883) Johanni episc. Almerien. mandat, ut apud Regem catholicum agat, ut procuratores (de quibus in praecedenti sermo est) liberentur et eorum bona relaxentur. „Non sine animi Nostri displicentia“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 176; tom. 30 l. 2 p. 110.

— — — (7884) Priori provinciali prov. Teutonicae Ord. Praed. scribit se literas ipsi missas, quibus praeceperat, ut una cum primatibus fratribus ejusd. provinciae cum communitate Bernen. concordaret super expensis occasione quorundam ejus provinc. fratrum damnatorum factis, suspendere. „Exponi Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 177; tom. 30 l. 2 p. 112.

— — — (7885) Mag. Jacobo Simoneta capellano suo et causarum P. A. auditori mandat, ut Bernardo Ordas cler. Legionen. dioec., Mag. Joh. Antonii de Radicibus script. familiari, Prioratum S. Michaelis de Scalada O. S. A. dictae dioec., quem antea Hieronymus episc. Nicien. in commendam obtinebat, si nulli litigantium ad eum jus competere constiterit, commendare curet. „Literarum scientia“ (Evang. | Grat. p. fam. script. Draco | Verdes. Coll. Cipell.) L. 1023 f. 293.

— — — (7886) Johanni de May rectori par. eccl. S. Congari Veneten. dioec., Mag. in artibus, indultum circa beneficia concedit. „Nobilitas generis“. Arch. Lat. tom. 28 f. 216.

— — — (7887) Johanni de Rota cler. Anicien. dioec., baccal. in decr., commendat Prioratum S. Petri de Auriaco O. S. B. Anicien. dioec. a Petro Garnerii dimissum. „Vitae ac morum“ (Carrotius | Suno. Baena | Salvius. Coll. Attav.) L. 1004 f. 65.

— — — (7888) Petro Garnerii cler. Virdunen. dioec. brevium apost. scriptori et fam. suo commendat Prioratum S. Petri de Moyremo O. S. B. Gratianopolitan. dioec. a Joh. de Rota resignatum. G. D. et F. (Evangel. | Grat. p. script. brev. Suno. Baena | Salvius. Coll. Attav.) L. 1004 f. 62.

10. April. (IV. Id. April.) — (7889—7890) Johanni Ferrerii cler. Biterren. dioec. ecclesiam par. Prioratum nuncupat. S. Martini de Crassio Magalonen. dioec. a Michaele Bertrandi resignatam ad certum tempus commendat et deinde confert. „Laudabilia“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Copis. G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 338; f. 340.

— — — (7891) Pro par. ecclesia S. Laurentii Colonien., quae in centro civitatis sita est, cujus parochiani quamplures ex notabilioribus et primariis ejusd. civit. civibus existunt, ad quam Petrus Sultz ejus rector, Mag. in theol., singularem gerit devotionis affectum, indulgent. concedit. „De salute gregis“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. vol. K f. 168.

— — — (7892) Laurentio de Epiphorniis rectori par. ecclesiarum SS. Juvenalis et Christophori invicem unitarum Fesulan. dioec. dictas ecclesias confert et quoddam hospitale ejusd.

1514.

dioec. regendum committit. „Gerentes in desideriis“ (Carrot. | Grad. de mand. S. D. Draco. Colardi | De Castillo. Coll. Narnia) L. 1019 f. 28.

10. April. (IV. Id. April.) Romae apud S. Petrum (7893—7894) Conrado Lorino archipresbyteratum S. Nicolai de Saltu de Navailhes Lascuren. dioec. resignatione Mag. Antonii de Bisquiriis notarii ap. vac. confert. „Vitae ac morum“. Episc. Cavallicen. ac Officialibus Auxitan. et Lascuren. executionem committit. „Hodie dil. filio“ (O. Cesis. G. de Prato | Campania) Arch. Lat. tom. 30 f. 47; f. 49.

— — — (7895) Johanni Danort presb. Pictaven. dioec. assignat pensionem ex dicta dioec. „Vitae ac morum“. L 1097 f. 29.

— — — (7896) Mag. Guillermo Bertrandi presb. Barchinonen., decr. doctori, lit. ap. abbrev. ac notar. et fam. suo, usque ad certam summam licentiam testandi concedit. „Quia praesentis vitae“. Arch. Lat. tom. 26 f. 79.

— — — (7897) Prospero Galeotti scholari Neapolitan. assignat pensionem super fruct. mensae episc. Caputaquen. „Laudabilia“. L. 1124 f. 95.

— — — (7898) Vicario episc. Brixien. praecipit sub excomm. poena, ut Joh. Bapt. Gazoldum acolythum suum, Johannis Gazoldi cubicular. et capellani sui fratrem, qui possessionem ecclesiae S. Mariae de Malpaga Brixien. dioec. justo et canonico titulo apprehendit, non molestet nec molestari permittat. „Exposuit Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 343; tom. 30 l. 2 p. 427.

— — — (7899—7900) Mag. Petro de Porta canonico Vauren., notario suo et Licentiato in decr., Ludovici Francorum Regis in Tholosan. Parlamenti Curia consiliario, qui commendae Prioratus S. Leonardi O. S. B. Bituricen. dioec. a monasterio S. Sulpitii extra muros Bituricen. dependentis et nunc Gilberto de Porta commendati cessit, unam partem turrim nuncupatam domus et medietatem fructuum dicti Prioratus loco pensionis annuae reservat. G. D. Executores deputat. „Hodie cum dil. filius“. Arch. Lat. tom. 41 f. 32, b; f. 33.

— — — (7901) Thomae Ffalke rectori par. eccl. de Ffarnden Lincolnien. dioec., baccal. in decr., indultum concedit circa beneficia. „Literarum scientia“. Arch. Lat. tom. 28 f. 213, b.

— — — (7902) Prioribus et communitati terrae Montis Florum Optrani omnia et singula eorum statuta et decreta necnon privilegia et indulta eis ab Apost. Sede concessa confirmat, ac tertiam partem talearum census et affictus pro uno anno relaxat. „Exigit fides“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 179; tom. 30 l. 2 p. 114.

— — — (7903) Gubernatori civit. Bononiae committit, ut supplicationem communitatis et hominum terrae Brixelli mature consideret et super ea opportune provideat. „Supplicari Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 41 p. 50.

— — — (7904) Mandatum edit ad tollendas altercationes et controversias ex eo provenientes, quod nulla taxa seu merces est constituta Barisello provinc. Romandiolae. „Quoniam sicut Nobis exponi fecistis“ (Sadol.) L. c. p. 52.

11. April. (III. Id. April.) — (7905) Petro Bembo cler. Venet. secretar. suo dom. literas Julii PP. II., quibus eidem S. Johannis Polen. et B. Mariae Aquilegien. Prioratus Hospitalis S. Johannis Hierosol. obitu Aloysii Mamoce vac. contulit, confirmat et revalidat, perinde ac si in istis literis expressum sit, eum clericum saecularem et non fratrem dicti Hospitalis existere, ita tamen ut intra annum habitum suscipere et professionem per eosd. fratres emitti solitam emittere teneatur. „Dudum per fel. rec.“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 180; tom. 30 l. 2 p. 116.

— — — (7906) Clerum, communitatem et homines Castri sui Cryptarum, qui tandem procuratori Hadriani tit. S. Chrysogoni presb. Card. Bathonien. dictum Castrum consignarunt, a censuris et poenis eccl., quas ii in genere et aliqui, quos nominat, in specie incurrerunt, absolvit. „Gratissimum Nobis“ (Sadol.) Brev. t. 2 n. 181; t. 30 l. 2 p. 123.

— — — (7907) Burgesio de Petrucciis patritio Senen. et aliis, qui eo mandante aut consentiente manus violentas in nonnullos clericos et ecclesiasticas personas injecerunt, facultatem concedit eligendi sibi presbyterum idoneum, qui eos a censuris et poenis eccl. absolvat. „Exponi Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 182; tom. 30 l. 2 p. 126.

— — — (7908) Johanni Bacerotti laico Fulginaten. concessionem tenendi et exercendi zeccam civitatis Fulginaten. prorogat ad aliud triennium. „Cum sicut Nobis“. Brev. tom. 2 n. 183; tom. 30 l. 2 p. 127.

— — — (7909) Alexandrum Ducem Albaniae, regni Scotiae gubernatorem et viceregem hortatur, ut Andream archiep. Bituricen., qui ecclesiae suae in favorem Innocentii tit. SS. Cosmae et Damiani diac. Card. nepotis Pontificis cedere intendit et cui de ecclesia S. Andreae ac certis monasteriis ejusdem regni providere decrevit, adjuvare velit. „Novit nobilitas tua“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 184; tom. 30 l. 2 p. 129.

— — — (7910) Cum Bertrando de Belier cler. Petragoricen. dioec., qui Francisci de Belier in Cur. Parlam. Burdegalen. regii consiliarii natus existit, super defectu aetatis dispensat et indultum circa beneficia ei concedit. „Laudabilia“. L. 1205 f. 252.

1514.

11. April. (III. Id. April.) | Romae ap. S. Petrum | (7911) Roberto Bordel confert perp. capellaniam ad altare S. Elisabeth situm in ecclesia Laudunen. „Vitae ac morum“. L. 1015 f. 99.

— | — | (7912) Blasio de Montemeyrano par. ecclesiam S. Johannis Ruppeselini Valentinen. dioec. confert. „Nobilitas generis“ (Colotius | Draco. Colardi | Cheminart. Coll. Attav.) L. 1013 f. 101.

— — | — | (7913) Lautelino Manhani canon. eccl. S. Petri de Burgo Valentin. resignanti par. ecclesiam S. Joh. Ruppeselini supradictam pensionem super ejusd. eccl. fruct. assignat. „Vitae ac morum“ (script. ut supra) L. 1013 f. 103.

— — | — | (7914) Episcopo Millopotamen., abbati monasterii S. Gertrudis et decano ecclesiae S. Petri Lovanien. Leodien. dioec. mandat, ut Jacobo a Lapide cler. Cameracen. dioec., obsequiis Bernardi tit. S. Mariae in Porticu diac. Card. insistenti, par. ecclesiam de Bernes seu Berkam Cameracen. dioec. conferant. G. F. (Nasius | Grat. de mand. S. D. Suno | Marciaci. Coll. H. de Ces.) L. 1076 f. 263, b.

— — | — | (7915) Johanni Parvi rectori par. eccl. S. Albini Bisuntin. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum“ (Evang. | Grat. p. fam. script. Marciaci | Salvius. Coll. S. de Spol.) L. 1026 f. 276.

— — | — | (7916) Ad preces Alphonsi de Padilla cler. Ispalen. dioec. et fam. sui de bonis a quondam Petro Lupi laico oppidi de Arces dictae dioec. relictis capellaniam in par. eccl. B. Mariae dicti oppidi cum onere Missae quotidianae juxta praefati testatoris voluntatem erigit eamque eidem Alphonso confert. A. P. R. M. „Injunctum Nobis desuper“ (Gratiadei | Milanes. Gauden. | Godelin. Coll. H. de Ces.) L. 1165 f. 105; it. L. 1181 f. 416.

— — | — | (7917) Locumtenenti Legati prov. Marchiae committit, ut, si constiterit societatis inter Petrum alias Minos de Tolentino et Nicolaum Gualterii et Jacobum Lucae de S. Severino super conductione fructuum monasterii SS. Laurentii et Eustachii Camerinen. dioec. initae tempus esse finitum, et Petrus velit, Nicolaum et Jacobum cogat ad dividendum bona hucusque communia. „Expositum Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 164; tom. 30 l. 2 p. 89.

— — | — | (7918) Thesaurario et Angelo Salicato ac Augustino Bagnardo canonicis ecclesiae Ostunen. committit, ut Thesaurariae ecclesiae S. Nicolai Baren. obitu Chrysostomi Columna vac. et Conrado episc. Ostunen. commendatae possessionem capiant, quousque illam eidem Conrado tradant. „Cum Thesauraria“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 178; tom. 30 l. 2 p. 113.

— — | — | (7919) In favorem Humberti Goyeti Sacristae Prioratus S. Joh. prope et extra muros Gebennen. O. S. B., Nicolai tit. S. Priscae presb. Card. familiaris, dictae Sacristiae par. ecclesiam S. Martini de Fausanex Gebennen. dioec. unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Lambert. | Barotius) Arch. Lat. tom. 33 f. 287.

12. April. (prid. Id. April.) | — | (7920) Camillo de Pinabellis archipresb. Gildonii Beneventan. dioec. commissario suo mandat, ut omnia bona mobilia a bon. mem. Seraphino archiep. Idruntin. relicta et a communitate civitatis Idruntin. et ab aliis personis indebite occupata restitui faciat. „Intellecto alias“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 185; tom. 30 l. 2 p. 130.

— — | — | (7921) Nicolao Bavera Ministro ac aliis superioribus et quibuscunque professoribus Ord. Minor. provinciae Siciliae praecipit, ut eorum capitulum provinciale juxta ordinationem ejusdem Nicolai Ministri expediant. „Cum capitulum“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 186; tom. 30 l. 2 p. 132.

— — | — | (7922) Hippolytum tit. S. Luciae in Silice diac. Card. et singulos ejus familiares, qui multis ex causis varias censuras et poenas eccl. forsan incurrerunt, ab his omnibus absolvit. „Sincera fervensque“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 187; tom. 30 l. 2 p. 133.

— — | — | (7923) Communitati terrae Brixelli concessiones per Julium II. eis factas confirmat et alias adjungit. „Promeretur fidei“ (Sadol.) Brev. tom. 41 p. 48.

— — | — | (7924) Antonio de Licana presb. Oscen. dioec. pensionem ex dioec. Barchinonen. reservat. „Vitae ac morum“. L. 1108 f. 234, b.

— — | — | (7925) Michaeli Alra perp. beneficiato in eccl. Gerunden. assignat pensionem ex dicta ecclesia. „Vitae ac morum“. L. 1091 f. 261.

— — | — | (7926) Christophoro de Turriano canon. eccl. Novarien. mandat, ut par. ecclesiam SS. Hippolyti et Cassiani de Lumenonio Novarien. dioec. resignatione Lazari de Mellis vac. Lanfranchino Bartholomaei de Capris cler. Novarien. dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ (De Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 119.

— — | — | (7927—7928) Petro Cortes baccal. in decr. par. ecclesiam S. M. oppidi de Tendilla a Laurentio Cortes resignatam confert. „Literarum scientia“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (P. de Castello. Bregeon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 55; f. 56, b.

— — | — | (7929) Gaspari de Cotono et Marco de Pasqualibus canonicis eccl. Senen. mandat, ut quasd. terras ad hospitale pauperum S. Catharinae prope et extra muros Senen. pertinen., quae juxta relationem Lucae Baii ejus hospitalis rectoris *hospitalarii* nuncup.

1514.

propter distantiam sunt minus utiles, commutandi seu vendendi licentiam concedant, dummodo id in dicti hospit. utilitatem cedat. „Ex commisso Nobis“ (G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 217, b.

12. April. (prid. Id. April.) — Romae apud S. Petrum — (7930—7931) Petro Oleris sen. monacho nuper Priori Prioratus B. Mariae de Vallibus supra Poliniacum Clun. Ord. Bisuntin. dioec. dictum Prioratum resignanti fructus ejusd. cum jure regrediendi reservat atque ei omnimodam ejus administrationem, donec Petrus Oleris jun., cui de dicto Prioratu providetur, ad legit. aetatem pervenerit, et in ipsius Petri sen. defectum Jacobo Saraceni, Cellerario monasterii de Balina Ord. et dioec. praedict., vel (si Petrus jun. mallet) Suppriori ejusd. Prioratus concedit. „Religionis zelus“. Executores deputat. „Hodie cum dil. filius“. Arch. Lat. tom. 28 f. 293; f. 294, b.

— — — (7932—7933) Petro Oleris jun., praefati Petri sen. nepoti dictum Prioratum ad certum tempus commendat et deinde confert. „Religionis zelus“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (script. iid.) L. c. f. 288; f. 291, b.

— — — (7934) Hieronymo Asole cler. Venetiar. fam. suo, Laurentii SS. Quatuor. Coron. presb. Card. obsequiis insistenti, archipresbyteratum eccl. S. Martini de Tribano Paduan. dioec. resignanti pensionem ann. super fruct. canonicatus et praeb. eccl. Ceneten. assignat, per Johannem Bapt. Locatelli, cui de dicto archipresb. providetur, solvendam. G. F. L. 1011 f. 189.

— — — (7935) Eidem aliam pensionem ann. super fruct. par. eccl. SS. Perpetuae et Felicitatis Paduan. dioec. reservat. G. F. L. 1011 f. 190, b.

— — — (7936) Johanni Bonguier, Johanni Broignet ac Gauffrido de Bernay canonicis eccl. Carnoten. mandat, ut causam Helenae de Villeblanche relictae quondam Johannis de Beaumanois olim domini temporalis loci de Lavardin viduae Cenomanen. dioec. quaerentis se per Johannem Daverton, qui cum dicto Joh. de Beaumanois super certis literis seu scripturis sibi restituendis litigasset, in judicium vocatam indebite gravari, examinent ac definiant. „Humilibus“ (Benzon | Campania) Arch. Lat. tom. 26 f. 63, b.

— — — (7937) Archidiacono ecclesiae Mantuan. mandat, ut Julio Caesari de Gonzaga scholari Regien. clericali militiae adscribi desideranti ecclesiam in Blancha nuncup. S. Petri Regien. dioec. resignatione Alexandri de Gonzaga ejus fratris vac. conferre curet, si idem Julius clericali charactere sit insignitus et ad hoc idoneus reperiatur. „Laudabilia“. Arch. Lat. tom. 30 f. 192.

— — — (7938) Vicario gen. episcopi Vicentin. districte mandat, ut possessionem par. ecclesiae de Orgiano Vicentin. dioec., quae obitu Bartholomaei Caprae vac. Innocentio SS. Cosmae et Damiani diac. Card. est commendata, eidem Card. sine dilatione tradat, sicuti hactenus id facere distulit. „Superioribus diebus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 344; tom. 30 l. 2 p. 428.

— — — (7939) Mag. Aloysio de Gibraleon, scriptori et familiari suo, confert ecclesiam par. de Borneyo Meten. dioec. G. D. et F. (Nasius | Acre. Coll. Attav.) L. 1023 f. 53.

— — — (8118) Praeposituram eccl. SS. Joh. et Sebastiani loci de Benna Vercellen. dioec. mensae episc. Iporigien., quamdiu Bonifatius episc. eidem eccl. praefuerit, unit et annectit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (J. B. Nasius | Suno. Baena | Marciaci. Coll. de Juvenibus) L. 1009 f. 87.

— — — (8119) Nicolao tit. S. Priscae presb. Card. juri suo, quod ad Praeposituram antedictam ipsi competebat, cedenti omnes ejusd. Praeposit. fruct. reservat. „Ad personam tuam“ L. c. f. 89.

— — — (8120) Archidiaconis Augusten. et Iporigien. ac Praeposito S. Stephani de Bugella Vercellen. dioec. ecclesiarum mandat, ut monasterium monialium S. Catherinae O. S. A. Augusten. provinc. Tarantasien. defendant contra illos, qui ejus bona et jura injuste occupant. „Militanti Ecclesiae“ (O. Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 36 f. 30.

— — — (8121—8122) Petro Merll (Ind. Mill) Mag. in artibus et fam. suo par. ecclesiam S. Albani Colonien. a Joh. Tute resignatam confert. G. F. (J. B. Nasius | Grat. de mand. S. D. Suno | Copis. Coll. H. de Ces.) Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Script. ut supra) L. 1006 f. 261; f. 262, b.

— — — (8123) Johanni B. Michaeli cler. Roman., Valerii Dulcis script. familiari, pensiones ex dioec. Montisalbanen., Veronen. et Paduan. assignat. „Laudabilia“ L. 1033 f. 185.

— — — (8124) Antonium de Lignamine ecclesiae Messanen. praeficere intendens praefectione hujusmodi decanatum eccl. Messanen. et archidiacon. Syracusan. ac par. eccl. S. Joh. de Sortino et duas eccl. sine cura Messanen. et Syracusan. dioec. necnon Prioratum S. Spirit. Pacten., quos idem Antonius obtinet, vacare decernit; et dicta beneficia, si vacaverint, Gentili Santesio de Sublaco cler. Nullius dioec., qui in hospit. S. Spir. in Saxia de Urbe O. S. A. Deo famulari cupit, confert, Prioratu praefato excepto, quem ipsi ad 6 menses commendat et deinde si professionem emiserit, confert.

1514.

„Apostolicae Sedis“ (Castilion. | Grat. de mand. Balbus | Marciaci. Coll. Cipellus) L. 1030 f. 62.

23. April. (IX. Kal. Mai.) Romae apud S. Petrum — (8125) Gentili Santesio Pindaro Sublacen. cler. Nullius dioec. fam. suo beneficium in dioec. Messanen. confert. G. F. L. 1085 f. 84.

— — — (8126) Paroch. ecclesiam S. Martini de Prado de Rei Astoricen. dioec., ad preces Ambrosii Fernandez canonici eccl. Astoricen. canonicatui dictae eccl., quamdiu Ambrosius illum obtinuerit, unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 212, b.

— — — (8127—8128) Francisco Nigri presb. Venetiar. fructus par. ecclesiarum S. Justinae et S. Sepulchri de Salsano Vincentin. dioec. perpetuo unitarum cum jure ad eas regrediendi reservat, consentiente Marco Antonio de Tarvisio cler. Paduan., cui istae ad 6 menses commendatae et deinde in certum eventum collatae sunt. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie cum dil. filius“ L. 1027 f. 239; f. 239, b.

— — — (8129) Archiepiscopum Arelatensem schisma Pisanum abjurantem absolvit. „Nos more Salvatoris“ Brev. tom. 41 p. 106.

— — — (8130) Bartholomaeo de Thauratis confert rectoriam unius ex tribus portionibus ecclesiae par. per tres rectores regi solitae S. Petri de Ascona Cuman. dioec. obitu Pauli de Romanolo vac. „Vitae ac morum“ (Evangel. | B. de Rizonib. Gerona | Piora. Coll. Donat.) L. 1034 f. 27.

— — — (8131) Conventum O. S. Aug. Erem. in Rappoltsweiler (Alsatia) subjicit vicario provinc. Saxoniae O. S. A. Erem. *Höhn* Chronologia provinc. Rheno-Svevicae Ord. Erem. S. Aug. 1744 p. 149. Citat tantum *Kolde*, Die deutsche Augustinercongr. u. Joh. Staupitz. Gothae 1879 p. 257.

— — — (8132) Regem catholicum hortatur, ut Viceregi Neapolit. committere velit, ut ejectis intrusis Johanne de Sanguine Neapolitan. et ejus filio Alphonso ex abbatia S. Eusebii de Melanico Larinen. dioec. Angelus archiep. Turritan. praelat. suus dom. dictae abbatiae possessionem recuperet, et contra nominatos intrusos justitia suum sortiatur effectum. „Ita de Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 202; tom. 30 l. 2 p. 155, b; tom. 41 p. 62.

— — — (8133) Nuntiis in Hispan. scribit de ead. re. „Scribimus catholicae“ Brev. tom. 41 p. 65.

24. April. (VIII. Kal. Mai.) — (8134) Antonium de Lignamine decanum eccl. Messanen. ob sequentem promotionem ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“ (Jo. Copis | Campania) Arch. Lat. tom. 3 f. 143, b.

— — — (8135) Cum eodem super defectu natalium dispensat. „Divina supereminens largitas“ (Script. ut supra) L. c. f. 144.

— — — (8136—8141) Eundem Antonium praeficit ecclesiae Messanen. obitu Bernardini archiepisc. vacanti in archiepisc. et pastorem. „Divina disponente clementia.“ [1] De hac praefectione scribit a) capitulo dictae eccles., b) clero et c) populo civit. et dioec. Messanen., d) vasallis ejusd. eccl., e) episcopis suffraganeis eccl. Messanen. „Hodie ecclesiae“ (Jo. Copis | Campania) L. c. f. 142 seq.

— — — (8142) Antonio Electo Messanen. concedit, ut pensionem super fruct. archidiaconatus eccl. Syracusan. et jus ingrediendi seu accedendi ad dictum archidiaconatum retinere valeat. „Personam tuam“ (Script. ut supra) L. c. 145.

— — — (8143) Hac praefectione commendam monasterii S. M. Degalli dicto Antonio factam cessare decernit. A. F. R. M. „Romanus Pontifex“ (Benzon | Nardinus) L. c. f. 148, b.

— — — (8144) Didacum de Herrera cler. Caesaraugustan. ob sequentem provisionem ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 149.

— — — (8145) Didaco de Herrera cler. Caesaraugustan. decr. doct. monasterium S. M. Degalli O. S. Basilii Messanen. dioec., quod Antonius Electus Messanen. obtinebat, commendat.“ Romani Pontificis providentia“ (Benzon | Nardinus) L. c. f. 146, b.

— — — (8146—8148) De hac commenda scribit a) conventui, b) vasallis dicti monasterii, c) archiepiscopo Messanen. „Hodie monasterium“ L. c. f. 147, b.

— — — (8149) Ferdinando Siciliae Regi dictum Didacum commendat. „Hodie monasterium“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 3 f. 148.

— — — (8150) Episcopis Seguntin. et Segobien. mandat, ut a praefato Didaco fidelitatis debitae juramentum recipiant. „Cum Nos hodie“ (Script. ut supra) Arch. Lat. tom. 3 f. 148, b.

— — — (8151) Mag. Riccardo de Milanensibus script. et fam. suo a capitulo eccl. Gebennen. in canonicum supernumerarium sub exspectatione praebendae recepto dictam receptionem confirmat. (Ph. de Senis | Grat. p. socio | Cyprian. Coll. Narnia) L. 1013 f. 35.

— — — (8152) Johanni Bapt. abbati monasterii S. Eugenii Senen. Congr. Casinen. regimen et administrationem omnium monasteriorum Congreg. Vallisumbrosae committit, donec super dictis monasteriis et Congregatione ipse Pontifex duxerit aliter providendum,

[1] Arch. Vat. L. 1047 f. 332, b.

1514.

et instantem celebrationem capituli ejusd. Congr. suspendit. „Quoniam omnium monasteriorum“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 203 tom. 30 l. 2 p. 157, b.

24. April. (VIII. Kal. Mai.) Romae apud S. Petrum — (8153) Universis et singulis praelatis, monachis et conventibus Congreg. Vallisumbrosae praecipiendo mandat, ut praefato abbati Johanni Bapt. in omnibus obediant. „Nuper ex certis rationabilibus causis“ (Sadol.) Brev. tom. 30 l. 2 p. 159.

— — — (8154) Nicolao Badoche decano ecclesiae S. Johannis Evang. Leodien. tria vel quatuor beneficia eccl. in civit. ac dioec. Leodien. et Colonien. vel alterius provinciae, quorum insimul fructus 1000 duc. non excedant, reservat. „Cupientes tibi“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 204; tom. 30 l. 2 p. 160.

— — — (8155) Paulo Vigerio cler. Roman., notario suo, literas, quibus ipsi de monasterio S. Christinae O. S. B. Mediolanen. dioec. est provisum, confirmat. „Romani Pontificis“ (Bembus | Grat. de mand. S. D. Balbus | Bernard.) L. 1198 f. 413.

— — — (8156) Philippo Ponze cler. Valentin. concedit, ut pensio ipsi super fruct. mensae archiepisc. Messanen. assignata deinceps non in civit. Messanen., sed in Cur. Rom. solvatur. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. tom. 35 f. 194.

— — — (8157) Cantori et Scholastico S. Martini de Alvelda et B. Mariae Rotundae de Logroño invicem perpetuo unitarum ac Thesaurario B. Mariae de Victoria Calaguritan. dioec. eccl. mandat, ut ad integram vel dimidiam portionem seu perceptionem fructuum par. eccl. S. Vincentii de Antonaña Calaguritan. dioec. Petrum Marquez cler. Calaguritan. admittant, si nemini sit jus quaesitum. „Vitae ac morum“ L. 1010 f. 156, b.

— — — (8158) Francisco tit. SS. Joh. et Pauli presb. Card. unum vel plura certi valoris beneficia in locis dominio Ferdinandi Aragonum et Siciliae Regis et Johannae Castellae et Legionis Reginae subjectis consistentia reservat. „Ad personam tuam“ L. 1054 f. 190; L. 1047 f. 160.

— — — (8159) Has literas confirmat et extendit. Id. Init. L. 1054 f. 197.

— — — (8160) Cum Johannes Franciscus de Flisco cler. Januen., Nicolai tit. S. Priscae presb. Card. nepos, ecclesiam par. SS. Roserii et Antonii de Belgodere Marianen. dioec. et eccl. B. M. de Moriano ejusd. dioec. nulla dispensatione suffultus insimul detinuerit, omnem inhabilitatis maculam praemissorum occasione contractam abolet vicario gen. Bononien. mandans, ut ipsi primo dictam eccl. conferre et ecclesiam B. M. praefatam cum ea unire curet. „Sedes Apostolica“ (Evang. | Grat. p. nep. Card. Chemin. | Cotini. Coll. Attav.) L. 1014 f. 244.

— — — (8161) Abbati monasterii de Cultura Cenomanen. dioec. et Cantori eccl. Cenomanen. ac Offic. Cenomanen. mandat, ut pro parte Johannis abbatis monast. S. Juliani Turonen. dioec. O. S. B., inter quem et Renatum de Prye super regimine monasterii B. M. de Lyra O. S. B. Ebroicen. dioec. lis erat, dictam causam examinent et definiant. „Humilibus“ (Jo. Copis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 76, b.

25. April. (VII. Kal. Mai.) — (8162) Jacobo de S. Agatha Praeposituram eccl. S. Joh. Bapt. de Cisano Mediolanen. dioec. resignatione Lombardini de Burgo vacantem confert. „Vitae ac morum“ (De Senis | Cheminart. | F. de Vega. Coll. Cipellus) L. 1018 f. 127.

— — — (8163) Antonio Electo Messanen. concedit, ut a quovis maluerit cathol. antistite munus consecrationis suscipere valeat. „Cum Nos pridem“ (Jo. Copis | Campania) Arch. Lat. tom. 3 f. 144, b.

— — — (8164) Petrum et Jacobum ac Nicolaum ex Marchionibus Pallavicinis eorumque fratres et nepotes a solutione summae 3000 duc. et aliis poenis per officiales Camerae Ducalis Mediolanen. ipsis, qui certam quantitatem salis fabricari facere non potuerant, inflictis absolvit. „Sincerae devotionis“ (Armellin. | Suno. Baena | D. Andreae. Coll. Attav.) L. 1006 f. 181.

— — — (8165—8166) Mauricio Ganyer cler. Andegaven. dioec. pensionem reservat ex dioec. Cenomanen. „Vitae ac morum“. Decano Beluacen. et Jacobo Mesnagier canon. Parisien. et Offic. Cenomanen. executionem committit. „Hodie dil. filio“ Arch. Lat. tom. 16 f. 206; f. 206, b.

— — — (8167) Johannem de Nograto monachum monast. B. Mariae de Burgedo Praemonstr. Ord. Burgen. dioec. deputat coadjutorem abbatis dicti mon. cum jure successionis. „Ex debito pastoralis officii“ (Evang. | Draco | de Vega. Coll. de Attavant.) L. 1053 f. 236.

— — — (8168—8169) Mag. Johanni de Carmona archidiacono de Carmona in eccl. Ispalen. notario suo concedit regressum ad quoddam beneficium in par. eccl. de Tejada Ispalen. dioec., si Johannes Bilches cedat vel decedat, omnesque dicti benef. fructus reservat. G. D. Executores deputat. „Hodie cum dil. filius“ Arch. Lat. tom. 32 f. 104; f. 105.

— — — (8170—8171) Eidem cum jure regrediendi fructus cujusd. benef. in par. eccl. de Enzinasola Ispalen. dioec. reservat. G. D. Executores deputat. „Hodie cum dil. filius“ L. c. f. 107; f. 108.

1514.

25. April. (VII. Kal. Mai.)	Romae apud S. Petrum	(8172—8173) Archidiacono de Niebla in eccl. Ispalen. mandat, ut supradicto Johanni Bilches cler. Ispalen. praedicta beneficia in par. ecclesiis a) de Tejada et b) de Enzinasola Ispalen. dioec. conferat. „Laudabilia“. L. c. f. 111; f. 113.
— —	—	(8174—8175) Praefato Johanni de Carmona cum jure regrediendi fructus cujusd. benef. in par. eccl. S. Vincentii Ispalen. reservat. G. D. Executores deputat. „Hodie cum dil. filius“. L. c. f. 105, b; f. 106, b.
— —	—	(8176) Archidiacono de Niebla mandat, ut Didaco Sanctii cler. Ispalen., si idoneus sit, dictum benef. in par. eccl. S. Vincentii Ispalen. conferat. L. c. f. 115.
— —	—	(8177—8178) Ginoto Mulatterii presb. confert par. ecclesiam S. Romani sitam intra claustrum eccl. Lugdunen. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. O. Cesis. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 187; f. 188, b.
— —	—	(8179) Pro parte Johannae de Claromonte abbatissae et Irlandae de Lautrico monialis monasterii B. Mariae de Veteri Muro O. S. B. Castren. dioec., quae antea inter se litigabant, cum Irlanda assereret, se per nonnullas moniales in abbatissam esse electam, concordiam inter ipsas factam confirmat, ita ut Irlanda in favorem Johannae cedat, sed in choro primam sedem post abbatialem obtineat et ejusd. abbatissae vicarissa irrevocabilis existat ac certis juribus gaudeat. A. F. R. M. (Armellin. | Suno. Baena | Valleol. Coll. H. de Ces.) L. 1005 f. 202.
— —	—	(8180) Priori monasterii per Priorem gubernari soliti S. Johannis juxta Lenaenach Laonen. dioec. et Guillelmo Oduygyn et Ruorico Oduygyn Laonen. et Cluonen. eccl. canonicis mandat, ut in favorem Donaldi Omeachyr Prioris monasterii S. Crucis de Insula Viventium O. S. A. Laonen. dioec. cum hoc Prioratu, quamdiu Donaldus eum obtinuerit, de Liamocaernoc et S. Jacobi de Burgestia ac B. Mariae de Amaryn necnon S. Nicolai de Boyston locorum Cassalen. dioec. par. ecclesiarum vicarias, si eas vacare repererint, unire curent. „Votis illis“ (De Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. vol. H f. 188.
— —	—	(8181—8182) Thomae de Rubeis fam. suo alteram portionem par. ecclesiarum invicem perpetuo unitarum per duos rectores regi solitarum S. Mariae de Angelis et Annuntiationis B. M. V. Terrae Motae S. Felicis Cusentin. dioec. resignatione Francisci Cribarii de Regina vac. confert. G. F. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (A. de S. Severino. Ph. de Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. vol. H f. 6; f. 7, b.
— —	—	(8183) Magno Rhodi Magistro scribit, se animum suum erga eum et Ordinem, cui praeest, ejus fratri Carolo tit. S. Caeciliae presb. Card. patefecisse, cujus literis plenam fidem adhibeat. „Ex iis, quae cum dil. filio“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 205; tom. 30 l. 2 p. 169.
26. April. (VI. Kal. Mai.)	—	(8184) Ut sacellum Annuntiat. B. V. Mariae Florentin., a majoribus suis magnis auri copiis abunde fusis a fundamentis erectum, marmoreis aliisque constructum pretiosis lapidibus, sericis argenteisque innumeris ornamentis decoratum, quod 30 lampades in girum pendentes die noctuque eorundem impensa lucentes illustrant et quod B. V. Maria ceu propriam sedem ad conferenda mortalibus beneficia elegit, ut statuarum et imaginum in eccl. distinctissimus ordo necnon populorum ex universis mundi partibus illuc confluentium attestatur frequentia, honoretur et fideles pro illo et pro eccl., in qua est conditum, necnon pro fratribus inibi deservientibus et pro pauperibus ad hanc eccl. confluentibus eleemosynas elargiantur, dictum sacellum visitantibus indulgentias concedit. „Dum semper Virginis Dei Genitricis“ (Sadol. | Grat. de mand. S. D. Cheminart. Aloys. | Barot. | De Comitibus) L. 1195 f. 181, b. Exstat apud *Archangelum Granium*, Centur. III Annal. Ord. Servor. L. V c. 4; apud *Bzovium*, Contin. annal. Baron. a. 1514 n. 22 p. 236. 237.
— —	—	(8185) Cavallicen. et Lucerin. episcopis ac Officiali Caminen. mandat, ut Joachimo Plate cler. Caminen. dioec., causarum P. A. notar. et fam. suo, conferant canonicatum et praeb. eccl. Caminen., quos Henninghus Steuwer, dum viveret, obtinebat. G. D. et F. (Evang. | Grat. p. not. Rotae. Balbus. Baena | Bernard. Coll. Attav.) L. 1034 f. 49, b.
— —	—	(8186) Iisdem mandat, ut praedicto Joachimo Plate canonicatum et praeb. eccl. B. M. V. Stettinen. Caminen. dioec. obitu ejusd. Henningi vac. conferant. G. D. (Script. iid.) L. 1048 f. 13.
— —	—	(8187—8188) Francisco episc. Tiburtin. plura beneficia Veronen. dioec. commendat. „Ad personam tuam“ Executores deputat. „Hodie venerabili fratri“ L. 1021 f. 84; f. 85, b.
— —	—	(8189) Prioratum de Romainmotier O. S. B. Lausanen. dioec. monasterio Lacuniren. Praemonstr. Ord. dictae dioec., quod Jacobus Varnerii cler. Lugdunen. in commendam obtinet, perpetuo unit. A. P. R. M. „Ex debito pastoralis officii“ (Evangel. | Chemin. Aloys. | A. de Castello. Coll. Narnia) L. 1025 f. 216.
— —	—	(8190—8191) Aynardo de Valleserris canonicatum et praeb. eccl. Dien. resignatione Stephani Regis vac. confert. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Benzon. A. de Alvarottis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 58; f. 59, b.

1514.

26. April. (VI. Kal. Mai.)	Romae apud S. Petrum	(8192) Mag. Angelo Bucano notar. et fam. suo par. ecclesiam S. Nicolai de Capellis Marsican. dioec. confert. G. D. et F. (Agrigentin. | Grat. de mand. S. D. | Bernard. Coll. Bucan.) L. 1010 f. 23.
— —	—	(8193—8194) Fernando de Alcocer portionario eccl. Giennen. quaedam beneficia Toletan. dioec. a Stephano archiep. Baren. resignata confert. G. F. „Grata familiaritatis". Executores deputat. „Hodie dil. filio" (Lambert. G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. vol. H f. 157; f. 158, b.
— —	—	(8195) Stephano Gabrieli archiepisc. Baren. praelato suo dom. et lit. apost. script. plura beneficia in Toletan. dioec. resignanti pensionem super fruct. par. eccl. de Arriovilla Giennen. dioec. a Fernando de Alcocer ejus rectorem persolvendam assignat. „Personam tuam". L. 1022 f. 112, b.
— —	—	(8196) Arnaldo Dirigaray cler. Burdegalen. dioec., baccal. in U. J., commendat Prioratum B. Mariae in Meduleo prope Serarum O. S. A. ejusd. dioec. „Vitae ac morum" (Armellin. | Cheminart. Aloys. | J. de Gais. Coll. Attav.) L. 1006 f. 188.
— —	—	(8197) Jacobo de Podio cler. Vapincen. Prioratum SS. Petri et Andreae de Tollorenio loci de Mollanis O. S. B. Vastionen. dioec. resignatione Antonii de Podio vacantem commendat et par. ecclesiam *Prioratum* nuncupatam S. Michaelis loci et dioec. praedictorum ab eodem Antonio resignatam ad certum tempus commendat et deinde confert. „Nobilitas generis" (Armellin. | Suno. Baena | Cyprian. Coll. Cipellus) L. 1018 f. 101.
— —	—	(8198) Nicolao Aboleo familiari suo confert ecclesiam par. *plebem* nuncup. S. Viti de S. Vito Mutinen. dioec. et eccl. ei annexas S. M. de Curticella et S. Joh. de Spilimberto dictae dioec. G. F. (Evang. | Grat. de mand. Suno. Baena | Questenb. Coll. H. de Cesis) L. 1012 f. 313.
— —	—	(8199—8200) Johanni Baptistae episc. Phanen. officium sollicitatoris lit. apost. resignatione Bonijohannis Thaddaei cler. Florentin. vacans concedit. „Exigentibus meritis". Paulo de Cesis canon. Spoletan. mandat, ut eum ad dictum officium admittat. „Hodie venerabili fratri" (Lambert. G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 78; f. 78, b.
— —	—	(8201) Archidiaconis Hasbaniae et Brabantiae eccl. Leodien. et Officiali Leodien. mandat, ut Gerardo de Doerien cler. Leodien. dioec. capellaniam in par. eccl. de Liers dictae dioec. conferant. G. F. Arch. Lat. tom. 21 f. 340, b.
— —	—	(8202) Johanni Mangoldth cler. Augusten. pensionem assignat ex dioec. Ratisponen. „Vitae ac morum". L. 1075 f. 53, b.
— —	—	(8203) Amaneo tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano diac. Card., qui omni juri ad Camerariam Prioratus S. Vincentii de Roda O. S. A. Ilerden. dioec. cedit, Stephano de Ribera, cui de ea providetur, cedente vel decedente, accessum ad eam concedit. „Ad personam tuam". L. 1015 f. 255.
27. April. (V. Kal. Mai.)	—	(8204) Melchiori Corvera et Alphonso Berual haeret. pravit. in regno Siciliae inquisit. scribit, se causam Ferdinandi de Aragonia physici fam. sui, uxoris et filiorum ejus ad se advocare. „Cum superioribus diebus" (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 207; tom. 30 l. 2 p. 172.
— —	—	(8205) Mag. Bartholomaeo Cupini cler. Britonorien. dioec. et notario suo medietatem fructuum canonicatus et praeb. eccl. Cesenaten. ac capellaniae ad altare XII Apostolorum situm in dicta eccl. ab ipso dimissorum reservat, Johanne Cupini consentiente, cui de iis providetur. G. D. et F. L. 1005 f. 18, b.
— —	—	(8206) Ducem Venetiarum hortatur, ut contra Bartholomaeum Parrelli, Leonardum de Thienis, Montanum de Barbarano et Hieronymum del Torso cives Vicentinos debitores Johannis Caroli Antonii de Borrorineis civis Florentini justitiam suum effectum sortiri faciat. „Cum sicut Nobis" (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 208; tom. 30 l. 2 p. 173.
— —	—	(8207) Priori monasterii S. Crucis de Insula Viventium Laonen. dioec. et Guillelmo Oduygyn et Ruorico Oduygyn Laonen. et Cluonen. ecclesiarum canonicis mandat, ut archidiaconatus Ossoren. et Cassalen. ecclesiarum Edimundo Rutile cler. Ossoren., si eos vacare repererint, conferant. „Vitae ac morum" (De Agnellis | Campania) Arch. Lat. tom. 30 f. 237.
— —	—	(8208) Archiepiscopum Gnesnen. et Wratislavien. et Olumutien. episcopos ac administratorem Pragen. et abbatem monasterii S. Vincentii ac Praepositum S. Spiritus Wratislavien. dioec. Conservatores deputat fratrum Ord. Minor. de Observ. provinciae Bohemiae, quibus propter locorum distantiam difficile est, Conservatores a Johanne XXII. deputatos adire. „Dudum siquidem" (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 209; tom. 30 l. 2 p. 175.
— —	—	(8209—8210) Francisco Pelegrino archipresbyteratum eccl. Catharen. resignatione Triphonis Electi Catharen. vac. confert. „Vitae ac morum". Execut. deputat. „Hodie dil. filio" (Lambert. G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 350; f. 351.

1514.

27. April. (V. Kal. Mai.) Romae apud S. Petrum

(8211) Pro parte Guardiani et fratrum domus S. Caeciliae extra et prope muros civitatis Mutinen. O. M. de Observ. syndicis seu procuratoribus dictae domus concedit, ut legata eidem domui relicta elapso uno anno ab obitu testatorum exigere valeant. „Vobis evangelicae paupertatis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 210; tom. 30 l. 2 p. 179.

— — —

(8212) Officiali Compostellan. mandat, ut in favorem Antonii Martini cler. Tuden. dioec. ecclesiam par. S. Ovaiae de Meyra resignatione Martini de Perez de Mondragon vac. par. ecclesiae S. Fruz Dasstacas Compostellan. dioec. resignatione Garsiae Yranes de Mondragon vac. uniat et utramque eccl. dicto Antonio, si dignus reperiatur, conferat. „Apostolicae Sedis“ (Benzon | Campania) Arch. Lat. vol. F f. 246, b.

— — —

(8213) Mag. Balthasari del Rio notario et fam. suo confert archidiaconatum eccl. Elnen. obitu Francisci de Sainmartin vac. G. D. et F. (Evangel. | Grat. de mand. S. D. Marciaci. Corbin. | Verdes. Coll. Attav.) L. 1027 f. 160.

— — —

(8214) Mag. Jacobo Simoneta causarum P. A. auditori mandat, ut canonicatum et praeb. eccl. S. Victoris Burgivarisii Mediolanen. dioec. obitu Johannis Petri de Aliaziis vac. Johanni Paulo de Bosiis clerico Mediolanen. surrogando conferat, si nemini sit jus quaesitum. „Vitae ac morum“ (O. Cesis | Barotius) Arch. Lat. vol. H f. 92.

— — —

(8215) Petro Goayre confert par. ecclesiam de Gahardo Redonen. dioec. „Vitae ac morum“ (Colot. | Grat. p. fam. assist. [Joh. Danielo] Draco. Colardi | Valtrini. Coll. Attav.) L. 1015 f. 164, b.

— — —

(8216) Carolo Helyes decano eccl. Omnium Sanctorum de Mauritania Sagien. dioec. decanatum dictae eccl. confert, dubio de praevia collatione ipsi facta exorto. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Balbus. Baena p. comp. | Valtrini. Coll. Attav.) L. 1049 f. 147.

28. April (IV. Kal. Mai.) —

(8217) Francisco Amenon Priori Prioratus S. Petri de Rivarenna O. S. B. Turonen. dioec. commendat Armariam monasterii S. Pauli de Cormeriaco Ord. et dioec. praedict. „Religionis zelus“ (Colot. | B. de Rizonib. Gerona | de S. Joh. Coll. Donat.) L. 1050 f. 14.

— — —

(8218) A Ferdinando Hispaniarum Rege petit, ut virum missum ab Urbinatium Duce ad eum excusandum et purgandum ab objectis ipsi criminibus benevole audiat; nihil contra Regis honorem Ducem fecisse, nihil ut fieret jussisse affirmat. „Mittit ad te Franciscus Maria Urbinatium Dux, Nostri, ut scis, exercitus imperator“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 155. Ed. Bemb. L. VIII ep. 14 p. 62.

— — —

(8219) Gubernatori et communitati Spoleti mandat, ut infra terminum 20 dierum a data praesentium complendum aliquem bene instructum ad se mittat pro capienda plena informatione de querela Johannis Mariae de Varano Camerini in temporalibus vicarii sui, qui se de facto spoliatum Castro Montissancti per Spoletanos conqueritur. „Nuper dil. filius nobilis vir Joh. Maria de Varano“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 211; tom. 30 l. 2 p. 183; tom. 41 p. 115.

— — —

(8220) Gubernatori Romandiolae. Ne judicia illudantur et delicta remaneant impunita, statuit, ut sententiae condemnatoriae criminales executioni demandentur, si ab iis appellatum fuerit et causae appellationis hujus in Rom. Cur. per quadrimestre pendeant indecisae; prohibet, ne officiales in Potestatum et vicariorum electionibus quidquam innovare conentur. „Cupientes istas Nostras provincias“. Brev. tom. 41 p. 70.

— — —

(8221) Thoneneto Malchaussier cler. Tullen. dioec. par. ecclesiam de Xope dictae dioec. resignanti fructus ejusd. eccl. reservat, Desiderio Bertrandi consentiente. „Vitae ac morum“. L. 1061 f. 117.

— — —

(8222) Vicario gen. episc. Tarvisin. mandat, ut fructus et spolia eccl. S. Mariae de Cendrolis de Riesio Tarvisin. dioec. Mag. Petro Bembo secretario dom. Pont., cui est collata, consignet. „Volumus et tibi“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 346; tom. 30 l. 2 p. 429.

— — —

(8223) Beneficium certi valoris in Brixien. vel Tridentin. civit. et dioec. consistens canonicatui et praeb. eccl. Mantuan., quos Ludovicus Arrivabenus Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. magister domus obtinet, perpetuo unit, cum primum extra Rom. Cur. vacare contigerit. A. P. R. M. „Ex injuncto Nobis“ (A. Melfit. | Grat. de mand. S. D. Suno. Baena | Casanova. Coll. Attav.) L. 1019 f. 100.

— — —

(8224) Praeposito ecclesiae B. Mariae de Motha Tullen. dioec. mandat, ut par. ecclesiam S. Petri de Pope ejusd. dioec. Desiderio Bertrandi presb. dictae dioec., si eum ad hoc idoneum esse repererit, conferat. „Dignum arbitramur“ (Evangel. | Balbus p. comp. | Valtrini. Coll. Attav.) L. 1043 f. 106.

— — —

(8225) Desiderio Perini cler. Tullen. dioec. par. ecclesiam S. Odae de S. Oda dictae dioec. resignanti pensionem assignat super fruct. hujus eccl. „Vitae ac morum“. L. 1061 f. 116.

— — —

(8226) Praeposito ecclesiae B. Mariae de Motha Tullen. dioec. mandat, ut par. ecclesiam S. Odae de S. Oda ejusd. dioec. a Desiderio Perini resignatam Johanni Haulneneti presb. dictae dioec., si eum idoneum repererit, conferat. „Dignum arbitramur“ (Evangel. | Balbus. Colardi | Valtrini. Coll. Attav.) L. 1043 f. 110.

— — —

(8227) Johanni de Herrera archivii Rom. Cur. scriptori, Laurentii SS. Quatuor. Coron. presb. Card. obsequiis insistenti, par. ecclesiam de Cayas de Vascones Oxomen. dioec.

1514.

obitu Johannis Hurtado vacantem confert. G. D. (Castilion. | Grat. p. script. arch. Marciaci. Corbin. | Cabredo. Coll. Narnia) L. 1029 f. 220.

28. April. (IV. Kal. Mai.) Romae apud S. Petrum — (8228) In favorem Ludovici Alvari de Sosa rectoris par. eccl. S. Johannis de Onill cum dicta eccl. par. ecclesias B. Mariae Magdalenae et S. Andreae Portugalen. dioec. a Gundisalvo Gundisalvi resignatas unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Ph. de Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 123.

— — — (8229) Carolum Sabaudiae Ducem, qui nonnullos iniquitatis filios, qui fratrem Albertum religiosum professum in monasterio B. Mariae Vallis Pisii Montis Regalis dioec. Carthus. Ord. interfecerunt, ac universitatem terrae Clusae dictae dioec., qui manu armata in illud monasterium irruentes expulsis contumeliosissime fratribus et bonis direptis monasterium combusserunt, punire neglexit, hortatur, ut hujusmodi nefarios condignis poenis puniat et ad restaurandum monasterium et fratribus integre satisfaciendum eos cogat. „Existimabamus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 217; tom. 30 l. 2 p. 193.

— — — (8230) Officiali episcopi Aquen. mandat, ut haeredes b. m. Roberti tit. S. Anastasiae presb. Card. nuper commendatarii monasterii S. Victoris O. S. B. prope et extra muros Massilien. multis et necessariis reparationibus per plures annos egentis taxam seu expensarum portionem per dictum Card. debitam pro hujusmodi reparationibus solvere jubeat. „Cum monasterium“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 214; tom. 30 l. 2 p. 187.

— — — (8231) Gubernatori Campaniae mandat, ne hospitium a communitate Frusinonis emptum vel conductum retineri permittat, eique committit, ut impediat, quominus talem venditionem seu locationem facere aut hospitia exercentibus onus imponere praesumant. „Ex nonnullorum“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 213; tom. 30 l. 2 p. 185.

— — — (8232) Vicelegato Perusiae committit, ut Bernardum de Medicis et quemdam Franciscum Vergollum, qui Fabritium de Carretto Ord. Hieros. Magnum Magistrum et Dominicum de Garzonibus dicti Ord. militem super Praeceptoria S. Benedicti de Mugnano Perusin. dioec. molestant, comprimat et praefatis Magistro et Dominico assistat. „Cum superioribus diebus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 215; tom. 30 l. 2 p. 189.

— — — (8233) Ferdinando Aragonum et Siciliae Regi, Magistratus Militiae S. Jacobi de Spata O. S. A. perpetuo administratori, Praeceptoriam domus de Veas Carthaginen. dioec. dictae Militiae obitu Michaelis Perez de Almacan vac. Johanni ejusd. Michaelis nato conferendi facultatem concedit ipsique Johanni indulget, ut habitum ejusd. Militiae ubicumque recipere valeat. „Accepimus quod Majestas tua“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 216; tom. 30 l. 2 p. 190.

— — — (8234) Johanni de Saulis prov. Romandiolae thesaurario. Communitati civit. Ravennae, quae secuto conflicto exercitus S. R. E. et illius hostium maxima multipliciaque damna sustinuit, de censu 2000 duc. quotannis solvendorum et pro salario Gubernatoris et Castellani arcis ejusd. civit. deputatorum 1000 pro certis annis remisit et condonavit. Ne Gubernator et Castellanus sine convenienti stipendio remaneant, certas pecunias assignat. „Superiori anno“ (Sadol.) Brev. tom. 41 f. 75.

29. April. (III. Kal. Mai.) — (8235) Emmanueli Portugalliae Regi. Cum Pontifex acceperit, quod ejusd. Emmanuelis praedecessores ejectis e suo regno Mauris arma in Africam transtulerunt, inter quos Johannes I. zelo religionis accensus comparata ingenti classe munitissimam urbem Septam pugnando cepit, quae in Gaditano freto sita et christiano nomini infesta commercia ex Oceano in Mediterraneum mare impediebat et Hispaniam invadendi Mauris occasionem praebebat; quod postea ejusd. Johannis successores Reges pari virtute exercitibus in Africam trajectis munitissima oppida Alassar, Arzillam et urbem Tingi expugnaverunt, sed graviora adhuc pericula superanda sunt, quia hostes assiduitate pugnandi disciplinam militarem edocti validiores in dies effecti sunt ac magis armis bellicisque machinis, quorum fuerant expertes, affluunt et quia insuper plerique rerum hujusmodi periti bello Granatensi in Africam trajicere coacti sunt ac Rex Fensen. (Fecen.), qui bellicosus est et christiano nomini infensissimus esse dicitur, Arzillam oppidum munitissimum ad litus maris positum et civitatem Tingi gravissima obsidione cinxit; quod praefatus Emmanuel Rex, ut infidelium conatus frangeret et renascentia bella penitus extingueret, capta jam urbe Zafi magnum exercitum, cui nobilem virum Jacobum Bragantiae Ducem sororis filium praefecit, in Africam trajecit celebres opulentasque urbes Azamor, Almedinam et Tyti partim armis partim deditione captas ac nonnulla etiam oppida in Maroquitarum regno christianae reipublicae adjecit et ob bellum Africum, quod adversus duos potentissimos hostes suscepit, quibus non devictis et ad fidem christianam conversis christiana res nedum in Africa, sed etiam in Portugalliae regno numquam tuta erit, maximos labores et incredibilia onera subire cogitur; quod idem Rex duces suos misit, qui circumactis a tergo Africae per Atlanticum litus classibus Aethiopiam, Arabiam, Persidem et Indiae partem ingressi cum Sultano Mahumetanae spurcitiae assertore aliisque regibus, qui

1514.

illis provinciis et regnis praesunt, contusis sic hostium viribus captisque plerisque oppidis et civitatibus gravissimum bellum gerunt; cum dubitandum sit, an regni opes ad tanta gerenda bella sufficiant et timendum sit, ne prosperi conatus languescant: eidem Emmanueli Regi et successoribus concedit, ut ad instar Regum Castellae et Legionis, durante dumtaxat bello Africano contra Fecen. et Maroquitarum infideles Reges et non ultra, de quibuscunque cathedr. ecclesiis, monasteriis aliisque beneficiis in provinciis, quae Portugalliae Regi subjectae sunt et subjicientur, consistentibus (exceptis iis, quorum fructus 50 duc. non excedunt) partes decimarum *tertias* nuncup. exigere et percipere valeant. „Providum universalis Ecclesiae pastorem“ (Suno | De Comitibus) L. 1195 f. 29.

29. April. (III. Kal. Mai.) Romae apud S. Petrum (8236) Pro parte Emmanuelis Portugalliae Regis et perpetui administratoris Militiae Jesu Christi, qui supplicat, ut juxta militum ejusd. Militiae augmentum ejus Praeceptoriae augeantur et Praeceptoriis sic erigendis certa bona et jura omnium monasteriorum et Prioratuum in Bracharen., Ulixbonen., Portugallen., Visen., Septen., Lamacen., Columbrien., Elboren., Egitanien. et Silven. civit. et dioec. consistentium applicentur, Praeceptorias hujusmodi erigit iisque dicta bona applicat. A. P. R. M. „Redemptor noster“ (Sadolet. | Suno | De Comitibus) L. 1195 f. 23.

— — - (8237) Praeposito eccl. Florentin. mandat, ut ecclesiam *plebaniam* nuncup. S. Pauli in Rosso Fesulan. dioec. a Juliano de Ricasolis resignatam Johanni Bapt. de Ricasolis cler. Rom., Mag. Francisci de Gomiel script. consanguineo, ad certum tempus commendet et deinde, si idoneus sit, conferat. „Laudabilia“ (O. Cesis | Campania) Arch. Lat. tom. 30 f. 234, b.

— — — (8238) N. N. mandat, ut Hebraeos confluentes in Cesenam civitatem, cujus statuta prohibent, quominus Judaei bona stabilia ibi emant, ex ista civit. et illius finibus et Comitatu praeter eos dumtaxat, qui istic nati sint veteremque ortus sui originem istinc habeant, penitus expellat, ne si ei rei opportune non provideatur et debitis remediis occurratur iidem Hebraei tamquam civitatem ipsam vi usurarum pecuniarumque et aliis malis artibus oppugnantes brevi majoris partis bonorum stabilium illius domini fiant. „Expositum Nobis fuit“ (Card. SS. Quatuor Coron. Sadol.) Brev. tom. 41 f. 77.

— — — (8239) Conservatores deputat ad executionem decreti Julii PP. II. (incip. A. P. R. M. „Ex debito pastoralis officii“. L. 981 f. 228, b). „Dudum a fel. mem. Julio“. L. 1068 f. 202, b.

— — — (8240) Pro parte Mag. Bartholomaei Ferratini canonici basilicae S. Petri de Urbe notar. sui et administratoris capellae Juliae nuncup. sub invocat. Nativit. B. M. V. a Julio PP. II. in eadem basilica erectae et nob. viri Antimi de Sabellis de Albano domicelli Roman. ad evitandas lites, quae ex eo formidantur, quod Julius II. Prioratum S. Pauli de Albano prope et extra muros Albanen. O. S. Hieronymi dictae capellae perpetuo univit nulla mentione facta de jure patronatus praefato Antimo in eodem Prioratu forsan competente: sub certa conditione capellam supradictam in jure patronatus, si quod Antimo in illo Prioratu competit, surrogat; casale, molendinum et silvam ad dictum Prioratum spectantia in dioec. Albanen. consistentia ab eodem Prioratu separat (salvo jure ligna in dicta silva scindendi capellae Juliae p. t. deservientibus reservato); beneficium sub invocat. S. Sebastiani ad altare sub invocat. ejusd. S. Sebast. in eccl. S. Petri de Albano perpetuo erigit et praedicta casale, molendinum ac silvam ei pro dote applicat atque Antimo et successoribus de familia de Sabellis de Albano jus patronatus et praesentandi personam idoneam ad istud beneficium concedit. A. P. R. M. „Ex debito pastoralis officii“ (Evangel. | Cheminart. Aloysius | Salvius. Coll. J. J. Cipell.) L. 1004 f. 321.

— — — (8241—8242) Carolum tit. S. Caeciliae presb. Card. praeficit ecclesiae Caturcen. in episc. et pastorem. „Divina disponente clementia“. Eundem Carolum Card. Ludovico Francorum Regi commendat. „Gratiae divinae praemium“ (Chemin. Coll. Attav.) L. 1033 f. 31; f. 32, b.

— — — (8243) Pro parte Cleti Stephani de Picenardis civis Mantuan. exponentis, quod Sigismundus S. Mariae Novae diac. Card. tunc in minoribus constitutus quasdam petias terrarum ad eccl. Mantuan. pertinentes et in feudum honorificum et perpetuum dari solitas, quae nullius vel modici redditus et valoris erant, per plures annos, antequam eccl. Mantuan. administrator deputatus esset, tenuerat et propriis sumptibus et maximis laboribus ad non modicam culturam et fertilitatem reduxerat et easdem seu dominium utile earum postea praefato Cleto in recompensam et satisfactionem quarundam terrarum, quae ad eundem Cletum pertinentes ab eodem Sigismundo Galeatio Sfortiae domicello Mediolanen. erant consignatae, concessit, et cum majoris valoris essent quam terrae Cleti alienatae, totum illud plus valoris et pretii eidem Cleto donavit, et deinde in feudum honorificum et perpetuum easdem petias in recompensam assignatas ipsi concessit, dictam donationem per Sigismundum eidem Cleto factam confirmat. „Sincerae devotionis“ (Nasius | Suno | Vega. Coll. Cipell.) L. 1018 f. 121.

1514.

29. April. (III. Kal Mai.) | Romae apud S. Petrum. | (8244) Johanni de Soy canon. monasterii S. Bartholomaei de Cechout O. S. A. Tornacen. dioec. fam. suo pensionem assignat ex dioec. Trajecten. G. D. L. 1125 f. 142.

— | — | (8245) Vicario gen. archiepisc. Senen. mandat, ut Nicolao de Camorrinis cler. Aretin., capellano suo et caus. P. A. auditori, possessionem monasterii de Quarto Ord. Camald. Senen. dioec., quod obitu Roberti tit. S. Anastasiae presb. Card. vacans ipsi est commendatum, intra sex dies tradat. „Dudum monasterio“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 212; tom. 30 l. 2 p. 183.

— | — | (8246) Johanni de Launay presb. Cenomanen. dioec. Prioratum B. Mariae de Loyziaco in Logio O. S. A. Senonen. dioec. cessione Richardi de Laumille vac. commendat. „Vitae ac morum“ (Evang. | Guerrerius. Bertrand. | J. de Gais. Coll. F. d. Attav.) L. 1067 f. 100, b.

— | — | (8247) Juliano Petri Fiamminghi confert capellaniam in eccl. par. S. Petri de Marcignano Lucan. dioec. G. F. L. 1024 f. 65.

— | — | (8248) Literas Alexandri VI (d. d. 1495 XV. Kal. Mai. incip. G. D. et F.), quibus Mag. Johanni Bapt. Almadiano cler. Viterbien. scriptori pensio super fruct. Prioratus S. Antonii O. S. A. terrae Cremae Cremonen. dioec. est reservata, transscribi facit et earum tenorem ejusd. roboris esse ac lit. orig. decernit. A. F. R. M. „Provisionis Nostrae“ Arch. Lat. tom. 36 f. 172, b.

— | — | (8149—8250) Prospero de Fossato par. ecclesiam S. Mariae de Gratia Montis Alti Cusentin. dioec., resignatione Bernardini de Fossato vac. confert. „Vitae ac morum.“ Militen. et Alexandrin. episcopos et vicarium gen. archiep. Cusentin. executores nominat. „Hodie dil. filio“ (Evangel. | Suno Baena | F. de S. Johanne Coll. H. de Cesis) L. 1011 f. 199; f. 200.

— | — | (8251—8252) Simoni de Fossato cler. Albinganen. fructus praefatae eccl. cum jure accedendi ad eam reservat. G. F. Execut. deputat. „Hodie cum dil. filius.“ L. 1065 f. 242; f. 242, b.

— | — | (8253) N. N. committit et mandat ut archipresbyteratus loci Varani necnon canonicatus et praeb. eccl. S. Laurentii Mediolanen. et omnium beneficiorum obitu Andreae de Ecclesia presb. Mediolanen. vacantium et Francisco de Vincemanis cler. Mediolanen. fam. suo collatorum possessionem capiat et postea ea dicto Francisco tradat. „Nuper dil. filio“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 345; tom. 30 l. 2 p. 430.

— | — | (8254) Mag. Jacobo Ponzetto script. et famil. suo par. ecclesias *capellas* nuncup. S. Martini et S. Vincentii Salernitan. dioec. confert. G. D. et F. (A. Colot. | J. de Cesis. Coll. H. de Ces.) L. 1007 f. 232.

— | — | (8255) Executores deputat, qui ab ecclesia S. Petri de Bemischia Adjacen. dioec. injustos detentores Pauletum de Trinitate presb. et P. Paulum ac Paduanum de Sarula laicos amoveant et in ejusd. eccl. possessionem inducant legitimum ejus rectorem Franciscum Pallavicinum fam. suum et eum defendant. „Pastoralis officii“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 218; tom. 30 l. 2 p. 196.

— | — | (8256) Martino de Rozas cler. Burgen. dioec. pensionem super fruct. cujusd. benef. in par. eccl. B. M. de Villilla Palentin. dioec. assignat et pensione non soluta accessum ad dictum benef. concedit. G. F. L. 1039 f. 18 b.

— | — | (8257) Capitaneo, judicibus, consilio et communitati civitatis Tergesten. sub excommunic. poena expresse mandat, ut Euphrosynam in abbatissam monasterii S. Benedicti de la Cella dictae civitat. canonice electam et ab Ordinario confirmatam inquietare et molestare desistant. „Nuper Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 219; tom. 30 l. 2 p. 199.

30. April. (Prid. Kal. Mai.) | — | (8258) Alphonso archiepisc. Caesaraugustano [1], qui monasterium S. Cucufatis Vallen. O. S. B. Barchinonen. dioec. in commendam obtinet [2], concedit suspensionem ordinationis a Pio II. de eo coenobio stabilitae ad unum decennium immediate futurum. „Exponi Nobis nuper fecisti“ (Sadol. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 41 p. 81.

— | — | (8259) Ascanio Parisano famil. suo ab Aloysio do Gaddis thesaurario gener. provinciae Marchiae, cui maleficia ejusdem provinciae pro certo tempore et pretio nuper locavit in socium pro medietate in officio thesaurariae nominato, dubitanti, an etiam in dicta locatione maleficiorum comprehendatur, declarat ad tollendum omne dubium, ut in thesauraria, ita et in locatione maleficiorum eum pro medietate comprehendi. „Cum nuper locaverimus“ (Bembus) Div. Cam. tom. 63 f. 261, b.

— | — | (8260) Petro de Aza cler. Segobien., qui canonicatum et praeb. eccl. Segobien. resignavit, regressum ad eos concedit. „Vitae ac morum“ L. 1161 f. 60.

— | — | (8261) Fortunerio de Claveria rectori par. eccl. S. Susannae Lascuren. dioec. confirmat literas, quibus dicta eccl. resignatione Arnoldi de Claveria vacans ipsi est collata. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. tom. 37 f. 308.

---

[1] Alphonsus de Aragon 1478—1520 archiep. in Saragossa *Gams* p. 20.

[2] S. Cucufate in Castro de Octaviano cf. España sagrada tom. XXIX p. 37. 342.

1514.

30. April. (Prid. Kal. Mai.) Romae apud S. Petrum. (8262) Francisco episc. Tiburtin. par. ecclesiam B. Mariae de Ronchio Veronen. dioec. commendat. (Armellin. | *Visa* Suno | Questemb. Coll. Attav.) L. 1021 f. 81.

— — (8263) Antonio Sacramoro canonico Florentin. mandat, ut par. ecclesiam *Prioratum* nuncup. S. Mariae oppidi de Prato Pistorien. dioec. resignatione Simonis Catherini vacantem Johanni Jacobo capellano in eccl. S. Stephani oppidi praedicti, si eum ad hoc idoneum esse repererit, conferat. „Dignum“ (O. Cesis . Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 212.

— — (8264) Patriarchae Venetiar. mandat, ut quemdam Benedictum de Maximis Praepositum Praepositurae S. Johannis Bapt. de Baldarie Ord. Humiliat. Vicentin dioec., qui 29 duc. auri d. C. haeredibus quondam Petri de Literis debet, ad iis satisfaciendum cogat. „Nuper Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 220; tom. 30 l. 2 p. 200.

— — — (8265) Bartholdo de Elsen confert Scholastriam eccl. Tarbaten. resignatione[1] Joh. de Loen vac. „Vitae ac morum“ (Evangel. | B. d. Rizonibus. Gerona | Je. Bertrandi. Coll. Bucan.) L. 1034 f. 292, b. *Theiner,* Monum. Polon. II. p. 354.

— — — (8266—8267) Raymundo de Aula baccal. in leg. canonicatum eccl. Conseranen. ad effectum ibi dignitatem seu officium obtinendi dumtaxat confert. „Vitae ac morum.“ Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Benzon. G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 46 f. 304; f. 306, b.

— — (8268) Andreae Salomoni canonico Tarvisin. mandat, ut plebaniae S. Joh. Bapt. de Baptina Tarvisin., quae obitu Bartholomaei de Bolis vacans Balthassari de Lupis al. de Villa cler. Tarvisin. est collata, possessionem capiat, ut dicto Balthassari eam tradat. „Contulimus nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 347; tom. 30 l. 2 p. 432.

— — — (8269) Universis Christifidelibus, qui rite dispositi ecclesiam domus S. Mariae Magd. de S. Severino Ord. Erem. S. Aug., in qua fratres dicti Ord. ipsorum capitulum celebraturi sunt, visitaverint in secunda dominica mensis Maji proxime futuri et pro ejusd. capituli sustentatione manus porrexerint adjutrices plenariam indulgentiam elargitur. „Licet is de cujus munere“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 552; tom. 30 l. 2 p. 813.

— — — (8270—8271) Christophoro de S. Johanne rectori par. eccl. loci de Chaerrero al. Chaherrero Abulen. dioec. dictam eccl. resignatione Mag. Fernandi de S. Joh. script. vac. confert. „Vitae ac morum“. Executionem committit archiepisc. Baren. et episc. Cavallic. et Offic. Abulen. „Hodie dil. filio“ (Ph. d. Agnell. O. de Cesis) Grat. p. nep. script. Campan.) Arch. Lat. tom. 18 f. 282, b; f. 284.

— — — (8272) Francisco Petit jun. diacono par. ecclesiam S. Vincentii de Monte Boyerio Xanctonen. dioec. obitu Johannis de Rupe Canardi vac. confert. „Vitae ac morum“ (Gratiadei | Suno. Vives | Madrigal. Coll. F. de Attav.) L. 1090 f. 96, b.

ANNO SECUNDO MENSE MAJO. 1514.

1514.

1. Mai. (Kalend. Mai.) Romae apud S. Petrum. (8273) Episcopum Tridentin. Veronae Caesareum Locumtenentem hortatur, ut in possessionem par. ecclesiae S. Petri de Porto Ludovico ex Comitibus S. Bonifacii cler. Patavin. cubiculario suo secreto collatae procuratores dicti Ludovici admittat. „Cum nuper dil. filius“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 225; tom. 30 l. 2 p. 206.

— — — (8274) Erasmo episc. Plocen., qui Pontifici scripsit gratulans de suprema dignitate, ad quam provectus fuit, respondet se ejus literas libenter legisse et animum suum erga eum ostensurum esse, si occasio eum vel ornandi vel augendi ipsi se obtulerit; per suffraganeum et vicarium dioec. ab eo exposita eorumque petitiones libenter se audivisse. „Quae scripsit ad Nos“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 222; tom. 30 l. 2 p. 203. Ed. *Theiner,* Mon. Pol. II. p. 349 n. 375.

— — — (8275) Genuen. Rempublicam, quae insolito onere Savonenses aggravat, ita ut illi quinque octavas ex centenario pretii mercium Savonen. portui invectarum persolvere debeant, quod hactenus non est auditum, hortatur, ut ab hujusmodi coeptis desistant. „Ea est Savonensium erga S. R. E. devotio“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 223; tom. 30 l. 2 p. 204.

— — — (8276) Vicario gen. archiep. Nicosien. mandat, ut in possessionem monasterii S. Mariae de Belloloco Nicosien. Cisterc. Ord. Marco S. Mariae in Via Lata diac. Card. Cornelio in provinc. Patrimonii Legato commendati procuratores dicti Card. admittat. „Diebus praeteritis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 224; tom. 30 l. 2 p. 205.

---

[1] non *per obitum,* ut legit Theiner l. c., qui etiam falsam datam habet.

1514.

1. Mai. (Kalend. Mai.) | Romae apud S. Petrum. | (8277—8278) Francisco tit. SS. Joh. et Pauli presb. Card. canonicatum et praeb. B. Mariae Corporalium de Daroca Caesaraugustan. dioec. ac par. ecclesiam seu illius portionem SS. Joh. et Cucufatis de Fornello et alia beneficia Segobien., Pampilonen., Gerunden. et Abulen. dioec. resignatione Joh. Tarin. script. vac. commendat. „Ad personam tuam". Militen. et Asculan. episcopis ac Officiali Segobien. executionem committit. „Hodie dil. filio" (Evang. | *Visa* Marciaci. | F. de Acre. Coll. Attav.) L. 1010 f. 215; f. 219.

— — — | (8279) Unum ex canonicatibus et unam ex praebendis ecclesiae Bisuntin. et unum beneficium in civit. vel dioec. Bisuntin. consistens primo vacaturos, quos Joh. Thomassin rector paroch. eccl. B. Mariae Virg. de Vorayo ejusd. dioec. duxerit acceptandos dictae par. eccl. perpetuo unit. A. P. R. M. „Romanum decet Pontificem" (Melfit. | Grat. de mand. Cheminart. Aloysius | Marciaci. Coll. S. de Spol.) L. 1013 f. 272.

— — — | (8280) Blasio Larraz cler. Pampilonen. dioec. assignat pensionem ex eccl. Calaguritan. „Vitae ac morum" L. 1053 f. 220.

— — — | (8281) Johanni Perot rectori par. eccl. de Coppelle Morinen. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum" (Evang. | Suno Baena | F. de Vega. Coll. Bucanus) L. 1005 f. 132.

— — — | (8282) Jacobo Brugnerie presb. Magalonen. vel alterius dioec. reservat medietatem fructuum par. ecclesiae S. Bricii de Laureto Magalonen. dioec., quam resignat. „Vitae ac morum" L. 1020 f. 131.

— — — | (8283) Petro de Heuzeto perpetuam capellaniam seu praebendam sacerdotalem alteram ex duodecim absque canonicatu conferri solitam aut locum collegialem in colleg. eccl. S. Salvatoris suburbiorum Villae Montispesulani Magalonen. dioec. confert. „Vitae ac morum" L. 1004 f. 226.

— — — | (8284) Johanni Pacie confert par. ecclesiam S. Petri de Montreul Ambianen. dioec. „Vitae ac morum" (Evang. | Suno. Baena | F. de Vega. Coll. Bucanus) L. 1005 f. 131.

— — — (8500—8501) Jacobo Stocheto cler. Anconitan., obsequiis Bernardi S. Mariae in Porticu diac. Card. insistenti, assignat a) pensionem super fruct. par. eccl. S. Stephani de Modegliano Faventin. dioec. et b) aliam pensionem super fruct. par. eccl. S. Thomae Auximan. dioec. cum jure accedendi ad hanc eccl., si pensio deficiat G. F. L. 1026 f. 197; L. 1014 f. 72, b.

— — — (8502) Nicolao Johannis Petro de Forteguerris pensionem assignat ex dioec. Pistorien. „Vitae ac morum" L. 1004 f. 269, b.

— — — (8503) Johanni de Bordon canon. Remen., Mag. in artibus, pensionem assignat ex dioec. Ambianen. „Literarum scientia" L. 1100 f. 97.

— — — (8504) Andreae Clemenceau cler. Lucionen. dioec., baccal. in decr., commendat Prioratum S. Cirici de S. Cirico O. S. B. Lucionen. dioec. a monast. S. Cypriani extra muros Pictaven. dicti Ord. dependentem et cessione Nicolai Reniere abbatis monasterii BB. Mariae et Joh. de Orbisterio dicti Ord. Lucionen. dioec. vacantem. „Literarum scientia" (A. Melfit. | Suno. Baena | F. de S. Joh. Coll. H. de Cesis) L. 1012 f. 85.

— — — (8505) Mag. Johanni de Lerma Cantori eccl. Burgen., script. et fam. suo, qui juri suo ad Prioratum eccl. S. Julianae oppidi de Sanctillana Burgen. dioec. et archipresbyteratum de Aguilar de Campo dictae dioec. cedit, pensionem assignat super fruct. ejusd. Prioratus per Gundisalvum de Villa solvendam et accessum seu regressum ad Prior. et archipresb. praedictos pensione deficiente concedit. G. D. et F. L. 1061 f. 140, b.

— — — (8506) Aegidio Myce rect. par. eccl. de Ponte Albeto Bajocen. dioec. assignat pensionem ex dioec. Lexovien. „Nobilitas generis" L. 1101 f. 143.

— — — (8507) Universis Christifidelibus, qui ecclesiam S. Annae filialem par. ecclesiae de Torre Joncillo Conchen. dioec. seu nuper intra illius limites fundatam, ad quam Mag. Alphonsus de Lerma dictae par. eccl. rector, scriptor et fam. suus, singularem gerit devotionis affectum, visitaverint et manus adjutrices pro ea porrexerint, indulgentias concedit. „Licet is, de cujus munere venit" (Blondus | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 241, b.

— — — (8508—8509) Guillelmo Chicot Priori Prioratus Vallis S. Benedicti Ord. Vallis Caulium Eduen. dioec. dictum Prioratum resignatione Guillelmi aux Raugières vac. confert. „Religionis zelus". Executores deputat. „Hodie dil. filio" (De Prato. Lambert. | Barotius) Arch. Lat. tom. 29 f. 86; f. 87, b.

— — — (8510—8511) Petro de Pace, Mag. Andreae de Castillo script. consanguineo, confert canonicatum et praeb. eccl. Burgen. a Didaco de Pace resignatos. „Vitae ac morum". Execut. deputat. „Hodie dil. filio" (A. de S. Severino. J. Copis | Campania) Arch. Lat. tom. 30 f. 159; f. 161, b.

— — — (8512) Episcopis Cavallicen. et Agrigentin. et Bisignanen. mandat, ut canonicatum et praeb. et archidiaconatum eccl. Puteolan. et par. ecclesiam S. Maximi Puteolan. Carolo tit. S. Caeciliae presb. Card. conferre curent. „Dum exquisitam" (Lambert. | Nardin.) L. c. f. 205.

— — — (8513—8514) Claudio de Pratis al. Tavernier rectori par. eccl. Polleaci Monialis Lugdunen. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum". Execut. deputat. „Hodie dil. filio" (Lambert. G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 31 f. 107, b; 108, b.

— — — (8515—8516) Rogerio Ferrolli cler. Narbonnen. dioec. par. ecclesiam S. Michaelis de Cellis Appamiar. dioec. a Petro de Saconay resignatam ad certum tempus commendat et

[1] Bulla exstat separatim typis impressa Romae a. 1514 etiam in Regia Bibliotheca Monacensi.

1514.

deinde confert. „Nobilitas generis“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Bregeon. Ph. de Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 37 f. 127; f. 129, b.

5. Mai. (III. Non. Mai.) Romae apud S. Petrum. (8517—8518) Johanni Firmani Panzoni de S. Justo cler. Firman. dioec. pensionem assignat ex dioec. Clusin. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“. Arch. Lat. tom. 51 f. 253; f. 253, b.

— — — (8519) Magistratui Arimin. mandat, ut pro justitia satisfiat Violanti Bentivolae Malatesti, cui ratione dotis nonnulla debentur in Arimin. ditione. „Varii atque difficiles fortunae casus, quos egregia mulier“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 157. Ed. Bemb. L. VIII. ep. 16 p. 63.

6. Mai. (Prid. Non. Mai.) — (8520—8521) Mag. Gundisalvo de Cabredo cler. Calaguritan. dioec., Roderici de Cabredo nepoti, concedit officium scriptoriae lit. apost. obitu Joh. Tarin vac. „Laudabilia probitatis“ Mag. Paulo de Cesis cler. Roman. et notar. suo mandat, ut eum ad dictum officium admitti faciat. „Hodie dil. filio“ (infra: Vallisoleti. Coll. F. de Attav.) L. 1004 f. 298; f. 298, b.

— — — (8522—8523) Ab omni jurisdictione eximit et immediate sub suam et Apost. Sedis protectionem suscipit: a) Mag. Johannem de Lerma cler. Burgen, script. et fam. suum, L. 1205 f. 273; b) Mag. Gundisalvum Cabredo cler. Calaguritan., script. et fam. suum, L. 1206 f. 260.

— — — (8524) Johannem Le Tellier, qui par. ecclesiam B. M. de Capella supra Burgum Duni Rothomagen. dioec. per Praesidentes Conciliabuli Pisan. acceperat, absolvit et dictam eccl. ei confert. „Sedes Apostolica pia mater“ (Colot. | Draco. Colardi | Bertrandi. Coll. H. de Cesis) L. 1014 f. 4.

— — — (8525) Mag. Andreae Mercatello lit. ap. abbrev. et fam. suo beneficia in dioec. Veronen. confert. G. D. et F. L. 1018 f. 34, b.

— — — (8526) Julio S. M. in Domnica diac. Card. reservat S. Quintini O. S. B. vel alterius Ord. et de Ullano O. S. A. Barchinonen. et Gerunden. dioec. Prioratus et quoddam beneficium in eccl. Caesaraugustan. necnon omnia beneficia, quae Joh. de las Casas obtinet. „Ad personam tuam“ E. 1021 f. 291, b.

— — — (8527) Francisco Foldinario par. ecclesiam Sanctae Fidis Parvae prope Duratium Agennen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Nasius | Marciaci. Corbinus | Madrigal. Coll. Donatus) L. 1032 f. 128.

— — — (8528) Johanni Manfredi cler. Brugnaten. indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ L. 1007 f. 125.

— — — (8529) Stephano de Lala capellaniam de Mota nuncup. in eccl. B. Mariae oppidi S. Basiliae Vasaten. dioec. alterius medietatis patronorum accedente assensu confert. „Nobilitas generis“ L. 1044 f. 110.

— — — (8530) Nicolao Gusman cler. Gaietan. dioec. et fam. suo assignat pensionem super fruct. par. eccl. S. Aegidii Paduan. et capellaniae ad altare S. Pauli situm in eccl. Paduana cum jure accedendi ad dictam par. eccl. G. F. L. 1099 f. 59, b.

— — — (8531) Gervasio Aille presb. Sagien. dioec., baccal. in decr., Prioratum *Infirmariam* nuncupatum B. Mariae Magdalenae de Catharabia prope locum de Mauritania O. S. A. dictae dioec. commendat. „Literarum scientia“ (Armellin. | Balbus. Gibraleon | Chemin. Coll. Attav.) L. 1031 f. 80.

— — — (8532) Asculan. et Casertan. episcopis ac vicario episc. Magdeburgen. mandat, ut Johanni Wentz de Erbach cler. Maguntin. dioec. quand. capellaniam Magdeburgen. dioec. conferant. „Vitae ac morum“ L. 1112 f. 247.

— — — (8533) Hieronymo Aloysii[1] canonico Perusin. et vicario episc. Perusin. vel eorum alteri committit, ut Prioratus ecclesiae collegiatae B. Mariae de Castro Pregii al. della Canonica de Pregio Perusin. dioec. Herculi de Ballionibus Electo Urbevetan. commendati, super quo pensionem 33 ducat. Galeoto etiam de Ballionibus cler. Perusin. dioec. reservavit, necnon ejusd. Prioratus fructuum, spoliorum et bonorum possessionem capiant et praefato Herculi ea conservent. „Nuper vacante“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 240; tom. 30 l. 2 p. 241.

— — — (8534) Universis Christifidelibus, qui capellam hospitalis Pietatis Venetiar., in quo infantes expositi aluntur, in sabbati et Dominicae Pentecost. diebus prox. futur. visitaverint et pro subventione ejusd. hospitalis manus porrexerint adjutrices, indulgentiam plenariam elargitur. „Coelestis thesauri“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 553; tom. 30 l. 2 p. 815.

— — — (8535) Abbatissae et monialibus monasterii novi S. Bernardini civitatis Ferrarien. primae regulae B. Clarae nunc et pro tempore existentibus concedit, ut per ejusd. monasterii syndicos seu procuratores a debitoribus residua bonorum testamentaria ordinatione monasterio Corporis Christi Ferrarien. relictorum, ex quo ad praefatum monasterium S. Bernardini translatae fuerunt, exigere valeant. „Exponi nuper Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 238; tom. 30 l. 2 p. 233.

[1] Brev. tom. 30 l. 2 p. 241 loco Aloysii leg. Alexii.

1514.

6. Mai. (Prid. Non. Mai.) | Romae apud S. Petrum. | (8536) Ferdinando Duci Termularum, cujus pater Andreas, capitaneus exercitus S. R. E., testamento ordinavit, ut infra 5 vel 6 annos a die sui obitus una capella in ecclesia S. Dominici de Neapoli construeretur et 5000 duc. pro ea exponerentur et ibi in sui memoriam sepulchrum erigeretur ac tres Missae per fratres illius ecclesiae in dicta capella, cui 50 duc. annuos proventus legavit, quotidie celebrarentur, concedit ut, dummodo ex nunc incipiat dictam capellam construere, ultra summam 5000 duc. exponere cogi non possit, vult autem, ut fratres 50 ducatis pro memoratis Missis minime fraudentur. „Exponi Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 239; tom. 30 *l.* 2 p. 238.

— — | — | (8537) Episcopo Burgen. mandat, ut beneficium in par. eccl. de Paterna del Campo Ispalen. dioec. cessione Johannis archiepisc. Cusentin. vac. Ludovico de Caniocho cler. Ispalen., si idoneus sit, conferat. „Dignum“. Arch. Lat. tom. 37 f. 279, b.

— — | — | (8538) Episcopo Cavallicen. et Stephano de Julianis canon. eccl. Veronen. et vicario episc. Veronen. mandat, ut Andreae Lanfranchino cler. Veronen. par. ecclesiam *plebem* nuncup. S. Laurentii de Maverbico Veronen. dioec. conferant. „Vitae ac morum“ (Lambert. | Barotius) Arch. Lat. tom. 41 f. 69, b.

— — | — | (8539) Episcopis Cavallicen. et Asculan. ac Officiali Segobien. mandat, ut ecclesiam heremitorium nuncupatam S. Salvatoris de Rio Cabrones Segobien. dioec. Garsiae de Lerma cler. Burgen. brev. ap. script. conferant G. D. et F. Arch. Lat. tom. 41 f. 75.

— — | — | (8540) Johanni Gredin canon. eccl. S. Martini Leodien., Mag. in artibus, indult. circa. benefic. concedit. „Literarum scientia“. Arch. Lat. tom. 42 f. 54, b.

— — | — | (8541) Fratri Aegidio Pr. Generali Ord. Eremit. S. Aug. collaudato ejus zelo privilegia a Martino V. et Julio II. et aliis Praedecessoribus eid. Ordini concessa praesertim contra exeuntes ex Ordine et ejus bona occupantes confirmat et ampliat. „Licet sponte Nostra“. Brev. tom. 41 p. 86. Ex Brevi asservato in Arch. Ord. n. 10 ed. Bullar. Ord. S. Aug. ed. vet. p. 244—246.

— — | — | (8542) Regem catholicum hortatur, ut Alphonsum tit. S. Theodori diac. Cardin. pacificam et liberam possessionem abbatiae S. Marthae in eccl. Astoricen. obitu Petri de Solis vacantis apprehendere permittat. „Vacante alias extra Romanam Curiam“ (B. Card. S. Mariae in Porticu | Sadolet.) Brev. tom. 41 p. 94.

— — | — | (8543) Galeatio Butrigario Nuntio in Hispania commendat dictam causam Card. Alphonsi S. Theodori diac., de qua Regi catholico scribit. „Videbis ex accluso exemplo“ (Card. S. M. in Port. | Sadolet.) Brev. tom. 41 p. 97.

— — | — | (8544) Clericis et Praesidentibus Camerae apost. Cum inter Perinum de Zaunariis de Caravagio architectorem in Urbe, qui tempore Julii II. ab ipsa Camera officium custodiae riparum Tiberis cum onere duos semipontes in eisdem ripis ad immunditiarum projectionem aptos in locis a Camera designandis suis expensis construendi obtinuerat et ejus contractus et obligationis vigore alterum ex dictis semipontibus in loco a Camera designato construxit, et Johannem Ciechinum de Scarparia, cui Pontifex hoc officium commisit, controversia exorta et postea concordia eo tenore conclusa esset, ut communiter officium exercendum habeant, concordiam et transactionem hujusmodi approbat et confirmat. „Ex fide dignorum relatu“ (Sadol.) Brev. tom. 41 p. 98.

— — | — | (8545) Mariano Feto monacho monasterii Fossae Novae Cisterc. Ord. Terracinen. dioec. lit. apost. bullatori, licet a Congregatione S. Marci de Florentia Ord. Praed. ad Cisterc. Ord. sit translatus et officium bullatoris praed. ei sit commissum, concedit, ut ab ecclesia et domo S. Silvestri in Esquiliis de Urbe, praefatae Congregationi a Julio II. concessae, amoveri nequeat ac inibi et in aliis domibus ejusd. Congreg. commorari ejusque habitum deferre in eaque vocem activam et passivam habere valeat. „Exigunt tuae devotionis merita“ (Sadolet. | Grat. de mand. S. D. Chemin. Aloys. | D. de Comitib. *Auscult. apud me* J. Sadol.) L. 1193 f. 163, b.

7. Mai. (Non. Mai.) | — | (8546) Johanni de Fargis confert par. ecclesiam S. Petri de Assaco Albien. dioec. a Petro de Brie resignatam. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Suno. Baena | A. Castillo. Coll. Attav.) L. 1020 f.

— — | — | (8547) Olivero de S. Juliano rectori par. eccl. S. Hilarii La Plaigne prope Agedunum Lemovicen. dioec. dictam eccl. confert. „Nobilitas generis“ (J. de Roma | Suno | Vives | J. de Gais. Coll. H. de Cesis) L. 1110 f. 202.

— — | — | (8548) Simoni Thomasson confert paroch. eccl. de Ogignaco Lemovicen. dioec. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Suno. Baena | J. de Radicibus. Coll. H. de Cesis) L. 1005 f. 208.

— — | — | (8549) Johanni de Castenherio jun. confert ecclesiam par. S. Michaelis Dursaud Caturcen. dioec. resignatione Joh. de Castenherio sen. vac., cujus praedictus Joh. jun. nepos existit. „Nobilitas generis“ (Nasius | Suno. Baena | Casanova. Coll. H. de Cesis) L. 1016 f. 8, b.

— — | — | (8550) Antonio Boyer rectori par. eccl. Montisarcherii Anicien. dioec., baccal. in decr.,

1514.

Prioratum S. Mariae Magdalenae de Moysaco O. S. B. Carnoten. dioec. a monasterio S. Florentii de Bonavalle O. S. B. Carnoten. dioec. dependentem et obitu Marcellini Fabri vac. commendat. „Literarum scientia“ (Armellin. | Cheminart. Aloysius | A. de Castillo. Coll. Amerin.) L. 1009 f. 57.

7. Mai. (Non. Mai.) Romae apud S. Petrum. (8551) Eidem canonicatum et praeb. eccl. Carnoten. confert. Init. et script. ut supra L. 1009 f. 58, b.

— — — (8552) Eidem par. ecclesiam *Prioratum* nuncup. S. Laurentii de Bayns Vivarien. dioec. obitu Marcellini Fabri vac. confert. „Literarum scientia“ (Armellin. | Chemin. | A de Castillo. Coll. Amerin.) L. 1020 f. 86 et f. 210.

— — — (8553) Francisco Bartonis canonico Lemovicen. Prioratum S. Johannis de Nemosio O. S. B. Senonen. dioec. a Guillermo Bartonis resignatum commendat. „Nobilitas generis“ (Ph. de Senis | Suno. Baena | Casanova. Coll. F. de Attav.) L. 1015 f. 8.

— — — (8554) Archidiacono eccl. Tarantasien. mandat, ut Johanni Albi cler. Tarantasien. dioec. quand. capellaniam in par. eccl. S. Martini Allodiorum dictae dioec. conferat. „Laudabilia“. Arch. Lat. tom. 37 f. 113.

— — — (8555—8556) Jacobo de Chaussade cler. Lemovicen. dioec. par. ecclesiam S. Petri loci de Chavesellis Agennen. dioec. a Joh. de Chausade resignatam cum eccl. annexa S. Stephani de Bonebal ejusd. dioec. ad certum tempus commendat et deinde confert. „Laudabilia“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (O. de Cesis. G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 43 f. 288, b; f. 290, b.

— — — (8557) Leonardo Rossellet rectori par. eccl. S. Maybodi de Dannapetra Bisuntin. dioec. indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“. Arch. Lat. tom. 42 f. 28.

— — — (8558) Johanni Michaeli canonico et archidiacono de Trastamare in eccl. Compostellan. concedit, ut in absentia Petri de Ben scriptoris, qui dictum archidiaconatum resignavit et cui Pontifex denominationem archidiaconi de Trastamare et alia jura reservavit, stallum in choro et locum in processionibus tamquam archidiaconus de Trastamare habere valeat. „Vitae ac morum“. Arch. Lat. vol. K f. 174.

— — — (8559) Constantino Cominato Macedoniae Principi Fani Gubernatori. Thesaurario provinciae Marchiae Anconitanae, communitati civitatis Fani et omnibus ad quos spectat mandat, ut dictum Constantinum, quem Fani gubernatorem constituit absque ulla contradictione recipiant illique omni studio obediant et faveant. „Cum nuper te“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 241; tom. 30 l. 2 p. 243.

— — — (8560) Johanni M. archiepisc. Tarentin., regni Neapolitan. majori capellano, mandat, ut Mariae de Ayerbae Ducissae Termularum, viduae Andreae Ducis Termular., qui testamento ordinavit, ut corpus suum in capella loci de la Rizia Beneventan. dioec. per majores suos constructa sepeliretur et in dictae capellae ornatum 500 duc. exponerentur et in ecclesia S. Dominici Neapolitan. O. Praed. una capella construeretur cum sepulchro in sui memoriam, licentiam concedat corpus ejusd. Andreae de praefata capella in dictam ecclesiam S. Dominici transportari faciendi et dictos 500 ducatos in fabricam et ornatum capellae construendae et unius in illa nobilis sepulchri convertendi. „Exponi Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 242; tom. 30 l. 2 p. 244.

8. Mai. (VIII. Id. Mai.) — (8561) Petrum de Mellinis civem Romanum, Mag. Petri Pauli de Mellinis scriptoris fratrem consobrinum Marii de Mellinis, Cancellarii Urbis senio debilitati, cujus ille filius existit, coadjutorem irrevocabilem constituit et eod. Mario cedente vel decedente officium cancellarii ipsi concedit. „Cunctorum Christifidelium“ (Ph. de Senis | Marciaci. Aloys. | Ponzettus. Coll. Amerin.) L. 1034 f. 272, b.

— — — (8562) Didaco de Pace archidiacono in eccl. Burgen. canonicatum et praeb. eccl. Burgen. resignanti regressum ad eos concedit, si Petrus etiam de Pace cler. Burgen., cui conferuntur, cedat, decedat vel eos quomodolibet dimittat. „Vitae ac morum“ (Evang. | Gr. de mand. S. D. Enckenw. Accolt. | A. de Castillo. Coll. Attav.) L. 1036 f. 183, b.

— — — (8563) Executores deputat, qui Lucae de Galliardis de Donato, cler. Vercellen. dioec., par. ecclesiam S. Petri de Donato dictae dioec. conferant. „Vitae ac morum“ (P. Planca | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 24, b.

— — — (8564) Decano eccl. Vabren. et Officialibus Ruthenen. et Vabren. mandat, ut in causa Valentini et Johannis Tubreyras fratrum, cler. Vabren. dioec. et scholarium seu collegiatorum collegii de Narbona vulgariter nuncup. Studii gener. Tholosan., qui se injuste suis locis in dicto collegio privatos esse dicunt, quod justum fuerit, decernant. „Humilibus“ (J. Copis | Nardin.) L. c. f. 53.

— — — (8565) Humberto Hosteduno canonico Valentin. Prioratum S. Martini S. Symphoriani Anzonis O. S. B. Lugdunen. dioec. commendat. „Nobilitas generis“ (Castilion. | Balbus | J. de Gais. Coll. F. de Attav.) L. 1042 f. 244.

— — — (8566—8567) Claudio de Hosteduno, decano eccl. Valentinen. praefato Prioratui cedenti, fructus et administrationem ejusd. Prioratus cum jure regrediendi reservat. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“. Arch. Lat. tom. 35 f. 9, b; f. 11.

1514.

8. Mai. (VIII. Id. Mai.) Romae apud S. Petrum. (8568) Dionysio Coignier rectori par. eccl. SS. Gervasii et Protasii de Jocyo de Solario (corr. de Plano) Sagien. dioec. dictam eccl. ab Humberto de Montmoret monacho monast. S. Eugendi Turen. O. S. B. Lugdunen. dioec. resignatam confert. „Vitae ac morum“ (Carrot. | Chemin. | Copis. Coll. H. de Cesis) L. 1021 f. 125.

— — — (8569—8570) Ludovico Grousseteste Licent. in legibus canonicatum eccl. Bituricen. ad effectum dignitatem, personatum etc. inibi obtinendi confert. „Literarum scientia“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (De Prato. O. Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 29 f. 82; f. 82, b.

— — — (8571) Executores deputat, qui Bernardino de Luchanellis de Trajecto presb. Gajetan. dioec. Primiceriatum S. Petri de Trajecto ac quasd. eccl. sine cura Gajetan. et Suessan. dioec. conferant. G. F. (Benzon. | Gr. de mand. Nardin.) Arch. Lat. tom. 31 f. 12.

— — — (8572) Mag. Latino de Benassais notar. et fam. suo canonicatum et praeb. eccl. Tudertin. confert. G. D. et F. (infra: Grat. de mand. Suno. Baena | Valtrini. Coll. Donatus) L. 1009 f. 102.

— — — (8573) Mag. Desiderio Warioti decano eccl. B. M. de Ligneyo Tullen. dioec. et notario suo commendat Prioratum S. Remigii de Vanna O. S. A. Melden. dioec. cessione Guillermi Brisset vac. G. D. (Evang. | Liazar. Ingenw. | Valtrini. Coll. Attav.) L. 1052 f. 64.

— — — (8574) Marcellino Fabri jun. confert canonicatum et praeb. eccl. Carnoten. obitu [1] Marcellini Fabri sen. vac., cujus Marcellinus jun. nepos existit. „Vitae ac morum“ (Castilion. | Enckenw. Accoltus | Piora. Coll. B. de Alexandris) L. 1038 f. 251, b. (Castilion. | Balbus. Gibral. | Bernard. Coll. Cipell.) L. 1052 f. 146.

— — — (8575) Vicario gen. archiepiscopi Mediolanen. committit, ut unius in S. Victoris et alterius in S. Mariae ecclesiis canonicatuum et praeb. loci de Messalia Mediolanen. dioec. necnon clericatus de Trova ejusd. dioec. Nicolao Perci de Ardinghellis cler. Florentin. collatorum possessionem capiat et fructus eidem Nicolao conservet. „Nuper unum“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 243; tom. 30 l. 2 p. 248.

— — — (8576) Prioribus et communi ac depositario civitatis Narniae mandat, ut quidquid pecuniarum Marco de Matthaeis civi Rom., arcis Narniae Castellano, ratione custodiae dictae arcis debeant, ipsi assignent. „Nuper Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 245; tom. 30 l. 2 p. 250.

— — — (8577) Episcopis Cavallicen. et Alexandrin. ac Officiali Maurianen. mandat, ut Gaspardo de Cheveluto cler. Gratianopolitan. dioec. ecclesiam par. SS. Cosmae et Damiani de Monteververio Maurianen. dioec. conferre curent. „Nobilitas generis“ (P. de Cesis | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Draco. Colardi | Marciaci. Coll. Bucan.) L. 1027 f. 59, b.

— — — (8578) Petro Albi confert ecclesiam par. de Sayguin Atrebaten. dioec. obitu Balduini de Lattre vac. „Vitae ac morum“ (Carrot. | Baldus. Baena | Cyprian. Coll. F. de Attav.) L. 1027 f. 311.

— — — (8579) Donato Scudelino rectori par. eccl. S. Martini de Alzano Inferiori Pergamen. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum“ (Carrot. | Grat. p. fam. script. [Rogerii de Saldis] Chemin. Delius | Salvius. Coll. H. de Cesis) L. 1012 f. 316.

— — — (8580) Mag. Alexandro de Lecanis cler. Lauden. not. et fam. suo pensionem assignat ex dioec. Mediolanen. cum jure accedendi ad quoddam benef. ejusd. dioec. G. D. et F. L. 1014 f. 62.

— — — (8581—8582) Antonio de Plastro Claverio eccl. B. Bernardi de Romanis Viennen. dioec. Claveriam dictae eccl. ac par. ecclesiam S. Severi Miribelli Vallisclaresii ejusd. dioec. resignatione Jacobi de Plastro vac., cujus dictus Antonius nepos existit, cum eccl. S. Nicolai etiam de Romanis annexa confert. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (A. de S. Severino. Benzon | Barotius) Arch. Lat. tom. 31 f. 306, b; f. 309, b.

— — — (8583) Mag. Hippolyto de Cesis Cam. apost. notario et fam. suo confert ecclesiam *Prioratum* nuncup. S. Cleti Interamnen. G. F. (A. Melfit. | Grat. de mand. S. D. Suno | F. de Acre. Coll. H. de Cesis) L. 1012 f. 43, b.

— — — (8584) Universis Christifidelibus, qui par. ecclesiam SS. Cosmae et Damiani oppidi de Beselizia Tullen. dioec., ad quam Nicolaus Masuini ipsius ecclesiae rector, acolythus capellanus et fam. suus, singularem gerit devotionis affectum, certis diebus devote visitaverint et opus injunctum impleverint, indulgentiam concedit. „De salute gregis“ (Blondus | Gr. de mand. S. D. Chemin. F. de Vega) L. 1205 f. 432.

— — — (8585) Mag. Petro Lamberto cler. Gratianopolitan. dioec., lit. apost. abbreviatori, ecclesiam S. Andreae de Portogallo de Urbe, quae habitu et non actu parochialis existit, resignatione Johannis Crochati cler. Lugdunen. dioec. vac. commendat. G. D. et F. (Colotius | Gr. p. assist. Cheminart. Aloysius | Bernardus. Coll. F. de Attav.) L. 1046 f. 6.

[1] In cod. 1038 f. 251, b legitur eos resignatione Marc. Fabri sen. vacare.

1514.

9. Mai. (VII. Idus Mai.) Romae apud S. Petrum. (8586) Gubernatorem civitatis Bononiae laudat, quod dederit operam, ut literae executoriales in Rom. Curia decretae in favorem Card. Vulterran. episc. Tiburtin. super monasterio SS. Naboris et Felicis Bononien. O. S. B. intimarentur his, quorum interat, et quod ad possessionem ecclesiae monasterii ejusd. procuratorem dicti Card. admitti fecerit; „quia autem cujuscumque rei possessio, quam fructus non subsequuntur, vana est“, eidem committit, ut ipsi Card. vel illius procuratori faciat integre responderi de omnibus fructibus memorati monasterii tam pro tempore praeterito, quam praesenti vel futuro. „Fecisti rem Nobis gratam“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 244; tom. 30 l. 2 p. 249; tom. 41 p. 137.

— — — (8587) Marco Antonio Columnae summam 3000 duc. donat. „Dil. filio Marco Ant. Columnae domicello Roman. ex Nostra mera liberalitate“. Div. Cam. tom. 63 f. 230, b.

— — — (8588) Johannem Antonium de Medicis de Seregnio, cubicularium suum, qui domum B. M. Carmelitarum intraverat et, cum Superiores ejus professionem (causante, ut creditur, certa corporis ejus infirmitate) recipere recusassent, ultra annum post recusationem hujusmodi in ipso habitu et locis dicti Ord. perseveraverat ac deinde habitu retento sine licentia Superiorum recesserat et sacris ordinibus susceptis per loca saecularia vagatus et postea habitu propria auctoritate dimisso ad saeculum reversus erat, ad regularem observantiam non teneri declarat eumque absolvit et ipsi ad nominationem Maximiliani Ducis Mediolanen. canonicatum et praeb. eccl. B. M. V. de Scala Mediolan. et quand. capellaniam Mediolan. dioec., quam primum vacaverint, confert. „Apostolicae Sedis“ (Castilion. | Gr. de mand. S. D. Balbus. Gibraleon | Madrig. Coll. Donat.) L. 1024 f. 252.

— — — (8589) Executorem deputat, qui Christophoro de Castilliono nuper canonico eccl. S. Nazarii in Brolio Mediolanen. canonicatum et praeb. dictae eccl. ab ipso alias resignatos iterum conferat, si eum ad hoc idoneum esse repererit. „Dignum“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 111, b.

— — — (8590) Vicario gener. episc. Cuman. mandat, ut canonicatum et praeb. eccl. Cuman. a Joh. de Cornazano resignatos Gabrieli de Colderariis presb. Cuman. dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 194.

— — — (8591) Carolo Juquillon Mag. in artibus, rectori par. eccl. S. Nicolai de Chemiño la Ville Catalaunen. dioec., confert dictam eccl. alias ipsi non rite collatam. „Literarum scientia“ (Ph. de Senis | Chemin. | Cyprian. Coll. H. de Cesis) L. 1014 f. 1.

— — — (8592) Cathelano Parpaliae canon. Taurinen. mandat, ut Prioratum monasterii S. Salvatoris prope et extra muros Taurinen. O. S. B. Benedicto de S. Sebastiano monacho dicti monasterii conferat. Init. deest (De Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 21 f. 342.

— — — (8593—8594) Christophoro de Liverone monacho monasterii S. Salvatoris praedicti pensionem annuam omnium fructuum Prioratus ejusd. monast. ab ipso resignati cum jure regrediendi reservat. „Religionis zelus“. Execut. nominat Cathelanum Parpaliae et Barthol. Turcheti canonicos eccl. Taurinen. et vicar. gen. episc. Taurinen. „Hodie cum dil. filius“. Arch. Lat. tom. 21 f. 343, b; f. 345.

— — — (8595) Bernardo episc. Tervisin., gubernatori Urbis, cum jure regrediendi fructus canonicatus et praeb. eccl. Tervisin. reservat, quibus cedit. „Personam tuam“. Arch. Lat. tom. 26 f. 182, b.

— — — (8596—8597) Mag. Petro de Porta Licent. in decr. et Ludovici Francorum Regis in ejus suprema Parlamenti Curia Tholosan. consiliario Prioratum de Columberiis Cluniac. Ord. Bituricen. dioec. resignatione Vincentii Bonaefidei vac. commendat. G. D. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (De Castello. Bregeon | Nardin.) L. c. f. 1; f. 3, b.

— — — (8598) Eidem Petro de Porta concedit, ut dictum Prioratum dimittere et ejus loco aliud beneficium recipere valeat. G. D. Arch. Lat. tom. 29 f. 261, b.

— — — (8599) Executores deputat, qui sub certis conditionibus Petrum de Guiusa cler. Burgen. dioec. ad perceptionem fructuum in eccl. S. Salvatoris loci de Speio dictae dioec. admitti faciant. „Vitae ac morum“. Arch. Lat. tom. 24 f. 31, b.

— — — (8600) Archiepiscopo Ulixbonen. committit causam Priorissae et monialium monasterii de Chellis O. S. A. Ulixbonen. dioec., quae exponunt, se regulam antiquam fideliter observare, sed per Priorem et fratres domus S. Dominici O. Praed. ejusd. dioec. tamquam dictis fratribus subjectas et reformatione indigentes molestari. „Votis personarum humilium“. Arch. Lat. tom. 28 f. 46.

— — — (8601—8602) Odoardo de Corcellis baccal. in decr. confert par. ecclesiam S. Bartholomaei de Monte Astruco Tholosan. dioec. a Petro Buxi resignatam. „Nobilitas generis“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Benzon. Bregeon | Nardin.) L. c. f. 19, b; f. 21.

— — — (8603) Johanni Bonissaut Mag. in artibus confert par. eccl. S. Petri de Gargaticis Tholosan. dioec. priore collatione viribus non subsistente. „Vitae ac morum“ (A. Melfit. | Gomiel Milanesius | Madrigal. Coll. Donatus) L. 1070 f. 227.

— — — (8604) Matthaeo Chivalier rectori par. eccl. S. Laurentii de Beyns Vivarien. dioec. dictam

1514.

eccl. confert. „Literarum scientia“ (Evang. | Chemin. | Bernard. Coll. Cipell.) L. 1021 f. 174.

9. Mai. (VII. Idus Mai.) Romae apud S. Petrum. (8605) Francisco Jordani baccal. in legibus beneficium et capellaniam eccl. Mimaten. confert. „Literarum scientia“ L. 1021 f. 89.

— (8606) Petro Chaunet canonico eccl. B. Mariae Carnoten. confert canonicatum et praeb. dictae eccl. obitu Marcellini Fabri vac. „Nobilitas generis“ (Evang. | Chemin. Aloys. | Bernard. Coll. Cipell.) L. 1021 f. 177.

— — — (8607) Ludovico Chaunet rectori par. eccl. S. Sornini al. Sorenini al. Saturnini de Merlhes Carnoten. dioec. dictam eccl. confert et Prioratum B. Mariae Magdal. de Moisy O. S. B. ejusd. dioec. commendat. „Nobilitas generis“ (Evang. | Chemin. | Cyprian. Coll. Cipell.) L. 1021 f. 172, b. (Evang. | Balbus. Gibral. | Cyprian. Coll. Attav.) L. 1046 f. 80.

— — — (8608) Episcopo Cavallicen. in Rom. Cur. residenti committit, ut capellaniam ad altare Conceptionis B. Mariae Virg. situm in eccl. ejusd. B. Mariae Majoris de Urbe ex eo vacantem, quod Sanctus Jacobi ad dictum altare capellanus aliam capellaniam ad altare SS. Petri et Michaelis situm in eadem eccl. assecutus est, Lucae de Gheismerinis cler. Roman. conferat. „Vitae ac morum“ L. 1029 f. 56.

— — — (8609) Johanni de Cira jun. baccal. in U. J. revalidat literas Alexandri VI., qui ipsi par. ecclesiam S. Genesii Caturcen. dioec. contulerat. „Literarum scientia“ (A. Melfit. | C. de Liazar. Ingenw. | Madrig. Coll. H. de Cesis) L. 1065 f. 160.

— — — (8610) Pro parte Bernardi tit. S. M. in Porticu presb. Card. monasterium B. Johannis in Venere O. S. B. Theatin. dioec. in commendam obtinentis approbat locationem et concessionem cujusd. tenimenti ad mensam abbatialem dicti monast. pertinentis et olim universitati hominum terrae Thorini dictae dioec. factam et a dicto Cardin. sub certis conditionibus renovatam. „Ex debito pastoralis officii“ (Colot. | Draco | Casanova. Coll. F. de Attav.) L. 1027 f. 146.

— — — (8611) Universis in dignitate eccles. constitutis mandat, ut bona et jura Henrici de Guntersberch Thesaurarii eccl. Caminen. fam. sui defendant. „Militanti Ecclesiae“ L. 1205 f. 317, b.

— — — (8612) Mag. Petro Pimeulle cler. Nanneten. dioec., notario suo, indultum circa beneficia concedit. G. D. et F. L. 1205 f. 511.

— — — (8613—8614) Roberto la Longue Licent. in decr. permut. causa par. eccl. B. M. Magdal. de Vernolio Ebroicen. dioec. resignanti confert ecclesiam paroch. S. Vigoris de Marliaco Castro Parisien. dioec. ead. de causa a Nicolao Foubert dimissam. „Apostolicae Sedis“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. O. de Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 114; f. 115, b.

— — — (8615—8616) Pro parte Neapolitan. et Capuan. communitatum, quarum petitio continebat, „quod licet S. Eligii Neapolitan. et ejusd. S. Eligii Capuan. hospitalia a 500 annis citra per eosd. communitates seu deputatos ab eis respective recta et gubernata fuerint ac in singulis ipsorum hospitalium ecclesiis una laudabilis confraternitas utriusque sexus fidelium instituta existat et ex piis largitionibus ac legatis, votis et eleemosynis confratrum ipsarum confraternitatum et aliorum Christifidelium puellae maritentur et pauperes, aegrotantes ac aliae miserabiles personae in eisd. hospitalibus charitative recipiantur, . . . pluraque pietatis et charitatis opera in eis exerceantur, ita quod ipsa hospitalia refugium et praesidium pauperum, aegrotorum et miserabilium personarum Neapolitan. et Capuan. civitatum et illarum territoriorum existant, ac per 24 et 16 presbyteros saecul. et alios clericos in eisd. eccl. respective in divinis cum maxima veneratione laudabiliter deserviatur ipsique communitates seu ab eis p. t. deputati gubernatores et magistri ex donationibus seu concessionibus Principum apost. auctoritate confirmatis vota, eleemosynas et legata a Christifidelibus petere et exigere consueverint, nihilominus . . . cupiunt . . . tam a Rom. Pontificibus quam a Regibus et aliis Principibus eis concessa privilegia . . . apost. praesidio stabiliri“, et pro parte Mag. Aloysii de Gibraleon cler. Neapolitan., script. et fam. sui, et aliorum dictarum confraternitatum confratrum privilegia hujusmodi approbat et jura, quae dictis communitatibus hactenus competebant, confirmat. A. P. R. M. „Ad hospitalia aliaque pia loca“. Executores deputat. „Hodie a Nobis emanarunt“ (Lambert. G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 269; f. 271, b.

— — — (8617) Pro parte Ferdinandi Aragoniae et utriusque Siciliae Regis, qui exposuit, quod in Comitatibus Rosilionis et Ceritan. Principatus Cataloniae domus Ord. FF. Minor. forsan de observ. nuncup. videl. una S. Francisci in Villa Podii Ceritanii et alia ejusd. Sancti in Villa Libera ac alia in S. Magdalenae Urgellen. dioec. et Elnen. civit. et dioec. respective et unum monasterium monialium Ord. S. Clarae in ead. Villa Podii Ceritanii sub obedientia vicarii provincialis provinciae S. Ludovici existant et multa mala inde proveniant, domus et monasterium praefata a jurisdictione dicti

1514.

vicarii provinc. penitus eximit et obedientiae Provincialis provinciae Aragoniae omnino subjicit. „Exponi Nobis.“ (Ph. de Senis | J. Battiferro) Brev. Lat. tom. 1 f. 62, b.

9. Mai. (VII. Idus Mai.) Romae apud S. Petrum. (8618) Mag. Johannem Antonium Battiferrum Primicerium eccl. Salernitan., brev. apost. script. et notarium ac fam. suum, constituit collectorem fructuum et proventuum Rom. Eccl. et Camerae apostolicae debitorum in Romandiola, Exarchatu Ravennae, Ducatu et dominio Ducis Urbini ac Marchia Anconitana. „Per grata familiaritatis obsequia“ (Evang. | A. de Castillo. Coll. Cipell.) L. 1004 f. 312.

— — — (8619) Geraldo de Lana confert capellaniam in Auxitan. dioec. „Vitae ac morum“ L. 1087 f. 84, b.

— — — (8620) Francisco Ladino decr. doct. confert par. ecclesiam S. Mariae de Platea de Sartirana Papien. dioec. „Nobilitas generis“ (A. Melfit. | Suno. Baena | Balbus. Coll. S. de Spoleto) L. 1006 f. 227.

— — — (8621) Tribus ecclesiae Gebennen. canonicis mandat, ut Nicolao de Clauso cler. Gebennen. dioec. capellaniam ad altare SS. Bernardini et Vincentii situm in par. eccl. S. Nicolai de Bona dictae dioec. conferre curent. „Vitae ac morum“ L. 1005 f. 223.

— — — (8622) Thomae Gallet perpetuam capellaniam ad altare majus par. eccl. S. Radegundis Nanneten. dioec. confert. „Vitae ac morum“ L. 1004 f. 237.

— — — (8623) Johanni Mus Licent. in legibus et Mag. in artibus confert Praeposituram eccl. Ratzburgen. obitu Theodorici Moller vac. „Literarum scientia“ (Armellin. | Suno. Baena | Madrigal. Coll. S. de Spoleto) L. 1004 f. 47.

— — — (8624) Executores nominat, qui pro parte Petri episc. et capituli Egitanien. et Jacobi Ducis Bragantiae jus patronatus et praesentandi ad par. eccl. S. Christophori de Nogreira Lamacen. dioec., quod dicto Duci competit, et ad par. eccl. B. Mariae oppidi Dalterdochano Elboren. dioec., quod ad praefat. episc. et capit. pertinet, ad invicem permutare desiderantium permutationem hujusmodi concedere valeant. „Apostolicae Sedis“ (Colot. | Chemin. Aloys. | Bernard. Coll. Amerin.) L. 1003 f. 29.

— — — (8625) Francisco tit. S. Stephani in Caelio Monte presb. Card. in civitate Avenionen. et Comitatu pontificio Venayssin. et adjacentibus terris S. Sedis Legato et ecclesiae Auxitan. O. S. A. archiepiscopo, relaxat juramentum quod praestitit beneficia conferendi juxta statuta dictae eccl. et privilegia eid. eccl. per Eugenium IV. et forsan alios Rom. Pontifices concessa, ita ut beneficia et officia hujus eccl. personis idoneis licet non qualificatis libere conferendi facultatem habeat. „Magnitudo tuae devotionis“ (Blondus | *Visa* Madrigal | H. de Busseyo. Coll. Blondus) L. 1205 f. 245. (Colotius | Godelin. Coll. S. de Spol.) L. 1101 f. 230.

— — — (8626) Regem Hispaniar. hortatur, ut Nicolao de Gaddis camerario et fam. Pontif. ac aliis haeredibus Thaddaei de Gaddis, qui una cum aliis sociis mercatoribus Florentin. b. m. Petro SS. Cosmae et Damiani diac. Card. mutuaverat 8023 ducatos de carlenis, satisfieri faciat de duc. 1500 adhuc debitis, pro quibus fructus eccl. Melvitan., quam ipse Card. obtinebat, assignati et obligati sunt. „Pro parte dil. filiorum“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 246; tom. 30 l. 2 p. 251.

— — — (8627) Consulens decori eccl. Cremonen., quae inter cathedrales eccl. illarum partium admodum insignis reputatur, pro parte Petri Pauli et Hieronymi de Mascio de Roma civium Cremonen. in dicta eccl. unam Thesaurariam, ultimam post alias ejusd. eccl. dignitates ad instar Thesaurariae eccl. Beneventan. pro uno Thesaurario, qui stallum in choro et locum in capitulo habeat, perpetuo erigit et ecclesiam campestrem S. Bartholomaei Cremonen. dioec. a Jacobo de Mascio de Roma decano eccl. Cremonen. resignatam eidem Thesaurariae perpetuo unit necnon bona per praefatos Petrum Paulum et Hieronymum infra sex menses pro ejus dote assignanda ei applicat et iisd. Petro Paulo et Hieronymo, si infra sex menses dicta bona assignaverint, eorumque haeredibus et successoribus jus patronatus et praesentandi personam idoneam ad dictam Thesaurariam reservat. A. P. R. M. „Ex injuncto Nobis desuper“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. vol. H f. 51, b.

— — — (8628—8629) Lombardino de Burgo U. J. doctori et fam. suo confert praedictam Thesaurariam eccl. Cremonen. G. F. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Benzon. Alvarott. | Grat. de mand.) Arch. Lat. tom. 30 f. 83; f. 84, b.

— — — (8630) Guierum de Percelles dominum temporalem oppidi de Madrona de Dosaigues Valentin. dioec. hortatur, ut abstineat ab occupatione primitiarum, quae per parochianos ecclesiae de Dosaigues ejusd. eccl. rectori persolvi debeant, et de iisd. primitiis Michaeli Angelo de Ribelles dictae eccl. rectori et cubiculario secr. ac fam. Pont. integre responderi permittat. „Nuper dil. filius“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 247; tom. 30 l. 2 p. 253.

10. Mai. (VI. Idus Mai.) — (8631) Alexandro S. Eustachii diac. Card. de Farnesio, cui Castri Marthae gubernium et administrationem in perpet. vicariatum concessit, quia in lacu Volsiniensi circumvicinorum oppidorum homines quibusdam retibus *avellis* nuncupatis passim piscari

1514.

non verentur, quo fit ut anguillarum numerus quotidie minuatur et ipsi Cardin. ejusque posteris notabile damnum proveniat, mandat, ut per ea oppida, ne quispiam dictis retibus sine ejus vel ejus haeredum licentia piscari audeat, sub poenis moneat et compellat; omnibus S. R. E. officialibus mandat, ut praedicta irremissibiliter observari faciant. „Quoniam, ut accepimus, in lacu Nostro“ (Sadolet. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 41 p. 139.

10. Mai. (VI. Idus Mai.) Romae apud S. Petrum. (8632) Johannes Princeps Portugalliae, Emmanuelis Portugalliae et Algarbiorum Regis natus, in quodam sacello B. Mariae Virg. de Serra nuncup. Ulixponen. dioec. peregrinorum eo confluentium frequentia percelebri quandam domum pro habitatione FF. Ord. Praed. amplo aedificio construi fecit et dotavit. Ecclesiam dictae domus certis diebus visitantibus indulgentias elargitur. „Loca Sanctorum omnium“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 554; tom. 30 l. 2 p. 818. Bull. Ord. Praed. tom. IV p. 304.

— — — (8633) Praesidenti Romandiolae mandat, ut executionem literarum suarum in favorem communitatis Cesenae emanatarum circa portionem salarii Bariselli generalis provinciae Romandiolae omittat et contra communitates et homines terrarum Civitellae, Lonzani, Scortigatae, Savignani et aliarum dictae provinciae terrarum minime procedat. „Ad preces civitatis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 251; tom. 30 l. 2 p. 261; tom. 41 p. 132.

— — — (8634) Abbati monasterii S. Martini de Castagneda et Praeceptori domus de Argamasilla Militiae de Calatrava Astoricen. et Corduben. dioec. mandat, ut in possessionem Praeceptoriae domus de Valleio Hospit. S. Joh. Hierosol. Burgen. dioec. Petro Minuez de Ferrera fratri dicti Hospit. collatae, si pro parte ejusd. Petri fuerint requisiti, ipsum vel procuratores ejus inducant. „Vacante nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 252; tom. 30 l. 2. p. 262.

— — — (8635—8636) Andreae Golerii rectori par. eccl. *Prioratus* nuncup. S. Martini de Legiaco Nemausen. dioec. eccl. praedictam resignatione Stephani Recolini vac. confert. „Vitae ac morum“. Execut. deputat Sanctinum Godeti canon. eccl. Cavallic. et Offic. Nemaus. et Magalon. „Hodie dil. filio“ (P. Castello. P. Planca | Campania) Arch. Lat. tom. 18 f. 67, b; f. 69.

— — — (8637) Stephano Recolino baccal. in U. J. par. ecclesiam Prioratum nuncup. S. Andreae de Meleto Nemausen. dioec. obitu Gulliermi Manentis vac. confert. „Literarum scientia“ (Blondus | Madrigal. Aloys. p. comp. | Je. Attavant. Coll. B. de Alexandris) L. 1084 f. 219.

— — — (8638) Claudio Charpillet (Ind. Charpellet) cler. Bisuntin. dioec., Mag. Petri Marciaci script. familiari, pensionem super fruct. par. eccl. de Palisia Bisuntin. dioec. per Antonium de Balmeta solvendam assignat. „Vitae ac morum“ L. 1082 f. 168[1].

— — — (8639) Card. Sedunen. Galeatium et Antonium Mariam eorumque fratres de Pallavicinis totamque illam domum et familiam propter nobilitatem generis et virtutum merita et officia domui suae praestita quam maxime commendat. „Amavimus semper“ (Sadol.) Brev. ad princ. tom. 5 f. 47.

— — — (8640) Ducem Mediolani hortatur et monet, ut oppidum Sartiranae cum omnibus possessionibus et pertinentiis suis Jacobo S. P. A. causar. auditori et referendario suo ejusque fratribus Simonettis restituat. „Fel. rec. Julius Papa II.“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 248; tom. 30 l. 2 p. 254.

— — — (8641) Andream Burgio Caesareae Majest. Oratorem apud Ducem Mediolani hortatur, ut det operam, ne praefata restitutio oppidi Sartiranae diutius protrahatur. „Adducit Nos“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 249; tom. 30 l. 2 p. 257.

— — — (8642) Antianis civitatis Faventiae sub excomm. et suae indignat. poenis mandat, ut convocato consilio generali civitatis intiment omnibus et singulis nomine Pont. sub iisdem poenis, ut Nicolaum Severolum civem Faventin. Castellanum arcis oppidi Rusii Faventin. dioec. super hujusmodi arce non molestent, sed illi de salario et emolumentis respondeant et ab aliis responderi faciant. „Cum Nos in minoribus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 250; tom. 30 l. 2 p. 259.

— — — (8643) Petro tit. S. Eusebii, qui exposuit, quod olim capitulum et canonici Basilicae Principis Apost. de Urbe quand. domum in Burgo S. Petri in via, quae Alexandrina dicitur, juxta domos Gasparis episc. S. Justae et Francisci Cibo cum certo territorio quondam Ferdinando de (nom. deest) de Astudillo Hispano tunc Rom. Cur. sequenti ejusque successoribus sub certis pactis locaverunt, quod postea eidem Ferdinando quondam Margarita ejus uxor successit, quae Paschalem Tauruga laicum gladiatorem etiam Hispanum et Rom. Cur. sequentem in domus et soli praedictorum successione nominavit, quod idem Paschalis vita ipsius durante locationem hujusmodi pro certa pecuniarum summa in dictum Cardin. et personas ab eod. Card. nominandas transferre intendit, dictam translationem peragi permittit et in certum eventum concessionem

[1] Leg. in cod.: 1513 VI. Id. Mai. an. II.

1514.

ipsi Card. factam ad 15 annos extendit. „Exposuisti Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 572; tom. 30. l. 2 p. 859.

10. Mai. (VI. Idus Mai.) Romae apud S. Petrum. (8644) Regem Catholicum enixe rogat, ut B. episc. Sabinen. Card. S. Crucis in Hier. olim divitem, nunc magna indigentia laborantem, de Ecclesia Dei et Regis majestate benemeritum, jure regrediendi ad eccl. Rosanen. et monast. S. Zoili nonnullaque alia beneficia, quae pro Joh. episc. Palentin. ad eccl. Burgen. transferendo petebantur, uti ac frui permittat; quod si ei gratum non fuerit, de iisdem beneficiis aliis personis praeterquam dicto episcopo ad ipsius Regis beneplacitum se provisurum significat, cum ecclesia Burgen. tam pulchra et tam dives sponsa sit, ut nedum uni Praelato, sed cuicumque magnae auctoritatis Cardinali sufficere merito unica possit. „Saepius commendavimus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 575.

— — — (8645) Henrico Angliae Regi scribit, se accepisse, Georgium Ardisonum mercatorem Januen. officialem exigendi unius denarii ex quolibet ducato ab illis, qui per cambium extra regnum Angliae pecunias transmittunt, instare et urgere, ut hujusmodi vectigal solvatur etiam ex pecunia Collectoriae apost., quae pecunia quotannis ad Cam. apost. per cambium mittitur, quod vectigal nunquam ex dicta pecunia exigi consuevit. Regem rogat, ne dictum Georgium novum vectigal hujusmodi imponere patiatur. „Significavit Nobis nuper dil. filius noster Hadrianus tit. S. Chrysogoni S. R. E. presb. Card. Bathonien., qui in isto inclyto regno tuo Collectoriae fructuum ac proventuum Camerae ap. debitorum curam habet“ (Sadol.) Brev. tom. 41 p. 212.

— — — (8646) Regis consiliarios monet, ut Henricum Regem ad id inducant. „Scribimus in praesentia“ (Sadolet.) L. c. p. 214.

11. Mai. (V. Idus Mai.) — (8647) Regi Portugalliae nuntiat, se ab ejus legatis[1] praestita solemniter obedientia appellatum fuisse, ut eis privatim copiam et potestatem sui faceret, ut seorsim exponerent sua mandata et sua munera offerrent; se id libenter concessisse et coetum Cardinalium advocasse et magnam praestantium virorum multitudinem spectaculi celebritate concitatam esse; se in conventu pleno summae dignitatis excepisse adeuntes Regis legatos eorumque orationem jucundissimum accepisse neque mediocri cum voluptate munera ipsa aspexisse, inter quae elephas indicus incredibili corporis magnitudine, bellua docilis et praeceptis sui rectoris obtemperans, maximam excitaverit admirationem, cum tanto saeculorum intervallo Romae non amplius sit visa; isto spectaculo transacto Regis ministros explicasse vestem rebus divinis destinatam, copia gemmarum ornatam, quae fulgore suo omnibus indicis et arabicis opibus antecellat; literae Regis incertum se esse elegantius an religiosius sint scriptae; ejus magnanimitatem, optimam erga Deum voluntatem summamque religionem laudibus extollit; Deum ipsum pietatem Regis praemiis coelestibus, esse remuneraturum confidit. „Posteaquam Serenitas tua suis legatis viris lectissimis“ (Sadol.) Brev. ad princ. tom. 5 f. 48. Ed. Sadoleti epist. 20 p. 27—30. *Roscoe* tom. VI. Ap. doc. 102 p. 198 seq.

— — — (8648) Conrado clerico cubiculario suo ac Gentili ac Berardo de Monaldensibus de Cervaria fratribus domicellis Urbevetanis. Cum fortalitium Castri eorum Castillionis Tiberin. Comitatus Urbisveteris tam pro reparatione murorum quam pro ejus custodia magna expensa indigeat, ad eorum eorumque progenitorum Sedi Apost. impensa obsequia intendens ipsis subsidium, quod singulis annis ab hominibus Castri Castillionis Camerae ap. debitum 30 duc. auri d. C. non excedit, ad triennium donat et gratiose concedit. „Exigunt officia“ (Sadolet.) Brev. tom. 41 p. 144.

— — — (8649) Sebastiano de Velletro committit, ut nonnullos latrones Corsicos territorium ejus civitatis et loca finitima infestantes capi et ad B. episc. Tarvisin. almae Urbis gubernatorem deduci faciat. „Non sine animi Nostri displicentia“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 256; tom. 30 l. 2 p. 370.

— — — (8650) Galeatio Butricario in Hispaniis Nuntio mandat, ut cum Ferdinando Aragoniae et utriusq. Siciliae Rege super retentione pro episc. Palentin. petita ecclesiae Rosanen. et monasterii S. Zoili et quorumdam aliorum beneficior. eccl., quae olim B. episcopi Sabinen. Card. S. Crucis in Jerusalem fuerunt et deinde dicto episcopo Palentin. ad ecclesiam Burgen. transferendo erant concessa, ita negotium agat, ut praefatus Card., qui habet jus regrediendi et regredi cupit, sui desiderii compos fiat. „Scribimus ad charissimum“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 253; tom. 30 l. 2 p. 264.

— — — (8651) Pro Tristano de Cuña laico Ulixbonen., Emmanuelis Portugalliae et Algarbiorum Regis apud Ap. Sedem pro praestanda obedientia Oratore destinato, qui non obstante lege in civitate et dioec. Colimbrien. fabricationem mixturae saponis vetante sine licentia regia ob servitia eidem Regi impensa privilegio fabricationis hujusmodi gaudet, religiosis quibuscumque aliis personis in dictis civit. et dioec. consistentibus sub

[1] Legati erant: Tristanus Cugna, Jac. Paccecus et Joh. Faria. Cf. Hieron. Osorium de rebus Emman. R. L. IX. p. 298 ed. Colon. Allobrog. 1574 Annot. ad Sadolet. l. c. p. 209.

1514.

excommunic. l. s. et perditionis saponis poenis districte praecipiendo mandat, ne quis mixturam saponis factam aliis vendere aut permutationes aliquas facere praesumat; aliter pretium exinde proveniens eidem Tristano ejusque haeredibus competere decernit. „Sane Nobis“ (Sadolet.) Brev. tom. 2 n. 254; tom. 30 l. 2 p. 265.

11. Mai. (V. Idus Mai.) Romae apud S. Petrum. (8652) Emmanueli Portugalliae Regi commendat Nunium, Simonem ac Petrum Valasci de Cuña, liberos Tristani de Cuña, viri strenui et in armis contra infideles exercitatissimi et ipsius Regis apud S. Sedem Oratoris, qui filium in Africa militantem amisit, necnon Garziam de Saa ac Emmanuelem de Silvera ejusdem Tristani consanguineos, qui omnes praeter Petrum Valasci adversus infideles in Africa militarunt; Regem monet, ut eos milites seu Praeceptores Militiae Ord. Jesu Christi deputet, eosque ad hujusmodi Militiam habiles esse declarat. „Licet videatur supervacuum“ (Sadol.) Brev. tom. 2. n. 255; tom. 30 l. 2 p. 268.

— — — (8653) Johannae *Excellenti Dominae* nuncupatae in regno Portugalliae commoranti in 50 aet. suae anno constitutae concedit, ut unum fratrem exemplaris vitae et unam monialem O. Praed. pro sua spirituali consolatione secum habere valeat. „Cum sicut Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 257; tom. 30 l. 2 p. 271.

— — — (8654) Petrum Labia mercatorem, civem et habitatorem civitatis Avinion., et Petrum ac Jacobum ejus filios in suos familiares continuos commensales recipit. „Exigit vestra“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 258; tom. 30 l. 2 p. 273.

— — — (8655) Duci Venetiarum. Cum episcopus Philadelphien., commendatarius monasterii S. Gregorii Venetiar., exponat, quod dictum monasterium alias de anno 1463 (licentia a Sede Apost. impetrata certas decimas super beneficiis in isto dominio consistentibus imponendi) ad 120 ducatos pro decima solvenda taxatum fuit et in hujusmodi taxatione et rata stetit et solvit usque ad an. 1482; quod postea certa compositione facta inter abbatem ejusd. monast. et quosd. cives, qui magnam partem bonorum occupabant, ista taxa ad 65 duc. est reducta praefatis civibus reliquum (55 duc.) solventibus; quod vero officium X Sapientum idem monasterium indebite gravare et novum onus ei imponere conatur: Ducem hortatur, ut ultra taxam tanto tempore solutam monasterium ipsum gravari non permittat. „Exponi Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 259; tom. 30 l. 2 p. 274.

— — — (8656) Bononien. (gubernatori) committit, ut summarie et simpliciter, sine strepitu et figura judicii, omni die praeterquam festo in causa Bentivolorum justitiam administret, cum a multis, qui bona Bentivolorum possident et vigore Brevis ab ipso Pont. emanati restituere debent, vel aliquid adversus dictos Bentivolos seu eorum bona petere aut vindicare intendunt vel a Commissario pro restituendis Bentivolorum bonis constituto se gravari sentiunt, lites moveantur. „Cum vigore Nostri Brevis“. Brev. tom. 2 n. 297; tom. 30 l. 2 p. 352.

— — — (8657) Episcopo Sibinicen. in Rom. Cur. residenti committit, ut Antonium de Calamocha cler. Caesaraugustan. fam. suum immittere curet in possessionem par. ecclesiae S. Jacobi extra muros oppidi de Almacan Seguntin. dioec., si constiterit neutri litigantium scil. dicto Antonio et Ferdinando de Medrano ad illam jus competere. G. F. (Armellin. | Grat. de mand. Draco. | Verdes. Coll. Donat.) L. 1030 f. 209.

— — — (8658) Episcopis Cavallicen. et Asculan. et vicario gen. episc. Pergamen. mandat, ut Johanni de Caballis cler. Brixien. dioec. par. ecclesiam S. Petri Pergamen. dioec. conferre curent. „Vitae ac morum“ (Castilion. | Marciaci. Corbin. | Salvius. Coll. S. de Spol.) L. 1024 f. 234.

— — — (8659) Praeposito et canonicis monasterii per Praepositum gubernari soliti in Scheden Praemonstr. Ord. Colonien. dioec. concedit, ut septem altaria in eccl. dicti monast. temporibus, quibus Stationes in ecclesiis Urbis et extra eam celebrantur, visitando omnes indulgentias consequantur, ac si ecclesias Urbis visitarent. „Devotionis vestrae sinceritas“. Tabular. regium Monasterii Westfaliae (Kl. Scheda Or. U. 113).

— — — (8660) Johanni Cupini confert canonicatum et praeb. eccl. Cesenaten. ac capellaniam ad altare XII Apost. situm in dicta eccl. a Mag. Barthol. Cupini notar. apost. resignatos. „Vitae ac morum“ (Jul. Agrigent. | Grat. p. fam. script. Suno. Baena | A. de Verdesotto. Coll. F. d. Attav.) L. 1004 f. 296.

— — — (8661) Johanni Whytley monacho monasterii S. Joh. Bapt. Colchestriae O. S. B. Londonien. dioec. indultum concedit circa beneficia. „Religionis zelus“. Arch. Lat. tom. 28 f. 106.

— — — (8662—8663) Bernardino de Zachirolis de Ducia presb. confert Prioratum saecul. et colleg. eccl. S. Justi Camerinen. dioec. a Ludovico episc. Nucerin. resignatum. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 269, b; f. 270, b.

— — — (8664—8665) Petro Tiempond presb., baccal. in U. J., confert par. ecclesiam S. Richarii de Bredeue Tornacen. dioec. a Johanne de Valle, cujus dictus Petrus nepos existit,

1514.

resignatam. „Literarum scientia“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Benzon. Planca | Barotius) L. c. f. 178, b; f. 180.

11. Mai. (V. Idus Mai.) Romae apud S. Petrum. (8666) Ducem Mediolani, qui Alexandro Guascho episc. Alexandrin. referendar. et Praelato Pont. assistenti restitui fecit suam Praeposituram S. Johannis de Caputio Ord. Humiliat. Alexandriae, cujus fructus alias frater Jacobus Stampa ejusd. Ord. depraedatus erat et ideo censuris et poenis eccl. innodatus et monitorio apost. obsistens ac dicti Ducis permissione fretus denuo cum aliis ipsius episcopi beneficia invadere et depraedari comminatur, hortatur, ut praefatum episcopum in ea Praepositura et in aliis beneficiis manutenere et ejusd. episcopi fratres ad patriam et bona ac pristinos honores restituere velit. „Scripsimus alias“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 349; tom. 30 l. 2 p. 433.

— (8667) Universis has literas inspecturis scribit de sententia majoris excommunicationis, quam contra praefatum Jacobum Stampa et quoscumque ejus complices fert. „Quoniam iniquitatis filius“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 350; tom. 30 l. 2 p. 436.

12. Mai. (IV. Idus Mai.) — (8668) Ricardo Le Petit rectori par. eccl. S. Mannei Bajocen. dioec. confert dictam eccl. a Michaele Le Petit permutat. causa resignatam. „Apostolicae Sedis“ (Armellin. | Suno. Baena | Salvius. Coll. F. de Attav.) L. 1004 f. 301.

— — — (8669) Petro Raynauldi cler. Arelaten. commendat Prioratum S. Petri de Aligno O. S. B. Aquen. dioec., cui Mag. Aymarius de Quiquerano cessit. „Vitae ac morum“ (P. Cesis | Suno. Baena | Balbus. Coll. F. de Attav.) L. 1005 f. 17.

— — — (8670) Ludovico de la Loe rectori par. eccl. S. Hilarii de Seneleyo Cenomanen. dioec. dictam eccl. priore collatione viribus non subsistente confert. „Nobilitas generis“ (Carrot. | Chemin. Aloys. | Madrigal. Coll. Attav.) L. 1010 f. 211.

— — — (8671) Carolo de la Loe rectori par. eccl. S. Andoeni de Querquebeu Constancien. dioec. confert dictam ecclesiam ipsi antea non rite collatam. „Nobilitas generis“ (Script. ut supra) L. 1010 f. 213.

— — (8672—8673) Mario Vacca confert archipresbyteratum eccl. S. Mariae de Ceperano Verulan. dioec. vacantem resignatione Silvestri Vacca, cujus dictus Marius nepos existit. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (A. d. Alvarott. Ph. de Agnell. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 6 seq.

— — — (8674) Richardo Rousseau canonico monasterii S. Satyri O. S. A. Bituricen. dioec., baccal. in theol., indultum concedit circa beneficia. „Religionis zelus“. Arch. Lat. tom. 42 f. 38.

— — (8675) Mag. Andream Vives Priorem saecul. et colleg. eccl. S. Mariae de Alcaniz Caesaraugustan. dioec., script. et fam. suum, constituit Apost. Sedis nuntium collectorem generalem fructuum et proventuum S. Sedi et Camerae apost. debitorum in provincia Caesaraugustana. „Ex fideli, sollicita“ (infra: *Visa de Curia*. Suno | Cabredo. Coll. F. de Attav.) L. 1006 f. 168.

— — — (8676) Galeatio de Luppis confert par. ecclesiam S. Martini loci de Vergiate Mediolanen. dioec. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Balbus. Colardi. | Salvius. Coll. Amerin.) L. 1030 f. 161.

— — — (8677) Dominico episc. Lucerin. in Rom. Cur. residenti mandat, ut Gabrieli Carbonel cler. Tarraconen. dioec., baccal. in decr. et fam. suo, surrogando conferat archipresbyteratum eccl. Sulcitan., si nemini sit jus quaesitum. G. F. (Colotius | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Chemin. | Gerona. Coll. F. de Attav.) L. 1014 f. 224.

— — — (8678) Paroch. ecclesiam in Blumbergh Brandeburgen. dioec., quam Joh. Kuger obtinet, suae ac Ap. Sedis collationi et disposit. reservat. A. F. R. M. „Etsi ecclesiasticorum beneficiorum“ L. 1205 f. 354.

— — — (8679) Roberto de Turre baccal. in decr. Prioratum SS. Gervasii et Protasii Lingoniae O. S. B. Mimaten. dioec. confert. „Religionis zelus“ (infra: Enckenwort | J. Copis Coll. F. de Attavant.) L. 1068 f. 169.

— — — (8680) Francisco de Vargas cler. Toletan. pensionem super fruct. capellaniae ad altare Regum Novorum nuncup. situm in eccl. Toletan. per Stephanum de Vargas solvendam assignat. „Vitae ac morum“ L. 1041 f. 17.

— — — (8681) Sixtum tit. S. Petri ad Vincula presb. Card. S. R. E. Vicecancell., qui in locum b. m. Galeoti Card. fratris ipsius quoad officia et beneficia eccl. a Julio PP. II. surrogatus creditoribus ejusd. Galeoti Card. satisfacere et quosdam Cur. Rom. officiales pro summa 9600 aureor. Johanni de Pandolphinis et sociis mercatoribus pro ipso Galeoto Card. fidejussores obligatos relevare debet, et tamen eos relevare recusat, ac citationem, quam creditores decerni obtinuerunt, exequi non permittit, nec procuratorem ad causam hujusmodi vult constituere, jam nuper hac de re monuit, ne boni viri pro pio opere et alieno debito vexarentur et ut anima ipsius Galeoti exoneraretur; ipsum iterum benigne hortatur, ut procuratorem ad hujusmodi causam peragendam constituere velit; nam si id facere noluerit, se justitia sic exigente commissionem esse signaturum. „Hortati sumus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 260; tom. 30 l. 2 p. 276.

1514.

12. Mai. (IV. Idus Mai.) Romae apud S. Petrum. (8682) Visen., Fecen. et Portugallen. episcopis mandat, ut Johanni de Meneses Comiti de Tarouqa (Tarouca), Priori Prioratus de Crato Hospit. S. Joh. Hieros. contra Johannem Coelho Baiulum de Nigromonte pro fratre dicti Hospit. se gerentem, qui praefatum Joh. Priorem molestat asserens se esse Priorem dicti Prioratus, poenis et censuris adhibitis efficaciter assistant. „Ut literae“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 262; tom. 30 l. c. p. 278.

13. Mai. (III. Idus Mai.) — (8683) Consulibus et communi civitatis suae Avinionen. notificat, se revocare utpote per subreptionem obtentas priores literas, quibus privilegia super exemptione a solutione pedagii in Comitatu suo Venayssino per Sixtum IV. eis concessa approbavit et de novo concessit existimans illa esse in usu, quum Petrus de Pisis suus secundum carnem affinis Comitatus Venayssini thesaurarius sibi significaverit, ea in usu non fuisse et si observarentur, in non modicum Camerae ap. detrimentum cedere. „Licet privilegia super exemptione“ (Sadolet.) Brev. t. 41 p. 142.

— — — (8684) Ludovicum de Firmo [1], qui (ut dicitur) relicto Francisco Marchione Mantuae, ad cujus latus adhaerebat, tranquillitatem civitatis Firmanae perturbare conatur, monet, ut ab hoc consilio, ab hac opera desistat; si ipse, qui S. R. E. subditus sit, injuriam sibi factam significaverit, se remedia illius incolumitati opportuna esse adhibiturum; si ille tumultus et turbas concitare processerit, fore ut eum hujus temeritatis poeniteat. „Mirati admodum sumus“ (Sadolet.) Brev. ad princ. tom. 5 f. 49. Ed. Sadol. ep. 30 p. 40.

— — — (8685) Duci Urbinat. mandat, ne amplius faveat Ludovico de Firmo rebelli Ap. Sedis. „Intelleximus id quod Nobis valde displicuit“. Brev. ad princ. tom. 5 f. 43 (s. d.).

— — — (8686) Simile Joh. Paulo de Balionibus Perusin. L. c.

— — — (8687) In favorem Bonifacii episc. Ipporegien. mensam episcopalem eccl. Vercellen. mensae episcopali eccl. Ipporegien., quamdiu ipse Bonifacius ei praefuerit, unit accedente consensu Augustini Electi Vercellen. ejusd. Bonifacii fratris germani. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (De S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 4.

— — — (8688—8689) Johanni Bardonis seniori, qui permutat. causa archipresbyteratum loci de Lauraco Magno Mirapicen. dioec. resignavit, confert par. ecclesiam de Aquis Vivis Carcassonen. dioec. et vicariam eccl. Tholosan. a Petro Raymundo Helin dimissas. „Apostolicae Sedis“ (Armellin. | Chemin. Aloys. | Jer. Bertrandi. Coll. F. de Attav.) Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (infra: iid. script.) L. 1011 f. 230, b; f. 233.

— — — (8690) Michaeli Ermenier cler. Redonen. dioec. et fam. suo commendat Prioratum de Sainctbroulade S. Ben. vel alterius Ord. Dolen. dioec. G. D. et F. (Al. Acre | Grat. p. script. archiv. Draco. Colardi | Verdes. Coll. F. de Attav.) L. 1024 f. 179.

— — — (8691) Gaufrido de Bintin et Nicolao du Breil canonicis ecclesiae Dolen. mandat, ut dicto Michaeli Ermenier cler. Redonen. dioec., archivii Rom. Cur. scriptori, Prioratum de Sainctbroulade O. S. B. Dolen. dioec. a monasterio S. Michaelis *in periculo maris* dicti Ord. Abrincen. dioec. dependentem commendare curent. G. D. et F. (De Prato | Campania) Arch. Lat. vol. F f. 261, b.

— — — (8692) Antonio Becquet rectori par. eccl. de Damao Parisien. dioec. dictam eccl. obitu Joachim de Belle vac. confert. „Vitae ac morum“ (J. B. Nasius | Suno. Baena | Madrigal. Coll. F. de Attav.) L. 1039 f. 275.

— — — (8693) In favorem Thomae Michell vicarii par. eccl. de Stauerton Exonien. dioec. et theol. professoris dictae vicariae, quamdiu eam obtinuerit, vicarias de Alternon et, si ea ipsi conferatur, de Ipellien dictae dioec. unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 185.

— — — (8694) Pro parte Petri episc. Egitanien., qui Prioratum monasterii per Priorem gubernari soliti S. Crucis Colimbrien. O. S. A. obtinet, et Georgii Ducis Colimbrien. et domini temporal. oppidi Montis Majoris Ovelho Colimbrien. dioec., qui exponebant, quod a trecentis annis et citra inter praedecessores super limitibus et certis districtibus et jurisdictionibus ad Petrum ratione Prioratus et ad Georgium ratione oppidi praedict. pertinentibus diversae lites et quaestiones exortae erant, et ipsi ad tollendas lites permutationem fecerunt, episcopo Colimbrien. mandat, ut permutationem hujusmodi, si in evidentem utilitatem monasterii S. Crucis et illius Prioratus cesserit, approbet et confirmet. „Ex injuncto Nobis“ (Evang. | Cheminart | F. de Vega. Coll. Evang.) L. 1205 f. 551.

[1] In ed. Sad. *de Franco.* Annotat. p. 212. 213: „Ludovicus de Franco videtur idem qui apud Jovium Hist. XV p. 305 ed. Basil. 1578 dicitur Ludovicus Firmanus e familia Guerreria, cui Marchio proprium nomen Gonzagae tradidit, dux Venetorum et Florentinorum, † 1530.“ Sed in MS. nostro est: *de Firmo.* Edit. Sad. habet diem 17. Mai., MS. 13.

1514.

13. Mai. (III. Idus Mai.) | Romae apud S. Petrum. | (8695) Mag. Johanni Antonio de Trivultiis cler. Mediol., U. J. doctori et P. A. auditori, qui omni juri ad canonicatum et praebendam eccl. S. Euphemiae de Insula Cuman. dioec. sibi competenti cedit, cum consensu Guillermi de Citadinis cler. Mediolanen., cui de illis providetur, omnes eorum fructus reservat. G. D. (Joh. Bapt. Nasius | Grat. pro auditore. Cheminart | Cabredo. Coll. Attavant.) L. 1004 f. 69.

— — | — | (8696) Dominico episc. Lucerin. in Rom. Cur. residenti mandat, ut Antonio Branchadoro cler. Florentin. par. ecclesiam S. Luciae de S. Lucia Vulteran. dioec. cum eccl. annexa S. Justi de Barbiano ejusd. dioec. conferat, si neutri litigantium jus competere constiterit. G. F. (A. Melfit. | Draco | Cyprian. Coll. Attav.) L. 1014 f. 217.

— — | — | (8697) Bartholomaeo Serrano fam. suo confert par. ecclesiam loci de Granyen Oscen. dioec. G. F. (A. Melfit. | Grat. de mand. Suno. Baena | Valtrini. Coll. F. de Attav.) L. 1007 f. 108.

14. Mai. (Prid. Idus Mai.) | — | (8698) Sigismundo S. Mariae Novae diac. Card. Mantuano Marchiae Anconitanae Ap. Sedis Legato concedit, ut cum primum aliquod feudum Mantuanae ecclesiae valoris duc. 100 vel circa vacare et ad ipsam ecclesiam per lapsum temporis legitime devolvi contigerit, etiam si actu quovis modo inpraesentiarum vacet, illud manuale pro advocato et syndicis curiae episcopalis licite et libere, quamdiu voluerit, retinere valeat. „Circumspectionis tuae“ (Sadol. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 41 p. 150.

— — | — | (8699) Eidem concedit, ut in mortis articulo constitutis plenariam, aliis vero quibuscunque unius anni indulgentiam elargiri possit. „Ut possis te personis tibi gratis et acceptis Marchionatus Mantuan. seu aliarum partium, etiam servitiis tuis insistentibus, gratiosum reddere“ (Sadol.) L. c. p. 152.

— — | — | (8700) Eidem indulget, ut in Mantuan. dioec. et Marchionatu et in Marchia Anconitana cum clericis et laicis quacunque irregularitate innodatis dispensare et inhabilitatis et infamiae notam abolere possit. „Intelleximus nonnullos“ (Sadol. | Card. SS. Quatuor) L. c. p. 153.

— — | — | (8701) Eidem, quum in civit. et dioec. Mantuan. a laicis bona a presbyteris relicta saepe distrahantur et usurpentur, committit, ut omnia et singula bona hujusmodi sic distracta et in posterum distrahenda a quibuscunque laicis recuperare et ad manus suas reducere studeat, illarum tertiam partem fabricae basilicae principis Apostolorum de Urbe assignet, reliquam vero, prout suae conscientiae videbitur, applicet, prohibeatque, ne consanguinei et laici de cetero pro occupandis bonis ad domos presbyterorum accedant. „Ad notitiam Nostram“ (Sadol. | Card. SS. Quatuor) L. c. p. 155.

— — | — | (8702) Vicario et eremitis ac patribus Congregationis Eremi et S. Michaelis de Murano omnia et singula in eorum nuper celebrato capitulo generali gesta approbat et confirmat eisdemq. mandat, ut Petrum Delphinum praedict. Ord. Generalem qua decet reverentia ac charitate recipiant. „Libenter intelleximus“ (Sadol.) tom. 2 n. 264; tom. 30 l. 2 p. 288.

— — | — | (8703) Prioribus et communitati civit. Recanaten. mandat, ut infra 10 dies a praesentatione praesentium compareant coram Leonardo tit. S. Susannae et Petro S. Eusebii presb. Card. ad effectum terminandi causam, quam contra ipsos habet Andreas de Corsio mercator Januen. occasione repressaliarum contra Hebraeos. „Moti cum honore“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 265; tom. 30 l. 2 p. 289.

— — | — | (8704) Universitati oppidi Fuscaldi Cusentin. dioec. ob singularem, quem ad quondam fratrem Franciscum de Paula Ord. Minim. institutorem gerunt devotionis affectum, domum sub invocatione S. Johannis Bapt. pro habitatione fratrum dicti Ord. in loco Pisticum (al. Pasticum) nuncupato non procul ab oppido Fuscaldi construi facere desideranti licentiam concedit domum praedictam cum ecclesia, campanili etc. construendi et vicario provinciae Calabriae facultatem tribuit juxta morem dicti Ord. istam domum recipiendi et perpetuo inhabitandi et Johannem de Perone inibi et in aliis ejusd. Ord. domibus retinendi et ab ipso, si ad aetatem legit. pervenerit, professionem recipiendi; eid. domui privilegia largitur et manus auxiliatrices porrigentibus ad conservationem et augmentum ejusd. domus et eccl. apud eam construendae indulgentias concedit. „Exposuit Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 263; tom. 30 l. 2 p. 284.

— — | — | (8705) Vincentium Scacola civem Regien. monet, ut studia sua una cum adhaerentibus suis ad pacem vertat et odiis remissis pacem cum adversariis suis ineat, ita ut civitas ista diu civilibus dissensionibus vexata ad tranquillitatem reducatur. „Cupientes, ut ista civitas“. Brev. tom. 41 p. 141.

— — | — | (8706) Executores deputat, qui Bernardino Cabrera cler. Legionen. dioec. canonicatum et praeb. eccl. Legionen., quos quondam Bartholomaeus de Valderas obtinebat, conferre curent. „Vitae ac morum“ (G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. vol. H f. 97, b.

— — | — | (8707) Carolo tit. S. Nicolai inter Imagines presb. Card. literas Julii II. (d. d. 1512 V. Kal. Mai. an. IX, incip. „Dum exquisitam“), quibus eid. Cardinali regressum ad monasterium S. Stephani Terdonen. O. S. B. ab ipso resignatum cedente aut de-

1514.

		cedente Ottone de Carreto ejus commendatario concessit, transscribi facit et tenorem hujusmodi ejusd. roboris esse ac lit. orig. decernit. „Provisionis Nostrae“. Arch. Lat. tom. 28 f. 229.
14. Mai. (Prid. Idus Mai.)	Romae apud S. Petrum.	(8708—8709) Jacobo de Gerundellis cler. Novarien. dioec. fructus archipresbyteratus S. Stephani de Leno Cuman. dioec. reservat et pensionem in dicta dioec. assignat. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ L. 1167 f. 26; f. 27.
— —	—	(8710) Canonicatum et praeb. eccl. Palentin. Antonio de Bezeril al. de Torquemada cler. Palentin. reservat. A. F. R. M. „Etsi canonicatuum“ L. 1011 f. 158, b.
— —	—	(8711) Mag. Francisco de Cazinigo al. Curtio cler. Mediolanen., notar. ac script. et fam. suo, cum jure regrediendi pensionem 42 duc. assignat super fruct. canonicatus et praeb. eccl. Vercellen. ab ipso resignatorum accedente consensu Bartholomaei de Advocatis de Valdengi (al. Valdenchi), cui de iis providetur. G. D. et F. L. 1072 f. 55.
— —	—	(8712) Eidem omnes eorund. canonic. et praeb. fructus seu eorum loco pensionem 42 duc. et regressum ad eos reservat. G. D. et F. L. 1020 f. 213, b.
— —	—	(8713) Laurentio Cursis de Cursis Ord. FF. Minor. professori monasterium B. Mariae de Monte Novo O. S. B. Senogallien. dioec. resignatione Philippi Cursis de Cursis nuper ejusd. monast. abbatis vac. commendat. „Romani Pontificis“ (Evang. | Marciaci. Corbin. | Cabredo. Coll. Attav.) L. 1041 f. 20, b.
— —	—	(8714) Mag. Mercurio de Vipera capellano suo et caus. P. A. auditori mandat, ut Franciscum tit. SS. Joh. et Pauli presb. Card. in omni jure, quod Alexandro tit. S. Eustachii diac. Card. ad Praeceptoriam S. Christophori Salamantin. Sepulchri Dominici Hieros. O. S. A. competit, surroget et eam ipsi commendet, si nemini sit jus quaesitum. „Ad personam“ (Gratiadei | *Visa* Suno | Verdes. Coll. F. de Attav.) L. 1022 f. 25.
— —	—	(8715) Alphonso de Xaque cler. Civitaten. fam. suo et obsequiis Antonii tit. S. Vitalis presb. Card. insistenti beneficium de Padilla et Villares Seguntin. dioec. confert. G. F. L. 1022 f. 89, b.
— —	—	(8716) Eidem omni juri ad canonicatum et praeb. eccl. Salamantin. cedenti pensionem super fruct. par. eccl. S. Martini de Scalona Toletan. dioec. per Franciscum Rascon solvendam assignat, donec ipsi eodem Francisco procurante de beneficio similis seu majoris valoris sit provisum. G. F. L. 1022 f. 91.
— —	—	(8717) Eidem regressum ad dictos canonicatum et praeb. in certum eventum concedit. G. F. L. 1068 f. 108, b.
— —	—	(8718) Dominico Jalletti familiari Alexandri tit. S. Eustachii diac. Card. confert Scholastriam ac canonic. et praeb. eccl. S. Deodati de S. Deodato Tullen. dioec. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Grat. de mand. S. D. Balbus | Valtrini. Coll. F. de Attav.) L. 1019 f. 235, b.
15. Mai. (Idus Mai.)	—	(8719) Johannem de Seborg canon. Tarbaten. ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“ (A. de Alvarott. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 240.
— —	—	(8720—8725) Eundem Johannem a capitulo ecclesiae Tarbaten. in episc. concorditer electum praeficit dictae eccl. obitu Gerardi episc. vacanti in episc. et pastorem electionem capituli confirmans. „Divina disponente clementia“. Hoc nuntiat a) archiepiscopo Rigen. „Ad cumulum“, b) dicto capitulo, c) populo et d) clero civit et dioec. Tarbaten. e) vasallis eccl. Tarbaten. „Hodie electionem“ (A. de Alvarott. | Nardin.) L. c. f. 240 seqq.
— —	—	(8726) Canonicatus et praeb. Tarbaten. et Ozilien. ecclesiarum, quos Johannes Electus Tarbaten. obtinet, promotione ejusd. Johannis vacare decernit. „Providentia Sedis Apostolicae“. Arch. Lat. tom. 26 f. 250.
— —	—	(8727—8728) Johanni de Loen decr. doctori et Mag. in art., qui Praeposituram eccl. Ozilien. obtinet, confert Praeposituram eccl. Tarbaten., quam Johannes Electus Tarbaten. tempore suae promotionis obtinebat. „Literarum scientia“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Ph. de Agnellis. O. de Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 31 f. 49, b; f. 52.
— —	—	(8729) Mag. Franciscum Garre cler. Saonen. notarium S. Sedis nominat. „Pii Patris altissimi“ (A. de S. Severino | Grat. p. consanguineo R. D. Vicecanc. Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 188, b.
— —	—	(8730) Eundem Franciscum ob sequentem provisionem ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“ (Script. ut supra) L. c. f. 188.
— —	—	(8731) Eidem monasterium S. Sophiae Beneventan. O. S. B., cujus commendae Sixtus tit. S. Petri ad vinc. presb. Card. et S. R. E. Vicecancellarius renuntiat, commendat. „Romani Pontificis providentia“ (supra: A. de S. Severino) L. c. f. 185, b.
— —	—	(8732—8734) De hac commenda scribit a) conventui praefati monasterii, b) vasallis ejusd., c) archiepiscopo Beneventan. „Hodie monasterium“ (infra: Grat. p. consang. R. D. Vicecanc. Nardin.) L. c. f. 187.
— —	—	(8735—8736) Sixto tit. S. Petri ad vinc. presb. Card. et S. R. E. Vicecanc. administrationem et fructus praedicti monasterii S. Sophiae cum jure regressus reservat. „Dum

1514.

ad personam tuam". Episcopis Cavallicen., Alexandrin. et Asculan. executionem committit. „Hodie cum dil. filii Nostri" (A. de S. Severino | Grat. p. R. D. Viccecanc. Nardin.) L. c. f. 189, b; f. 191.

15. Mai. (Idus Mai.) Romae apud S. Petrum. (8737) Johannem de Witte Ord. FF. Praed., Leonorae Archiducissae Austriae et Ducissae Burgundiae ejusque sororum confessorem, ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis" (Bregeon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 40 f. 273, b.

— — — (8738) Eundem Johannem ecclesiae Salubrien. obitu Johannis episc. vacanti praeficit in episc. et pastorem. „Apostolatus officium" (Script. iid.) L. c. f. 271.

— — — (8739) Eidem Johanni Electo Salubrien. concedit, ut ad dictam eccl. Salubrien. in partibus infidelium consistentem accedere et apud eam personaliter residere minime teneatur et munere consecrationis suscepto in civit. et dioec. dominio Caroli Ducis Burgundiae subjectis de Ordinariorum locorum licentia pontificalia officia exercere valeat. „Sincerae devotionis affectus" (Script. iid.) L. c. f. 272, b.

— — — (8740) Eidem Johanni indultum circa beneficia concedit. „Apostolicae Sedis" L. c. f. 274.

— — — (8741) Archidiacono et Cantori eccl. Pictaven. mandat, ut in causa canonicorum monasterii S. Bartholomaei de Benavento O. S. A. Lemovicen. dioec. querentium de injuriis, quibus Marcus ejusd. monast. abbas seu commendatarius ipsos affecerit, quod justum fuerit decernant. „Humilibus". Arch. Lat. vol. K f. 306.

— — — (8742) Execut. deputat, qui Francisco de Basconis al. Picado beneficium Palentin. dioec. conferant. G. F. Arch. Lat. tom. 38 f. 45.

— — — (8743) Abbati monasterii S. Godehardi Hildesemen. et Scholastico Monasterien. ac decano S. Georgii Colonien. ecclesiarum mandat, ut pro parte abbatis et conventus monasterii Herdehusen Cisterc. Ord. Padeburnen. dioec. ac decani et capituli eccl. Padeburnen. et quorund. domicellorum et aliorum clericorum et laicorum in hac parte litis consortium, qui exponebant, quod Gunterus Hedenrykes laicus Gaugravius nuncup., qui se judicem ad hoc competentem esse falso dicebat, Johannem Art, Volmerum Schymp et alios colonos dictorum litis consortium in judicium evocari fecit et, cum comparuissent, nomine et ex parte Erici episcopi Padeburnen. contra eos propositum fuit, eos in quadam petia terrae Marchiae Havermehuss nunc. et ad eund. episc. spectante se de facto intromisisse; quod idem Gunterus, cum illi dilationem postularent, quia non ut domini directi seu utiles, sed solum ut coloni nomine dictorum litis consortium se intromisissent, dilationem hujusmodi denegavit et etiam exceptionem praefatorum litis consortium litem in se suscipientium recusavit, de praemissis se informent et quod justum fuerit decernant. „Humilibus" (J. Copis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 231, b.

— — — (8744) Ferdinando Ponzetto notario suo unum Leodien. et alium B. M. V. Antwerpien. Cameracen. dioec. ecclesiarum canonicatus confert, praebendas vero earund. eccl. etc. reservat. G. D. et F. L. 1032 f. 194.

— — — (8745) Desiderio Pierreti Ferdinandi Ponzetti thesaur. gener. obsequiis insistenti canonicatum eccl. Virdunen. confert, praeb. vero ejusdem eccl. etc. reservat. G. F. L. 1032 f. 197.

— — — (8746) Johanni Heymers fam. suo, obsequiis ejusdem Ferd. Ponzetti insistenti, canonicatum eccl. S. Servatii Trajecten. Leodien. dioec. confert, praeb. vero ejusd. eccl. etc. reservat. G. F. L. 1032 f. 201; L. 1017 f. 8.

— — — (8747) Amaneo tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano diac. Card., cui Alexander PP. VI. administrationem eccl. Appamiar. O. S. A. concesserat, sed Matthaeus de Artigalupa canonicus dictae eccl. se opposuerat asserens, ejus administrationem sibi competere, cum idem Matthaeus vita sit functus, literas Alexandri VI. confirmat. „Apostolicae sollicitudinis studium" (A. Melfit. | *Visa* Suno | Cabredo. Coll. F. de Attav.) L. 1015. f. 251.

— — — (8748) Praefatum Amaneum in omni jure et ad omne jus, quod dicto Matthaeo fortasse ad regimen eccl. Appamiarum competebat, surrogat eique administrationem ejusd. eccl. denuo plenarie committit. „Ecclesiarum utilitati" (A. Melfit. | *Visa* Suno | Valtrini. Coll. Attavant.) L. 1015 f. 252.

— — — (8749) Alphonso de Aymeric cler. Caesaraugustan. dioec. fam. suo unum vel plura beneficia in Seguntin., Oxomen. et Ilerden. dioec. reservat. G. F. L. 1006 f. 288, b.

— — — (8750) Dominico episc. Lucerin. in Rom. Cur. residenti mandat, ut Johanni Damiani de Gamuciis cler. Vulteran. dioec. ecclesias par. S. Luciae de S. Lucia et S. Justi de Barbiano Vulteran. dioec. invicem unitas, de quibus ei lis fuerat cum quondam Joh. Bapt. de Botiis surrogando conferat. „Vitae ac morum" (Blond. | Grat. p. fam. Vicecanc. Chemin. | Saldus. Coll. Narnia) L. 1035 f. 150.

— — — (8751) Nicolao Saxoniae Ferdin. Ponzetti gener. thesaurarii obsequiis insistenti et fam. suo canonicatum eccl. S. Dionysii Leodien. confert, praeb. vero ejusd. eccl. etc. reservat. G. F. L. 1023 f. 281.

— — — (8752) Johanni Paulo Argento et sociis tractarum bladorum commissariis confirmat concessionem (n. 1947) factam et adjungit facultatem exigendi a quibuscunque personis cujuscunque gradus bladorum tractas, inhibendo aliis, ne in hujusmodi tractis se

1514.

intromittant, iisque concedit facultatem pro praemissorum executione deputandi officiales ad inquirendas et puniendas fraudes cum licentia arma portandi et alia necessaria faciendi. „Confidentes, quod ea quae vobis“ (Sadol. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 41 p. 134.

15. Mai. (Idus Mai.) — Romae apud S. Petrum. (8753) Ducibus, vicariis, rectoribus, baronibus, gentium armorum ductoribus et omnibus aliis officialibus, publicis et privatis personis S. R. E. mediate vel immediate subjectis notificat, quod in locatione salariarum et salinarum Bononien., Romandiolae ac Exarchatus Ravennae inter alia promissum fuit, quod si adjutore Domino in territoriis Cerviae et Cesenae tanta salis quantitas fabricaretur, ut non solum terris immediate, sed etiam mediate S. R. E. subjectis sufficeret, aliud sal praeterquam fabricatum in iis locis per dicta loca et eorum territorium transferri non permitteretur neque sine sua aut Camerae ap. expressa licentia fabricaretur sub gravissimis poenis pecuniariis et censuris; salariarum et salinarum dictarum conductori et ejus ministris concedit facultatem praedicta exequendi et statutas poenas etiam per viam repressaliarum exigendi. „Singuli vestrum noverint“ (Sadol.) Div. Cam. t. 63 f. 253. Brev. tom. 41 p. 147 (Card. SS. Quatuor).

— — — (8754) Ducem Mediolani enixe hortatur, ut velit efficere, ut Alexander Guaschus episc. Alexandrin. referend. ac Praelatus Pont. assistens manuteneatur in suis beneficiis, praesertim in Praepositura S. Joh. de Caputio Ord. Humiliat. Alexandriae et defendatur contra iniquum fratrem Jacobum Stampa, qui jam dictae Praepositurae fructus alias depraedatus, proinde excommunicationis et interdicti sententia aliisque censuris innodatus fuit ac eam aliaque ejusd. episc. bona et beneficia ipsius Ducis permissione fretus hostiliter iterum invadere se velle comminatur. „Scripsimus alias pluries“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 348; tom. 30 l. 2 p. 433.

— — — (8755) Praeposito S. Columbani de Blandrate Vercellen. dioec. committit, ut Prioratus S. Jacobi de Blandrate O. S. B. ejusd. dioec. Jacobo de Spaltis rectori par. eccl. S. Stephani de Mozanis Cremonen. dioec. et arch. Rom. Cur. scriptori ac fam. suo commendati et fructuum illius possessionem capiat eosque conservet, quousque eidem Jacobo tradantur. „Cum dudum dil. filio“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 266; tom. 30 l. 2 p. 291.

— — — (8756) J. episcopo Asculan. senio confecto, quem Sixtus tit. S. Petri ad Vinc. presb. Card., S. R. E. Vicecanc. et eccl. Beneventan. administrator, ab obligatione eundi ad synodum, ad quam omnes suffraganei ecclesiae Beneventan. in die S. Bartholomaei quotannis accedere tenentur, liberavit, dummodo illuc procuratorem mitteret, concessionem hujusmodi approbat et confirmat. „Dudum sicut Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 267; tom. 30 l. 2 p. 292.

— — — (8757) Cathellano Parpaliae et Matthaeo de Beis canonicis eccl. Taurinen. mandat, ut par. eccl. Concellarum Taurinen. dioec. et capellae S. Mariae Gratiarum Taurinen., quae obitu Georgii de Mollariis vac. Johanni Antonio de Vegiis cler. Novarien. sunt collatae, possessionem capiant ac dicto Joh. Antonio earum fructus conservent. „Providimus nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 269; tom. 30 l. 2 p. 294.

— — — (8758) Carolum Ducem Sabaudiae hortatur, ut praefatis canonicis in praemissis opportunis favoribus assistat. „Providimus nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 268; tom. 30 l. 2 p. 293.

— — — (8759) Archipresbytero eccl. S. Mariae de Piperno Terracinen. dioec. committit, ut capellaniae S. Jacobi de Piperno Terracinen. dioec. Zenoni de Corradinis cler. Veronen. dioec. fam. suo collatae possessionem capiat et eidem Zenoni fructus conservet. „Nuper perpetuam capellaniam“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 271; tom. 30 l. 2 p. 295.

— — — (8760) Archidiacono et archipresb. ecclesiae Mantuan. sub censuris et poenis mandat, ut de cetero causas spirituales vel spiritualibus annexas aut alias civiles vel criminales clericorum personas aliquo modo tangentes alicui U. J. vel alterius jurium doctori, qui vere clericus non existat et in habitu et tonsura clericali non incedat, etiam praetextu cujusvis indulti, decreti etc. committere non debeant, doctoribus autem de collegio judicum sive doctorum civitatis Mantuae, qui simplici clericali charactere insigniti et in habitu et tonsura clericali non incedentes hujusmodi causas audiunt, ne de illis cognoscere possint, sub iisd. censuris et poenis inhibet. Decernit denique, ut a sententiis in favorem Sigismundi S. Mariae Novae diac. Card. ecclesiae Mantuan. administratoris ac p. t. existentis episc. Mantuan. latis ad suprad. archidiac. et archipresb. appellare non liceat, sed tantummodo ad Sedem Apostolicam appellationem hujusmodi interponi oporteat. „Sane dil. filius Noster“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 272; tom. 30 l. 2 p. 296.

16. Mai. (XVII. Kal. Jun.) — (8761) Pro ecclesia monasterii SS. Apostolorum prope et extra muros Asten. O. S. B. non modica reparatione indigente, ad quam Emmanuel Balbus cler. Asten., script. et fam. suus ac ejusd. monast. commendatarius, specialem gerit devotionis affectum, indulgentias concedit. „De salute gregis“ (Blondus | Grat. p. socio. Nardin.) Arch. Lat. tom. 29 f. 306, b.

1514.

16. Mai. (XVII. Kal. Jun.) Romae apud S. Petrum. (8762—8763) Petro de Puteo par. ecclesiam de Aurinhaco Tarvien. dioec. confert. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Benzon. Alvarott. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 168, b seqq.

— — — (8764—8765) Antonio Constant par. ecclesiam S. Hilarii de Ladone in Vastino a Joh. Caillart resignatam confert. „Nobilitas generis“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (O. Cesis. G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 29 f. 131; f. 132, b.

— — — (8766) Johanni Electo Salubrien. concedit, ut a quocunque cathol. antistite munus consecrationis suscipere valeat. „Cum Nos pridem“ (Bregeon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 40 f. 272.

— — — (8767—8768) Ludovico Boucher confert canonicatum et praeb. eccl. S. Mederici Parisien. a Berallo Boucher resignatos. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Bregeon. Alvarott. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 33 f. 211; f. 212, b.

— — — (8769) Executores deputat, qui Petro Ruiz de Arrarayn cler. Calaguritan. dioec., Francisci Gomiel script. familiari, tria benef., scil. unum in de Garayos et aliud in de Maturana ac reliquum in de Galarreta locorum par. ecclesiis Calaguritan. dioec. conferre curent. „Vitae ac morum“ L. 1041 f. 264, b.

— — — (8770) Executores deputat, qui literas, quibus praefato Petro beneficium in par. eccl. de Galarreta dictae dioec. obitu Petri Lupi de Ocariz vac. est collatum in omnibus valere decernant, licet in iis mentio non facta sit, Fernandum Martini de Alayca sine titulo illud benef. detinere. „Vitae ac morum“. Arch. Lat. tom. 42 f. 47.

— — — (8771) De Fontibus et de Melfa ac Bellalauda Eboracen. dioec. monasteriorum abbatibus mandat, ut in causa Alexandri Banke abbatis monasterii B. Mariae de Furnesio archidiaconatus Richmundiae Cisterc. Ord. Eboracen. dioec., qui (ut exponit) nullius criminis sibi conscius et per 10 annos et ultra monasterio de Furnesio praefuit, sed per Guillelmum pro abbate monasterii B. Mariae de Stratford dicti Ord. Londonien. dioec. et pro visitatore et reformatore dicti monasterii de Furnesio auct. apost. deputato se gerentem, instigante forsan nobili viro moderno Comite de la Darbi regente Villae Lancastriae, ipsius Alexandri inimico capitali, monasterio de Furnesio absens privatus est, altero abbate designato Johanne Dalton pro monacho ejusd. monast. de Furnesio seu clerico se gerente, quod justum fuerit decernant. „Humilibus“ (J. Copis | Barotius) Arch. Lat. tom. 28 f. 27.

— — — (8772) Mag. Antonio Melendez subdiacono Segobien., script. et fam. suo, ad biennium prorogat dispensationem super receptione sacrorum ordinum ipsi concessam. G. D. et F. Arch. Lat. vol. K f. 174, b.

— — — (8773—8774) Nicolao Largueau rectori par. eccl. B. Mariae de Aurolio Carnoten. dioec. resignatione Johannis Largueau fratris ejusd. Nicolai vacantem confert. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (P. Cesis. Benzon | Nardin.) Arch. Lat. vol. K f. 6, b; f. 8.

— — — (8775—8776) Gutterio de Prumeda cler. Burgen. dioec. reservat cum jure regrediendi fructus cujusd. integrae portionis eccl. Burgen., quae ab ipso resignata Johanni de Quante jun. cler. Burgen. confertur. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie cum dil. filius“. Arch. Lat. tom. 32 f. 284, b; 286, b.

— — — (8777) Abbati saecul. et colleg. eccl. SS. Cosmae et Damiani de Caveisrubeis Burgen. mandat, ut praedictam portionem Johanni de Ogmate (al. de Quante) jun. cler. Burgen., si idoneus sit, conferat. „Dignum arbitramur“. Arch. Lat. tom. 33 f. 21.

— — — (8778—8779) Francisco Euphrosyni Praeposito eccl. Fesulan. Praeposituram dictae eccl. resignatione Francisci Campani vac. confert. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Benzon. Bregeon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 189; f. 191.

— — — (8780) Nicolao de Detis et Laurentio de Serristoris canonicis eccl. Florentin. ac vicario gener. episc. Fesulan. mandat, ut par. ecclesiam S. Martini ad Vadum Fesulan. dioec., quae de jure patron. parochianorum et universitatis Castri S. Nicolai dictae dioec. existit et resignatione Matthaei Thomasii vacat, in favorem Andreae Petri de Strata rectoris par. eccl. S. Laurentii de Salla ejusd. dioec. cum dicta eccl. S. Laurentii, quamdiu ipse eam obtinuerit, uniant, si assensus alterius medietatis patronorum accedat. „Romanum decet Pontificem“ (A. de S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. tom. 31 f. 27, b.

— — — (8781) Romano de Chamossat rectori eccl. par. S. Serenici Sagien. dioec. et Licent. juris civ. Prioratum S. Martini de Couldres O. S. B. Ebroicen. dioec., quem ipsi obitu Rodulphi episc. Ebroicen. vac. Georgius tit. S. Sixti presb. Card. et Apost. Sedis in illis partibus Legatus alias commendaverat, dubio de priore concessione exorto denuo commendat. „Literarum scientia“ (Evangel. | B. de Rizonib. Gerona | Bernard. Coll. Donat.) L. 1027 f. 136.

— — — (8782) Vicario gen. episc. Tridentin. committit, ut Johanni Francisco Bethe cler. Tridentin. dioec. ecclesiam par. S. Vigilii de Nacho ejusd. dioec. conferat, si ipsum ad hoc idoneum esse repererit. „Dignum“ (Evangel. | Marciaci. | Salvius. Coll. Attav.) L. 1030 f. 222.

1514.

16. Mai. (XVII. Kal. Jun.) Romae apud S. Petrum. (8783) Nicolao Le Maistre Licent. U. J., Ludovici Francorum Regis in sua suprema curia parlamenti Parisien. consiliario, confert ecclesiam par. de Acrevilla sive d'Aigreville Senonen. dioec. obitu Jacobi de la Croix vac. et ipsi alias non rite collatam. „Literarum scientia“ (Colot. | C. de Liazar. Enckenw. | Ponzett. Coll. F. de Attav.) L. 1052 f. 186, b.

— — — (8784) Nicolao Volsky laico Poznanien., militi Sepulchri Dominici Hierosol. et S. Catharinae in Monte Sinai nuncupatae, cui quoad vixerit Johannes archiepisc. Gneznen. attendens magna et fida XI annorum vel circa spatio sibi in rebus arduis jurium tutelam et dignitatem ecclesiae Gneznen. concernentibus praestita obsequia unam de Ostrow et aliam de Conari ac aliam de Pezeloth necnon reliquam de Podgorzycza possessiones seu villas in Ducatu Mazoviae et territorii Cyrnensis Poznanien. vel alterius dioec. locis quidem a praefata eccl. longo satis itinere distantibus sitas et multis incursionibus subjectas tenendas et usufructuandas cum certis pactis et conditionibus concessit, praedictam concessionem approbat et confirmat. A. F. R. M. „Ad ea quae personarum“ (*Visa* B. de Rizonibus | Cabredo) L. 1198 f. 222. Ed. *Theiner* Monum. Pol. II. p. 350 n. 377.

— — — (8785) Caesari de Franciottis scholari Roman., Andreae de Franciottis Praeceptoris domus S. Aegidii Misericordiae Placentin. Hospitalis S. Joh. Hieros. ac Sixti tit. S. Petri ad Vincula presb. Card. S. R. E. Vicecanc. familiaris et de nobili genere procreati ac tunc clerici Lucan. filio illegitimo, concedit, ut privilegiis et indultis, quibus alii de domo de Franciottis utuntur, uti et, si legitimam aetatem attigerit, clericali charactere insigniri et ad sacros ordines promoveri et beneficia recipere valeat. „Illegitime genitos“ L. 1205 f. 416.

— — — (8786) Michaeli Pioger rectori par. eccl. B. Mariae de Barioto Bajocen. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Chemin. Aloys. | Cyprian. Coll. F. de Attav.) L. 1023 f. 263.

— — — (8787) Nicolao Gaucheri (Ind. Gautheri) canonicatum et praeb. eccl. Montisregalis Eduen. dioec. obitu Petri Faielle vacantes confert. „Vitae ac morum“ (Carrot. | Draco. Colardi | Marciaci. Coll. F. de Attav.) L. 1018 f. 163.

— — — (8788) Mathurino Leau presb. Pictavien. dioec. et baccal. in decr. Prioratum B. Mariae d'Anges O. S. B. Xanctonen. dioec. a monasterio de Carrofio ejusd. Ord. et Pictavien. dioec. dependentem et cessione Thomae de Conzay vac. commendat. „Literarum scientia“ (J. B. Nasius | Suno. Baena | Chemin. Coll. F. de Attav.) L. 1018 f. 50.

— — — (8789) Pro eccl. Aurien. sub invocat. S. Martini dedicata, cujus decanatum Joh. B. episc. Cavallicen. obtinet, indulgentias concedit. „Dum praeclara meritorum insignia, quibus B. Martinus Pont. in divinae majestatis conspectu perpetua felicitate coruscat, sedula meditatione perpendimus“ (Armellin. | A. de Castillo. Coll. Donat.) L. 1027 f. 27.

— — — (8790) Renato Faifeu presb. Andegaven. dioec. et baccal. in decr. Prioratum S. Leodegarii in Patria Normaniae O. S. B. Lexovien. dioec. non conventualem et a monasterio S. Lomeri Blesen. dicti Ord. Carnoten. dioec. dependentem commendat. „Literarum scientia“ (J. B. Nasius | Suno. | Valtrini. Coll. F. de Attav.) L. 1018 f. 51.

— — — (8791) Claudio de Nouveau cler. Turonen. dioec. commendat capellam S. Serenae O. S. B. sitam intra limites par. ecclesiae de Vico Pictaven. dioec. „Vitae ac morum“ L. 1007 f. 309, b; L. 1016 f. 82.

— — — (8792) Petro Mathe rectori par. eccl. S. Hilarii Lemovicen. dioec. dictam eccl. obitu Joh. Venaz vac. confert. „Vitae ac morum“ (Carrotius | Chemin. Aloys. | J. de Gais | Coll. Attav.) L. 1016 f. 258.

— — — (8793) Petro Compere rectori par. eccl. de Ursinis Parisien. dioec., Mag. in theol., Prioratum Dorval O. S. B. Constancien. dioec. prov. Rothomagen. non conventualem et a monasterio de Esseyo Ord. et dioec. praedict. dependentem commendat. „Literarum scientia“ (Evang. | Draco. Colardi | Valtrini. Coll. F. de Attav.) L. 1017 f. 22.

— — — (8794) Julio de Mangianinis scholari Roman. canonicatum et praeb. eccl. Brixien. resignatione Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. vac. confert, si clericali charactere insignitus fuerit. G. F. (Agrigentin. | Grat. de mand. S. D. Suno | Bernard. Coll. S. de Spol.) L. 1017 f. 244.

— — — (8795) Mag. Johannem de Clivis canon. eccl. S. Martini Leodien., notarium et fam. suum, creat nobilem et S. P. et aulae Lateranen. ac Consistorii Pont. Comitem et militem. „Constantis fidei“ (Ph. de Senis | Grat. de mand. S. D. Suno | A. de Castillo. Coll. S. de Spoleto) L. 1024 f. 287, b.

— — — (8796) Episcopo Lucerin. in Rom. Cur. residenti mandat, ut Antonio Honofrii presb. Senen. par. ecclesiam *plebem* nuncup. S. Andreae de Castillioncello Clusin. dioec., si nemini litigantium de ea jus competat, conferre curet. „Vitae ac morum“. (A. Colotius | Grat. p. fam. script. [Leonardi de Bertinis] Chemin. Bernard. Coll. H. de Cesis) L. 1006 f. 256.

1514.

16. Mai. (XVII. Kal. Jun.) | Romae apud S. Petrum. | (8797) Antonio de Bezerril alias Torquemada fam. suo beneficia in Legionen. et Palentin. dioec. confert et indultum circa benef. concedit. G. F. L. 1008 f. 212.

— | — | (8798) Aegidio Quemper cler. Trecoren. dioec. juri suo ad canonicatum et praeb. eccl. Trecoren. cedenti cum jure accessus pensionem super eorum fruct. per Rolandum Quemper solvendam assignat. „Vitae ac morum“ L. 1011 f. 223.

— | — | (8799) Dionysio de Vincentia cler. Roman. ecclesiam par. S. Mariae Duarum Villarum Vicen. dioec. ad certum tempus commendat et deinde confert. „Laudabilia“ (Colot. | Draco. | Bernard. Coll. F. de Attav.) L. 1013 f. 262, b.

— | — | (8800) Johannem de Nantis Praeceptorem domus S. Antonii de Marchia O. S. A. Cabilonen. dioec. absolvit ab omni inhabilitatis et infamiae macula per ipsum ex eo contracta, quia literis dispensationis nondum confectis canonicalem portionem monasterii S. Augustini de S. Antonio dicti Ord. Viennen. dioec. et quandam capellaniam in eccl. domus ejusd. S. Antonii Cabilonen. dicti Ord. et deinde dicta portione dimissa Praeceptoriam praefatae domus S. Antonii de Marchia insimul assecutus est et forsan juris ignarus detinuit, eique Praeceptoriam et capellaniam praedictas confert. „Sedes Apostolica pia mater“ (Carrot. | Chemin. Aloys. | J. de Gais. Coll. H. de Cesis) L. 1013 f. 113.

— | — | (8801) Ad instantiam Petri de las Predias rectoris par. eccl. S. Marinae de Ginestracio Astoricen. dioec. de bonis testamento relictis a quondam Helisabet Zapica muliere dictae dioec. et quibusd. aliis unam in S. Salvatoris de Vanieza, aliam in S. Marinae de Ginestracio et reliquam capellanias in de Altobar locorum ecclesiis Astoricen. dioec. erigit easque praefato Petro confert. A. P. R. M. „Ex supernae majestatis“ (Colotius | Suno. Baena | F. de Acre. Coll. Narnia) L. 1025 f. 213.

— | — | (8802) Sebastiano Ervault diacono rectori alterius portionis *de quatuor* nuncupatae par. eccl. per duos rectores regi solitae S. Martini de Monte Martino in Grania Constancien. dioec. prov. Rothomagen., Mag. in artibus, indultum circa beneficia concedit. „Nobilitas generis“. Arch. Lat. vol. H f. 90, b.

— | — | (8803) Eustachio de Sanctis canonico Suessionen. commendat Prioratum de Curtoluero O. S. B. Cenomanen. dioec., quem Jacobus Le Brail decanus eccl. S. Melonis de Pontisara Rothomagen. dioec. resignat. „Vitae ac morum“ (infra: Chemin. Balbus | Bernard. Coll. H. de Cesis) L. 1010 f. 68.

— | — | (8804) Johanni Borrel cler. Valentin. et fam. suo canonicatum et praeb. eccl. Valentin. ac unam ex par. ecclesiis in civitate vel dioec. Valentin. reservat. G. F. L. 1010 f. 99, b.

— | — | (8805) Johanni du Fay presb. confert paroch. eccl. S. Petri de Thory al. de Ferrotes Senonen. dioec. a Joh. de la Haye resignatam. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Suno. Baena | Balandrinus | Coll. Jo. Ja. Cipellus) M. 1004 f. 305.

— | — | (8806) Pro ecclesiae Legionen. et illius personarum statu pacifico dirimit controversiam inter canonicos et portionarios dictae eccl. ortam et statuit, ut illi, qui hactenus portionarii in dicta eccl. nuncupabantur et erant, canonici de caetero nuncupentur et sint, ordine admissionis servato et salva consuetudine dictae eccl. super locis per ipsius canonicos in minori aetate constitutos obtinendis. A. P. R. M. „Ex supernae providentia majestatis“ (Armellin. | Suno. Baena | Cabredo. Coll. Attav.) L. 1004 f. 119.

— | — | (8807) Episcopo Cavallicen., decano eccl. Astoricen., et abbati saecularis et collegiatae eccl. oppidi Vallisoleti Palentin. dioec. executionem committit. „Hodie emanarunt“ (Script. ut supra) L. 1004 f. 121.

— | — | (8808) Petro de Gimello confert par. ecclesiam B. Mariae de Mentegio Montisalban. dioec. „Vitae ac morum“ (P. de Cesis | P. Suno. B. de Baena | A. de Castillo | Coll. F. de Attav.) L. 1005 f. 13.

— | — | (8809) Executores deputat, qui Johanni Prekerstain scholari Parentin. dioec. et fam. suo quand. capellaniam in par. eccl. communitatis Pisini dictae dioec. conferant, si cleric. charactere insignitus fuerit et medietatis patronorum assensus accedat. G. F. L. 1018 f. 166.

— | — | (8810) Silvestro de Lucino Matthaei tit. S. Pudentianae presb. Card. familiari canonicatum et praeb. eccl. Cuman., quos quond. Joh. Jacobi Pallavicini obtinebat, confert. „Vitae ac morum“ (Evang. | B. de Rizonib. Gerona | Verdes. Coll. Donat.) L. 1042 f. 91.

— | — | (8811) Universis in dignitate eccl. constitutis mandat, ut bona et jura S. Bartholi extra muros Ferrarien. et B. Mariae de Gubelo Cist. et S. Ben. Ordinum Adrien. dioec. monasteriorum aliorumque beneficiorum, quae Petrus tit. S. Eusebii presb. Card. obtinet, et alias ejusd. Card. possessiones defendant. „Ad hoc Nos Deus“ (Ph. de Cesis | *Visa* Suno | Questenb. Coll. A. Melfit.) L. 1206 f. 503.

— | — | (8812) Concordiam initam inter Federicum S. Angeli diac. Card. et Antonium de Arrianis canonicum Parmen., inter quos super certis canonicatu et praeb. eccl. Parmen. lis seu quaestionis materia exoriri formidabatur, approbat. A. F. R. M. „His quae pro litibus submovendis“ 1206 f. 508.

1514.

16. Mai. (XVII. Kal. Jun.)	Romae apud S. Petrum.	(8813) Pro parte decani et capituli ac Mag. Wilh. de Enckenvoirt canonici necnon magistrorum fabricae eccl. S. Johannis Evang. Buscoducen. Leodien. dioec. concordiam inter capitulum et magistros praedictos initam super jure patr. et praesentandi personas idoneas ad capellanias ad S. Catharinae et S. Nicolai et S. Michaelis altaria sita in dicta eccl. confirmat. A. P. R. M. „His quae concordia“ (Ph. de Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 35 f. 133, b.
— —	—	(8814) Baptistae de Daminianis rectori par. eccl. B. M. de Bondota Vasionen. dioec. indulget, ut in Studio gener. literis incumbens ad biennium a fine anni a jure praefixi computandum se ad ordines promoveri facere minime teneatur, dummodo provisum sit, ut animarum cura non negligatur. „Cupientes commodis tuis“ (A. Colotius | J. Cinthius) Brev. Lat. tom. 1 f. 6.
— —	—	(8815) Episcopo Milopotamen. in Rom. Cur. residenti et Julio de Crescentiis ac Caesari de Attavantis canonicis eccl. S. Petri de Urbe mandat, ut Mancio de Medina Ord. FF. Minor. de observantia nuncup. professori, qui in domo S. Francisci de Medina Salamantin. dioec. habitum per illius fratres gestari solitum suscepit et professionem emisit et deinde ex dicta domo illicentiatus discessit et absque licentia sui superioris ad Ord. S. Francisci Claustralium translatus ibi per aliquod tempus permansit et ad ordines sacros promotus fuit, sed postea habitum saecularem assumens per varias mundi partes vagatus est et tandem ad Ordinem Claustralium redire desiderat, absolutionem ab apostasiae nota et censuris tribuant, si id humiliter petierit. „Exponi Nobis“ (A. Colotius | Nic. de Podio) Brev. Lat. tom. 1 f. 92, b.
— —	—	(8816) Praeposito ecclesiae S. Johannis Baptistae Castri Sceprii Mediolanen. dioec. ac vicario gen. archiep. Mediolanen. mandat, ut Ministrae et conventui monialium domus S. Catharinae Castri de Fagnano Mediolanen. dioec. Ord. Humiliat., quae ob earum inopiam proprium sacerdotem, qui pro iis Missas celebret et officia divina peragat, habere et tenere non possunt ac diebus festivis praesertim de praecepto pro Missis audiendis e monasterio exire coguntur, sacerdotem eligendi et huic sacerdoti duas Missas, scil. unam in sua eccl. seu capella et alteram in dicto monasterio, celebrandi licentiam concedant. „Cum sicut Nobis“ (A. Colotius | Nic. de Podio) Brev. Lat. t. 1 f. 69, b.
— —	—	(8817) Archiepiscopo Glasquen. et episc. Aberdonien. ac episc. Candidae Casae etc. mandat, ut literas executoriales, quas Georgius Dundas super Praeceptoria S. Johannis de Torphichim S. Andreae dioec. contra Patricium Panther et alios intrusos in Rom. Cur. obtinuit, executioni demandent et dictum Georgium in possessionem ejusd. Praeceptoriae inducant. „Cum nuper, sicut accepimus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 274; tom. 30 l. 2 p. 304.
— —	—	(8818) Regem Francorum exhortatur et enixe rogat, ut quoscumque linguae Franciae, Provinciae et Alverniae fratres et milites Ord. Hieros. in insula Rhodi degentes, qui nonnullis iniquis fratribus ejusd. Ord. professis auxilium et favorem praestiterunt, ut quemdam Jannottum piratam in castellania Rhodi detentum eriperent, redarguat eisque tamquam suae Majestatis et Ap. Sedis rebellibus poenas comminetur, si dicti Ord. Magistri mandatis parere recusent. „Cum nuper sicut accepimus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 275; tom. 30 l. 2 p. 305.
— —	—	(8819) Episcopum Tridentin. hortatur, ut diligentem operam dare velit, ut Polydorus Cerbonius affinis Tarlatini de Civitate Castelli, qui ab eod. Tarlatino Veronam ad bona valoris 3000 duc. recuperanda missus praeter aequitatem captus est, et ista bona relaxentur, cum dictus Tarlatinus non amplius sub Rege Galliae militet. „Cum annis superioribus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 276; tom. 30 l. 2 p. 308.
— —	—	(8820) Locumtenenti Legati provinciae Marchiae Anconitanae mandat, ut Bernardino Tholomeo de Senis O. Min. de Observ., quem nuntium et commissarium suum constituit cum facultate etiam alios deputandi pro executione literarum, quibus ipse Pont. ad annum et deinde ad beneplacitum suum omnes indulgentias et facultates per Julium PP. II. in favorem fabricae basilicae Principis Apostolor. de Urbe concessas prorogavit, efficacis defensionis praesidio assistat; eidem Locumtenenti causas ratione dictarum indulgentiar. ac facultatum in ista provincia motas vel movendas summarie et de plano videndas ac determinandas committit. „Prorogavimus nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 273; tom. 30 l. 2 p. 300.
— —	—	(8821) Sigismundo S. Mariae Novae diac. Card. in prov. Marchiae Anconit. Legato vel ejus locumtenenti mandat, ut nundinarum celebrationem, quae apud monasterium rurale S. Claudii vulgariter dictum Firman. dioec. singulis annis in festo Dominicae Ascensionis conveniente magna hominum multitudine fieri consueverant, hoc anno prohibeat. „Accepimus quod apud monasterium“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 277; tom. 30 l. 2 p. 309.
— —	—	(8822) Christifidelibus, qui solemni decantationi Antiphonae Salve Regina in par. eccl. loci de Rodella Ruthenen. dioec., in qua Petrus Cuysse canon. Albien. dictam Anti-

1514.

phonam singulis diebus solemniter decantari voluit et sufficientes proventus ad hoc instituit, interfuerint et certas preces recitaverint, indulgentias 100 dierum concedit. „De salute gregis“ (Blondus | Nardinus) Arch. Lat. tom. 31 f. 228.

16. Mai. (XVII. Kal. Jun.) | Malliani Portuen. dioec. | (8823) Bernardino Aloysii de Cavenago perp. capellano ad altare SS. Nicolai Conf. et Catharinae Virg. situm in eccl. Mediolanen. concedit, ut usque ad biennium ratione beneficiorum, quae obtinet, sacros ordines suscipere minime teneatur, ut postquam ad sacros et presbyteratus ordines promotus fuerit, in quibusvis Universitatibus Stud. gen. vel particul. leges et jus canonicum usque ad quinquennium dumtaxat publice audire et ad gradus in eis promoveri libere et licite possit. Init. ut supra (A. Colotius | B. Magistris) Brev. Lat. tom. 1 f. 24.

17. Mai. (XVI. Kal. Jun.) | — | (8824) Alexandro episc. Margariten. in civit. seu dioecesi Plocen. commoranti et Paulo Liezky canonico eccl. Plocen. mandat, ut Andreae de Glynka, cler. Plocen. dioec., in certum eventum par. eccl. in Lachowo dictae dioec. conferre curent. „Vitae ac morum“ (Colot. | Suno. Baena | Bertrandi. Coll. F. de Attav.) L. 1004 f. 121, b.

— — | — | (8825) Vicario gen. episcopi Pergamen. mandat, ut Gervasino de Venasoribus cler. Pergamen. canonicatum et praeb. eccl. Pergamen. obitu Martini de Brixianis vac., si idoneus reperiatur, conferre curet. „Dignum arbitramur“ (Armellin. | Suno. Baena | Madrigal. Coll. H. de Cesis) L. 1007 f. 251, b.

— — | — | (8826) Claudio Rougemaille (Ind. Bongavaille) Prioratum B. Mariae *bonorum hominum* Nemoris Vincenarum Grandimonten. Ord. Parisien. dioec. confert. „Religionis zelus“ (J. B. Nasius | Suno. Baena | Chemin. Coll. H. de Cesis) L. 1015 f. 127.

— — | — | (8827) Marco Dusimini fam. suo confert ecclesiam par. S. Urbani de Cresuli Vicentin. dioec. G. F. (A. Melfit. | Grat. de mand. S. D. Chemin. Aloys. | Copis. Coll. Donat.) L. 1023 f. 84.

— — | — | (8828) Episcopo Vulterran. ac Bellatio de Ungariis canonico eccl. Paduan. ac vicario gen. episc. Vicentin. executionem committit. „Hodie dil. filio“ (infra: script. iid.) L. 1023 f. 86.

— — | — | (8829) Leodegario Geaut (Ind. Giraut) presb. Bituricen. dioec. Prioratum S. Terentiae de Novavilla O. S. B. Bituricen. dioec. commendat. „Vitae ac morum“ (Blondus | Balbus. S. Joh. p. comp. | J. de Gais. Coll. Attav.) L. 1029 f. 10, b.

— — | — | (8830) Petro de Rupebarone archipresbyteratum ruralem Aurelhaci S. Flori dioec. resignatione Johannis Latonii vac. confert. „Nobilitas generis“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Benzon. Alvarott. | Barotius) Arch. Lat. tom. 29 f. 252, b; f. 254.

— — | — | (8831—8832) Mag. Philippo de Montmorency Licent. in decr. et archidiacono Blesen. in eccl. Carnoten. indulget, ut personas idoneas ad visitationes sibi ex officio archidiaconatus competentes deputare, etiam plura monast. seu eccl. eadem die visitare et procurationes ratione visitationis ipsi debitas, si certam summam non excedant, in pecunia numerata recipere valeat. „Meruit tuae devotionis“. Episcopo Parisien. ac Officialibus Carnoten. et Parisien. executionem demandat. „Hodie dil. filio“ (G. de Prato. O. Cesis | Barotius) Arch. Lat. tom. 29 f. 29; f. 29, b.

— — | — | (8833—8834) Bartholomaeo Coquille in Universit. Stud. gener. Parisien. actu studenti par. ecclesiam de Campoverso Nivernen. dioec. resignatione Johannis Coquille, cujus dictus Bartholomaeus nepos existit, vacantem confert. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Ph. de Agnellis. O. Cesis | Barotius) Arch. Lat. vol. H f. 291; f. 292, b.

— — | | (8835—8836) Francisco Coquille capellaniam ad altare S. Ludovici situm in eccl. Nivernen. resignatione Bartholomaei Coquille, cujus dictus Franciscus frater existit, vacantem confert. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“. L. c. f. 293; f. 294.

— — | — | (8837) Angelo Archilegio cler. Amerin., qui Prioratum S. Crucis extra et prope muros Cajacen. O. S. B. resignavit, pensionem assignat super fruct. canonicatus et praeb. eccl. Cajacen. et quarund. eccl. Cajacen. dioec. per Bernardinum Paternum presb. Cajacen. solvendam et accessum ad istos canonic. et praeb. ac eccl. concedit. „Vitae ac morum“ L. 1045 f. 172.

— — | — | (8838) Eidem Angelo pensionem super fruct. praedicti Prioratus, qui praefato Bernardino est commendatus, cum jure regrediendi assignat. „Vitae ac morum“ L. 1050 f. 202, b.

— — | — | (8839) Episcopo Cavallicen. et Juliano Cicio canon. Reatin. et vicario gener. episc. Cajacen. executionem committit. „Hodie dil. filio“ L. 1045 f. 174.

— — | — | (8840—8841) Federico tit. S. Angeli diac. Card. accessum ad canonicatum et praeb. eccl. Pergamen. concedit. „Ad personam tuam“. Execut. deputat. „Hodie cum dil. filius“ L. 1033 f. 208; f. 209, b.

— — | — | (8842) Petro Antonio Humon cler. Paduano in XIII. aet. anno constituto commendat et, postquam XVIII. annum attigerit, confert par. ecclesiam S. Silvestri de Salceto Paduan. dioec. a Gratiano de Gratianis lit. apost. sollicit. resignatam. „Laudabilia tuae puerilis

1514.

aetatis indicia“ (Gratiadei | Salvius. Madrigal | Valtrini. Coll. F. de Attav.) L. 1092 f. 208, b.

17. Mai. (XVI. Kal. Jun.) | Malliani Portuen. dioec. | (8843) Mag. Bellatio de Hungariis cler. Drivasten., notario et cubiculario ac fam. suo, qui liti et causae super canonic. et praeb. eccl. Feltren. inter ipsum et Gratianum de Gratianis pendentem cedit, assignat pensionem super fruct. canonicatus et praeb. praedict. et par. eccl. S. Silvestri de Salceto Paduan. dioec. cum jure regressus ad canonic. et praeb. praedictos. G. D. L. 1092 f. 210.

— — | — | (8844) Alexandro du Fayet alias de Genesto, Priori Prioratus Visciacy O. S. B. Claromonten. dioec., confert dictum Prioratum. „Religionis zelus“ (Castilion. | W. de Enckenw. J. de Radicibus | Cabredo. Coll. F. d. Attavant.) L. 1053 f. 265.

— — | — | (8845) Erasmo Mandunel cler. Caminen. dioec., Licent. in legibus, indultum circa beneficia concedit. „Nobilitas generis“. Arch. Lat. vol. B. f. 68.

— — | — | (8846—8847) Gundisalvo de Salazar baccal. in decr. et lit. ap. sollicitatori capellaniam in capella S. Blasii sita intra limites parochiae par. eccl. S. Matthaei oppidi de Xeritio (al. Xerez) de la Frontera Ispalen. dioec. confert. G. D. et F. Execut. deputat. „Hodie dil. filio.“ Arch. Lat. vol. K f. 242, b; f. 243.

— — | — | (8848) Eidem Gundisalvo concedit, ut dicta capellania ab eo resignari et cuilibet personae idoneae, quam ipse nominaverit, conferri possit. G. D. et F. L. c. f. 175, b.

— — | — | (8849) Johanni Sanchez (al. Sancii) de los Ginoveses presb. Ispalen. dioec., qui juri suo ad capellaniam praedictam cessit, medietatem fruct. illius reservat. G. F. L. 1039 f. 264.

— — | — | (8850) Praesidenti Romandiolae mandat, ut fructus possessionum, super quibus lis vertitur inter communitatem Ravennae et Comitem Borsium de Calcagninis capiat sive sequestret, donec lis in auditorio Rotae fuerit decisa. „Cum ad Nos“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 278; tom. 30 l. 2 p. 310.

— — | — | (8851) Petro Realeto O. S. B. monacho S. Petri Lugdunen. dioec., qui in XXI. aetatis anno vel circa constitutus ad sacros et presbyteratus ordines promoveri desiderat, concedit, ut de superioris sui licentia a quocunque maluerit catholico episcopo ad dictos ordines tribus diebus Dominicis aut festivis extra tempora a jure statuta promoveri valeat, dummodo alias ad id reperiatur idoneus et canon. non obstet impedimentum. „Cum sicut Nobis exponi fecisti“ (A. Colotius | J. Cinthius) Brev. Lat. tom. 1 f. 7.

— — | Romae apud S. Petrum. | (8852) Pro parte universitatis seu collegii hominum artis et domus seu calzolariorum oppidi Montisfalconis Spoletan. dioec., qui exposuerunt, quod licet ibi sint 23 apothecae calzolariorum et illae abunde sufficiant pro usu et commoditate totius populi dicti oppidi et ejus Comitatus, tamen a certis annis citra superveniunt istuc nonnulli forenses et externi artem ciabbattariae exercentes et vulgo ciabbattarii[1] nuncupati, qui nedum sotulares et crepidas veteres et fractas resarcire, prout eorum arti et exercitio convenit, sed sotulares et crepidas et alia calceamenta de novo facere et vendere student et attentant in non modicum damnum et praejudicium istius collegii, cujus membra insuper onera et dativas tam realia quam personalia, ad quae tenentur (et non dicti ciabbattarii), solvere non valent, cum pecunias ex calceamentis, ut solebant, percipere non possint, nisi pro viliori pretio sua calcamenta vendant, quam ars ipsorum et capitale patiantur, decernit, ut dictis ciabbattariis, si ad praefata onera tam realia quam personalia proportionabiliter se obligare recusaverint, inhibeatur nova calceamenta facere, ita ut vetera tantum et fracta resarcire valeant, quod Potestas et officiales dicti oppidi inviolabiliter observari faciant. „Exponi Nobis nuper fecistis“ (A. Melfit. | J. Bonsevinus) Brev. Lat. tom. 1 f. 19.

— — | — | (8853) Gubernatori civitatis Cesenae. Cum acceperit, „numerum Hebraeorum in civitate Nostra Cesenae habitantium usque adeo excrevisse, ut etiam in eadem domo cum Christianis habitarent et viridaria extra dictam civitatem et amoena loca, domos et apothecas in ornatioribus dictae civitatis locis habere et tenere auderent et ob usurariorum voraginem, quam in dicta civit. evidenter exercent, multos quotidie exinanire“, mandat gubernatori, ut Judaeos originariis exceptis ad discedendum infra certum competentem terminum compellat eosque cogat, ut possessiones et loca amoena praedicta pro justo pretio quibuscunque ea emere volentibus vendant et biretum giallum[2] deferant, quo a Christianis discerni possint; provideat, ut Hebraei foeneratores, quousque Mons Pietatis in civitate ista erectus ad mutuandum pauperibus sufficientes habeat vires, et non ultra tolerentur, interim vero ultra viginti pro centenario annuatim non capiant neve menses civitatis pro integris

[1] Italice: ciabattajo, ciabattiere, ciabattino. *Fanfani* Dizion. p. 322.

[2] De externo habitu Judaeorum plura exstant Conciliorum decreta, etiam Conc. Basil. Sess. XIX. *Mansi,* Conc. tom. XXIX p. 98 seq.

1514.

computent, nisi aliter ipsis fuisse concessum doceant. „Cum nuper accepimus“ (Sadol. | Cardin. SS. Quatuor) Brev. tom. 41 p. 161.

17. Mai. (XVI. Kal. Jun.) Romae apud S. Petrum. (8854) Universis et singulis Legatis, gubernatoribus, locumtenentibus, communitatibus, barisellis ceterisque officialibus locorum S. R. E. subjectorum, ad quos praesentes literae pervenerint, districte praecipiendo mandat, ut Ugolinum Orlandini de Monte Ubiano nobilem Perusin., qui Hieronymum Ballioni etiam de Perusio crudeliter interfecit, item ejus complices et fautores inquirere et capere faciant[1]. „Volentes, ut iniquitatis filius“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 279; tom. 30 l. 2 p. 312.

— — — (8855) Laurentio tit. SS. Quatuor Coronat. presb. Card. canonicatum et praeb. ecclesiae Cusentin. et par. ecclesiam S. Stephani de Mangono Cusentin. dioec. obitu Alphonsi de Simone vac. et quaedam beneficia in civitatibus et dioec. regni Neapolitan. consistentia commendat. „Dudum siquidem“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 280; tom. 30 l. 2 p. 313.

18. Mai. (XV. Kal. Jun.) Malliani Portuen. dioec. (8856) Mag. Paulo de Capisuchis caus. P. A. auditori mandat, ut Mag. Honofrium de Saude Thesaurarium eccl. Placentin. et fratrem consobrinum Bernardini episc. Sabinen. Roderico Lupi cler. Calaguritan., qui super archidiaconatu de Caceres in eccl. Caurien. et duobus beneficiis ejusd. dioec. cum Lupo de Sayanedra litigabat, surroget et de illis, si nemini sit jus quaesitum, ipsi provideat. G. D. (Melfit. | Gratis de mand. S. D. Suno. Baena | Cabredo. Coll. Cipellus) L. 1009 f. 31.

— — — (8857) Mag. Paulo de Capisuchis capellano suo et causar. P. A. auditori scribit in favorem Mag. Hieronymi de Beltrandi cler. Valentin., script. et fam. sui, de beneficio litigioso in par. eccl. *majori* nuncupata oppidi Morelle dictae dioec. existente. G. D. et F. L. 1008 f. 59.

— — — (8858) In favorem Mag. Latini de Benasiis rectoris par. eccl. SS. Simonis et Judae oppidi Vitriani Lucan. dioec. quoddam beneficium *Operariam* nuncupat. in eadem par. eccl. dictae eccl. unit. „Romanum decet Pontificem“ (A. Melfit. | Grat. de mand. S. D. Suno. Baena | Valtrini. Coll. S. de Spoleto) L. 1004 f. 17.

— — — (8859) Petro de la Neste canonico ecclesiae S. Martini de Montismorantii Parisien. dioec., Licent. in decr., indultum circa beneficia concedit. „Literarum scientia“. Arch. Lat. tom. 47 f. 290.

— — — (8860) Omnibus in dignitate eccles. constitutis mandat, ut bona et jura capituli eccl. Taurinen. defendant. „Militanti Ecclesiae“. Arch. Lat. tom. 34 f. 8, b.

— — — (8861—8862) Raymundo Domergue U. J. doctori canonic. et praeb. eccl. B. Mariae Villefranche Ruthenen. dioec. confert. „Literarum scientia“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (O. de Cesis. G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 195, b; f. 197.

— — — (8863) Johanni Regis cler. Redonen. dioec. commendat Prioratum non convent. de Baz O. S. B. Nanneten. dioec. cessione Mag. Thomae Regis cler. Redonen. dioec. script. et fam. sui, cujus praedictus Johannes nepos existit, vacantem. „Vitae ac morum“ (A. Melfit. | Grat. p. nep. script. Suno | Bertrandi. Coll. Cipellus) L. 1016 f. 51.

— — — (8864) Julius II. ad preces Raphaelis Ostien. tunc Albanen. episcopi par. ecclesiam *Praeposituram* nuncup. S. Mariae oppidi de Maias Amalfitan. dioec., quam idem Raphael in commendam obtinebat, in collegiatam eccl. cum omnibus juribus et privilegiis ad colleg. ecclesias spectantibus erexit eamque a jurisdictione archiepiscopi Amalfitan. exemit et immediate S. Sedi subjecit et ei quaedam beneficia univit, sed postea has literas, si effectum non essent sortitae, per alias literas in forma Brevis suspendit. Litem inter archiepisc. Amalfitan. et capitulum dictae eccl. S. Mariae exortam Leo X. extinxit et eand. eccl. ad pristinum statum reduxit; sed capitulum ad S. Sedem appellavit asserens has literas esse subreptitias; tandem Antonius archiep. Amalfitan. et capitulum dictae eccl. et communitas praefati oppidi concordiam inierunt (instrumentum inseritur), quam concordiam approbat et confirmat. A. P. R. M. „In apostolicae dignitatis culmine“ (P. de Castello | Ph. de Senis) Arch. Lat. tom. 38 f. 197.

— — — (8865) Plebano eccl. S. Jacobi de Rivoalto Venetiar. mandat, ut ecclesiam par. S. Michaelis de Viraga Vicentin. dioec. Benedicto de Bollis cler. Pergamen. dioec., si eum ad hoc idoneum esse repererit, conferat. „Dignum arbitramur“ (Armellin. | Suno. Baena | Balbus. Coll. S. de Spoleto) L. 1023 f. 57.

— — — (8866) Johanni Bernard presb. par. ecclesiam S. Petri de Vicinis Malleacen. dioec. obitu Ludovici Prevoust vac. confert. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Balbus. Gibraleon | de Comitibus. F. de Attav.) L. 1044 f. 83.

— — — (8867) Guidoni posthumo de Silvestris cler. Pisaurien. assignat pensionem ex dioec. Lunen.-Sarzanen. G. F. L. 1191 f. 144, b.

— — — (8868) Cavallicen. et Asculan. episcopis ac Officiali Salzburgen. mandat, ut Mag. Christo-

[1] Idem habetur sub die 3. Mai. ejusd. anni (tom. 30 l. 2 p. 386) ubi tamen legitur „Ugolinus Orlandini de Ballionibus de Perusia“.

1514.

phoro Welser canonico Patavien. et U. J. doctori, script. et fam. suo, ecclesiam par. in Zeydlern Salzeburgen. dioec. obitu Georgii Leffelholtz vac. conferre curent. G. D. et F. (Armellin. | Grat. p. socio. Valtrini. Coll. Donatus) L. 1019 f. 218, b.

18. Mai. (XV. Kal. Jun.) Malliani Portuen. dioec. (8869) Capitulo et canonicis ecclesiae Vercellen., qui suo mandato, ut Johannem Bigatum fam. suum ad hebdomadarium servitium canonicatus et praebendae istius ecclesiae admitterent, restiterant, sub excomm. et privatione eorum beneficiorum poenis districte praecipit, ut absque ulteriori renitentia et mora eundem Johannem vel procuratorem illius omnes et singulos fructus dictae praebendae, etiam si ipse servitium hebdomad. hujusmodi non praestet, libere percipere permittant. „Licet dudum vobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 282; tom. 30 l. 2 p. 317.

— — — (8870) Christinam Reginam Daciae plurimum hortatur atque attente requirit, ut revocare velit commissionem et mandatum (quae tamen de ejus mente processisse non credit), ex quibus Otto Henrici laicus nonnulla bona et res ad Dorotheam Priorissam et moniales monasterii Dalimi O. S. B. Ottonien. dioec. pertinen. occupavit et adhuc administrat. „Intelleximus quendam“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 283; tom. 30 l. 2 p. 319.

— — — (8871) Episcopo Ottonien. scribit de praefata usurpatione bonorum monasterii Dalimi, eumque hortatur, ut iniquitatis filios in sua jurisdictione constitutos, qui censuras eccl. in Bulla Coenae contra bona eccl. usurpantes publicatas non verentur, ad desistendum et dignam emendam praestandum compellat, prout expedire cognoverit. „Significavimus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. cit.; tom. 30 l. 2 p. 321.

— — — (8872) Cum Ludovico Francorum Rege pacta init et promittit se eum in filium carissimum habere. „Nos Leo D. Prov. PP. X. in fide Summi Pontificis promittimus“. Paris. Arch. nation. J. 576 n. 1. Musée Étranger Æ III. n. 24.

— — — (8873) Johanni Andreae de Vicomercato fam. suo confert canonicatum et praeb. eccl. SS. Stephani et Agnetis de Garlate Mediolanen. dioec. resignatione Johannis Antonii de Bassis vacantes. G. D. et F. (Colot. | Grat. p. script. brev. Suno. Baena | F. de Acre. Coll. Cipellus) L. 1010 f. 93.

— — Romae apud S. Petrum. (8874) Fatetur se habuisse in numerata pecunia a Joh. Paulo Argento et sociis tractarum bladorum conductoribus 7500 duc. auri d. C. ad rationem 10 Juliorum pro ducato, quam quantitatem de praedictarum tractarum pretio excomputari vult intra 5 annos, scil. quolibet semestri decimam partem, et Camerae ap. mandat, ut dictam summam in suis libris describat et mandata et alias scripturas desuper opportunas expediri faciat. M. P. „Fatemur per praesentes“. Div. Cam. tom. 63 f. 246.

— — — (8875) Archidiacono et Cantori ecclesiae Ulixbonen. committit, ut pro parte Gabrielis Aegidii laici Ulixbonen., qui in Univ. Studii Ulixbonen. baccalaureatus et deinde vigore literarum ap. licentiaturae gradus recepit et doctoratus gradum, ad quem se idoneum reddidit, in ead. Univers. propter expensas, quae ibi fiunt, suscipere non potest, adhibitis et assistentibus duobus vel tribus in dicto vel altero jurium Licentiatis seu doctoribus et rigoroso praemisso examine, si ex eorund. assistentium votis juratis eum idoneum esse compererint, doctoratus gradum ejusque insignia cum omnibus privilegiis ipsi conferant. „Dignum et conveniens esse censemus“ (A. Colotius | B. Acutius) Brev. Lat. tom. 1 f. 14, b.

19. Mai. (XIV. Kal. Jun.) Malliani Portuen. dioec. (8876) Gubernatori civitatis Asculanae. Cupiens quietem et tranquillitatem in ista civit. vigere decernit: 1) Clerici conjugati non incedentes in habitu et tonsura in criminalibus gaudere nequeunt privilegiis clericalibus, sed in delictis subsint judici curiae saecularis. 2) Bulla Julii II. edita super revocatione gratiarum concessarum communitatibus super poenis maleficiorum eisdem communitatibus applicandis inconcusse servetur. 3) Poenae in fidejussionibus super criminalibus dandis stipulentur et applicentur tantum Camerae ap., et non dictis communitatibus. 4) Notarii, qui de hujusmodi fidejussionibus rogati fuerint, teneantur sub poena excommunic. et 25 duc. Camerae ap. applicandorum intra octo dies notam dictarum fidejussionum manu propria thesaurario dictae civitatis consignare. 5) Breve Julii II., quod in quibuscunque locis Marchiae Anconitanae super fractione treugarum excusatio novae causae locum habere non debeat, in civitate Asculana observetur. 6) Arx portus istius civitatis ob incuriam castellanorum, qui eam habitare et custodire non curant et tamen salarium recipiunt, jam inhabitabilis et magna reparatione indigens reparetur et necessariae munitiones fiant de salario, quod castellanis solvi non debeat, donec dicta arx bene reparata et munita fuerit; interim per thesaurarium provideatur de illius custodia necessaria; reparatione peracta castellani arcem personaliter custodiant, aliter iis salarium non solvatur. „Pro paterna dilectione, qua civitatem istam Nostram ac illius cives et incolas prosequimur“ (Sadolet. | Card. SS. Quatuor | Philippus Cam. ap. cler.) Brev. tom. 41 f. 165.

— — — (8877) Elisabeth de Burquerque monialem professam monasterii S. Clarae Ulixbonen. Ord. ejusd. S. Clarae, Tristani de Acuña Emmanuelis Portugalliae et Algarbior.

1514.

Regis apud S. Sed. Oratoris destinati sororem germanam, quae asperitatem regulae noviter impositam sufferre non valens ex dicto monasterio jam pluribus annis ejecta per mundum vagata est, ab apostasiae nota et censuris eccl. absolvit, eique plura privilegia et indulta largitur. „Exponi Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 290; tom. 30 l. 2 p. 335.

19. Mai. (XIV. Kal. Jun.) Malliani Portuen. dioec. (8878) Jacobo ex Marchionibus Malaspina cler. Lunen.-Sarzanen. dioec., suo secundum carnem consobrino, pensionem assignat super fruct. Praepositurae domus S. Mariae Magdalenae de Gambra Brixien. dioec. Ord. Humil. per Scipionem de Rotariis solvendam eique in certum eventum accessum ad par. eccl. S. Medardi de la Julle Nanneten. dioec. concedit. G. F. L. 1093 f. 124.

— — — (8879) Franciscum Sforlia Ducem Bari in suum ac Ap. Sed. notarium recipit. „Piae devotionis“ (Sadol.)[1]. In simili forma pro Udalrico Kaufman canonico Viennen. legum doctore. Brev. tom. 2 n. 284; tom. 30 l. 2 p. 322 seq.

— (8880) Petro Buxiere rectori par. eccl. S. Ciricii de Interamnis Antissiodoren. dioec., Licent. in legibus, indultum concedit circa benef. „Literarum scientia“. Arch. Lat. tom. 18 f. 267.

— — — (8881—8882) Jacobo Luillier baccal. in decr. canonicatum eccl. Aurelianen. confert, ut dignitatem etc. inibi obtinere possit. „Literarum scientia“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 117; f. 117, b.

— — — (8883—8884) Joachimo Boutaud cler. Lemovicen. dioec., baccal. in decr., par. ecclesiam B. Mariae de la Perate Pictaven. dioec. ab Aegidio Marchant resignatam confert. „Nobilitas generis“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“. Arch. Lat. tom. 29 f. 93; f. 95.

— — — (8885) In favorem ejusd. Joachimi cum par. eccl. praedicta unit par. ecclesiam de Partenay ejusd. dioec. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Bregeon | Nardin.) L. c. f. 91.

— — — (8886—8887) Eidem Joachimo Praeposituram B. Mariae de Fontanyaco Comitis in eccl. Lucionen. confert. „Nobilitas generis“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Benzon | Nardin.) L. c. f. 95, b.; f. 97, b.

— — — (8888—8889) Aegidio Marchant cler. Lucionen. dioec. tertiam partem fructuum praedictae Praepositurae ab ipso resignatae reservat. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie cum dil. filius“. L. c. f. 98; f. 98, b.

— — — (8890) Johanni de Sayo al. de Aages cler. Biturícen. indultum concedit circa beneficia. „Nobilitas generis“. Arch. Lat. tom. 16 f. 163.

— — — (8891) Simile indultum concedit Wilhelmo Danson rectori par. eccl. Omnium Sanctorum de Magna Fordham Londonien. dioec., Mag. in artibus. „Literarum scientia“. Arch. Lat. tom. 28 f. 127, b.

— — — (8892) Thomae de Coltis cler. Venetiarum, obsequiis Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. insistenti, qui omni juri ad par. eccl. S. Thomae Martyris Paduan. cedit, pensionem per Georgium de Longara cler. Paduan. ejus rectorem solvendam cum jure accedendi et regrediendi ad illam assignat. G. F. L. 1083 f. 58.

— — — (8893) Decano eccl. S. Martini Leodien. et Officiali Leodien. mandat, ut Stephano Wel de Wevelkanen cler. Colonien., obsequiis Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. insistenti, ecclesiam par. S. Jacobi in Roseren Leodien. dioec., quam quondam Wilh. van den Grendt obtinebat, si eam vacare repererint, conferre curent. G. F. (Gratiadei | Grat. de mand. S. D. Balbus | Verdes. Coll. H. de Cesis) L. 1026 f. 170, b.

— — — (8894) Ad preces Mag. Johannis Bapt. de Madrigal, cler. Toletan. dioec. et scriptoris et fam. sui, in par. eccl. S. Dionysii oppidi de Zerez Ispalen. dioec. unam perpetuam capellaniam erigit illique pro ejus dote bona per quondam Elviram Martinez mulierem Ispalen. dioec. ad eum finem testamento suo assignata applicat et eand. capellaniam sic erectam praefato Johanni Bapt. confert. A. P. R. M. „Regimen universalis Ecclesiae“ (Colotius | Suno. Verdesotto. Coll. Amerin.) L. 1017 f. 95.

— — — (8895) Johanni de Barrioncieno cler. Oxomen. dioec. et fam. suo beneficium in par. eccl. S. Crucis oppidi de Soria Oxomen. dioec. a Fernando Yañes de Morales resignatum confert. G. F. L. 1010 f. 239, b.

20. Mai. (XIII. Kal. Jun.) — (8896) Bernardino Autunnez scholari Ulixbonen., qui Antonii de Lucena Mag. in artibus et medicina ac Emm. Portugalliae Regis protomedici natus existit, si clericali charactere insignitus fuerit, canonicatum et praeb. eccl. Ulixbonen. forsan vac. seu vacaturos confert. „Laudabilia“ L. 1012 f. 240.

— — — (8897) Alvaro Perez cler. seu schol. Ulixbonen., qui Didaci Pacheco laici Ulixbonen. et U. J. doct., Emmanuelis Portugalliae et Algarbiorum Regis apud Sedem Ap. Oratoris, natus existit, unum vel plura beneficia certi valoris in Ulixbonen., Bracharen. et Portugallen. civit. et dioec. consistentia reservat. „Nobilitas generis“ L. 1012 f. 244.

[1] Leg.: dat. Romae.

1514.

20. Mai. (XIII. Kal Jun.)	Malliani Port. dioec.	(8898) Francisco Cardoso reservat canonicatum et praeb. ecclesiae Elboren. „Vitae ac morum“ L. 1012 f. 248.
	—	(8899) Antonio de Cordova Licent. in artibus et medicina ac Mariae Portugalliae Reginae capellano reservat canonicatum et praeb. eccl. Elboren. secundo vacaturos. „Literarum scientia“ L. 1012 f. 248, b.
—	—	(8900) Decano B. Mariae Rotundae de Logroño et Scholastico Calciaten. Calaguritan. dioec. ecclesiarum ac Officiali Calaguritan. mandat, ut vocatis vocandis Roderico Bacan cler. dictae dioec. et fam. suo, Innocentii SS. Cosmae et Dam. diac. Card. servitiis insistenti, quamdam integram portionem fructuum in par. eccl. B. Mariae oppidi de Vigera ejusd. dioec. integre percipiendam concedere curent, si nemini sit jus quaesitum. G. F. L. 1013 f. 205, b.
—	—	(8901) Georgio Posch fam. suo, obsequiis Francisci episc. Tiburtin. insistenti, confert Praeposituram eccl. S. Martini in Forcheim Bambergen. dioec. resignatione Sebastiani Sprentz U. J. doctoris vacantem. G. F. (Gratiadei | Grat. p. not. Pal. Suno | Marciaci. Coll. F. de Attav.) L. 1022 f. 1.
—	—	(8902) Huberto Ranconneti cler. Tullen. dioec., Mag. Philippi de Agnellis lit. ap. abbrev. et in earum expeditione Card. Vicecancellario assistentis familiari, indultum circa benef. concedit. „Vitae ac morum“. Arch. Lat. vol. H f. 55.
—	—	(8903—8904) Johanni Paulo de Corsoli par. ecclesiam S. Martini de Herona Alerien. dioec. resignatione Hieronymi de Pintabonifacia vac. cum annexis capellaniis confert. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Copis. Planca | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 84, b; f. 86.
—	—	(8905) Officiali Jacen. mandat, ut par. ecclesiam B. Mariae Magdalenae loci de Urdos Oloren. dioec. per canonicos monasterii S. Christinae de Summo Portu O. S. Aug. Jacen. dioec. teneri solitam et resignatione Petri de Lonpagen vac. Johanni de Boran dicti monast. canonico, si idoneus sit, conferat. „Dignum“ (O. de Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 27 f. 209.
—	—	(8906—8907) Petro de Lonpagen canonico monasterii S. Christinae praedicti pensionem super fruct. praefatae par. eccl. S. M. Magdalenae reservat. „Religionis zelus“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“. Arch. Lat. tom. 43 f. 282; f. 283.
—	—	(8908—8909) Antonio Augier rectori par. eccl. Torziaci Claromonten. dioec. dictam eccl. resignatione Johannis Augier vac. confert. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. J. Danielo | Nardin.) Arch. Lat. tom. 34 f. 159, b; f. 161.
—	—	(8910—8911) Johanni Blanquerie canonico eccl. SS. Joh. Bapt. et Joh. Evang. loci Rupismaure Avinionen. dioec. canonicatum et praeb. dictae eccl. a Ludovico de Mansis resignatos confert. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Benzon. A. de Alvarott. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 124, b; f. 126.
—	—	(8912—8913) Ludovico de Mansis decano *Priori* nuncup. eccl. SS. Joh. Bapt. et Joh. Ev. Rupismaure Avinionen. dioec. decanatum *Prioratum* nuncup. dictae eccl. ab Honorato Vayssoni resignatum confert. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (infra: Nardin.) L. c. f. 127; f. 129, b.
—	—	(8914) Episc. Cavallicen. et Andreae Gometii et Johanni Gundisalvi canonicis eccl. Calaguritan. mandat, ut in certum eventum Johannem Calvo cler. Calaguritan. et fam. suum, filium patrimonialem par. eccl. de Cornago dictae dioec., ad perceptionem fruct. superexcrescentium in dicta par. eccl. admittant. G. F. L. 1069 f. 226.
—	—	(8915) Johanni Brano Mariae Portugalliae et Algarbiorum Reginae eleemosynario reservat canonicatum et praeb. eccl. Ulixbonen. secundo vacaturos. „Vitae ac morum“ L. 1012 f. 239.
—	—	(8916) Georgio de Truppach canonico eccl. S. Nicolai in Cambergh Herbipolen. dioec. pensionem ex dioec. Herbipolen. et Bambergen. assignat. „Vitae ac morum“ L. 1125 f. 244, b.
—	—	(8917) Ludovicum des Aages praeficit in abbatem monasterio de Clarofonte O. S. A. Carnoten. dioec., cum Antonius Joffrodi abbas cedat. „Sollicitae considerationis“ (Armellin. | Suno. Baena | Valtrini. Coll. Cipell.) L. 1004 f. 309.
—	—	(8918) Hieronymo Cinico salvum conductum veniendi ad almam Urbem et ibi conversandi ad duos menses cum disdicta 15 dierum concedit. „Bonis de causis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 285; tom. 30 l. 2 p. 324.
—	—	(8919) Universos et singulos, ad quos praesentes literae pervenerint, hortatur, ut Garsiam Lupi de Carvajal Bernardini episc. Sabinen. S. R. E. Card. fratrem germanum, quem mittit ad Ferdinandum Aragonum et utriusque Siciliae Regem, sine aliqua datii aut alterius cujuscunque oneris exactione libere transire permittant. „Mittimus dil. filium“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 286; tom. 30 l. 2 p. 325.
—	—	(8920) Vicario gen. episc. Mantuan. mandat, ut unum vel plura certi valoris beneficia in dominio Johannis de Gonzaga Marchionis Mantuae primo vacatura personae seu

1514.

		personis per dictum Johannem nominandae seu nominandis conferat vel commendet. „Cupientes de uno“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 287; tom. 30 l. 2 p. 326.
20. Mai. (XIII. Kal. Jun.)	Romae apud S. Petrum.	(8921) Confirmat pacta et conventa inter Cameram ap. et Joh. Paulum Argentum et socios super tracta frumentorum et aliorum bladorum ad decennium eaque observari mandat. „Certiorati de quibusdam“ (Coll. Donatus) Div. Cam. t. 63 f. 237, b.
— —	—	(8922) Johanni Sambucii cler. Ruthenen. dioec. commendat Prioratum S. Martini de Tarradello O. S. B. Forojulien. dioec. cessione Honorati Vayssoni vac. „Vitae ac morum“ (Ph. de Senis | Cheminart. Aloysius | Bernard. Coll. F. de Attav.) L. 1009 f. 127.
— —	—	(8923) Ludovico du Pret canonico monasterii in de Vicogne Praemonstr. Ord. Atrebaten. dioec. Concordiam initam inter eund. Ludovicum, qui a conventu in abbatem dicti monasterii, cum obitu Johannis Cartier abbatis vacaret, erat electus, sed juri suo cedit, et Johannem de Bracqz canonicum ejusd. monast., quem nonnulli nobiles et potentes, qui armigeros ad dictum monast. miserunt illudque occuparunt et electionem Ludovici effectum sortiri impediverunt, in abbatem eligi procurarunt, confirmat et approbat. „His quae concordia terminata“ (A. Melfit. | Chemin. Bernard. Coll. H. de Cesis) L. 1017 f. 144.
21. Mai. (XII. Kal. Jun.)	Malliani Portuen. dioec.	(8924) Petro Laimendie par. ecclesiam S. Martini de Cervo prope Montigniacum Petragoricen. dioec. resignatione Caroli de Menceaux vac. confert. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Balbus | F. de S. Joh. Coll. H. de Cesis) L. 1122 f. 244, b.
— —	—	(8925—8926) Johanni de Sarron rectori par. eccl. S. Petri Monialium Lugdunen. dictam eccl. confert. „Nobilitas generis“. Praecentori majoris et Sacristae S. Nicerii Lugdunen. ecclesiar. ac Officiali Lugdunen. executionem committit. „Hodie“ (Blondus | Madrigal | Marciaci. Coll. B. de Alexandris) L. 1098 f. 280, b; f. 282.
— —	—	(8927) Eidem Johanni de Sarron canonico Lugdunensi indultum concedit circa beneficia „Nobilitas generis“. L. 1105 f. 37.
— —	—	(8928) Johanni de Herrera cler. Toletan. not. et fam. suo, qui juri suo ad par. ecclesiam S. Jacobi extra muros oppidi de Almachan Seguntin. dioec. cessit, unam per Antonium de Calamocha solvendam super fruct. dictae eccl. et aliam super fruct. archipresbyteratus ruralis oppidi de Sepulveda Segobien. dioec., quem Petrus de Capillas obtinet, pensiones assignat et in certum eventum accessum ad archipresb. et par. eccl. concedit. G. D. et F. L. 1023 f. 211.
— —	—	(8929—8930) Arnoldo de Spreeuwen cler. Leodien. dioec. pensionem assignat super fruct. par. eccl. S. Willebrordi Villae de Doeneren Trajecten. dioec. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“. Arch. Lat. tom. 42 f. 206; f. 207, b.
— —	—	(8931—8932) Guillermo Alacris Licent. in U. J. canonicatum eccl. Claromonten. ad effectum dignitatem, personatum vel officium ejusd. eccl. obtinendi confert. „Literarum scientia“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 25 f. 38, b seq.
— —	—	(8933) Johanni Schonaw cler. Maguntin. dioec., Sixti Cardin. Vicecancellarii familiari, pensionem ex Magdeburgen. et Halberstaden. dioec. assignat et indulta concedit. G. F. L. 1007 f. 255.
— —	—	(8934) Petro Gundisalvi Pacheco cler. Burgen. dioec. accessum, regressum seu ingressum ad canonicatum et praeb. eccl. SS. Emeterii et Celidonis oppidi de Santander Burgen. dioec. concedit. „Vitae ac morum“ L. 1008 f. 155.
— —	—	(8935) Petrum Dars monasterio de Borneto al. Bourneto O. S. B. Engolismen. dioec. de novo praeficit in abbatem eique Prioratus ejusd. Ord. de Jarnageyo Pictaven. dioec. necnon B. Mariae de Abbatia al. de Albana prope Dolum dicti Ord. et Praeposituram monasterii S. Valeriae Cisterc. Ord. Lemovicen. dioec. et monasterium de Albispetris Cisterc. Ord. Lemovicen. dioec. commendat. „Summi dispositione Rectoris“ (Evang. | B. de Rizonib. Gerona | F. de S. Joh. Coll. Donat.) L. 1050 f. 51.
— —	—	(8936) Johanni episc. Sibinicen. mandat, ut Catherino de Cleta cler. Lugdunen. par. ecclesiam S. Antonii de S. Sulpitio Lugdunen. dioec., si nemini sit jus quaesitum, conferat. G. F. (Evang. | Grat. de mand. S. D. Chemin. Aloys. | Questenb. Coll. Attav.) L. 1021 f. 134.
— —	—	(8937) Mag. Latino de Benassais canonico Lucan., notar. et fam. suo, indultum ad assequendas quasd. capellanias in eccl. Lucan. concedit. G. D. et F. L. 1206 f. 340.
— —	Romae apud S. Petrum.	(8938) Johanni de Mandrinis fam. suo confert ecclesiam par. S. Michaelis loci Miradoli Lauden. dioec. G. F. (Evangel. | Grat. de mand. S. D. Chemin. Aloys. | Valtrini. Coll. S. de Spoleto) L. 1024 f. 2, b.
22. Mai. (XI. Kal. Jun.)	Malliani Portuen. dioec.	(8939) Cum Thomas de Vio Cajetanus, Magister gener. Ord. Praedic., Nicolaum Gomer (al. Gotinet) dicti Ord. professorem, quem nuper provinciae Franciae juxta morem ejusd. Ord. vicarium deputaverat, ab officio vicariatus hujusmodi amoverit et Guillel-

1514.

mum Parvi Ord. Praed. professorem ac Ludovici Francor. Regis confessorem pro pace et dictae provinciae unione loco praefati Nicolai, donec Prior provincialis electus, confirmatus et in ead. provinc. praesens fuerit, deputaverit, eidem Guillelmo sub excommun. lat. sent. mandat, ut onus vicariatus omni sublata excusatione suscipiat. „Cum dilectus filius“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 288; tom. 30 l. 2 p. 331.

22. Mai. (XI. Kal. Jun.) | Malliani Portuen. dioec. | (8940) Literas apost., quas Aegidius Carduelli Ord. Praed., alias Prior provincialis provinciae Franciae, a Magistro gener. ab isto officio amotus, per obreptionem et subreptionem de facto impetravit, nullas et irritas esse declarat; omnibus et singulis fratribus Ord. et provinc. praedict. mandat, ut Guillelmo Parvi loco Nicolai Gomer deputato obediant et ad capitulum provinc. per dictum Guillelmum et non per dictum Aegidium congregandum dumtaxat accedant. „Exponi Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 289; tom. 30 l. 2 p. 332.

— — | — | (8941) Christifidelibus par. ecclesiam B. Mariae in Villa Velsz Brixinen. dioec., ad quam Leonhardus dominus in Velsz capitaneus gener. in Comitatu Tirolis ac dictae Villae et par. ecclesiae in temporalibus dominus singularem gerit devotionis affectum, in festo Assumpt. B. M. V. visitaverint et ad ejus reparationem et manutentionem manus adjutrices porrexerint, plenariam indulgentiam largitur. „Ad ea libenter“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 556; tom. 30 l. 2 p. 823.

— — | — | (8942) Christifidelibus ecclesiam monasterii S. Francisci oppidi Setnuel Ord. Min. Ulixbonen. dioec., ad quam Tristanus de Acuña Emmanuelis Portugalliae Regis ad S. Sedem Orator singularem gerit devotionis affectum, certis diebus visitantibus indulgentias concedit. „Cupientes ut ecclesiam“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 557; tom. 30 l. 2 p. 825.

— — | — | (8943) Concedit indulgentiam iis, qui die dedicationis capellam S. Raddae prope arcem Wellenburge Augusten. dioec. prov. Maguntin. visitaverint ac manus adjutrices porrexerint ad reparationem, conservationem et fulcimentum ejusd. capellae, ad quam Matthaeus S. Angeli diac. Card. Gurcen., ejusd. arcis in temporalibus dominus, singularem gerit devotionis affectum. „Ad ea libenter intendimus“ (Sadol.) Brev. tom. 2. n. 559; tom. 30 l. 2 p. 826.

— — | — | (8944) Balthassari Castillioneo ejusque descendentibus masculis legitimis tribuit ratione dignitatis et meritorum castrum Nubilariae agri Pisaurien. sibi et S. R. E. directi dominii jure subjectum et juramentum fidelitatis per alios feudatarios praestari solitum apud Card. Camerarium praestandum edicit. „Nihil est in hoc honore, ad quem impares meritis divina providentia vocati fuimus, quod Nobis gratius“ (Sadol.). Ed. Sadol. ep. 24 p. 34—36 ex Commentariis Matthaei Castillionei p. 122; *Roscoe* tom. X doc. 195 p. 234—236.

— — | — | (8945) Episcopo Melipotamen. et decano ac Cantori eccl. de Logroño Calaguritan. dioec. mandat, ut Thomam de la Calzada Ord. FF. S. Hieronymi sub regula S. Aug. professorem, qui dictum Ordinem fugiens ad saeculum est reversus et cum laicis conversando apostasiae notam incurrit, nunc vero de praemissis ab intimis dolens Ordinem canonicorum regular. S. Augustini ingredi cupit, si id humiliter petierit, absolvant; eidem Thomae indulget, ut ad praefatum Ord. S. Aug. canon. regul. se transferre et omnibus ejusd. Ord. privilegiis gaudere, et ad sacros ordines promotus de licentia superioris beneficio curato deservire valeat. „Exponi Nobis fecit“ (A. Colotius | P. Vipera) Brev. Lat. tom. 1 f. 67, b. Simile indultum pro Petro Centeno Calaguritan. L. c.

— — | — | (8946) Georgio de la Pillatrie presb. Redonen. dioec. Prioratum S. Nicolai prope Gurchiam O. S. B. ejusd. dioec. a monasterio S. Melani dicti Ord. prope et extra muros Redonen. dependentem, cui Auffredus Le Boyer cessit, commendat. „Vitae ac morum“ (A. Melfit. | Suno. Baena | J. de Gais. Coll. H. de Cesis) L. 1006 f. 250.

— — | — | (8947) Beraldum Salat subdecanum eccl. B. Martini Turonen., nob. viri Johannis Salat militis et consiliarii Ludovici Francorum Regis natum, in suum et Apost. Sedis notarium recipit. „Pii Patris altissimi“ L. 1005 f. 35, b.

— — | — | (8948) Petro Soppini Bituricen. et Gervasio Corbean Morinen. eccl. canonicis mandat, ut a dicto Beraldo juramentum fidelitatis recipiant. „Cum Nos hodie“ L. 1005 f. 36, b.

— — | — | (8949) Johannem Bonet fratrem Ord. B. M. de Mercede redempt. captiv. coadjutorem cum jure successionis constituit Johannis Fernandi de Tuesca fratris dicti Ord. et theol. professoris in administratione vicariae par. eccl. B. Mariae locorum de Podio et de Cebolla Valentin. dioec. „Circa pastoralis officii debitum“ (A. Melfit. | Suno. Baena | Cotini. Coll. H. de Cesis) L. 1003 f. 225, b.

— — | — | (8950) Petro Locrist fam. suo vicariam par. eccl. de Spizet Corisopiten. dioec., quam quondam Radulphus Regis obtinebat, confert. G. F. (A. Melfit. | Gr. de mand. Draco | Questenb. Coll. Narnia) L. 1053 f. 206.

1514.

22. Mai. (XI. Kal. Jun.) Malliani Portuen. dioec. (8951) Johanni Chambellan cler. Bituricen. dioec. confert canonicatum et praeb. eccl. Bituricen. obitu Petri Mydi vac. „Laudabilia“ (Evang. | Suno. Baena | Cheminart. Coll. F. de Attav.) L. 1004 f. 73, b.

— — — (8952) Officiali Carthaginen. mandat, ut pro parte Mag. Barth. de Baena cler. Corduben. script. juxta ultimam voluntatem quondam Johannis de Villagomez archidiac. in eccl. Carthaginen. capellaniam ejusdem ecclesiae, si vocatis vocandis exposita vera esse repererit, erigat eamque dicto Bartholomaeo conferat. „Exhibita Nobis“ (infra: Campania) Arch. Lat. tom. 30 f. 85.

— — — (8953) Mag. Jacobo de Simoneta causarum P. A. auditori mandat, ut par. ecclesiam S. Philastri de Castilibus Brixien. dioec. Bartholomaeo de Bayneriis cler. dictae dioec. surrogando conferat. „Vitae ac morum“ (S. Severino | Barotius) Arch. Lat. tom. 36 f. 53.

— — — (8954—8955) Super praesentatione et provisione par. eccl. in Buyer Colonien. dioec., quae dum p. t. vacat ad collationem et provisionem Praepositi eccl. SS. Apostol. Colonien. et ad praesentationem Ducis Juliacen. p. t. existentium alternatis vicibus pertinet, concordia inter Johannem Ducem Juliacen. et Henricum Ingenwinckel, Johannis Ingenwinckel scriptoris fratrem germanum, Praepositum dictae eccl. SS. Apostolorum Colonien., est conclusa, quam approbat et confirmat. A. P. R. M. „Exposcit Nobis injunctum“. Praeposito et decano eccl. S. Cuniberti Colonien. et Officiali Colonien. executionem committit. „Hodie a Nobis emanarunt“ (Lambertus. O. de Cesis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 38 f. 3, b f. 5, b.

— — — (8956—8957) Bartholomaeo de Canaciis scholari Mantuan. fructus unius ex octo capellaniis in eccl. S. Andreae Mantuan. cum jure accedendi reservat. „Laudabilia“. Execut. deputat. „Hodie cum dil. filius“. Arch. Lat. vol. B f. 256; f. 257, b.

— — — (8958) Richardo Amyot Priori Prioratus B. Mariae de Paro Ebroicen. dioec. O. S. A. ejusque successoribus concedit, ut mitra, annulo, baculo pastorali et aliis pontificalibus insignibus uti, benedictionem solemnem elargiri, suis religiosis ordines minores conferre etc. valeat. „Exposcit tuae devotionis sinceritas“ (A. de S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 113, b.

— — — (8959—8960) Gerardo Pion presb. Licent. in legibus et canonico Lingonen. Prioratum S. Leodegarii super Albam O. S. B. Lingonen. dioec. resignatione Francisci de Villet vac. commendat. „Literarum scientia“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. O. de Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 29 f. 249, b; f. 251, b.

— — — (8961) Claudio de Turnone alias de Castro Novo confert par. ecclesiam S. Laurentii de Balneis Vivarien. dioec. ipsi alias, cum obitu Marcellini Fabri vacaret, non rite collatam. „Nobilitas generis“ (Colotius | Draco. Colardi | F. Vega. Coll. H. de Cesis) L. 1017 f. 51, b.

— — — (8962) Jasoni Arronsard, qui perpetuam capellaniam ad altare S. Genovefae situm in par. eccl. de Transalibus permutationis causa resignavit, canonicatum et praeb. eccl. S. Stephani divi Regis Bituricen. dioec. a Bertrando Arronsard eadem de causa resignatos confert. „Apostolicae Sedis circumspecta benignitas“ (infra: Marciaci | Gais. Coll. Attav.) L. 1018 f. 90.

— — — (8963) Gaspari de Cotono canonico ac vicario archiep. Senen. mandat, ut monasterium per Priorem gubernari solitum SS. Petri et Benedicti Ord. Camaldul. Pientin. dioec. vocatis Jacobo Petri Pauli ipsius Priore, qui plura bona immobilia ad ipsum monasterium pertinentia indebite alienavit ac falsam monetam cudere seu expendere non expavit, aliisque vocandis, si per inquisitionem relata veritate subniti cognoverint et nemini sit jus quaesitum, Raphaeli episc. Grossetan. commendare curent, praefato Jacobo amoto. „Personam venerabilis fratris Nostri“ (Ph. de Senis | Grat. de mand. Suno | D. Andreae. Coll. F. de Attav.) L. 1022 f. 3.

— — — (8964) Mag. Claudio Boni presb. Eduen. dioec. et capellano Ludovici Francorum Regis commendat Prioratum B. M. de Lona O. S. B. Bisuntin. dioec. obitu Humberti Le Goux vac. „Vitae ac morum“ (Evang. | Grat. de mand. S. D. Draco | Bernardus. Coll. Amerin.) L. 1026 f. 30, b.

— — — (8965) Mag. Balthasari del Rio cler. Palentin. notario et fam. suo, qui Jacobi episc. Albanen. servitiis insistens ultimo Conclavi interfuit, pensionem ex quad. par. eccl. Arboren. dioec. cum jure accedendi ad eam assignat. G. D. et F. L. 1035 f. 36.

— — Romae apud S. Petrum. (8966) Gabrielam de Luchat monasterio Bellimontis O. S. B. Claromonten. dioec. obitu Mariae de la Forest vacanti in abbatissam praeficit, cum ipsa a conventu concorditer electa seu postulata nec consenserit nec renuerit, sed negotium ipsum ad Sedis Apost. beneplacitum remiserit. „Ex susceptae apostolicae servitutis officio“ (J. B. Nasius | Suno. Baena | Bernardus. Coll. F. de Attav.) L. 1018 f. 43.

— — — (8967—8968) Hilario Rogier, canon. Pictavien. et Licent. in legibus, qui monasterio S. Amandi in Pabula O. S. B. Tornacen. dioec. cessit, Praepositurum de Barisiaco Laudunen. dioec., quae membrum a dicto monast. dependens existit, necnon pensionem

1514.

annuam super fruct. dicti monast. per Guillelmum abbatem solvendam reservat. „Vitae ac morum“. Tornacen. et Parisien. ac Carnoten. Officialibus executionem demandat. „Hodie cum dil. filius“ L. 1010 f. 232; f. 234.

22. Mai. (XI. Kal. Jun.) Romae apud S. Petrum. (8969) Ad preces collegii seu societatis presbyterorum eccl. Mutinen., qui numero centum existunt et massam communem habent, beneficium ad altare SS. Joh. Bapt. et Evang. situm in par. eccl. S. Donini de Berberia Ducatus Mutinen. Regien. dioec. massae communi dicti collegii perpetuo unit. A. P. R. M. „Ex debito ministerii“ (Bregeon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 20 f. 89.

— — — (8970—8971) Laurentio de Burgomotiis cler. Mutinen. pensionem super fruct. massae communis dictae societatis presbyt. eccl. Mutinen. cum jure accedendi ad beneficium praedictum, si pensio non solvatur, assignat. G. F. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ L. 1186 f. 141 seq.

— — — (8972) In favorem Petri Velasci rectoris par. eccl. abbatiae nuncup. S. Andreae de Giam Portugallen. dioec. cum dicta eccl., quamdiu eam obtinuerit, vicariam par. eccl. S. Salvatoris de Bozas dictae dioec. obitu Didaci Gundisalvi vac. unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Evang. | Grat. de mand. S. D. Suno. Baena | Bertrandi. Coll. Bucan.) L. 1071 f. 189.

— — — (8973) Abbati de Cucagaens (al. Cucugens) et Priori per Priorem gubernari soliti de Moreira (al. Morera) Portugallen. dioec. monasteriorum et Officiali Portugallen. mandat, ut vicariam par. eccl. S. Salvatoris de Boncas (al. Bozas) Portugallen. dioec., si eam vocatis Didaco Didaci (al. Diaz), qui illam sine titulo detinet, et aliis vocandis vacare repererint, cum par. eccl. S. Andreae de Giam ejusd. dioec., quam Petrus Velascus obtinet, unire curent. „Romanum decet Pontificem“ (Carrot. | Grat. de mand. S. D. Gomiel. Milanes. | Valtrini. Coll. F. de Attav.) L. 1070 f. 38.

— — — (8974) Iisdem mandat, ut literas praeced. valere docernant et ad earum executionem procedant, perinde ac si in illis ecclesiam de Boncas, et non illius vicariam, vacare sit expressum et per illas non vicariae, sed ipsius ecclesiae unionem decreverit. G. F. (Blondus | Suno. Vives | F. de Vega. Coll. F. de Attav.) L. 1097 f. 120, b.

23. Mai. (X. Kal. Jun.) — (8975—8976) Stephano Bouchard decanatum eccl. S. Aredii de Nastasio et par. ecclesiam S. Eulaliae Xanctonen dioec. vac. resignatione Almarici Bouchard, cujus dictus Stephanus frater germanus existit, confert. „Nobilitas generis“ Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Bregeon | De Agnellis | Barotius) Arch. Lat. tom. 29 f. 196; f. 198.

— — — (8977) Antonio Parcilli Cantori monasterii Burgidolen. O. S. B. Bituricen. dioec. Prioratum B. Mariae de Gratia, al. de la Grace, O. S. B. Agennen. dioec. commendat eique indultum circa benef. concedit. „Religionis zelus“ (Gratiadei | Aloys. Bertrandi | Cabredo. H. de Cesis) L. 1163 f. 162.

— — — (8978) Mathurino Baron rectori ecclesiae S. Nicolai de Passavento Pictavien. dioec. dictam eccl. confert, priore collatione viribus non subsistente. „Vitae ac morum“ (Evang. | d. Rizonibus. Gerona | D. de Comitibus. Coll. Donatus) L. 1041 f. 136.

— — — (8979) Mag. Hugoni de Spina capellano suo et causarum P. A. auditori mandat, ut Ausiae Martini cler. Valentin. conferat quoddam beneficium eccl. Valentin. litigiosum, si nemini jus competat. „Vitae ac morum“ L. 1061 f. 60, b.

— — — (8980) Philippo Prevost presb. canonicatum et praeb. eccl. B. Mariae de Belva Eduen. dioec. obitu Humberti Le Goux vac. confert. „Vitae ac morum“ (Evang. | Balbus. Gibraleon | Marciaci. Coll. F. de Attav.) L. 1046 f. 114.

— — — (8981) Radulpho de Coetenscourre cler. Trecoren. dioec. pensionem ex dicta dioec. assignat. „Vitae ac morum“ L. 1046 f. 68.

— — — (8982) Episcopis Cavallicen. et Asculan. ac Officiali Gerunden. mandat, ut Jacobo Bouany cler. Terraconen. par. ecclesias de Gasarans et de Corsa locorum Gerunden. dioec. conferre et eid. ecclesiae de Corsa par. ecclesiam de Armentera ejusd. dioec. unire curent. „Apostolicae Sedis“ (Evang. | Gomiel. Milanes. | Contreras. Coll. S. de Spol.) L. 1063 f. 238, b.

— — — (8983) Johanni de Arssimolis cler. Caturcen. dioec. pensionem super fruct. par. S. Georgii de S. Gerio dictae dioec. assignat. „Vitae ac morum“ L. 1012 f. 167.

— — — (8984) Carolo Hamelin confert paroch. eccl. B. Mariae Magdalenae de la Haya Pagnanelli Constancien. dioec. „Vitae ac morum“ (A. Melfit. | Suno. Baena | F. de S. Joh. Coll. Attav.) L. 1008 f. 53.

— — — (8985) Anneto de Grolea monacho monasterii S. Petri foris portam Viennen. O. S. B. dictum monasterium resignatione Ludovici de Grolea, cui ejus administratio et fructus sunt reservati, vacans ad certum tempus commendat et deinde illum eid. monast. praeficit in abbatem. „Sollicitae considerationis indagine“ (Armellin. | Suno. Baena | Gomiel. Coll. H. de Cesis) L. 1009 f. 145.

— — — (8986) Eidem Prioratum S. Petri Mantulle Clun. Ord. Viennen. dioec., cui praefatus

1514.

Ludovicus de Grolea cedit, commendat. „Religionis zelus“ (Script. iid., loco Gomiel: F. de Vega) L. 1012 f. 38.

23. Mai. (X. Kal. Jun.) | Romae apud S. Petrum. | (8987) Literas praecedentes confirmat, ac si in iis omnia rite sint expressa. „Debitum pastoralis officii“ L. 1012 f. 42, b.

— | — | (8988) Ludovico de Grolea monacho nuper abbati monasterii S. Petri foris portam Viennen. O. S. B. dictum monasterium et Prioratum S. Petri de Mantulle Cluniac. Ord. Viennen. dioec. resignanti reservat fructus et omnimodam administrationem et omnia jura Prioratus et monasterii praedictorum et regressum ad eosdem Prioratum et monast. cedente vel decedente Anneto de Grolea concedit. „Religionis zelus“ L. 1012 f. 36.

— | — | (8989) Johanni de Sandelesses cler. Bituricen. dioec. commendat Prioratum B. Mariae de Campodolenti O. S. B. Xanctonen. dioec. cessione Petri de Sandelesses, cujus praedictus Johannes nepos existit, vacantem. „Nobilitas generis“ (Armellin. | Suno. Baena | Cabredo. Coll. H. de Cesis) L. 1012 f. 40. b.

— | — | (8990) Haberto du Mesuil rectori par. eccl. de Morennia Andegaven. dioec. commendat Prioratum S. Romani de Saponneriis O. S. B. Andegaven. dioec. resignatione Francisci Poyet vacantem. „Nobilitas generis“ (Infra: Suno | F. de S. Joh. Coll. Attav.) L. 1013 f. 226.

— | — | (8991) Bartholomaeo Alamandi cler. Valentinen. dioec. par. ecclesiam S. Martini Vionis Viennen. dioec. resignatione Arnardi Poyardi vacantem ad certum tempus commendat et deinde confert. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Cheminart. Aloysius | F. de Vega. Coll. Cipellus) L. 1018 f. 180 (Evang. | Draco. Colardi | Cyprian. Coll. Cipellus) L. 1023 f. 133.

— | — | (8992) Johanni de Herrera cler. Toletan., arch. Rom. Cur. script. et fam. suo, obsequiis Laurentii tit. SS. Quatuor Coronator. presb. Card. insistenti, qui liti et causae inter ipsum et Petrum de Torres super capellania ad altare Dei Genitricis situm in par. eccl. S. Columbae extra muros Segobien. pendenti cessit, dictum Petrum in possessione illius dimittendo, accessum, ingressum seu regressum ad eand. capellaniam concedit. G. D. et F. L. 1036 f. 266.

— | — | (8993) In favorem ejusd. Johannis de Herrera praecedentes literas in omnibus valere declarat, perinde ac si in iis fundationi sit derogatum, qua cavetur, quod illam obtinens de genere fundatoris aut certa familia et alias qualificatus esse debeat. G. D. et F. L. 1022 f. 84.

— | — | (8994) Stephano Richardi presb. confert par. ecclesiam S. Petri de Campuaco Ruthenen. dioec. resignatione Petri Richardi, cujus dictus Stephanus nepos existit, vacantem. „Vitae ac morum“ (Evang. | Balbus. Gibral. | Cyprian. Coll. Attav.) L. 1031 f. 161.

24. Mai. (IX. Kal. Jun.) | — | (8995) Johanni Malros scholari S. Flori dioec. confert locum et monachalem portionem monasterii S. Petri O. S. B. S. Flori dioec., si habitum susceperit et professionem emiserit. „Apostolicae Sedis providentia“ (Armellin. | Suno. Baena | J. de Copis. Coll. F. de Attav.) L. 1004 f. 171, b.

— | — | (8996) Cantori et abbati de Teverga ac Alphonso de Ribadesella canonico eccl. Oveten. mandat, ut Johanni de Cosio cler. Oveten. par. ecclesiam S. Jacobi de Peon ac beneficium et capellaniam Oveten. dioec., si vocatis vocandis ea vacare cognoverint, conferant. „Vitae ac morum“ (Blondus | Grat. p. fam. script. [Stephani archiep. Baren.] Suno. Baena. | Valtrini. Coll. Cipellus) L. 1010 f. 104.

— | — | (8997) Bernardino de Berrio canon. Segobien. permutationis causa beneficium in eccl. S. Mariae de Membrillera Seguntin. dioec. resignanti unum in de Orchando, al. Ochando, et aliud in de Villoslada locorum Segobien. dioec. par. ecclesiis beneficia a Mag. Didaco de Montoia cler. Toletan. ead. de causa resignata confert. „Apostolicae Sedis“ L. 1012 f. 76, b.

— | — | (8998) Mag. Didaco de Montoia cler. Toletan. beneficium praedictum confert. „Apostolicae Sedis“ L. 1049 f. 256.

— | — | (8999) Ludovico Achardi canon. eccl. Tarantasien. O. S. A., fam. suo et obsequiis Antonii tit. S. Vitalis presb. Card. insistenti, par. ecclesiam S. Nicolai de Ponteto Maurianen. dioec. obitu Georgii de Villario vac. commendat. G. F. (Blondus | Grat. de mand. S. D. Balbus. Colardi. | Balandrin. Coll. S. de Spol.) L. 1025 f. 277.

— | — | (9000) Arnaldo Guillermo de Sostrada presb. par. ecclesiam de Munio Tarvien. dioec. cessione Arnaldi de Galhardo canonici ecclesiae Tarvien. O. S. A. vac. confert. „Vitae ac morum“ (Ph. de Senis | Cheminart. Aloys. | A. de Castillo. Coll. Attav.) L. 1031 f. 194.

— | — | (9001) Episcopo Asculan. et Officiali Astoricen. mandat, ut Francisco de Azeves cler. Palentin., obsequiis Francisci tit. SS. Joh. et Pauli presb. Card. insistenti, canonicatum et praeb. eccl. Astoricen., quos Bartholomaeus Gundisalvi obtinebat, conferant, si de eorum vacatione ipsis constiterit. G. F. (P. de Cesis | Gr. de mand. S. D. Gomiel. Milanes. | Verdesotto. Coll. Bucanus) L. 1058 f. 276.

— | — | (9002) Guillelmo de Domenco perpet. vicario par. eccl. S. Martini de Recinto Auxitan.

1514.

dioec. locum et canonicalem portionem ac archidiaconatum de Silvis eccl. Tarvien. O. S. A. resignatione Arnaldi de Galhardo vac. ad certum tempus commendat et deinde professione emissa confert; indultum circa beneficia adjungit. „Apostolicae Sedis providentia“ (Ph. de Senis | Chemin. Aloys. | A. Castillo. Coll. F. de Attav.) L. 1011 f. 138.

24. Mai. (IX. Kal. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9003) Alexandro Sculteti canonicatus et praebendas Tarbaten. et Ozilien. ecclesiarum promotione Johannis episc. Tarbaten. vacantes confert. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. G. de Prato | Nardinus) Arch. Lat. tom. 26 f. 250, b; f. 252, b.

— — — (9004—9005) Mag. Caspari Juano cler. Lunen.-Sarzanen. concedit officium scriptoriae liter. apost. resignatione Benedicti de Viali vac. G. D. et F. Paulo de Cesis canon. Spoletan. mandat, ut eum ad dictum officium admittat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. Ph. de Agnell. | Barotius) L. c. f. 23; f. 23, b.

— — — (9006—9007) Petro Seguiran confert canonicatum et B. M. de Villa Veteri Castri de Fossis nuncup. praebendam eccl. B. Mariae de Bariolis et par. ecclesiam S. Martini Castri de Berninis Forojulien. et Massilien. dioec. resignatione Bonifacii Seguiran vac., ita ut ex nunc dictam par. eccl. ad certum tempus in commendam et deinde in titulum obtineat. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. De Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 330; f. 331, b.

— — — (9008—9009) Petro Le Boedec cler. Veneten. dioec. fructus par. eccl. de Branderion dictae dioec. ab ipso resignatae reservat et regressum ad eam concedit cedente vel decedente Francisco Le Mezec cler. ejusd. dioec., cui de illa providetur. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie cum dil. filius“. Arch. Lat. vol. H f. 86, b seq.

— — — (9010) Petro Chohan canonico Veneten. mandat, ut praefato Francisco Le Mezec dictam eccl. de Branderion, si idoneus sit, conferat. „Dignum“ (Lambert. | Nardin.) L. c. f. 84, b.

— — — (9011—9012) Petro episcopo Baionen., qui par. ecclesiam S. Joh. *plebem* nuncup. et ecclesiam sine cura S. Mariae *Prioratum* nuncup. oppidi Perete Suanen. dioec. resignat, omnes earum fructus reservat et regressum ad eas concedit. „Personam tuam“. Execut. deputat. „Hodie cum venerabilis frater“ L. c. f. 106; f. 107.

— — — (9013—9014) Hieronymo Petri de Torchiellis cler. Suanen. dioec. confert praedictas ecclesias, ita ut par. ecclesiam S. Johannis ad certum tempus in commendam et deinde in titulum obtineat. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (De S. Severino. Benzon. | Barotius) Arch. Lat. tom. 26 f. 82; f. 84.

— — — (9015) Gilberto de Prato baccal. in decr. par. ecclesiam S. Apollinaris loci Chatusagiarum (al. Chastusagiarum) Valentin. dioec. confert et indultum concedit. „Vitae ac morum“ (Castilion. | Balbus | J. de Gais. Coll. F. de Attav.) L. 1044 f. 85.

— — — (9016) Concordiam seu transactionem initam inter Bernardum de Ordas cler. Legionen., Mag. Joh. Ant. de Radicibus familiarem, et Philippum de Urrias cler. Oscen. dioec., cum inter eos super Prioratu S. Michaelis de Scalada O. S. A. Oscen. dioec. lis formidaretur, confirmat. A. F. R. M. „His quae pro concordia“ (Evangel. | Grat. p. fam. script. Draco. J. Colardi | A. de Verdesotto. Coll. Donatus) L. 1067 f. 250, b.

— — — (9017) Episcopo Tiburtin. S. R. E. Card. Vulteran. concedit licentiam crastina die in celebritate festivitatis Ascensionis D. N. J. Chr. in majori altari basilicae Princ. Apost. de Urbe Missam et alia divina officia solemniter celebrandi. „Magnitudo tuae devotionis“ (Sadol. | *Visa d. Cur.* Suno | Questenb. Auscult. per me Jac. Sadol.) L. 1198 f. 88, b.

— — — (9018) Francisco Trete par. ecclesiam de Alisia Eduen. dioec. obitu Humberti Le Goux vacantem confert. „Vitae ac morum“ (infra: Draco. Colardi | Bernard. Coll. F. de Attav.) L. 1015 f. 146.

— — — (9019) Guidoni Galteri Licent. in decr. et Mag. Petri Cotini scriptoris familiari confert ecclesiam par. de Dausolio Carnoten. dioec. „Literarum scientia“ (Ph. de Senis | Grat. p. fam. script. Chemin. Aloys. | A. de Castillo. Coll. H. de Cesis) L. 1016 f. 175, b.

— — — (9020) Hieronymo Assole cler. Venetiarum not. et fam. suo ac obsequiis Laurentii SS. Quatuor Coronator. diac. Card. insistenti, qui beneficium in par. eccl. S. Nicolai de Lutrano Ceneten. dioec. resignavit, pensionem super fruct. dictae eccl. solvendam per Franciscum de Rubeis ejus rectorem, cui de praefato benef. providetur, assignat et accessum ad eam eccl. et regressum ad illud benef. in certum eventum concedit. G. D. et F. L. 1023 f. 290.

— — — (9021) Decanum et capitulum singulosque canonicos et person. eccl. Anicien. ad Rom. eccl. nullo medio pertinentis hortatur, ut ad aliquam electionem seu postulationem pro dicta ecclesia obitu Gaufridi episc. vacante, cum de persona Antonii de Chabannes notarii sui Ludovico Francorum Regi grati et accepti eidem eccl. providere

1514.

decreverit, procedere minime praesumant. „Nuper ex literis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 292; tom. 30 l. 2 p. 341.

24. Mai. (IX. Kal. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9022) Iisdem in virtute sanctae obedientiae ac sub excomm. latae sent. et privationis officior. et interdicti poenis districte inhibet, ne ad aliquam electionem vel postulationem, ut praemittitur, procedere praesumant. „Nuper ex literis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 cit. n.; tom. 30 l. 2 p. 343.

— — — (9023) Emmanuelem Portugalliae Regem hortatur, ut Francisco Jusarte cler. Ulixbonen. dioec., liter. apost. sollicitatori et cubicular. suo secr., favore suo regio assistere velit, ut idem Franciscus Prioratus monasterii S. Martini de Maiseles O. S. A. canonicor. regul. Bracharen. dioec. realem et actualem possessionem consequatur. „Nuper cum lite“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 294; tom. 30 l. 2 p. 346.

— — — (9024) Vicario generali Ord. B. Mariae de Monte Carmelo Congreg. Mantuan. districte praecipiendo mandat, ut per se vel alium seu alios domum fratrum S. Mariae Pistorien. ejusd. Ord. juxta ritus et mores et regularia instituta suae Congreg. Mantuanae reformet. „Significarunt per suas literas“ (Sadol. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 295; tom. 30 l. 2 p. 347.

— — — (9025) Cardinalem Bononien. hortatur, ut pro charitate in patriam suam, quam Pontifex praecipue diligit et cujus tranquillitati studet, agros et praedia, quae Bentivolorum fuerant quaeque ipse Card. obtinet, iisdem restitui curet. „Sicut circumspectio tua“ (Sadol. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 296; tom. 30 l. 2 p. 350.

— — — (9026) Viceregem regni Neapolitan. hortatur, ut Sebastianus Pinzonus cler. Cremonen., notarius ac fam. suus, vel ejus procurator in possessionem monasterii B. Mariae de Cerratis Ord. S. Basilii Licien. dioec. restituatur. „Vertente al. lite“ (Sadol. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 293; tom. 30 l. 2 p. 344.

— — — (9027) Regi Portugalliae. Nuper per Regis Oratores de nova creatione episcopatus ecclesiae Funchalen. in insula de la Madera intelligens et ejusd. Regis singularem erga S. Sedem devotionem considerans sperat suam ordinationem, qua decanatum dictae ecclesiae Alphonso Orelha fam. suo et subdito ejusd. Regis devotissimo contulit, ipsi Regi esse placituram; eum hortatur, ut huic dispositioni assentiatur. „Nuper intelligentes“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 298; tom. 30 l. 2 p. 354.

— — — In capella Palatii solemnes Vesperae pro vigil. Ascensionis, ad quas Papa pedes venit.

25. Mai. (VIII. Kal. Jun.) — Ascensio D. N. J. C. Missam celebravit in basilica Cardin. Vulteran. et in fine Vultus sanctus bis ostensus est, primo populo, deinde Papae, et in logia data est benedictio et indulgentia. Par. d. Grassis f. 100, b.

— — — (9028) Marco de Florentia Ord. Minor. Observ. loci S. Salvatoris apud Biruthum in Syria Guardiano [1]. „Non possumus nisi plurimum commendare operam et diligentiam tuam in dirigendo et mittendo ad Nos nuntium illum Maronitarum super unione et participatione cum hac sancta nostra universali Ecclesia Rom., quem libenter vidimus et audivimus, ac Deo debitas gratias egimus, quod illi ad lucem, quam ipse Deus in mentibus et cordibus eorum sua misericordia inseruit, oculos suos elevaverint ad illam recipiendam; verum de iis, quae a Nobis petiit, quoniam majoris momenti sunt, quam per Nos et hanc S. Sedem Apost. ex unius quamvis probi viri testimonio decerni possint, aliter non deliberavimus, quoniam haec S. Sedes non consuevit in his gravioribus nisi ex publicis et validis documentis aut plurium fide dignorum testimoniis statuere: quare devotionem tuam in Domino hortamur, ut hanc piam et laudabilem provinciam prosequaris et ad optatum finem perducere studeas, ut ex opera et diligentia tua tot Christifidelium animas ipsi Deo lucrari possimus, et de his, quae succedent, Nos per tuas literas per fratres ad Italiam p. t. venientes certiores reddas. Dirigimus tibi duo Brevia, quae ad Patriarcham et universitatem Maronitarum scribimus, ut scilicet ad Nos publica documenta de iis, quae per Nos fieri volunt, per viam tuam ad Nos literas mittant, quae ad eos mittere et, ut illis explanentur, operari curabis et de infrascriptis veram informationem habere [2] videl. primo: quo modo eligatur iste Patriarcha et qui sint electores; secundo: quae sit sedes sua metropolitana; tertio: quae insignia pontificalia gestet; quarto: de quo solitus sit suscipere ordines sacros et etiam pontificalia ornamenta et insignia; quinto: quanto tempore stetit in dignitate; super omnia diligentissime advertens, ne in eis articulis, quae ad salutem animarum necessaria sunt, aliquo modo a veritate et S. R. E. ritu discrepent, ne aliquid pestiferum ut sanum approbemus, super quo tuam et confratrum tuorum

[1] De Maronitis et eorum cum fratribus Ord. S. Francisci commercio plura habent *Quaresmius*, Hist. theol. terrae sanctae elucidatio. Antwerp. 1664; *Waddingus*, Annal. Minor. praesertim tom. XIV; *Kunstmann* (Tübinger theol. Quartalschrift. 1845 p. 44 seq.).

[2] Nonnulla de his quaesitis apud *Le Quien*, Or. christ. tom. III p. 46. Archiv für kathol. Kirchenrecht. 1862 tom. VII p. 340—343.

1514.

oneramus conscientiam. Quae omnia in forma authentica habere cures, et habita opportunitate temporis illa etiam in idiomate arabico simul et latino per fratres ad Nos mittas, in quibus diligentiam tuam exactissimam requirimus et praesertim in illis hortandis, ut hoc salutiferum inceptum et institutum suum prosequantur, et Nos in his omnibus, quae cum Deo ad eos in sanctam fidem dirigendos facere poterimus, eis satisfaciamus, prout per ipsa Brevia Nostra eis latius scribimus: quod tam sanctum opus si perfecerimus, tu digna et a Nobis et ab ipso inprimis Deo praemia poteris exspectare." Brev. ad princ. tom. 5 f. 51.

25. Mai. (VIII. Kal. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9029) Petro Patriarchae Maronitarum[1] nuntiat, se accepisse literas Marci de Florentia Guardiani Ord. Minor. de Observ. et ex iis ea cognovisse, quae sibi summo gaudio et incredibili laetitiae fuissent, eum praesidem nationis Maronitarum, gentis christianae atque catholicae et a vero fidei cultu, quam S. R. E. servet, in nullo aberrantis, regere eos populos illosque non solum prudentia, sed etiam integritatis et probitatis laude ad verum iter salutis dirigere et obedientiam erga Petri cathedram profiteri atque pontificiam confirmationem et mitram aliaque pastoralia ornamenta expetere; verum utcunque ei bene velit, Sedes Apost., re in consilio Cardinalium multo agitata („quoniam hujus S. Sedis gravitas ex more majorum et institutis solemnibus nihil nisi mature et summo consilio agere solet et, ne quoque temere prolabatur, multis in tantis rebus decernendis et testibus et rebus et argumentis niti"), quum nullae ipsius literae praesto sint[2] et homo ab eo missus licet bonus sit unicus et plenam fidem ex inviolabili S. Sedis caerimonia non faciat, visum esse remittere nuntium et has literas conscribere. Postulat, ut literis authenticis, etiam propria ejus lingua conscriptis („in hac enim Urbe orbis principe et omnium doctrinarum studiis florentissima multos habebimus arabicarum notarum peritos et interpretes") et nuntiis se plenius instruat, qua de re se etiam Guardiano scribere, qui per fratres suos ad capitula generalia convenientes etiam se valeat edocere et ad quem Patriarcha omnia sua consilia et desideria possit transmittere. „Ex literis dilecti filii Marci de Florentia". Brev. ad princ. tom. 5 f. 52. Ed. (sine dat.) Sadolet. ep. 17 p. 21—24.

— — — (9030) Universitati Maronitarum scribit gratias agens Deo pro eorum fide et suum in eos amorem manifestans. „Postquam ex vestro et venerab. fratris Petri Patriarchae vestri nuntio" L. c. f. 54.

— — — (9031) Prorogat sessionem Concilii Lateran. ad diem 1. Dec. „Ad hoc sacrum Lateran. Concilium". Hard. Conc. tom. IX p. 458.

— — — (9032) Johanni de la Boissière presb., Mag. in artibus, par. ecclesiam S. Mauritii de Leonibus Lemovicen. dioec. resignatione Oliverii de S. Juliano vac. confert. „Literarum scientia". Execut. deputat. „Hodie dil. filio" (Benzon. Planca | Barotius) Arch. Lat. tom. 37 f. 248; f. 251.

— — — (9033—9034) Nicolao tit. S. Priscae presb. Cardin. reservat fructus par. eccl. S. Petri de Banchis Januen. ab ipso resignatae et cedente aut decedente Bartholomaeo de Flisco canonico Januen. regressum ad eam concedit. „Ad personam tuam". Execut. deputat. „Hodie cum dil. filius". Arch. Lat. tom. 33 f. 101, b; f. 103.

— — — (9035) Vicario gen. archiep. Januen. mandat, ut dictam eccl. S. Petri de Banchis Bartholomaeo de Flisco canonico Januen. conferat, si eum ad hoc idoneum esse repererit. „Dignum arbitramur" (Benzon. | Campania) L. c. f. 104.

— — — (9036—9037) Nicolao de Valle cler. Vasaten. dioec. par. ecclesiam S. Hilarii prope Pomiers dictae dioec. resignatione Martialis de Valle, cujus dictus Nicolaus nepos existit, vacantem ad certum tempus commendat et deinde confert. „Laudabilia". Execut. deputat. „Hodie dil. filio" (Ph. de Agnellis. O. de Cesis | Barotius) L. c. f. 297; f. 299, b.

— — — (9038) Pro parte Prioris et capituli saecularis et collegiatae eccl. S. Thaurini de Feritude Hambaudi Bituricen. dioec., cum fructus mensae capitularis tenues et exiles existant, eidem mensae ecclesiam par. de Marciliaco in Gaudo dictae dioec. resignatione Guillelmi Ormalt vac. perpetuo unit. A. P. R. M. „Ad exequendum" (Lambertus | Nardinus) Arch. Lat. tom. 32 f. 133, b.

— — — (9039—9040) Francisco Paschalis rectori par. eccl. de Restrilh Lemovicen. dioec. Prioratum SS. Gervasii et Protasii de Narignaco O. S. B. Pictaven. dioec. a monasterio

---

[1] Titulum *Patriarchae Maronitarum Antiocheni* Alexander P. IV. concesserat antistiti Maronitarum, ut Benedictus XIV. in allocutione 13. Julii 1744 (Bull. Bened. XIV. tom. I Append. p. 287 ed. Venet.) testatur, quod tempore Leonis X. Romae quasi obliteratum erat, ut patet ex Paride de Grassis apud *Raynald.* a. 1516 n. 6. 7.

[2] Literae Simonis Petri Patriarchae d. d. 8. Mart. 1514 (*Hard.* Conc. IX. p. 1857—1864) serius Romam advenerunt. Plures Pontifex literas ad Maronitas dedit mense Augusto 1515, de quibus infra ad h. a.

1514.

S. Martini prope et extra muros Lemovicen. dependentem et resignatione Petri Paschalis dicti Francisci fratris germani vac. commendat. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Ph. de Agnellis. O. de Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 31. f. 138, b; f. 140.

25. Mai. (VIII. Kal. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9041) Fatetur se recepisse a Leonardo olim Zenobii de Bartholinis cive Florentino 49480 duc. auri de suo mandato per eum solutos diversis mercatoribus et pro occurrentibus necessitatibus expositos. „Fatemur per praesentes“. Div. Cam. tom. 63 f. 243.

— — — (9042) Episcopo Verulano scribit, se Goro de Pistorio [1], qui cum ipso negotia Pontif. apud Helvetios gerebat, concessisse, ut ratione invalitudinis redire posset; eum monet, ut optimo animo et alacri studio eas res tractare non desistat ac literis et informationibus Julii Cardin. de Medicis et nob. viri Juliani de Medicis obediat et operam det, ut Helvetii suam (Pont.) erga eos optimam voluntatem in dies cognoscant. „Concessimus dil. filio Goro“. Brev. ad princ. tom. 5 f. 50. Ed. Sadol. ep. 29 p. 39.

— — — (9043) Episcopo Millopotamen. et decano eccl. S. Petri Lovanien. Leodien. dioec. ac Officiali Cameracen. mandat, ut Mag. Johanni Ingenwinckel cler. Colonien. notario et fam. suo beneficium de Zelaer nuncupat. in eccl. S. Rumoldi oppidi Machlinen. Cameracen. dioec. conferre curent. G. D. et F. L. 1005 f. 45.

— — — (9044) Vicario gen. episcopi Bononien. mandat, ut Johanni Francisco de Flisco cler. Januen. par. ecclesiam S. Antonii de Balarna Alerien. dioec. conferat. „Dignum arbitramur“ (A. Melfit. | Grat. p. nep. script. [Benedicti Gentilis] Suno | P. Cotini. Coll. S. de Spoleto) L. 1006 f. 206, b.

— — — (9045) Nicolao Garin cler. Suessionen. dioec., Mag. in artibus, par. ecclesiam S. Quintini de Domptino Suessionen. dioec. per fratres Ord. Fontisebraudi teneri solitam commendat, resignante Petro de Riday illius commendatario. „Literarum scientia“ (Ph. de Senis | Chemin. Aloys. | Bernard. Coll. F. de Attav.) L. 1009 f. 124.

— — — (9046) Juliano de Maraschis, qui in registro lit. apost. scriptor existit, confert canonicatum et praeb. eccl. Reatin. a Barthol. de Rosellis al. de Chiachio resignatos. „Vitae ac morum“ (A. Melfit. | Suno. B. de Baena | M. Casanova. Coll. Amerin.) L. 1008 f. 55.

— — — (9047) Johannam de Polastrono monialem monasterii S. Clarae Urbanistar. Montisalban. Ord. ejusd. S. Clarae, quam moniales illius monast. obitu Gaglardae abbatissae vacantis in abbatissam elegerant, sed Johannes Petri Ord. Minor. provinc. Aquitan. Minister indebite confirmare recusavit seu distulit, eidem monasterio in abbatissam praeficit dictam electionem, si de persona idonea facta sit, approbans. Officialibus Tholosan., Caturcen. et Montisalban. mandat, ut eid. Johannae assistant. „Ex apostolicae servitutis officio“ (A. Melfit. | Chemin. | Balbus. Coll. F. de Attav.) L. 1008 f. 160.

— — — (9048) Laelio Ungareso familiari suo, obsequiis Mag. Silvii de Passerinis datarii et script. sui insistenti, confert ecclesiam par. *archipresbyteratum* nuncup. S. Petri de Pancarana Papien. dioec. cessione Bernardini de Bertis vacantem. G. F. (Blondus | Grat. p. fam. script. Chemin. | J. de Gais. Coll. Cipell.) L. 1033 f. 284.

— — — (9049) Ludovico Molon cler. Caesaraugustan. dioec. fam. suo pensionem super fruct. vicariae par. eccl. loci de Cariguiena dictae dioec. assignat cum jure regrediendi et accedendi ad eand. vicariam. G. F. L. 1044 f. 164.

— — — (9050) Robertam Busson Priorissam Prioratus de Janczon O. S. B. Redonen. dioec. deputat coadjutricem cum jure successionis Franciscae de Spinay abbatissae monasterii monialium S. Georgii Redonen. O. S. B., quae ad senium jam vergit. „Circa pastoralis officii debitum“ (Armellin. | Suno. Baena | A. de Castillo. Coll. F. de Attav.) L. 1034 f. 162.

— — — (9051) Roberto de Guinisiis canonico Lucan. et Priori monasterii S. Frediani civitatis Lucan. committit, ut possessionem capellaniae SS. Apostolor. Petri et Pauli in ecclesia cathedr. Lucan., quam obitu Richardi Justi Filatoris vac. Latino Benassai cler. Lucan. camerar. suo secreto derogando juripatronatus canonicorum ejusd. eccl. contulit, vigore praesentium eidem Latino tradant, ne dum literae sub plumbo expediuntur, istius capellaniae possessio occupetur et ejus fructus distrahantur. „Inducti meritis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 299; tom. 30 l. 2 p. 355.

— — — (9052) Johannae de Loroña nobili mulieri Ulixbonen. seu alterius dioec. comestabilissae regni Portugalliae ejusque servitricibus et familiaribus praesentibus et futuris con-

[1] Gregorio Gheri Pistorien. (postea 1518—1528 episc. Fanen.) plures literae scriptae fuerunt nomine Julii Card. Medici 4. Mart., 28. Mart., 18. April., 26. Mai. (*Guasti*, Manoscritti Torregiani p. 36 seq. 43 seq. 50) Harum postremae mandant, ut si Helvetii ligam renovare noluerint, Gorus revertatur remanente Ennio episcopo.

1514.

cedit, ut quotiescumque opus fuerit et illis videbitur in domo, quam ipsa Johanna pro tempore habitabit, a quocumque presbytero et sine parochi et cujusvis licentia Eucharistiae Sacramentum etiam in die Paschatis recipere valeat. „Spirituali consolationi tuae“ (Sadol. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 300; tom. 30 l. 2 p. 357.

25. Mai. (VIII. Kal. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9053) Christifidelibus, qui ecclesiam cathedral. Bononien. sub nomine B. Petri Princip. Apostolor. fundatam visitaverint tribus diebus festivitatis Pentecostes proxime futur. et pro fabrica dictae ecclesiae manus porrexerint adjutrices, plenariam indulg. largitur. (Sadol.) „Licet is de cujus munere venit“ Brev. tom. 2 n. 558; tom. 30 l. 2 p. 828.

— — — (9054) N. N. committit, ut ad civit. Verulan. ejusque districtum se conferat et contra nonnullos sceleratos homines, qui in civitate Verulan. et ejus districtu falsas monetas cudunt, et alios, qui veras et bonas incidunt et imminuunt, et quosdam alios, qui maxima et varia gravia delicta impune committunt, absque aliqua tela judiciaria sola facti veritate inspecta procedat, ipsosque condemnet et puniat. „Non sine animi molestia“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 301; tom. 30 l. 2 p. 358.

— — — (9055) Rodericum Didaci subdiac. Ulixbonen. dioec., qui olim accusatus, quod mortis quondam Georgii Didaci laici Ulixbonen. dioec. particeps fuerat seu illi occasionem dederat, literas a Poenitentiaria desuper impetravit et postea ad Indiarum partes cum Tristano de Acuña et deinde cum ejus filiis pugnando ivit et quendam infidelem vulneravit, a reatu et poena absolvit et super irregular. cum eo dispensat. „Exposuisti siquidem“ (Sadol. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 351; tom. 30 l. 2 p. 441.

26. Mai. (VII. Kal. Jun.) — (9056) Episcopis Cavallicen. et Asculan. ac Officiali Compostellan. mandat, ut Alphonso de Mariana cler. Conchen. Licent. in decr. canonicatum et praeb. seu Cardinalatum eccl. Compostellan. obitu quondam Petri Gundisalvi de Almenara vac. conferre curent, si eos vacare repererint. „Literarum scientia“ (Armellin. | De Liazariis | Cabredo. Coll. Amerin.) L. 1053 f. 226, b.

— — — (9057) Johanni Jurderi alias de Furno par. ecclesiam de Lurci Eduen. dioec. confert[1]. „Vitae ac morum“ (Evang. | Gr. p. fam. script. [Mag. Didaci Andreae cler. Calaguritan. dioec.] Millin. | Mendes. Coll. F. de Attav.) L. 1045 f. 51.

— — — (9058) Mag. Jacobo Simonetae caus. P. A. auditori mandat, ut Hieronymo Torrella cler. Rom., qui super canonicatu eccl. Dolien. et de Gaysira ac Segarin nuncupata praebenda cum quondam Johanne Tarin litigavit, eosd. canonic. et praeb., si nemini sit jus quaesitum, surrogando conferat. „Vitae ac morum“ (Evang. | Grat. p. fam. R. D. Vicecancellarii. Jo. Cheminart. Aloysius | Marciaci. Coll. Attav.) L. 1007 f. 312.

— — — (9059) Hieronymo Torrella cler. Roman. fam., qui liti et causae super canonicatu et de Ussena nuncupata praeb. eccl. Dolien. inter ipsum et Jacobum Cisneros canon. Dolien. pendenti cedit, assignat pensionem super eorum fruct. per dictum Jacobum solvendam ac regressum et accessum ad eos concedit. „Vitae ac morum“ L. 1025 f. 414, b.

— — — (9060) Executores deputat, qui quand. capellaniam Astoricen. dioec. Ferdinando Alvari rectori par. eccl. loci de Villa Nueva de Tervados Legionen. dioec. conferant. „Vitae ac morum“. Arch. Lat. vol. H f. 95.

— — — (9061) Francisco Rio suo et Sed. Apost. protonotario et canonico eccl. Palentin. ac vicario gen. episc. Palentin. committit, ut Latinum Benassai cler. Roman. et cubicularium suum seu ejus procuratorem in possessionem Cantoriae et Prioratus saecularis et collegiatae ecclesiae de Hosillos Palentin. dioec. obitu Alphonsi Ferdinandi vac. et eidem Latino collatorum etiam literis sub plumbo nondum expeditis vigore praesentium inducant. „Nuper dilecto filio“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 302; tom. 30 l. 2 p. 360.

— — — (9062) Borghesio Petruccio patritio Senen. Bartholomaeum Pisanum famil. et physicum suum, qui biennium in gymnasio Senen. medicinae artem professus est et in ea arte habetur inter praecipuos, commendat, ut ei de 200 florenis residuis ex stipendio, quod ipsi profitenti debebatur, ad integrum satisfiat. „Dilectum filium Bartholomaeum“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 303; tom. 30 l. 2 p. 362.

— — — (9063) Apud Francorum Regem intercedit pro Jacobo de Saulis, patruele Card. Bandinelli de Saulis, sibi ut illi charo, qui inter alios Genuenses cives Lugduni jussu Regis detentus fuit, rogatque, ut eum liberum et salvum sibi condonet. „Cum ad Nos allatum sit“ (Sadol.) Brev. tom. 5 f. 53 (ubi dies 26) Ed. Sadol. ep. 21 p. 31 (ubi dies 25).

— — — (9064) Ludovico Cautelles rectori par. eccl. Villae de Holiva Valentinen. dioec. indulget, ut solus aut cum uno socio per ipsum p. t. eligendo divinum officium horasque canonicas diurnas pariter et nocturnas secundum ritum et usum Roman. Eccl. recitare

[1] L. 1043 f. 247 confert eid. Johanni dictam eccl. ipsi alias non rite collatam (Colot. | Gr. p. fam. script. Millin. Gauden. | Salvius. Coll. S. de Spol.).

1514.

libere et licite valeat. „Humilibus supplicationibus nuper pro parte tua Nobis porrectis“ (A. Colotius | J. Cinthius) Brev. Lat. tom. 1 f. 36, b.

27. Mai. (VI. Kal. Jun.) Romae apud S. Petrum.

(9065) Pro parte Johannis episc. Cavallicen. lit. ap. script., qui monasterium S. Antonii Januen. O. S. B. in commendam obtinet, approbat et confirmat decretum Ducis et antianorum et octo officialium baliae Januen., quo erat statutum, ne quis in districtu Januen. et in occidentali et orientali ripariis quaestus faceret, legata ac eleemosynas et vota sub nomine S. Antonii perciperet, nisi ab abbate seu Priore dicti monasterii mitteretur, cujus facultates et obventiones valde diminutae atque exhaustae erant. Ejusd. monasterii abbatibus et commendatariis et illis, qui pro dicto monast. quaestus facere per ejus abbatem deputati fuerint, omnia et singula privilegia, indulta, exemptiones, praerogativas etc. concedit, quibus monasterium S. Antonii O. S. A. Viennen. dioec.[1] S. R. E. immediate subjectum ac illius abbas et religio et quaestores gaudent ac fruuntur. Inseruntur Constitutiones praedecessorum in favorem monasterii S. Antonii Viennen. dioec. editae, scil. 1) Sixti IV., d. d. Romae ap. S. Petrum 1480 Id. Jun. ann. IX. A. P. R. M. „Sacrosanctis Dñi N. J. Chr. praeceptis“ (L. 1006 f. 299, b); 2) Innocentii VIII. (L. c. f. 302—355, b) d. d. Romae ap. S. Petrum 1486 VII. Id. Jun. ann. II. A. P. R. M. „Ad ferventis charitativae hospitalitatis“; huic Constitutioni insertae sunt literae: a) Bonifacii VIII. (L. c. f. 302) d. d. Romae ap. S. Petrum Id. Jan. ann. III. „Querelam gravem recepimus“ (Potthast n. 24616); b) ejusd. Bonif. VIII. (L. c. f. 303, b) d. d. Rom. ap. S. Petrum XV. Kal. Jan. an. III. „Exigentibus vestrae devotionis“ (Potthast n. 24610); c) ejusd. Pont. (L. c. f. 304, b) d. d. eadem die. „Ex parte dil. filiorum“ (Potthast n. 24609); d) Clementis V. (L. c. f. 304, b) d. d. Avin. IV. Kal. Sept. ann. IV. „Desideriis vestris“; e) ejusd. Pont. (L. c. f. 305, b) d. d. eadem die. „Querelam gravem recepimus“; f) Innocentii VI. (L. c. f. 307) d. d. Avin. VIII. Kal. Mart. ann. I. „Non absque dolore cordis“; g) ejusd. Pont. (L. c. f. 308) d. d. ead. die. „Monasterium vestrum“; h) Gregorii XI.[2] (L. c. f. 308, b) d. d. Romae ap. S. Petrum V. Non. Mart. ann. VII. „Vestrae devotionis affectus“; i) ejusd. Pont. (L. c. f. 309) d. d. eadem die. „Sincerae devotionis“; k) Johannis XXIII. (L. c. f. 309, b) d. d. Bononiae VIII. Id. Febr. ann. I. „Ad personarum“; l) Martini V. (L. c. f. 311, b) d. d. Rom. ap. SS. Apost. Kal. Nov. an. X A. F. R. M. „Apostolicae Sedis“; m) ejusd. Pont. (L. c. f. 314) d. d. Rom. ap. SS. Apost. VI. Kal. Apr. an. XI. „Romanus Pontifex“; n) Eugenii IV. (L. c. f. 315) d. d. Rom. ap. S. Petr. 1443 Kal. Dec. ann. XIII. „Militanti Ecclesiae“; o) Calixti III. (L. c. f. 317, b) d. d. Rom. ap. S. Petr. 1455 IV. Kal. Jul. an. I. A. F. R. M. „Provida Apostolicae Sedis“; p) Sixti IV. (L. c. f. 319, b) d. d. Rom. ap. S. Petr. 1471 XV. Kal. Febr. ann. I. A. P. R. M. „Pastoralis officii“; q) ejusd. Sixti IV. (L. c. f. 320, b) d. d. Rom. ap. S. Petr. 1473 Kal. Apr. ann. II. A. P. R. M. „Inter cetera, quibus“; r) ejusd. Pont. (L. c. f. 322) d. d. Romae ap. S. Petr. 1483 VI. Id. Apr. ann. XII. A. P. R. M. „Quia plerumque humani sic fallitur incertitudo judicii“; s) ejusd. Sixti IV. (L. c. f. 323, b—351, b) d. d. Rom. ap. S. Petrum 1473 IV. Kal. Jul. ann. II. A. P. R. M. „Regis aeterni“; huic Constitutioni insertae sunt literae: α) Bonifacii VIII (L. c. f. 324) d. d. ap. Urbem Veterem XV. Kal. Jul. ann. III. „Ex dispositione ministeriorum“ (Potthast n. 24530); β) ejusd. Bonif. VIII. (L. c. f. 327) d. d. Rom. ap. S. Petrum IV. Non. Aug. ann. IX[3] A. F. R. M. „Romanus Pontifex“; γ) Eugenii IV. (L. c. f. 331—340) d. d. Rom. ap. S. Petr. 1445 prid. Kal. Dec. ann. XV. A. P. R. M. „Sacrae religionis“, qui inseruit literas: αα) Johannis XXII (L. c. f. 331, b) d. d. Avin. Non. Jun. ann. XIV. „Meritis vestrae devotionis“; ββ) ejusd. Pont. (L. c. f. 332) d. d. ead. die „Ex parte dil. filiorum“; γγ) Bonifacii IX. (L. c. f. 333) d. d. Rom. ap. S. Petr. VIII. Id. Febr. IX. „Sedis Apostolicae“; δδ) Martini V. (L. c. f. 335) d. d. Florentiae XV. Kal. Mart. ann. III. „Cum, ut nuper accepimus“; εε) Innocentii VI. (L. c. f. 336, b) d. d. Avinion. VIII. Kal. Mart. an. I. „Religionis observantia“; δ) Calixti III. (L. c. f. 340) d. d. Rom. ap. S. Petr. 1455 XVI. Kal. Aug. an. I. 3) Innocentii VIII. (L. c. f. 356) d. d. Rom. ap. S. Petr. 1486 VII. Id. Jun. an. II. A. P. R. M. „Ad monasteriorum“; his literis inserta est Const. Sixti IV. (L. c. f. 356) d. d. Rom. ap. S. Petr. 1480 Id. Jun. an. IX. „Sacrosanctis Dñi N. J. Chr.“ 4) Alexandri VI. (L. c. f. 360) d. d. Rom. ap. S. Petr. 1492 III. Kal. Mart. an. I. A. P. R. M. „Licet ea, quae“. Insertae sunt lit. Innocentii VIII. (L. c. f. 360) d. d. Romae ap. S. Petrum 1491 IV. Id. Mart. an. VIII. „Inter curas multiplices“ —

[1] Cf. *V. Advielle,* Histoire de l'Ordre hospitalier de St. Antoine de Viennois p. I. Paris 1883.

[2] Falso in cod. (L. 1006 f. 302) scrib. Gregor. IX.; duae lit. hic transscriptae reperiuntur in Reg. Greg. XI., Arch. Avenion. tom. XXIX f. 84, ubi f. 64, f. 83 aliae lit. pro eod. monast. eadem die emanatae extant.

[3] In cod. legitur an. decimo, quem morte praeventus non attigit.

1514.

A. P. R. M. „Illius vices qui in altis habitat“ (F. Armellin. | *Visa* L. de Bertinis | A. de Castillo. F. de Attav.) L. 1006 f. 299—365.

27. Mai. (VI. Kal. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9066) Marco episc. Coronen., qui exposuit, quod alias testamentum quondam Jacobi episc. Coronen., cum civitas Coronen. post obitum ejusd. Jacobi episc. a Turcis occupata esset, ex concessione Alexandri VI., Julii II. et ipsius Leonis X. ad certum tempus commutatum fuit, quod bon. mem. Hieronymus episc. Coronen., qui praefato Jacobo successit, certa bona per eundem Jacobum relicta recuperavit, et ex eis summa 300 duc. apud executores ultimae voluntatis dicti Hieronymi episc. exstat, concedit, ut 300 duc. hujusmodi inter ipsum et capitulum eccl. Cortonen. juxta continentiam literarum alias emanatarum distribuantur. „Exponi nobis“ (A. Colot. | P. Vipera) Brev. Lat. tom. 1 f. 81, b.

— — — (9067) Pro parte Prioris et fratrum domus S. Vincentii Placentin. Ord. FF. Praedic., qui exposuerunt, quod conjuges Alvarus de Stuñiga Dux et Leonora Ducissa Placentiae unam domum pro habitatione fratrum Ord. Praed. cum ecclesia in civitate Placentin. opere sumptuoso construi fecerunt et ordinarunt, ut ipsorum corpora in capella majori ecclesiae dictae domus sepelirentur, si tunc domus et ecclesia totaliter perfectae essent et in eadem viginti fratres dicti Ord. habitarent, aliter in certo loco eccl. Placentin. deponerentur, donec dictae conditiones verificarentur, quod postea ecclesia et domo nondum perfectis eorum corpora in eccl. Placentin. sunt deposita et materia quaestionis inter decanum et capitulum hujus eccl. ex una et Priorem ac fratres praefatae domus ex altera parte orta et deinde concordia conclusa est super celebratione anniversariorum, exequiarum aliorumque officiorum divin. necnon solutione emolumentorum per eosd. testatores relictorum, dictam concordiam approbat. Quoad ordinationem Sixti PP. IV., qui nonnulla bona spiritualia et tempor. eidem domui concesserat ac voluerat, ut in eadem domo una cathedra theologiae pro fratribus dicti Ord. erigeretur, statuit et indulget, ut Prior et fratres ejusd. domus dicta bona consequi et habere valeant ac intra 6 annos proxime futuros, intra quos ista domus et ejus ecclesia perfici poterunt, in dicta cathedra legere aut legi facere non teneantur. „Exponi Nobis“ (A. Colot. | De Podio) L. c. f. 89, b.

— — — (9068) Cum Hieronymus episc. Pientin. de familia de Piccolominis in eccl. Senen. quartam dignitatem archipresbyteratum erigi desideret et quaedam bona pro ejus dote offerat, executores nominat, qui in certum eventum et de archiepiscopi ac capituli Senen. et aliorum, quorum interest, consensu dictam dignitatem erigant et ei ista bona applicent ac Hieronymo episc. et ab eis nominandis jus patronatus reservent necnon eundem archipresbyteratum, si eum erigi contigerit, praefato Hieronymo conferant. „Apostolicae Sedis“ (Ph. de Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 200, b.

— — — (9069—9070) Petro Cathaneo rectori par. eccl. B. Mariae Magdalenae Saonen. dictam eccl. resignatione Pauli Johannis Petri de Macrato vac. confert. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (J. Copis. P. Planca | Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 318, b; f. 320.

— — — (9071) Alexandro tit. S. Eustachii diac. Card., qui archipresbyteratum eccl. Lateranen. in commendam obtinet, facultatem concedit hac vice dumtaxat personam idoneam, quam duxerit eligendam, in beneficiatum ejusd. eccl. recipi faciendi eique habitum per illius eccl. beneficiatos gestari solitum assignandi ac portionem integram exhibendi, quam primum vacaverit. „Cum ad personam tuam“ (Colot. | *Visa.* Suno | Salvius. Coll. Amerin.) L. 1003 f. 38.

— — — (9072) Johanni Osorno cler. Palentin. dioec. baccal. in artibus et Fernandi de Fontecha script. familiari indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ L. 1006 f. 177, b.

— — — (9073) S. Jacobi de Ucles et S. Marci Militiae S. Jacobi de Spata Conchen. et Legionen. dioec. domorum Prioribus et fratribus praesentibus et futuris privilegia concedit. „Religionis zelus“ L. 1018 f. 137.

— — — (9074) Mag. Alvarotto de Alvarottis lit. ap. abbreviatori et Card. Vicecanc. assistenti capellaniam *altaris sedium* nuncup. in eccl. Tornacen. in capella S. Petri in vico S. Martini Tornacen. confert. G. D. et F. L. 1017 f. 109.

— — — (9075) Martino Johanni Pallo rectori par. eccl. S. Salvatoris Villae del Grado Ilerden. dioec. dictam eccl. et quaedam benef. ejusd. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (A. Melfit. | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Draco. Colardi | F. de S. Joh. Coll. F. de Attav.) L. 1016 f. 65.

— — — (9076—9077) Bartholomaeo Pallo presb. Ilerden. dioec., qui par. ecclesiam S. Salvatoris Villae de Grado et duo beneficia in par. eccl. B. Mariae Villae de Tamarit de Nutera Ilerden. dioec. resignavit, fructus eccl. et benef. praedict. et certa jura reservat necnon cedente aut decedente Martino Johanne Pallo regressum ad ea concedit. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie cum dil. filius“. Arch. Lat. vol. K f. 113, b; f. 115.

1514.

27. Mai. (VI. Kal. Jun.) | Romae apud S. Petrum. | (9078—9079) Nicolao Bardeti rectori par. eccl. S. Romani de Ripascone Caturcen. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ (G. de Prato. O. de Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 34 f. 50, b; f. 52.

— — | — | (9080) Arnoldo de Auxiono clerico perpetuo beneficiato praebendato S. Marcialis nuncupato in eccl. Auxitan., baccal. in decr., indulget, ut hujus beneficii fructibus gaudere valeat, licet cantus et biscantus peritiam non habeat, sicut in statutis dictae eccl. praescribitur, eique concedit, ut ratione quorumvis benefic. ad biennium a fine anni a jure concessi computandum majores ordines suscipere minime teneatur. „Cum sicut Nobis“ (Ph. de Senis | J. Cinthius) Brev. Lat. tom. 1 f. 75.

— — | — | (9081—9082) Johanni de Jonnhaco confert canonicatum et praeb. eccl. Vasaten. a Raymundo Chati resignatos. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Ph. de Agnellis. O. de Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 154; f. 155, b.

— — | — | (9083—9084) Arnoldo de Skiens canonico eccl. B. Mariae Antonien. Cameracen. dioec. confert decanatum dictae eccl. obitu Gossvini Bondifflart vac. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. | Nardin.) L. c. f. 103, b; f. 105, b.

— — | — | (9085) Visitantibus par. ecclesiam S. Clementis Dacorum extra barras novi templi Lundonen. et capellam S. Joh. Bapt. in ea sitam, in qua confraternitas sub invocat. S. Clementis instituta existit, indulgentias concedit. „De salute gregis“ (Blondus) Arch. Lat. tom. 28 f. 317.

— — | — | (9086) Johanni de Marca canonico Leodien. et Cameracen. et archidiacono minori Carnoten. eccl., Erardi episc. Leodien.[1] ex fratre nepoti, indultum circa beneficia concedit. „Nobilitas generis“. Arch. Lat. tom. 29 f. 313.

— — | — | (9087) Pro parte Prioris et conventus monasterii S. Saturnini Tholosan. dioec. O. S. A., qui exponunt, quod dictum monast., in quo numerus 30 canonicorum institutus erat, et undecim ipsorum canonicorum totidem Prioratus, scil. S. Petri de Osvilla et de Neraco al. de Malvicino et S. Saturnini de Calvomonte et S. Mariae ac S. Vidiani de Martris Tholosan. et S. Petri de Blanhaco et S. Mariae de Vicdessos et de Rupeulmesii et B. Mariae ac B. Constantiae de Sanarduna et de Miglosio et B. Mariae de Petrapertusa et S. Saturnini de Artaxona Tholosan., Lombarien., Mirapicen., Appamiar., Riven. et Pampilonen. dioec. ab eodem monast. dependentes pro eorum canonicalibus portionibus habere, reliqui portiones suas canonic. ex communi abbatis et conventus mensa percipere consueverant, ad tantam calamitatem a tempore, quo in commendam dari coepit, devenit, ut numerus canonicorum et ministrorum necnon cultus divinus sit diminutus et dicti Prioratus seu eorum major pars non per ejusd. monast. canonicos, sed per alios teneantur et canonici et conventus damna non mediocria sint passi, dictos Prioratus penitus supprimit et singulorum eorum fructus singulis totidem portionibus ejusd. monast. applicat; statuit, ut de quinque officiis claustralibus scil. Cameraria, Sacristia, Eleemosynaria, Infirmaria et Cantoria, quae hucusque per canonicos absque dispensatione ap. teneri consueverant, ut prius juxta transactionem inter abbatem et conventum istius monast. initam disponatur, ut haec officia et dictae 11 portiones optari possint et singuli undecim canonici eas obtinentes singulos capellanos propriis expensis habeant, qui in arte cantus et discantus et in caeremoniis periti divinis officiis deserviant. A. P. R. M. „Romanus Pontifex“ (Ph. de Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 18 f. 244.

— — | — | (9088) Nicolao Scheyffert confert ecclesiam par. in Aulia Treveren. dioec. „Vitae ac morum“ (Ph. de Senis | Chemin. Aloys. | Cyprian. Coll. F. de Attav.) L. 1014 f. 257.

— — | — | (9089) Hieronymum Torella cler. Roman. surrogat in omni jure, quod Johanni Tarin ad canonicatum et certam praeb. eccl. Dolien. competebat, ac eosd. canonic. et praeb. ipsi confert, si nemini sit jus quaesitum. „Vitae ac morum“ (Gratiadei | Grat. p. fam. R. D. Vicecancell. | Aloys. Madrigal | Marciaci. Coll. Bucanus) L. 1093 f. 121, b.

— — | — | (9090) Johanni de Duroforti canon. Caturcen. ac notario suo commendat Prioratum S. Petri de Guihaco O. S. B. Biterren. dioec. cessione Joh. Fornerii cler. Ruthenen. dioec. vacantem. G. D. (Evangel. | Chemin. Aloys. J. de Gais. Coll. F. de Attav.) L. 1012 f. 168.

— — | — | (9091) Mag. Petro Pimeulle cler. Nanneten. dioec. not. et fam. suo concedit regressum seu accessum ad par. eccl. *vicariam* nuncup. de Jusselino Veneten. dioec., cum juri ad eam ipsi competenti cesserit. G. D. et F. L. 1191 f. 268, b.

— — | — | (9092) Asculan. et Anglonen. ac Bisignanen. episcopis in Rom. Cur. residentibus committit, ut par. ecclesias oppidi de Carrostosa et de Candelichera aliaque beneficia Oxomen. et Calaguritan. dioec., quae Fernandus Mabo obtinet, Michaeli Galvido cler. Tirasonen. dioec. conferre curent, si idem Michael praefatum Fernandum certi cri-

[1] Eberhardus van der Mark 1506—1538. *Gams* p. 249.

1514.

minis accusare voluerit et ipsum Fernandum dictis beneficiis privandum esse constiterit. „Vitae ac morum“ (Gesualdus | Grat. de mand. S. D. Chemin. Aloys. | Casanova. Coll. H. de Cesis) L. 1012 f. 104, b.

27. Mai. (VI. Kal. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9093) Michaeli Galvido cler. Tirasonen. dioec., Aloysii tit. S. Mariae in Cosmedin diac. Card. familiari, capellaniam ad altare S. Joh. in S. Laurentii ac unum in S. Petri et aliud in S. Mariae ecclesiis oppidi de Yanguas Calaguritan. dioec. beneficia confert. „Vitae ac morum“ L. 1012 f. 101, b.

— — — (9094) Johanni de Sanzay cler. Pictavien., baccal. in decr., Ludovici Francorum Regis capellano ordinario, indultum circa beneficia concedit. „Literarum scientia“ L. 1206 f. 181.

— — — (9095) Aegidio Quemper par. ecclesiam de Javeneyo Redonen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Capranica | Grat. p. fam. script. [Thomae Regis] Cheminart. Aloys. | A. de Verdesotto. Coll. F. de Attav.) L. 1007 f. 299.

— — — (9096) Indulgentias concedit Christifidelibus visitantibus ecclesiam monasterii seu domus monialium seu sororum B. Mariae Magdalenae O. S. A. sub cura FF. Heremitar. S. Aug. degentium prope et extra muros Senen., quam quondam Pandulphio de Petruciis, Alphonsi tit. S. Theodori diac. Card. genitor, sub magna expensa reaedificari fecit. „Etsi cunctae orbis ecclesiae“ (Evang. | Grat. de mand. Suno. Baena | A. Castillo | Coll. Attav.) L. 1008 f. 67, b.

— — — (9097) Patriarchae Venetiarum mandat, ut Johanni Bapt. de Sociis infanti Venetiarum canonicatum et praeb. eccl. Aquilegien., si clericali charactere insignitus fuerit, commendare, et deinde si 8. aetatis suae annum attigerit et idoneus repertus sit, conferre curet. „Laudabilia“ (Armellin. | Suno. Baena | Questenberg. Coll. Attav.) L. 1004 f. 167, b.

— — — (9098) Reginaldo de Ruvere cler. Ferrarien. dioec. fam. suo donat et concedit quasdam possessiones in territorio Ferrarien. existentes et a Julio PP. II. ad Leonem X. devolutas. „Sincerae devotionis affectus“ (Ph. de Senis | Grat. p. script. arch. Chemin. | Verdesotto. Coll. H. de Cesis) L. 1006 f. 291, b.

— — — (9099) Augustino Bernardi de Castillione cler. Florentin. ad certum tempus commendat et deinde confert par. ecclesiam *plebem* nuncup. S. Appiani Vallis Celsae Florentin. dioec. a Francisco de Castillione notar. ap. resignatam et de jure patronatus familiae de Castillione existentem. „Laudabilia“ (Evang. | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. | Suno. Baena | Casanova. Coll. Donatus) L. 1008 f. 259.

— — — (9100) Eidem simili modo concedit par. eccl. S. Mariae de Sturniano (al. de Scarmatia) Florentin. dioec. a praefato Francisco resignatam de jure patronat. ejusd. familiae de Castillione existentem. Init. et script. ut supra L. 1008 f. 257, b.

— — — (9101) Francisco de Castillione cler. Florentin., notario et secret. ac fam. suo, fructus et administrationem duarum par. ecclesiarum praedict. cum jure regrediendi ad eas reservat. G. D. et F. L. 1008 f. 263.

— — — (9102) Johanni Regis cler. Redonen. dioec., Mag. Thomae Regis script. et fam. sui ex fratre germano nepoti, pensionem super fruct. vicariae S. Crucis de Jonsselino (al. Josselino) Veneten. dioec. assignat. „Vitae ac morum“ L. 1022 f. 220.

— — — (9103) Eidem aliam pensionem super fruct. par. eccl. de Javeneyo Redonen. dioec. assignat. Id. init. L. 1022 f. 222.

— — — (9104) Francisco de Laverau rectori capellae de la Barbotiere Cenomanen. dioec., Mag. Joh. Cheminart script. consanguineo, Prioratum de Barra infra metas Prioratus de Cosmis O. S. A. Cenomanen. dioec. commendat. „Nobilitas generis“ (Ph. de Senis | Marciaci. Corbinus | Valtrini. Coll. Donatus) L. 1046 f. 233.

— — — (9105) Claudio Boni presb. capellano Ludovici Francorum Regis decanatum eccl. B. Mariae de Belva Eduen. dioec. obitu Humberti Le Goux vac. confert. „Vitae ac morum“ (A. Melfit. | B. de Rizonibus. Gerona | Marciaci. Coll. Donatus) L. 1065 f. 150.

— — — (9106) Carolo de Luienne cler. Engolismen. dioec. vitam regular. ducere cupienti commendat Sacristiam Prioratus S. Viviani prope et extra muros Xanctonen. O. S. A. cessione Bernardi Chevalier vac. et illi perpetuo annexum Prioratum ejusd. S. Viviani de Roffiaco dicti Ord. Xanctonen. dioec. ad 6 menses commendat et deinde, si habitum susceperit et professionem emiserit, confert. „Apostolicae Sedis“ (Castilion. | Balbus. Gibraleon | F. de S. Joh. Coll. F. de Attav.) L. 1020 f. 62.

— — — (9107) Aegidio Platean confert ecclesiam par. S. Petri de Briatre Camerac. dioec. permut. causa a Joh. Vaille resignatam. „Apostolicae Sedis“ (A. Melfit. | Balbus. Gibraleon | Salvius. Coll. Donat.) L. 1027 f. 270.

— — — (9108) Martino Garsiae cler. Caesaraugustan. dioec. familiari suo pensionem super fruct. beneficii in par. eccl. S. Petri de Cubillas et capellaniae in eccl. S. Michaelis de Fresno locorum Oveten. seu Legionen. dioec. cum jure accessus seu regressus assignat. G. F. L. 1087 f. 273, b.

1514.

27. Mai. (VI. Kal. Jun.) | Romae apud S. Petrum. | (9109) Stephano Gouste Cantori eccl. S. Potentiani Castricensorii Eduen. dioec., Licent. in decr., commendat Prioratum de Gonieres O. S. A. Antissiodoren. dioec. a monasterio S. Petri Antissiodoren. dicti Ord. dependentem et cessione Alexandri Gouste vacantem. „Literarum scientia“ (Colotius | Chemin. Aloys. | Valtrini. Coll. Narnia) L. 1012 f. 59.

— — | — | (9110) Henrico Bonnet Mag. Thomae Regis lit. ap. script. familiari perpet. vicariam S. Crucis de Josselino Veneten. dioec. ab eodem Thoma resignatam confert. „Vitae ac morum“ (Capranica | Grat. p. fam. script. Chemin. Aloys. | Verdes. Coll. F. de Attav.) L. 1022 f. 224.

— — | — | (9111—9112) Francisco Andreae Ord. FF. Eremitarum S. Aug. professori par. ecclesiam S. Angeli in Suchia Cortonen. dioec. confert. „Religionis zelus“. Episcopis Cavallicen. et Faventin. atque vicario gen. episc. Cortonen. executionem committit. „Hodie dil. filio“ (A. Melfit. | Grat. p. fam. script. [Silvii Passerini] Suno | Madrigal. Coll. F. de Attav.) L. 1018 f. 106 et 107.

— — | — | (9113) Guillermo Longboys presbytero confert ecclesiam par. loci de Failly Meten. dioec. obitu Mathurini Roy vac. „Vitae ac morum“ (Carrotius | Chemin. Aloys. | Valleoleti. Coll. F. de Attav.) L. 1020 f. 127.

— — | — | (9114) Mag. Hugoni de Spina caus. P. A. auditori mandat, ut canonicatum et praeb. eccl. B. Mariae de Media Villa oppidi Calatajubii Tirasonen. dioec., quos quondam Franciscus Muyos obtinebat, Gabrieli Carbonel cler. Terraconen. dioec. surrogando conferat, si nemini sit jus quaesitum. „Vitae ac morum“ (Colot. | Grat. p. fam. R. D. Vicecancell. C. de Liazar. Ingenwinckel | Mendes. Coll. B. de Alexandris) L. 1046 f. 144, b.

— — | — | (9115) Petro Marquez cler. Calaguritan. dioec. literas Julii II. quoad fructus superexcrescentes par. ecclesiarum S. Jacobi de Logroño et B. Mariae de Cortiso oppidorum Calaguritan. dioec., in quibus mentio facta non fuerat de lite super iisdem fruct. inter dictum Petrum et filios patrimoniales ipsarum eccl. pendente, valere decernit et eidem Petro suffragari in omnibus perinde ac si in iis de ista lite mentio facta sit. „Vitae ac morum“ L. 1141 f. 232, b.

— — | — | (9116) Antonium de Corcelles canonicum et cancellarium eccl. Tholosan., presb. et U. J. doctorem, praeficit ecclesiae Vauren. in episc. et pastorem, cum Petrus de Rosergio nuper episc. Vauren. in ejusd. Antonii favorem (medietate tamen fruct. et domo episcopali et jure conferendi beneficia sibi reservatis) isti eccl. cesserit. „Apostolatus officium“ (Bembus | Cheminart | Card. SS. Quatuor) L. 1204 f. 138, b.

— — | — | (9117) Francisco Rio canonico eccl. Palentin. et vicario gen. episc. Palentin. committit, ut Latino Benassais cler. Roman. et camerario suo secreto possessionem Prioratus ac canonicatus et praeb. eccl. saecular. et collegiatae de Hosillos, praestimonii seu praestimonialis portionis loci de Poblacioneja et cujusd. beneficii in par. eccl. loci de Jamusco Palentin. dioec. obitu Alphonsi Ruiz Ruacho vac. tradant, licet literae sub plumbo nondum sint expeditae. „Nuper dil. filio“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 304; tom. 30 l. 2 p. 363.

— — | — | (9118) Pro parte Fabritii Electi Hydruntin. Praelati sui domest., qui alias cum Ferdinando de Columna cler. Rom., Fabritii de Columna domicelli Rom. filio, super regimine et administratione monasterii B. Mariae de Ripalta Cisterc. Ord. Civitaten. dioec. litigavit et deinde concordiam inivit, concordiam hujusmodi approbat et confirmat. „Exposuisti Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 305; tom. 30 l. 2 p. 365.

— — | — | (9119) Cum nuper par. ecclesias SS. Johannis de Jacusis, Laurentii de Palalolo, B. Mariae de Usciano ac B. Mariae de Ancaiano et Apollinaris necnon simplicia beneficia S. Angeli in Castro Galli ac S. Angeli de Arborata locorum in districtu dicti Castri Camerinen. dioec. obitu Petri Joh. Andreae vac. Juliano Princivallo cler. Camerinen. contulerit, Mariano Mariotti canonico Camerinen. mandat, ut possessionem dictorum beneficiorum capiat et eorum fructus conservet, donec dictus Julianus literas sub plumbo praesentaverit. „Nuper parochiales“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 306; tom. 30 l. 2 p. 369.

— — | — | (9120) Raphaelem de Medicis laicum, suum secundum carnem affinem, S. P. et aulae Lateran. Comitem creat. „Meritis et virtutibus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 307; tom. 30 l. 2 p. 370.

— — | — | (9121) Ducem Urbini iterum hortatur illique in virtute sacrae obedientiae mandat, ut amotis malae fidei possessoribus Livio Vidolocto cubicular. Pont. duorum beneficiorum Forosempronien. dioec. ipsi collatorum possessionem quamprimum assignâri omnesque reditus praeteriti anni restitui faciat. „Nos cupientes“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 308; tom. 30 l. 2 p. 374.

— — | — | (9122) Parisien. et Belluacen. episcopis ac abbati S. Genevefae Parisien. O. S. A. committit, ut omnia et singula privilegia a Romanis Pontificibus seu Praelatis aut Prin-

1514.

cipibus Ordini S. Joh. Hierosol. concessa et in ejusd. Ordin. praejudicium a Rom. Cur. transportata et disgregata ac in Prioratibus Franciae, Aquitaniae, Alverniae, S. Aegidii, Tholosae et Campaniae existentia, de verbo ad verbum auscultent, recognoscant et in authentico exemplari Romam mittant. „Religionum et hospitalium“ (Sadol. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 310; tom. 30 l. 2 p. 376.

27. Mai. (VI. Kal. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9123) Christifidelibus societatis B. Mariae Annunciatae de Carrara quocunque die dominico orandi causa ad domum ejusd. societatis accedentibus et quibuscumque fidelibus eandem domum seu ecclesiam sive capellam in ea existentem certis diebus visitantibus indulgentias concedit. „Cum vos sicut Nobis“ (Sadol. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 560; tom. 30 l. 2 p. 829.

28. Mai. (V. Kal. Jun.) — Octo Oratores Januen. Urbem ingressi sunt solemniter et a familia Papae et Cardinalium honorifice conducti sunt ab hospitio sive a Vinea D. Alexandri Neronis usque in Urbem ad aedes Cardin. Mantuan. solito more et fuerunt omnes uno habitu ex damasco carbasino induti. P. de Grassis f. 100, b.

— — — (9124) Nobilibus, mercatoribus et aliis personis graecis in civitate Venetiarum commorantibus et p. t. in posterum commoraturis, qui unam ecclesiam seu capellam in dicta civit. sub invocat. S. Georgii construi facere desiderant, dictam ecclesiam seu capellam cum campanili, cimiterio et aliis officinis construi faciendi ac unum presbyterum graecum, qui missas celebret et sacramenta ministret, deputandi licentiam concedit et dictam eccl. ac presbyterum ei p. t. servientem ab omni jurisdictione Ordinarii loci eximit et sibi ac S. Sedi subjicit sub annuo censu 5 librarum cerae candidae in signum subjectionis offerendae [1]. „Pro parte vestra Nobis nuper expositum fuit“ (A. Colotius | N. de Podio) Brev. Lat. tom. 1 f. 30, b. Ed. Bullar. Propag. Append. tom. I p. 1415 n. 3. *Ughelli,* Ital. sacr. tom. V p. 1317 (in ed. est dat. 3. Jun.).

— — — (9125) Stephano Faye rectori par. eccl. de Pice Eduen. dioec., U. J. doctori, Prioratum S. Nazarii Burgi Borbonii Anterici Clun. Ord. Eduen. dioec. commendat. „Literarum scientia“ (Ph. de Senis | Chemin. Aloys. | Cyprian. Coll. F. de Attav.) L. 1011 f. 114.

— — — (9126) Amaneo S. Nicolai in Carcere Tulliano diac. Card. monasterium B. Mariae de Cancellata O. S. A. Petragoricen. dioec. obitu Gaufridi de Panpedorio episc. Anicien. vac. commendat. „Romani Pontificis providentia“ (A. Melfit. | *Visa* Suno | Cabredo. Coll. F. de Attav.) L. 1015 f. 249.

— — — (9127) Mag. Silvio Passerino cler. Cortonen. not. et fam. suo ecclesiam S. Martini Aretin. dioec. resignanti regressum ad eam concedit, si Bartholomaeus Johannis de Turiis de Emporio presb. Florentin. decesserit vel eam dimiserit. G. D. et F. L. 1029 f. 105, b.

— — — (9128) Bartholomaeo Johannis de Turiis de Emporio rectori par. eccl. S. Martini in Burgo Rassinae Aretin. dioec. fam. suo, qui Lucretiae de Salviatis, Pontificis sororis germanae, servitiis insistit, praedictam eccl. et illi annexam par. eccl. S. Blasii in Villa Gargiani ejusd. dioec. confert. G. F. (A. Colot. | Gr. de mand. Chemin. Aloys. | F. de S. Joh. Coll. Attav.) L. 1036 f. 284, b.

— — — (9129) Antonium Puccium subdiac. eccl. Florentin. creat suum et Apost. Sedis notarium eumque destinat ac deputat suum et ejusd. S. Sedis Nuntium ad Emmanuelem Portugalliae Regem eique 125 duc. auri d. Cam. quolibet mense ejus absentia ab Urbe durante concedit, prout alias Johanni Gozadino Cam. ap. clerico ad dominium Florentin. per Julium PP. II. destinato concessi fuerant. „Cupientes ad charissimum“. Div. Cam. t. 63 f. 240.

— — — (9130—9131) Aloysio de Gibraleon cler. Neapolitan. concedit officium abbreviatoriae liter. apost. resignatione Petri Perez vacans. G. D. et F. Paulo de Cesis canon. Spoletan. mandat, ut eum ad dictum officium admittat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. G. de Prato | Grat. p. socio. Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 315; f. 315, b.

— — — (9132) Georgium de Corffo laicum Arthenen. dioec. de nobili genere procreatum, qui cum uxore et tribus filiabus per mare Siculum navigans a piratis Mauris captus est, charitati fidelium commendat, indulgentias manus adjutrices pro eorum redemptione porrigentibus concedens. „Creator omnium Deus“ (Blondus | Nardin.) L. c. f. 336, b.

— — — (9133) Ludovicum Francorum Regem rogat, ut Jacobum Montero, quem B. episcopus Sabinen. Card. S. Crucis ad Regem mittit, benigne audiat et petitionem ejusd. Cardin. juxta promissa adimplere velit. „Venerabilis frater Noster“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 309; tom. 30 l. 2 p. 375.

[1] Habuere Graeci tantum altare *capellam* nuncupatum in ecclesia S. Blasii, in quo Missas et divina officia juxta ritus suos ab aliquot annis celebrari fecerunt. Dominium Venetum eis assignavit locum construendi templi. Vide Bened. XIV. Const. *Allatae sunt* § 35 *Leonardo Dudreville* Errori delle Chiese Foziane e defezione della colonia orientale di Venezia, publ. Venezia 1859. De priori Leonis X. decreto (n. 5049) Patriarcha Venetiarum parum sollicitus fuit, unde Leo hoc nostro documento Graecos ab ejus jurisdictione exemit.

1514.

28. Mai. (V. Kal. Jun.) | Romae apud S. Petrum. | (9134) Cupiens, ut apud ecclesiam S. Barnabae Florentin. una domus pro usu et habitatione fratrum Ord. B. Mariae de Monte Carmelo regul. observ. Congreg. Mantuan. construatur seu jam coepta perficiatur, Christifidelibus, qui festo S. Barnabae proxime futuro dictam eccl. visitaverint et pro iisd. eccl. et domo manus porrexerint adjutrices, plenariam indulgentiam largitur. Insuper Bartholomaeo de Spinellis de Ferraria Priori dictae domus licentiam concedit confessarios, qui amplis facultatibus gaudeant, deputandi. „Ecclesiarum et religiosorum locorum“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 555; tom. 30 l. 2 p. 820. Bullar. Carmelit. Rom. 1768 pars III p. 205.

— — | — | (9135) Franciscum tit. S. Balbinae presb. Card. hortatur, ut per Scholasticum eccl. Toletan. possessionem Cantoriae seu Praecentoriae ejusd. eccl. Toletan. obitu Alphonsi Yañez vacantis nomine Laurentii tit. SS. Quatuor Coronator. presb. Card., cui Julius II. jus regrediendi ad eam concesserat, apprehendi faciat. „Cum alias fel. rec. Julius“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 311; tom. 30 l. 2 p. 379.

— — | — | (9136) Marino de Brixia Ord. FF. Eremitarum S. Aug. de Observ. nuncup. professori indulget, ut de licentia superioris et ea durante extra suum Ordinem in aliquo honesto loco ecclesiastico habitu retento stare et manere, Missasque et alia divina officia celebrare necnon de consensu rectorum par. ecclesiarum curam animarum exercere et sacramenta ministrare libere et licite valeat. „Devotionis tuae sinceritas et religionis honestas merentur“ (Colotius | Acutius) Brev. Lat. tom. 1 f. 7, b.

29. Mai. (IV. Kal. Jun.) | — | (9137) Petrum Thomiczki archidiaconum Cracovien. ob sequentem provisionem ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis consueta clementia“ (Bregeon | Campania) Arch. Lat. tom. 3 f. 262, b.

— — | — | (9138) Eundem, qui decretorum doctor et in presbyteratus ordine constitutus ac de nobili genere procreatus necnon Sigismundi Poloniae Regis supremus secretarius existit, ecclesiae Premislien. translatione Matthiae episcopi ad eccl. Wladislavien. vacanti praeficit in episcopum et pastorem. „Apostolatus officium“ (Supra: Benzon) L. c. f. 258.

— — | — | (9139—9142) Hanc provisionem a) capitulo ecclesiae Premislien., b) clero et c) populo civit. et dioec. Premislien.; d) vasallis dictae eccles. nuntiat. „Hodie ecclesiae“ L. c. f. 259 seq.

— — | — | (9143) Eundem Sigismundo Poloniae Regi commendat. „Gratiae divinae praemium“ L. c. f. 260, b.

— — | — | (9144) Pro eodem Petro Electo Premislien. scribit archiepiscopo Leopolien. „Ad cumulum“ (Infra: Campania) L. c. f. 261.

— — | — | (9145) In favorem Petri Electi Premislien., quem ead. die ecclesiae Premislien. praefecit in episc. et pastorem, literas, quibus ipsi concessit, ut una cum dicta eccl. capellaniam ad altare S. Lazari situm in eccl. Gnesnen. necnon canonicatus et praeb. Gnesnen., Poznanien. et S. Petri Crusvicien. et Custodiam B. M. Sandomiren. Vladeslavien. et Cracovien. dioec. et Cantoriam Gnesnen. et archidiaconatum Cracovien. ecclesiarum retinere valeret, validas esse decernit, ac si omnia rite sint expressa. „Exigentibus meritis“ L. 1065 f. 199.

— — | — | (9146) Ludovicum Munoz cler. Tirasonen. dioec. decr. doctorem ad cautelam absolvit, ut literae sequentes suum sortiantur effectum. „Apostolicae Sedis“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 158, b.

— — | — | (9147) Eundem Ludovicum ecclesiae Acernen. obitu Dalmatii episc. vacanti praeficit in episc. et pastorem. „Apostolatus officium“ (Supra: Benzon) L. c. f. 156, b.

— — | — | (9148—9152) De hac provisione scribit a) capitulo eccl. Acernen. „Hodie ecclesiae vestrae“, b) clero et c) populo civit. et dioec. Acernen. „Hodie ecclesiae Acernen.“, d) archiepiscopo Salernitan. „Ad cumulum“, e) Ferdinando Siciliae Regi. „Gratiae divinae“ (Infra: Nardin.) L. c. f. 157, b seq.

— — | — | (9153) Ludovico Electo Acernen. indultum quoad pensionem hucusque perceptam concedit. „Personam tuam“ (Benzon | Nardin.) L. c. f. 159.

— — | — | (9154) Benedicto Roderici rectori eccl. rur. heremitorii nuncup. B. Mariae de los Hitos extra muros oppidi de Alcantara Caurien. dioec. dictam eccl. confert et privilegia ac facultates concedit. „Vitae ac morum“ L. 1028 f. 251.

— — | — | (9155) Antonio Puccio subdiac. eccl. Florentin. Camerae apost. clerico, notario suo, quem ad Emmanuelem Portugalliae et Algarbiorum Regem suum et Apostolicae Sedis Nuntium cum potestate Legati de latere duxit eligendum, ut ad executionem literarum procedat, quibus eidem Regi nonnullas gratias certum numerum Praeceptoriarum Militiae Jesu Christi instituendi, numerum militum augendi et certas subventiones ex proventibus beneficiorum eccles. bello contra infideles durante percipiendi concessit, per apost. scripta mandat, ut opus injunctum fideliter exequatur. „Sane intelligentes“ (Infra *Visa de Curia.* P. Suno | D. de Comitibus) L. 1195 f. 252.

— — | — | (9156) Eidem ut erga personas in terris praedictis ad ipsum accedentes et alios gratiosum

1514.

se reddere valeat, amplas facultates concedit. „Cum Nos hodie“ (*Visa de Curia* P. Suno) L. 1198 f. 104.

29. Mai. (IV. Kal. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9157) Bartholomaeo Dalphini monacho monasterii S. Honorati insulae Lirinen. O. S. B. Grassen. dioec. Praecentoriam eccl. Aquen. prov. Provinciae cessione Augustini episc. Grassen. vacantem cum canonicatu et praeb. ei annexis confert. „Religionis zelus“ (A. Melfit. | Suno. Baena | Cotini. Coll. F. de Attav.) L. 1013 f. 17, b.

— — — (9158) Gaspardum Dalphini cler. Forojulien. dioec. Bartholomaeo Dalphini monacho monast. B. Honorati insulae Lirinen. O. S. B. Grassen. dioec., cui eadem die de Praecentoria eccl. Aquen. prov. Provinc. provisum est, coadjutorem deputat in regimine et administratione dictae Praecentoriae cum jure successionis. „Apostolicae Sedis providentia“ (A. Melfit. | Suno. Baena | Cotini. Coll. F. de Attav.) L. 1013 f. 14, b.

— — — (9159) Andreae de Castro cler. Salamantin. pensionem annuam assignat super fruct. beneficii in par. eccl. de Utrera Ispalen. dioec. et pensione deficiente accessum ad dictum benef. concedit. „Vitae ac morum“ L. 1044 f. 173, b.

— — — (9160) Eidem cum jure accedendi pensionem assignat super fruct. par. eccl. S. Crucis oppidi de Soria Oxomen. dioec. Id. init. L. 1052 f. 189, b.

— — — (9161) Dominico episc. Portuen. ecclesiam Urbinat. resignatione Antonii episc.[1] vac. administrandam committit. „Ecclesiarum tunc utilitati“ (Supra: Bregeon) Arch. Lat. tom. 40 f. 327, b.

— — — (9162—9165) De hac dispositione scribit: a) capitulo eccl. Urbinat., b) clero et c) populo civit. et dioec. Urbinat., d) universis vasallis dictae eccl. Urbinat. „Hodie venerabilem fratrem“ L. c. f. 328, b seq.

— — — (9166) Episcopo Cavallicen. mandat, ut hospitale *Prioratum* nuncupatum S. Crucis Paduan. promotione Christophori Electi Curfen. vac. Ludovico ex Comitibus S. Bonifacii Paduan. cubiculario suo secreto regendum committat. „Gerentes in desideriis cordis“ (Benzon | Grat. p. nep. assist. [A. de Alvarottis] Nardin.) Arch. Lat. tom. 40 f. 307.

— — — (9167—9168) Johanni de la Serna cler. Caesaraugustan. dioec. pensionem super fruct. par. eccl. loci de Longares dictae dioec. solvendam per Antonium Montanyes ejus rectorem assignat. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie dil. filio“. Arch. Lat. vol. H f. 226, b; f. 227, b.

— — — (9169) Episcopo Baeticen. in civit. Toletan. commoranti et Roderico de Azevedo canon. eccl. Toletan. mandat, ut Didaco de Alcocer laico Toletan., baccal. in jure civili, assumptis duobus aut tribus in dicto jure doctoribus et rigoroso examine praemisso, gradum Licentiaturae et doctoratus in dicto jure et doctoralia insignia conferant. „Dignum et conveniens“ (Colot. | B. Acutius) Brev. Lat. tom. 1 f. 60.

— — — (9170—9171) Petro Augustini canonico Ilerden. pensionem assignat super fruct. par. eccl. loci de Aytone Ilerden. dioec. solvendam per Petrum Fullater ipsius eccl. rectorem. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“. Arch. Lat. tom. 47 f. 327; f. 328.

— — — (9172) Henrico de Guntersberch cler. Caminen. fam. suo, qui omni juri ad canonicatum et praeb. eccl. Monasterien., quos quondam Philippus de Orde obtinebat, sibi competenti cedit, pensionem assignat super fruct. mensae capitularis eccl. S. Walburgis Messcheden. Colonien. dioec. et regressum ad dictos canonicatum et praeb. concedit. G. F. L. 1068 f. 265, b.

— — — (9173—9174) Antonium Burgen. Cantorem eccl. S. Guillermi de Mortaing Abrincen. dioec., Licent. in legibus, qui canonicatum et praeb. ac Cantoriam dictae eccl. et Prioratum B. Mariae de Condraio O. S. B. Andegaven. dioec. indebite assecutus est, ab omni inhabilitatis et infamiae macula absolvit et rehabilitat eique dictos canonicatum et praeb. ac Cantoriam confert et Prioratum antedict. commendat. „Sedes Apostolica pia mater“. Executionem committit Cavallicen. et Comen. episcopis ac Gervasio Corbean canon. eccl. Morinen. „Hodie dil. filio“ (Castilion. | Marciaci | Bernard. Coll. Cipellus) L. 1030 f. 69; f. 72.

— — — (9175) Roberto de Guinisiis et Petro Angelo Balthassaris ecclesiae Lucan. canonicis mandat, ut in possessionem par. eccl. S. Anastasii intra muros Lucan., quae obitu Richardi Justi Filatoris vac. Latino Benassai cler. Lucan. camerario suo secr. est collata, ipsum Latinum seu ejus procuratorem inducant et in possessione defendant, ne dicta eccl. occupetur et fructus distrahantur, dum literae sub plumbo expediuntur. „Inducti nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 312; tom. 30 l. 2 p. 381.

— — — (9176) Prioribus, consilio et communi terrae Fabriani sub poena 10 000 duc. auri Cam. apost. applicandorum et 100 duc. pro quolibet particulari mandat, quatenus non debeant nec aliquis eorum debeat in loco Civitella nuncupato, super quo inter dictam et terrae S. Severini communitates lis pendet, aliquid destruere aut innovare, nec

[1] Antonius Trombetta *Gams* p. 736.

1514.

hostiliter in territorium S. Severini intrare ibique damna inferre. „Exponi Nobis“ (Sadol.)Brev. tom. 2 n. 313; tom. 30 l. 2 p. 383.

29. Mai. (IV. Kal. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9177) Jasparo archiep. Regin. committit, ut omnes et singulos suos suffraganeos ad juramentum praestandum juxta formam per Paulum PP. II. traditam et per Alexandrum PP. VI. limitatam cogat. „Nobis exponi fecisti“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 318; tom. 30 l. 2 p. 389.

— — — (9178) Guillelmo Rigidis cler. Lugdunen. dioec. concedit, ut ratione par. eccl. invicem unitarum de Reyorien et Esparerta Lugdunen. dioec. aliorumque beneficiorum, quae obtinet, ad biennium a fine anni a jure concessi computandum ad suscipiendos sacros ordines minime teneatur. „Cupientes commodis tuis“ (A. Colot. | J. Cinthius) Brev. Lat. tom. 1 f. 70.

— — — (9179) Ducem Urbini hortatur, ut efficere velit, ut Genevra vidua Johannis Sfortiae, olim Pisauri domini, in possessionem bonorum ad ipsam legitime spectantium integre et quo celerius fieri possit restituatur. „Indignitas fortunae“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 314; tom. 30 l. 2 p. 384.

— — — (9180) Petro Caprario canonico Tiburtin. committit, ut possessionem par. ecclesiae *Prioratus* nuncupatae S. Mariae de Abbatissis Senogallien. dioec., quae resignatione Matthaei Bonfinii cler. Asculan. vac. Herculi de Rangonibus cubicular. suo secr. est collata, capiat et dicto Herculi conservet. „Nuper parochialem“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 315; tom. 20 l. 2 p. 385.

— — — (9181) Vicelegato Perusiae, qui cum magno equitum et pedestrium comitatu personaliter interfectores Hieronymi Ballioni insectatus eos intercipere minime potuit et propterea pronuntiam quamdam in forma publici edicti contra interfectores ipsos eorumque parentes, propinquos et fautores protulit, pronuntiam hujusmodi seu edictum comprobat et confirmat. „Significasti Nobis“ (Sadol. | Card. S. Vitalis) Brev. tom. 2 n. 317; tom. 30 l. 2 p. 387.

— — — (9182) Episcopo Palentin. committit, ut in possessionem Praeceptoriae B. Mariae de Castellanos oppidi de la Mota Ord. Teutonicorum Zamoren. dioec. et quorund. beneficiorum Palentin., Zamoren. et Conchen. dioec., quae resignatione quondam Didaci del Castillo vac. primum Mag. Leonardo de Berlinis script. et fam. suo et deinde ipso Leonardo resignante Constantino del Castillo cler. Palentin. dioec. fam. suo collata sunt, eundem Constantinum inducat et inductum defendat et Ferdinandum de Macueques et alios intrusos ab eis expellat. „Sane non absque gravi“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. n. 319; tom. 30 l. 2 p. 391.

— — — (9183) Simile episcopo Zamoren. Brev. tom. 2 n. cit.

— — — (9184) Simile episcopo Corduben. in cancellaria Johannae Castellae et Legionis regnorum praesidenti et Scholastico collegiatae eccl. B. Mariae oppidi Vallisoleti Palentin. dioec. vel eorum alteri. Brev. tom. 30 p. 394.

— — — (9185) Simile Priori monasterii B. Mariae de Mercede oppidi Vallisoleti Palentin. dioec. et Officiali Conchen. Brev. tom. 30 p. 395.

— — — (9186) Thomae Grilinzono de Carpo parafrenario suo officium notariatus examinis civitat. Perusiae ipsi concessum confirmat ac mandat, ut Adrianus de Montefalcone, qui in dictum officium se intrusit, rejiciatur et ejusd. Thomae substitutus ad ipsum officium admittatur. „Licet per alias“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 320; tom. 30 l. 2 p. 395.

— — — (9187) Episcopo Tarbaten., qui exposuit, quod civit. et dioec. Tarbaten. in finibus infidelium consistit ac par. ecclesiae ejusd. dioec. et habitationes, loca et terrae inibi consistentes ab iisdem infidelibus destructa et combusta fuerunt et magis in dies destrui formidantur, ita ut fideles tam propter paupertatem quam propter longam distantiam a Curia Rom. multoties in gradibus prohibitis matrimonia contrahunt, quod insuper ecclesiasticae personae laxatis habenis eccles. disciplinae inordinate vivunt, quapropter more solliciti pastoris ecclesias ipsi commissas earumque rectores, personas et beneficia ad meliorem statum seu meliorem vitam reducere desiderat, facultatem et licentiam concedit certis in casibus super impedimentis consanguinitatis et affinitatis dispensandi, statuta de consensu capituli emendandi, alia de novo edendi atque ecclesias et illarum personas tam in capitibus quam in membris reformandi. „Sedis Apostolicae indefessa clementia“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 328; tom. 30 l. 2 p. 404. *Theiner*, Monum. Polon. II. p. 352 doc. 378.

30. Mai. (III. Kal. Jun.) — (9188) Pro parte Andreae de Pace cler. Burgen. baccal. in decr. et lit. ap. sollicitatoris literas Julii II., qui ipsi pensionem ex dioec. Egitamen. juxta decr. Alex. VI. concesserat (d. d. 1503 VI. Kal. Dec. an. I. R. C.)[1], transscribi facit et transumptum eandem vim ac lit. orig. habere decernit. A. F. R. M. „Provisionis Nostrae“ L. 1011 f. 17.

— — — (9189) Archipresbytero eccl. S. Laurentii de Villa Cuman. dioec. mandat, ut quand. capellaniam in par. eccl. S. Stephani de Mozanica Cremonen. dioec. Matthaeo de

[1] L. 892 (VII.) f. 73, b.

1514.

Vassalis de Mozanica cler. Cremonen. dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum arbitramur“ L. 1025 f. 98, b.

30. Mai. (III. Kal. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9190) Henrico de Silberberg Praeposito eccl. in Monstermeufelt (Münstermaifeld) Treveren. dioec., causarum P. A. notario et fam. suo, facultatem testandi concedit. „Quia praesentis vitae“ L. 1206 f. 284.

— — — (9191) Episcopo Torcellan. concedit, ut Christifideles ejus primae Missae in eccl. Torcellan. celebrandae intervenientes indulgentiam plenariam lucrentur. „Paterne ea fraternitati tuae concedimus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 563; tom. 30 l. 2 p. 837.

— — — (9192) Triphoni episc. Catharen., qui ad ecclesiam suam Catharen. accedere et deinde Romam venire intendit, cum sua comitiva usque ad numerum decem personarum salvum conductum ad annum concedit. „Cum venerabilis frater“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 330; tom. 30 l. 2 p. 411. *Theiner,* Vet. Monum. Slavor. meridion. p. 557 doc. 753.

— — — (9193) Prioribus et universitati civitat. Montisflasconis mandat, ut ad officium Praeturae dictae civit. finito tempore illud nunc exercentis rejecto quocumque alio Franciscum Argyropolum omnino recipiant. „Promisimus non multo post“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 321; tom. 30 l. 2 p. 397.

— — — (9194) Gerardus Daulhon mercator Burgi Ruthenen. unam capellam Sepulchri D. N. J. C. et in ea unum altare cum imagine Crucifixi in par. eccl. Burgi Ruthenen. construi fecit et decenter ornavit; pro dicta capella indulgentias concedit. „Ascensurus in coelum“ (Blondus | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 129, b.

— — — (9195) Regem Francor. hortatur, ut nonnullos cives Januenses mercatores innocentes, qui negotiandi causa ad urbem Lugduni accesserunt et ibi de mandato Regis in custodia detinentur, liberari jubeat. „Perlatum ad aures Nostras“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 322; tom. 30 l. 2 p. 398.

— — — (9196) Oratorem Florentinum apud praefatum Regem hortatur, ut causam dictorum mercatorum Januen., quantum possit, agat nihilque parcat studio et solitae curae, quo illi in libertatem restituantur. (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 327; tom. 30 l. 2 p. 403.

— — — (9197) Cum Alexandro episc. Vintimilien. in carceribus Mediolani existente fructus eccl. Vintimilien. ad instantiam Petri Joh. Pasque laici mercatoris de Tabia creditoris fuerint via juris sequestrati, Praeposito et vicario gen. episcopi Vintimilien. committit, ut debitores ejusd. eccl. ad satisfaciendum de omnibus fructibus, reditibus et decimis eid. eccl. debitis cogat. „Cum alias venerabili“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 326; tom. 30 p. 401.

— — — (9198) Rectori loci de Planes Valentin. dioec. committit, ut ecclesiae par. loci de Frios Valentin. dioec. ac simplicis beneficii in par. eccl. S. Crucis Valentin., quae obitu Ginisii Fira vac. Gundisalvo Fernandi de Heredia cler. Valentin. camerar. Card. de Aragonia sunt collata, possessionem et fructus capiat eidemque Gundisalvo conservet. „Inducti nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 323; tom. 30 l. 2 p. 399.

— — — (9199) Simile mandatum Matthiae Coque canonico cathedral. Aquen. mittit circa unum de Almanza et aliud in de Villena et reliquum in de Lorca ecclesiis Carthaginen. dioec. beneficia in favorem praefati Gundisalvi. „Inducti nuper“. Brev. tom. 2 n. 324.

— — — (9200) Simile mandatum mittit decano eccl. Seguntin. pro Gundisalvo de Villaroel cler. Legionen. dioec. parafren. suo de archipresbyteratu rurali loci de Cifuontes ac par. eccl. S. Christinae oppidi de Adobes cum ejus annexis ac beneficio in eccl. S. Salvatoris oppidi de Cifuontes necnon altero beneficio in eccl. S. Petri loci de Molina Seguntin. dioec. obitu Alphonsi Diez de Cifuontes illorum ultimi possessoris vac. Brev. tom. 2 n. 325; tom. 30 l. 2 p. 401.

— — — (9201) Episcopo Tarbaten. concedit, ut Christifideles, qui primae Missae in eccl. Tarbaten. per dictum episc. in pontificalib. celebrandae seu ejus benedictioni populo ibidem post eand. Missam solemniter elargiendae intervenerint vel eadem die ipsam eccl. visitaverint seu pro aliarum ecclesiarum ejusd. dioec. per incursiones Ruthenorum et aliorum infidelium dirutarum reparatione necnon armorum pro defensione adversus novas incursiones emptione ipsiusque dioec. devastatae restauratione manus porrexerint adjutrices, verum jubilaeum ac plenariam indulgentiam lucrentur, facta potestate eidem episc. deputandi pro eo die confessarios, qui facultatem habeant absolvendi in quibuscumque casibus reservatis exceptis contentis in Bulla Coenae. „Ex parte tua“ (Sadol.)[1] Brev. tom. 2 n. 561; tom. 30 l. 2 p. 830; *Theiner,* Monum. Polon. II. p. 349 n. 376[2].

— — — (9202) Camerario Thesaurario et clericis Camerae mandat, ut Jacobo Tarvisino et Nicolao de Albis musicis suis secretis 29 duc. auri in auro pro pensione domus, quam

[1] Cf. *J. Pelesz,* Gesch. der Union der ruthen. Kirche mit Rom. Wien 1878 vol. I. p. 493.
[2] *Theiner* falsam datam habet (10. Mai.).

1514.

inhabitant, pro uno semestri incoepto 15. praes. mensis solvant et mandata super hoc expediri faciant. M. P. „Venerabili fratri Nostro Raphaeli“ (Collat. cum orig. et concordat H. de Cesis) Div. Cam. tom. 63 f. 262, b.

30. Mai. (III. Kal. Jun.) | Romae apud S. Petrum. (9203) Sapientibus civitatis Ravennae mandat, ut de cetero Priorem, canonicos ac conventum monasterii S. Mariae in Portu istius civitatis Ord. canon. regul. S. Aug. Congreg. Lateran. molestare iisque contra eorum exemptionem et privilegia gravamina inferre desistant. „Nuper dilecti filii Prior, canonici et conventus“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 41 p. 169.

— — — (9204) Camerae apost. mandat, ut communitatem et homines terrae Galerae Portuen. dioec. sub dominio temporali Joh. Jordani de Ursinis existentes, quae terra olim 150 domibus seu focularibus plena erat, nunc autem supervenientibus bellorum turbinibus etiam civilibus quadraginta circa focularibus privata est, si praemissa vera esse reperiantur, omnino liberet datio 18 duc. hactenus per multos annos non soluto. „Nuper Nobis exponi fecerunt“ (Sadol.) Brev. tom. 41 p. 174 (ubi p. 171 praecedit supplicatio).

— — — (9205) Matthaeum de Polnariis monachum Cisterc. Ord. fam. suum constituit coadjutorem Bernardo et Mariano fratribus Barbatis in lit. apost. plumbaria plumbatoribus cum jure successionis. „Romanus Pontifex“ (Sadol. | Grat. de mand. S. D. Cheminart. Cabredo | *Auscult. apud me* Jac. Sadol.) L. 1193 f. 162.

— — — (9206) Mag. Guillelmo Cassodoro causarum P. A. auditori mandat, ut canonicatum et praeb. ecclesiae S. Michaelis Papien., ecclesiam par. archipresbyteratum nuncup. S. Zachariae Vallis Biemeste ac beneficium in eccl. S. Columbani de Cella Terdonen. et Placentin. dioec., super quibus Marcus Antonius de Mangeriis cler. Papien. tunc in humanis agens et Franciscus de Cazanigo, qui pro cler. se gerit, alias litigabant, vocatis vocandis, si nemini sit jus quaesitum, Laelio Ungareso cler. Papien., familiari suo ac obsequiis Mag. Silvii de Passerinis scriptoris insistenti, surrogando conferat. G. F. (Blondus Grat. p. fam. script. Draco | Gais. Coll. Cipell.) L. 1033 f. 281.

— — — (9207) Praeposito S. Burchardi et decano S. Johannis in Haugis extra muros Herbipolen. ecclesiarum ac Officiali Herbipolen. mandat, ut Georgio Ruecklein cler. Herbipolen. dioec. vicariam ad altare Omnium Sanctorum situm in eccl. Herbipolen., quam Joh. Schram sine titulo detinet, si nemini sit jus quaesitum, conferre curent. „Vitae ac morum“ L. 1006 f. 276.

— — — (9208) Hieronymo Rocca cler. Cathacen. fam. suo pensionem assignat ex dicta dioec. G. F. L. 1017 f. 103, b.

— — — (9209) Mag. Latino de Benassais rectori par. eccl. S. Apollinaris oppidi Orioli Faventin. dioec., notar. et fam. suo, dictam eccl. confert. G. D. et F. (Armellin. | Grat. de mand. S. D. Balbus. Gibraleon | Bernard. Coll. H. de Cesis) L. 1022 f. 167, b.

— — — (9210) Dominico episc. Portuen. par. ecclesiam S. Mariae de Castro Scanio Paduan. dioec. resignanti reservat omnes fructus ejusd. eccl. cum jure regrediendi accedente consensu Sebastiani de Panerinis cler. Paduan., cui de ea providetur. „Ad personam tuam“ L. 1012 f. 176, b.

— — — (9211) Eidem cum jure regrediendi reservat fructus archipresbyteratus eccl. S. Michaelis de Montegiana Paduan. dioec., cui renuntiat et de quo Nicolao de Panerinis cler. Paduan. providetur. L. 1012 f. 178.

31. Mai. (Prid. Kal. Jun.) — (9212) Ivoni Matthaei fam. suo et obsequiis Laurentii tit. SS. Quatuor Coron. presb. Card. insistenti confert par. ecclesiam de Pureul Nanneten. dioec. obitu Guillermi de la Solayr vacantem. G. F. (Evang. | Grat. de mand. S. D. Chemin. | Verdes. | Coll. Donat.) L. 1034 f. 195.

— — — (9213) Jordano de Valdes decano eccl. Oveten. concedit, ut ecclesias, monasteria et alia loca eccles. intra limites Oveten. et Mindonien. ecclesiarum decanatuum, quos obtinet, per aliquas personas idoneas et duo vel plura ex illis eadem die visitare ac procurationes ratione visitationis ipsi debitas usque ad certam summam in pecunia numerata recipere valeat. „Meruit devotionis sinceritas“ L. 1004 f. 271, b.

— — — (9214) Balthasari Petri canon. Pisan. et servitiis Cardin. Vicecanc. insistenti, liti et causae, quae inter ipsum et Herculem Alamandinum super regimine et administratione hospitalis pauperum S. Lazari extra muros Bononien. pendebat, cedenti et ipsum Herculem in possessione dicti hospitalis dimittenti pensionem super fruct. ejusd. hospit. per dictum Herculem solvendam assignat. „Vitae ac morum“ L. 1022 f. 68, b.

— — — (9215) Johanni Bapt. Henrici de Auria scholari Januen. unum vel plura beneficia certi valoris in Arelaten., et Aquen. ac Massilien. dioec. consistentia reservat. L. 1011 f. 18.

— — — (9216) Modernis decano et canonicis eccl. Toletan. declarat, quascunque collationes de dignitatibus, canonicatibus et praeb. aliisque benef. dictae eccl. Toletan. extra Rom. Cur. vacantibus etiam per Sedem Ap. quibusvis personis absque consensu F. tit. S. Balbinae presb. Card. archiep. Toletan. factas ac literas monitorii poenalis super

1514.

tradenda possessione archidiaconatus dictae eccl. Francisco episc. Salamantin. necnon literas in favorem Johannis de Cabrera olim ejusd. ecci. archidiaconi editas nullius fuisse roboris vel momenti; eosque decanatum, canonicatus et praeb. aliasq. dignitates, personatus, administrationes. officia ceteraque beneficia, quae obtinebant, antequam collationes de illis per Sedem Ap. factae fuerunt, libere et licite retinere posse decernit. „Exponi Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 329; tom. 30 l. 2 p. 408.

31. Mai. (Prid. Kal. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9217) Ad preces nobilis viri Melchioris de Mazolis Comitis S. Martini in Soprazano Bononien. dioec. asserentis, quod progenitores ipsius ab antiquo construi et aedificari fecerint Castrum S. Martini in Soprazano Bononien. dioec. et successive illud rexerint et una cum pluribus terris et possessionibus tamquam veri domini tenuerint, dictum Castrum in Comitatum erigit et instituit et illud cum terris et pertinentiis suis ac omnibus et singulis terrarum et pertinentiarum earumdem incolis et habitatoribus a jurisdictione et dominio civitatis Bononien. et illius regimini praesidentium aliorumque officialium tam in civilibus quam in criminalibus eximit et a quibuscumque datiis et gabellis aliisque oneribus ipsos immunes reddit ac gubernio et regimini dicti Melchioris eosd. habitatores immediate subjicit; denique ipsum Melchiorem ejusque haeredes et successores masculos Comites dicti Castri cum mero et mixto imperio et gladii potestate creat et constituit. „Ex suscepti cura regiminis“ (Armellin. | Suno. Baena | Vega. Coll. F. de Attav.) L. 1022 f. 10.

— — — (9218) Episcopis Castellimaris et Perusin. ac Officiali Toletan. mandat, ut Carolo de Mendoza canonico Toletan. decanatum eccl. Toletan. cessione Raphaelis episc. Ostien. vac. conferant. „Nobilitas generis“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 86, b.

— — — (9219) Vicario episc. Veronen. mandat, ut Petro Antonio Gerardi de Bolderiis cler. Veronen. par. ecclesiam *archipresbyteratum* nuncupatam S. Blasii de Casali Novo ac alia beneficia Veronen. dioec., si idoneus sit, conferre et Prioratum S. Columbani de Bobiano et Bardelino O. S. B. commendare curet. „Dudum siquidem“ (Ph. de Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 34 f. 128.

— — — (9220) Executores deputat, qui Johanni Amedeo de Belloforte cler. Gebennen. dioec. Prioratum S. Martini Cologniaci O. S. B. Lugdunen. dioec. a monasterio S. Eugendi Ord. et dioec. praedict. dependentem et cessione Claudii archiepiscopi Tarantasien. vac. commendent. „Nobilitas generis“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. vol. H f. 41.

— — — (9221—9222) Claudio archiepisc. Tarantasien. fructus dicti Prioratus reservat. „Personam tuam“. Executores deputat. „Hodie cum venerabilis frater“. Arch. Lat. vol. H f. 43; f. 44.

— — — (9223) Tribus canonicis eccl. Oscen. mandat, ut canonicatum et praeb. eccl. B. Mariae de Barbastro Oscen. dioec. et perpetuam capellaniam ad altare S. Joh. situm in dicta eccl. Francisco Gundisalvi cler. Abulen. dioec. conferant, si Petrum Mipantes ab eodem Francisco accusatum iis privandum esse cognoverint. „Vitae ac morum“ (Ph. de Agnellis | Gr. p. fam. R. D. Vicecanc. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 32 f. 189, b.

— — — (9224) Pro parte Prioris et conventus monasterii S. Petri de Loxonio O. S. B. Bisuntin. dioec. Prioratum S. Wamberti prope montem Bellicardum O. S. B. dictae dioec. resignatione Jacobi de Castillione vac. et capellam S. Martini loci de Loxonio ejusd. dioec. a Johanne Perremaut resignatam mensae conventuali dicti monast., cujus fructus valde tenues sunt, perpetuo unit. A. P. R. M. „Ex injuncto Nobis desuper“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. vol. F f. 131.

— — — (9225) Decano eccl. Corduben. et Priori S. Jacobi de Spata Ispalen. ac Ministro S. Trinitatis Malaginen. monasteriorum mandat, ut definiant litem coram episc. Malaginen. seu ejus Officiali inter Johannem del Castillo laicum seu clericum Malaginen. sive alterius dioec. et Catharinam Peres mulierem Malaginen. civit. vel dioec. ortam super foedere matrimonii per verba de praesenti, ut asserebatur, contracti. „Exponi Nobis“ (Colot. | P. Vipera) Brev. Lat. tom. 1 f. 106, b.

— — — (9226) Fabricio de Carretto Magno Mag. Ord. S. Joh. Hieros. mandat, ut contra rebelles et inobedientes fratres ac milites ejusdem Ord., etiam praeeminentiis et dignitatibus in eod. Ord. decoratos, juxta statuta et consuetudinem Ord., qua decet severitate, procedat. „Accepimus nuper et per tuas literas et fidum nuntium“ (Sadolet.) Brev. tom. 41 p. 177.

— — — (9227) N. N. fratri Ord. Carthus., qui in arte medicinae plurimum valet cujusque opera fortasse aliquando indigebit, districte praecipit, ut visis praesentibus ad almam Urbem se conferat et in domo S. Crucis de Urbe Ord. Carthus. resideat; Priori domus S. Jacobi Capren. dicti Ord., in qua ille ad praesens degit, sub excomm. lat. sent. poena mandat, ut eum cum libris et supellectili, quae ipsi fuerit visa necessaria, et provisione insuper expensarum, quae in itinere requiruntur, competenti facta quamprimum venire permittat. „Cum in arte medicinae“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 332; tom. 30 l. 2 p. 412.

1514.

? Mai. ? (9228) Nuntio in Hispania significat, se Ferdinando Aragonum Regi scribere, ut Nicolao de Gaddis et aliis haeredibus quondam Thaddaei de Gaddis mercatoris Florentin. de quodam residuo pecuniarum, quarum bon. mem. Cardin. SS. Cosmae et Damiani debitor remanserat et super quibus fructus eccl. Melfitan. ipsi Thaddaeo et ejus successoribus obligaverat, integre satisfieri curet. Nuntium hortatur, ut omnem diligentiam adhibeat ad dictum negotium omnino conficiendum. „Scribimus ad charissimum“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 333; tom. 30 l. 2 p. 414.

? — ? (9229) Faventinis mandat, ut Alexandro Bono Florentin. eorum arcis castellano, retentis taxis capisoldis et aliis retentionibus consuetis, quidquid pecun. eidem Alexandro ratione dictae arcis debetur, tradant. „Nuper Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 334; tom. 30 l. 2 p. 415.

? — Malliani Portuen. dioec. (9230) Regi Angliae scribit, se jam antea monuisse nuncque monere Ludovicum Francorum Regem, ut nuntio ad eundem Angliae Regem misso ab ipso fidem regiam et salvum conductum peteret pro suis legatis ad ipsum profecturis causa pacis procurandae aut longi temporis induciarum conficiendarum; Regem hortatur, ut regali clementia et solita sua animi magnitudine adhibita aures praebeat ad ea deliberanda, quae ad christiani nominis salutem maxime pertineant; nihil magnificentius in claro Rege posse excogitari, quam esse facilem ad obliviscendas injurias et, ubi utilitas reipublicae postulaverit, ad remittendum aliquid de suo commodo liberalem. „Non semper videre licet principes“. Brev. ad princ. tom. 5 f. 144.

? — — (9231) Regi Franciae significat, se nuntium ad eum mittere, qui suas (Pont.) cogitationes ad nullum nisi boni communis finem intentas ipsi Regi communicet; eum hortatur, ut adhibere suam voluntatem et operam velit, ut aliquando reipublicae et nomini christiano subveniatur. „Mittimus data opera“ L. c. f. 162, b.

? — ? (9232) Delphino scribit, se Ludovicum episcopum Tricaricen. ad Ludovicum Francorum Regem mittere et eid. episc. mandavisse, ut ipsum quoque adeat; eum monet, ut dictum episc. benigne accipiat et humaniter audire velit ac plenam fidem ei adhibeat. „Dilecte fili ex natura tua et insita probitate“ L. c. f. 162, b.

? — ? (9233) Regi Angliae commendat Ludovicum episcopum Tricaricen. Praelatum suum domesticum a se ad Ludovicum Francorum Regem missum et de eisdem rebus etiam cum ipso Angliae Rege acturum. „Accedit ad Majestatem tuam“. Brev. ad princ. tom. 5 f. 160.

? — ? (9234) Simile Wintonien. et Lincolnien. episcopis conjunctis. L. c.

? — ? (9235) Regi Franciae scribit se ad eum mittere Sebastianum Pistorien. Cardinalis de S. Severino camerarium quaedam mandata sua communicaturum et literas ab eodem Cardin. sua auctoritate scriptas afferentem, cui plenam fidem adhibeat. „Mittimus dil. filium Sebastianum“. Brev. ad princ. tom. 5 f. 160.

? — ? (9236) Nobilem virum Laurentium de Medicis hortatur, ut Mag. Antonium de Pucciis concivem ipsius, clericum Cam. Ap. et Nuntium ad Emmanuelem Portugalliae Regem destinatum, una cum altero ex Oratoribus ejusd. Regis apud ipsum Pont. pro sua solita humanitate excipiat ipsique Oratori ostendat, quantopere ejus Regem colat. „Cum dilectum filium“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 335; tom. 30 l. 2 p. 416.

? — ? (9237) Priores et vexilliferum justitiae reipubl. Florentin. hortatur, ut praefato Mag. Antonio de Pucciis, quem ad Emmanuelem Portugalliae Regem pro nonnullis rebus gravibus ad universalem pacem et fidei exaltationem pertinentibus mittit, cuique commisit, ut eisd. Prioribus et vexillifero animum Pontificis in eos et istius reipubl. statum ac singularem erga patriam dilectionem exponeret, fidem indubitatam adhibeant. „Mittimus ad carissimum“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 336; tom. 30 l. 2 p. 417.

? — ? (9238) Mariam Portugalliae Reginam, quam clarissimae genitricis suae Elisabeth vestigia in omnibus propemodum rebus imitari ex Regis Oratoribus et inprimis ex Didaco Pacecho ejusd. Reginae domestico familiari et auditore intellexit, hortatur et rogat, ut praedictum Nuntium Mag. A. de Pucciis velit habere commendatum. „Cum nuper“ (Sadol.) L. c. Brev. tom. 2 n. 337; tom. 30 l. 2. p. 418.

ANNO SECUNDO MENSE JUNIO. 1514.

1514.

— — — (9385) Universis in dignitate eccl. constitutis ac vicariis gen. archiep. Mediolanen. et Capuan. mandat, ut possessionem canonicatus et praeb. ecclesiae S. Victoris et capellae B. Mariae de Messalia ac clericatus in ecclesia B. Mariae de Turrevilla dioec. Mediolanen. obitu Uberti de Pironero vacantium et beneficiorum Nicolao Ardinghello cler. Florentin. notario ac fam. suo in Capuan. et Mediolanen. dioeç. reservatorum occurrente vacatione eidem Nicolao vel ejus procuratori, quantum in ipsis fuerit, assignent, ac de illorum fructibus responderi faciant. „Pastoralis auctoritas“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 380; tom. 30 l. 2 p. 491.

1514.

5. Jun. (Non. Jun.)	Romae apud S. Petrum.	(9386) Decano eccl. Tarvisin. committit, ut procuratores Alphonsi S. Theodori diac. Card., cui par. ecclesia *praebenda* nuncupata S. Joh. Baptistae Tarvisin. obitu Bartholomaei de Bollis vac. est commendata, ad ejusd. eccl. possessionem admittat. „Nuper parochialem ecclesiam“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 382; tom. 30 l. 2 p. 500.
— —	—	(9387) Gubernatorem Brixiae hortatur, velit efficere, ut arrendatarii Bernardi tit. S. Mariae in Porticu diac. Card. commendatarii monasterii SS. Gervasii et Protasii Brixien. obitu Marci Lando nuper vacantis a vexationibus liberentur, ita ut dictus Cardin. eodem monasterio quiete frui possit. „Credimus te memoria tenere“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 352; tom. 30 l. 2 p. 443.
— —	—	(9388) Mag. Silvium Passerinum notarium et Datarium suum de omnibus pecuniarum summis per eum ex compositionibus ordinariis et extraordinariis cum quibusvis personis atque ex resignationibus, concessionibus et venditionibus quorumcunque officiorum Rom. Cur. quomodolibet factis necnon de pretio officii scriptoriae obitu Bonifacii Veneti vac. et eidem Silvio concessi et generaliter de quibusvis aliis summis, negotiis et rebus per dictum Silvium in officio Datariatus et aliunde per totum mensem Maji proxime praeteriti qualitercunque receptis et habitis plenarie satisfecisse confitetur. „Quietamus et liberamus“. Div. Cam. tom. 63 f. 268, b.
— —	—	(9389) Johanni Gozadino mandat, ut Marco Antonio de Pavesis parafrenario suo, cui post finitum tempus Dominici Amarotti custodia arcis Brixelli est concessa, istam arcem non obstante recusatione dicti Dominici absque mora tradi consignarique faciat. „Concessimus superioribus diebus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 577; tom. 41 p. 192.
— —	—	(9390) Cardinalem Sedunen. hortatur, ut Andoardo de Curte cler. Papien. adesse velit in recuperanda possessione Prioratus S. Majoli Papien. Clun. Ord., qui cessione Francisci de Curte ejus patrui vac. dicto Andoardo per Julium II. est commendatus, cum per quemdam Vulcanum de Alto Saxo possessione spoliatus definitivam sententiam commendae antedictae adjudicatoriam in auditorio apost. sit consecutus. „Paucis ante annis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 381; tom. 30 l. 2 p. 497.
— —	—	(9391) Maximilianum Ducem Mediolani hortatur, ut praefato Andoardo de Curte in recuperanda possessione dicti Prioratus auxilium praestet. „Cum superioribus annis“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 384; tom. 30 l. 2 p. 501.
— —	—	(9392) Paulo de Sulmone Ord. FF. Minor. de Observ. professori et commissario suo mandat, ut Johannem Lopez Praeceptorem domus de Taravalla Augusten. Sepulchri Dominici Hierosol. O. S. A. Caesaraugustan. et commendatarium Praeceptoriae S. Antonii prope et extra muros Neapolitan., cui per liter. apostolicas concessum est, ut fructus, quaestus et eleemosynas Praeceptoriae praedictae percipere et per se vel quaestores suos colligere posset, in usu dictarum literarum non molestet. „Pridie Kalend. April.“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 383; tom. 30 l. 2 p. 498.
— —	—	(9393) Pro eodem Joh. Lopez simile mandat Bernardino Tolomeo Ord. FF. Minor. de Observ. professori et gener. commissario suo. Id. Init. Arch. stat. Senen. ad an. 1514.
— —	—	(9394) Imperatorem hortatur, ut privilegia et immunitates ecclesiae Papien., cui Antonius tit. S. Vitalis presb. Card. praeest, nedum confirmet et innovet, sed etiam praestantissimis dicti Cardinalis exigentibus meritis augeat et ampliet. „Ecclesia Papiensis“ (Sadol.) L. c. p. 194.
— —	—	(9395) Ludovico Terixeira militi Militiae S. Jacobi de Spata sub regula S. Augustini concedit, ut indulto circa beneficia a Sixto PP. IV. ipsi concesso uti valeat. „Cum alias tu“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 385; tom. 30 l. 2 p. 502.
6. Jun. (VIII. Id. Jun.)	—	(9396) Humberto Le Goux jun. confert canonicatum et praeb. eccl. B. Mariae de Belva Eduen. dioec. „Laudabilia“ (A. Melfit. | Suno. Baena | A. de Castillo. Coll. F. de Attav.) L. 1004 f. 175, b.
— —	—	(9397) Episc. Cavallicen. et Gundisalvo de Lerma canon. eccl. Burgen. et Offic. Burgen. mandat, ut Alphonso Didaci de Lerma cler. Burgen. dioec. beneficium in par. eccl. S. Stephani loci de Tordepadre Burgen. dioec. obitu Petri Muñoz vac. conferant. „Vitae ac morum“. Arch. Lat. vol. H f. 304.
— —	—	(9398) Jaquelinae Hende moniali monasterii B. Mariae de Almenechis O. S. B. Sagien. dioec. dictum monasterium resignatione Germanae Vincent vacans, cum medietatis monialium assensus accesserit, ad certum tempus commendat et deinde ipsam eid. monasterio praeficit in abbatissam. „Inter sollicitudines varias“ (Armellin. | Suno. Baena | Bernardus. Coll. F. de Attav.) L. 1010 f. 112.
— —	—	(9399) Episcopis Bisignanen. et Cavallicen. ac vicario gener. episc. Telesin. mandat, ut Octaviano de Cesis liter. apost. abbreviatori conferant parochialem S. Bartholomaei ac B. M. Campifloris de Cerretto ecclesias Telesin. dioec. et perpet. capellaniam ad altare S. Nicolai situm in eccl. Telesin. cessione Dionysii Donati vac. G. D. et F. (Armellin. | Grat. p. assist. Suno. Baena | J. de Cesis. Coll. F. de Attav.) L. 1016 f. 54.
— —	—	(9400) Dionysio Donati rectori par. eccl. S. Salvatoris in Apothecis Obscuris de Urbe

1514.

assignat pensionem super fruct. par. eccl. S. Bartholomaei de Cerreto Telesin. dioec. cum jure regressus. „Vitae ac morum“ L. 1156 f. 5.

6. Jun. (VIII. Id. Jun.) | Romae apud S. Petrum. | (9401) Guidonem de Vitri, qui ecclesiam paroch. de Villa Morina Lingonen. dioec. simoniace assecutus est, a simonia absolvit eique dictam eccl. confert. „Sedes Apostolica pia mater“ (Colot. | Draco. Chemin. | Chemin. Coll. F. de Attav.) L. 1015 f. 148.

— — | — | (9402) Petrum Bonteren monasterio S. Mariae de Voto alias de Valleasii Cisterc. Ord. Rothomagen. dioec. praeficit in abbatem. „Sollicitae considerationis intuitu“ (A. Colotius | Chemin. Aloys. | Bernardus. Coll. Narnia) L. 1009 f. 130.

— — | — | (9403) Margaritae de Colonne moniali monasterii S. Autresbertae de Mousterolo *supra mare* O. S. B. Ambianen. dioec., quae cum Francisca dicti monast. abbatissa super ejusd. monast. regimine litigavit et cum eadem Francisca concordiam iniit, certos fructus et quaedam jura reservat. „Religionis zelus“ L. 1026 f. 180.

— — | — | (9404) Universitati et hominibus terrae Mondaini. Cum communitas Montisflorum taxa 4 duc. pro Barisello provinciae Romandiolae singulis mensibus solvenda nimis se gravatam esse conquereretur, dicto Barisello mandatum est, ut 2 duc. hujus taxae ab hominibus terrae Mondaini exigeret; hi autem exposuerunt, terram Mondaini sub Legatione seu gubernio provinciae Marchiae Anconitan. esse et plures terras in ipsa prov. Romandiolae taxa hujusmodi non gravari. Cum ipsi insuper multa damna ab exercitu Hispanorum per istud oppidum iter facientium et ab armigeris Pontif. sub Duce Urbini militantibus passi sint, eos a solutione hujus taxae penitus eximit et liberat. „Superioribus mensibus“ (Sadol.) Brev. tom. 41 p. 197.

— — | — | (9405) Potestati Verruculi committit, ut hominibus illius oppidi, qui discordias seditionesque inter se exercentes ad arma quotidie prosiliunt, sub poenis ejus arbitrio praefigendis mandet, ut quiete vivant; si contrafecerint, se ad executionem poenae per eum statutae irremissibiliter procedi facturum. „Denuntiatum Nobis est“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 386; tom. 30 l. 2 p. 505.

7. Jun. (VII. Id. Jun.) | — | (9406) Pro parte Emmanuelis Portugalliae Regis, qui per Johannem de Faria Oratorem suum exposuit, quod plures Portugalliae Reges provincias, civitates et loca in partibus ultramarinis ab infidelibus occupata suae ditioni subjugaverant, et nonnulli Rom. Pontifices ecclesias in terris a promontoriis de Boyador et de Naoo usque ad Indos ab infidelibus recuperatis construendas et omnem earum jurisdictionem spirit. Militiae Jesu Chr. concesserunt et applicaverunt volentes, ut Prior major ejusd. Militiae nunc vicarius de Tomar nuncup. p. t. existens jurisdictionem spirit. in iisd. eccl. haberet, omnes ecclesias in quibuscunque Africae et aliis provinciis, terris et locis ultramarinis etiam in regno Marroquitarum ab iisdem infidelibus per dictum Regem dumtaxat a biennio citra recuperatis aedificatas ac in illis et in posterum acquirendis erigendas praedictae Militiae subjicit ac statuit, ut vicarius de Tomar jurisdictionem spirit. in iis exerceat, et dictae ecclesiae eidem Militiae sint applicatae. Portugalliae Regibus p. t. existentibus jus patronatus et praesentandi personas idoneas ad ecclesias et beneficia in praefatis provinciis concedit. „Dum fidei constantiam“ (Armellin. | Chemin. Aloys. | D. de Comitibus. Coll. F. de Attav.) L. 1003 f. 42. Ed. *Dumont*, Cod. diplom. Supplément au corps universel diplomatique. Paris 1731 tom. II part I p. 27. Citat *Roscoe* tom. V c. XII § 2 p. 13.

— — | — | (9407) Balthasari Turino de Piscia fam. suo confert par. ecclesiam S. Nicolai de Montesummano Lucan. dioec. G. F. (Colot. | Grat. de mand. S. D. Draco. Colardi | Acre. Coll. H. de Cesis) L. 1023 f. 97.

— — | — | (9408) Magistro Antonio de Chabannes notario suo permut. causa canonic. et praeb. eccl. Claromont. resignanti confert canonicatum et praeb. eccl. Anicien. simili modo a Petro Palmier dimissos. „Apostolicae Sedis“ (Armellin. | Suno | Cotini. Coll. F. de Attav.) L. 1020 f. 5, b.

— — | — | (9409) Antonio Seguin cler. Ruthenen. dioec. indultum circa beneficia concedit. „Nobilitas generis“ L. 1205 f. 342, b.

— — | — | (9410) Dominicum Mamayre monachum monasterii S. Arnulphi prope et extra muros Meten. O. S. B. ob sequentem provisionem ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“ (A. de Alvarott. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 13 f. 418, b bis.

— — | — | (9411—9415) Eundem Dominicum presb. Ord. praedict. expresse professum et a conventu dicti monasterii S. Arnulphi electum eidem monasterio, cujus commenda Julius tit. S. M. in Domnica diac. Card. cessit, praeficit in abbatem „Summi dispositione Rectoris“; de hac provisione scribit a) episc. Meten., b) universis vasallis ejusd. monast., c) Maximiliano in Imperat. electo, d) conventui dicti monast. „Hodie monasterio“ (Script. iid.) L. c. f. 417 seqq.

— — | — | (9416) Eidem Dominico abbati concedit, ut a quocunque cathol. antistite benedictionem suscipere valeat. „Cum Nos hodie“ (Script. iid.) L. c. f. 419 bis.

— — | — | (9417) Julio tit. S. Mariae in Domnica diac. Cardin. cedente aut decedente Dominico

1514.

Mamayre abbate monasterii S. Arnulphi extra et prope muros Meten. O. S. B. ab ipso Card. resignati regressum concedit ad dictum monast. „Ad personam tuam“ L. 1075 f. 215; L. 1021 f. 98 (Incip. „Romani Pontificis providentia“).

7. Jun. (VII. Id. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9418) Johanni Electo Meten. pensionem assignat super fruct. praedicti monasterii. „Personam tuam“ L. 1021 f. 96.

— (9419) Desiderio Fabri Mag. in artibus confert ecclesiam par. de Valleclara Catalaunen. dioec. „Literarum scientia“ (Armellin. | Chemin. Aloys. | Bernardus. Coll. F. de Attav.) L. 1012 f. 223.

— — — (9420) Archidiacono eccl. Botontin. (Potentin.) mandat, ut Antonio Mariae de Labinis scholari Botontin. dioec. canonicatum et praeb. et quoddam beneficium eccl. Botontin. resignatione Johannis Antonii de Rogeriis vac. conferat, si eum ad hoc idoneum esse repererit et si cleric. charactere ille insignitus erit. „Laudabilia“ (De S. Severino | Barotius | Arch. Lat. tom. 33 f. 278.

— — — (9421) Pro parte Didaci de Leon cler. Calaguritan. dioec., baccal. in decr. ac notar. et fam. sui, aliam dignitatem Thesauriariam nuncupandam in B. Mariae oppidi de Logroño et S. Martini de Alvelda ecclesiis invicem unitis dictae dioec., si medietatis capituli assensus accederet, erexit et pro dote quoddam beneficium ejusd. dioec. ei univit eamque dicto Didaco per alias literas contulit. Has literas in omnibus valere decernit, licet medietatis capituli assensus non accedat. G. D. et F. L. 1024 f. 129.

— — — (9422) Michaeli Dulci fam. suo par. ecclesiam S. Margaritae de Pastina Salernitan. dioec. confert. G. F. (Colotius | Grat. de mand. S. D. Cheminart. Aloysius | Valleoleti. Coll. H. de Cesis) L. 1008 f. 301.

— — — (9423) Johanni Borrell cler. Valentin. fam. suo regressum ad eccl. praedictam ab ipso resignatam concedit. G. F. L. 1049 f. 89.

— — — (9424) Aphricano Severolo legum doctori confert par. ecclesiam S. Sebastiani de Monte Malo Vincentin. dioec. „Literarum scientia“ (Ph. de Senis | Grat. p. fam. script. [Mag. Christoph. Barotii] Chemin. | Cypr. Coll. Cipell.) L. 1017 f. 1.

— — — (9425) Johanni de Bageto jun. confert par. ecclesiam S. Johannis de Montinhaco alias de Lafita Montisalban. dioec. „Vitae ac morum“ (A. Melfit. | Suno. Baena | Bertrandi. Coll. H. de Cesis) L. 1016 f. 57.

— — — (9426) Francisc. de Tholomeis fam. suo capellaniam in eccl. S. Stephani de Prato Pistorien. dioec. confert, si medietatis patronorum assensus accesserit. G. F. L. 1027 f. 147.

— — — (9427) Eidem par. ecclesiam S. Michaelis de Vacchareccia Pistorien. dioec. confert, si medietas patron. assensum praebuerit. G. F. (Capranica | Grat. de mand. S. D. Chemin. Aloys. | F. de Acre. Coll. F. de Attav.) L. 1027 f. 149, b.

— — — (9428) Christophoro de S. Juste fam. suo confert canonicatum et praeb. eccl. Salamantin. obitu Aloysii Gometii vac. et ab Antonio Sancii de Palenzuela pro clerico se gerente indebite occupatos, unionem de dictis canonicatu et praeb. mensae archiepiscopali Salernitan. factam cum consensu Federici archiepisc. Salernitani dissolvens. G. F. (Sadol. | Grat. de mand. Marciaci. Corbin. | Madrigal. Coll. Donat.) L. 1049 f. 171.

— — — (9429—9430) Rainaldo de Prato Christophori tit. S. Praxedis presb. Card. commensali par. ecclesiam S. Michaelis de Virraga Vicentin. dioec. a Silvestro de Podio resignatam confert. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (G. de Prato. O. de Cesis | Nardin.) Arch. Lat. vol. H f. 219; f. 220, b.

— — — (9431) Philippo de Bottalis fam. suo confert ecclesiam par. B. M. Ultii Taurinen. dioec. G. F. (Colotius | Grat. de mand. S. D. Chemin. Aloys. | Madrigal. Coll. H. de Cesis) L. 1016 f. 190.

— — — (9432) Francisco de Fontenay Priori Prioratus de Urziaco O. S. A. Nivernen. dioec. commendat Prioratum S. Columbae de Samarduno Clun. Ord. Riven. dioec. a monasterio de Lizato Ord. et dioec. praedict. dependentem cessione Eustachii de Sanctis canonici eccl. Suessionen. vacantem. „Religionis zelus“ (Evang. | Chemin. Aloys. | Bernard. Coll. F. de Attav.) L. 1012 f. 220.

— — — (9433) Rolandum Bartonis monasterio S. Petri de Solomuhaco O. S. B. Lemovicen. dioec. praeficit in abbatem pensione Guillelmo Bartonis ejus commendae cedenti reservata. „Sollicitae considerationis“ (Armellin. | Suno. Baena | A. de Castillo. Coll. Jo. Ja. Cipellus) L. 1006 f. 143.

— — — (9434) Annam Dangluze Ord. Cist. expresse professam monasterio monialium S. Johannis in Bosco O. S. B. Suessionen. dioec. tanto tempore vacanti, ut ejus provisio ad S. Sedem sit devoluta, praeficit in abbatissam. „Inter sollicitudines varias“ (Evang. | Draco. Colardi | Bernardus. Coll. F. de Attav.) L. 1020 f. 54.

— — — (9435) Juliano episc. Agrigentin., secretario et Praelato suo dom., qui liti et causae super canonicatu et praeb. eccl. Ispalen. cedit et cui Christophorus de Castro surrogatur, regressum ad eos concedit. „Personam tuam“ L. 1084 f. 256, b.

— — — (9436) Concordiam conclusam inter Johannem Calvelli canonicum eccl. Xanctonen., qui

1514.

per nonnullos monachos monasterii B. Mariae de Corona O. S. A. Engolismen. dioec. abbas ejusd. monast. obitu Raymundi Achart vacantis erat postulatus, et Johannem Petit Infirmarium dicti monast., qui per quosd. monachos ejusd. monast. abbas electus erat, ad terminandam litem super eodem monast. pendentem confirmat, ita ut Johannes Petit, cui certa jura et pensio reservantur, omni juri ad dictum monast. sibi competenti cedat. „Ea quae per concordiam“ (Evang. | B. de Rizonibus. Gerona | Valtrini. Coll. Donat.) L. 1045 f. 92, b.

7. Jun. (VII. Id. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9437—9438) Concessionem factam per episc. Oxomen. quaestuandi et eleemosynas petendi pro heremitorio S. Mariae de Castro Oxomen. dioec. ad preces Didaci de Avillaneda dicti heremitorii rectoris confirmat. A. P. R. M. „Admonet Nos cura“. Episc. Cavallicen. et abbates monasteriorum de la Vie et S. Petri de Gomiel Oxomen. dioec. executores nominat. „Hodie emanarunt“ (Lambert. G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 40, b; f. 41, b.

— — — (9439) Ad Preces Guidonis episc. Petragoricen. concordiam initam inter Gaufridum de Pompadorio olim episc. Petragoricen. et Sacerdotem de Calvimonte vicarium par. eccl. S. Martini de Payaco Petragoricen. dioec. ad terminandam litem super nonnullis decimis dictae eccl. confirmat. A. P. R. M. „His quae concordia“ (Ph. de Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 28 f. 319, b.

— — — (9440) Abbatissae monasterii S. Mariae Donnae Reginae Neapolit. Ord. S. Clarae facultatem, quam ipsa et abbatissa p. t. existens ex illius Ord. regula cum monialibus super jejuniis, esu carnium et austeritate dormiendi in certis casibus dispensandi habent, et quam Bernardinus de Prato dicti Ord. General. concessit, confirmat. „Devotionis tuae“ (A. Melfit. | B. de Magistris) Brev. Lat. tom. 1 f. 1, b.

— — — (9441) Decano ac Cantori ac Thesaurario eccl. Zamoren. mandat, ut Eduardum de Valentia laicum Zamoren. ad Licent. et doctoratus gradus in jure canonico servatis servandis promoveant. „Dignum et conveniens“ (Script. iid.) L. c. f. 21, b.

— — — (9442) Johanni de Villanduo archidiacono de Soria in eccl. Oxomen. idem mandat pro Johanne de Zierales cler. Oxomen. dioec., baccal. in decr. et jure can. „Exponi Nobis nuper fecit“ (A. Colotius | Acutius) L. c. f. 34.

— — — (9443) Ducem Mediolani hortatur, ut ordinare velit, ut Antonio tit. S. Vitalis presb. Card. et episc. Papien. ex fructibus bonorum cujusdam laici Papien. in civit. Papien. et ejusd. territorio consistentium integre satisfiat, cum iste saepe requisitus de summa debita satisfacere non curavit. „Superioribus temporibus“. Brev. tom. 41 p. 200.

— — — (9444) Regem christianissimum rogat, ut Jacobo episc. Potentin. opportunis favoribus assistat quoad pensionem ex Xanctonen. et Claramonten. dioec. ipsi reservatam. „Cupientes venerabilis fratris“ (Card. SS. Quatuor | Bembus) L. c. p. 202.

— — — (9445) Universis archiep. et episc. et in dignitate eccles. constitutis mandat, ut Federicum episcopum Seguntin. in possessione bonorum et jurium ad mensam suam episcop. pertin. defendant. „Ad hoc Nos Deus“. Arch. Lat. tom. 44 f. 178.

— — — (9446) Episcopis Militen. et Potentin. ac Cavallicen. mandat, ut Juliano Cerio cler. Roman. et lit. apost. sollicitatori par. ecclesiam S. Michaelis Villae Zumpiechie Aquilegien. dioec. conferre curent. G. D. et F. (G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 31 f. 18.

— — — (9447—9448) Bonifacio de Almonacir baccal. in decr. beneficium in par. eccl. S. Joh. oppidi de Xeritio Ispalen. dioec. confert. „Literarum scientia“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“. Arch. Lat. tom. 33 f. 162, b; f. 164.

— — — (9449) Concordiam initam inter Margaritam Mainerie mulierem Massilien. relictam quondam Jacobi de Remesano laici Massilien. et Cosmam Vassalli ad extinguendam litem super testamento praefati Jacobi pendentem approbat. A. F. R. M. „Ex Sedis Apostolicae“. Arch. Lat. tom. 33 f. 216, b; f. 218.

— — — (9450—9451) Johanni de Villacastin rectori par. eccl. B. Mariae loci de Manacarros Placentin. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. G. de Prato | Grat. p. fam. script. [Franc. de Gomiel] Campania) Arch. Lat. tom. 33 f. 49; f. 50, b.

— — — (9452—9453) Nicolao de Saalles unam portionem par. eccl. S. Petri de Diocis Carnoten. dioec. confert. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Ph. de Agnellis. O. de Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 38 f. 52; f. 54.

— — — (9454) Episcopis Megaren. et Feren. ac Ministro monasterii SS. Trinitatis Ulixbonen. mandat, ut Petrum Martini Ord. Praed. presb. professorem, qui ad saeculum transiit, absolvant; eidem Petro indulget, ut ad Ord. S. Aug. canon. regul. se transferat. „Exponi Nobis“ (Colotius | Vipera) Brev. Lat. tom. 1 f. 110, b.

— — — (9455) Johanni de Villamidio (al. Villanduo) archidiacono de Soria in eccl. Oxomen. mandat, ut Franciscum de Morales cler. Oxomen. dioec. et baccal. in theol. servatis servandis ad Licent. et doctoratus gradus in theol. promoveat. „Exponi Nobis“ (Colot. | Cinthius) Brev. Lat. tom. 1 f. 71, b.

1514.

7. Jun. (VII. Id. Jun.)	Romae apud S. Petrum.	(9456) Episcopo Polen. referendario et Praelato suo domest. ac civitatis Bononiae gubernatori. Cum nonnulli scholares Universit. Stud. dictae civit. tum in ipso palatio gubernatoris tum in foro sive platea majori et in aliis locis per eandem civit. armata manu incedentes die noctuque contra mandata et praecepta etiam nomine Pontificis emanata publicam tranquillitatem perturbaverint, ut tumultus hujusmodi de cetero refrenentur ipsique scholares literis potius et bonarum artium studio insudent, quo parentes filios suos bonis artibus et scientiis moribusque imbutos se habere gaudeant, gubernatori committit, ut si deinceps iidem scholares aut eorum fautores gravia errata perpetraverint, eos condigna poena etiam ultimi supplicii ac rebellionis et confiscationis bonorum sine alicujus respectu puniat et condemnet. „Quoniam his diebus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 389; tom. 30 l. 2 p. 509.
— —	—	(9457) Gubernatori civit. Beneventan. et vicario gen. archiepisc. Beneventan. pro parte Bartholomaei et haeredum quondam Urbani de Becutis Consentin., qui exposuerunt, quod quidam Carolus etiam de Becutis 1000 duc. eis furto subtraxerat et Beneventum confugerat ibique captus erat, mandat et committit, ut praefatum Carolum, cum causa contra eum coram auditoribus provinciae Calabriae incepta fuerit, ad audientiam viceregis Calabriae sub fida custodia remittant. „Superioribus diebus“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 390; tom. 30 l. 2 p. 511.
— —	—	(9458) Regem Francorum hortatur, ut in assequenda possessione abbatiae S. Salvatoris de Rotania O. S. B. Veneten. dioec. Aloysio de Rubeis notario et affini suo, cui illa obitu Petri de Briguas vacans est commendata, favere velit. „Nuper vacante“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 391; tom. 30 l. 2 p. 513.
— —	—	(9459—9460) Similiter scribit Robertetto secretar. mutatis mutandis et Dominae Claudiae. Brev. tom. 2 n. cit.; tom. 30 l. 2 p. 514.
— —	—	(9461) Johanni Lopez Praeceptori domus de Toravalva (al. Taravilla) Sepulchri Domin. Hierosol. O. S. A. fam. suo, cujus procuratoribus commissarii fabricae basilicae Principis Apostolor. non respicientes indultum apost. ipsi Johanni concessum oblationes, eleemosynas, vota ac fructus Praeceptoriae S. Antonii prope et extra muros Neapolitan. O. S. A., quam ipse in commendam obtinet, capere non permittunt, de novo concedit, ut dictas oblationes etc. percipere valeat. „Nuper Nos tuis“ (Bembus | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 392; tom. 30 l. 2 p. 514.
— —	—	(9462) Henrico Angliae Regi, ad cujus manus civitas Tornacensis devenit, commendat Johannem Bailleti cler. Tornacen., Mag. in artibus, in cujus favorem episcopo et capitulo Tornacen. mandaverat, ut adveniente vacatione alicujus canonicatus et praeb., dignitatis vel officii ad ipsorum collationem pertinent. eidem Johanni conferrent; Regem hortatur, ut occurrente hujusmodi vacatione opem et operam praestare velit, ut ille pacificam possessionem consequi possit. „Consueverunt Romani Pontifices“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 393; tom. 30 l. 2 p. 517.
— —	—	(9463) Rolandum Pallavicinum domicellum Parmen. hortatur, ut ejus opera Federicus S. Angeli diac. Card. de S. Severino in possessione bonorum canonicatus et praeb. eccl. Parmen. *de Pizo inferiori* nuncupat. pacifice remaneat et eorum fructus juxta concordiam inter eundem Federicum et Antonium de Arianis initam et a Sede Apost. confirmatam libere percipere valeat. „Novit devotio tua“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 387; tom. 30 l. 2 p. 506.
— —	—	(9464) In favorem Pauli Orlandini Congreg. Camald. professoris mandat ejus superioribus, ne ipsum ad regimen animarum suscipiendum compellant neve a Prioratu de Angelis Florentin., in quo professionem emisit et 20 annis permansit, ad alium locum ejusd. Ord. invitum eum transire cogant. „Exponi Nobis“ (P. Bembus | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 388; tom. 30 l. 2 p. 508.
8. Jun. (VI. Id. Jun.)	—	(9465) Antonio Electo Messanen. nuntiat se pallium pro ipso per Thomam Guerrerium notar. et scriptorem instanter postulatum per dictum Thomam destinandum et per episcopos Cephaluden. et Carthaginien. assignandum duxisse. „Cum Nos ecclesiae Messanen.“ (Supra: P. Planca) Arch. Lat. tom. 3 f. 149, b.
— —	—	(9466) Episcopis Cephaluden. et Carthaginien. mandat, ut illi pallium assignent et juramentum ab eo recipiant. „Cum pallium insigne“. L. c. f. 150.
— —	—	(9467) Friderico S. Angeli diac. Card. juri suo ad canonicatum et praeb. eccl. Novarien., de quibus Johanni de Vicecomitibus cler. Mediolanen. providetur, renuntianti cedente vel decedente dicto Johanne accessum ad eos concedit. „Ad personam tuam“ L. 1029 f. 286, b.
— —	—	(9468) Priori et fratribus domus S. Apollinaris extra muros Papien. Ord. Praedic. committit curam Papiensis monasterii O. S. B. „Dudum postquam felicis“. Bull. Ord. Praed. tom. IV p. 306.
— —	—	(9469) Johanni Le Simon par. ecclesiam de Buigni Atrebaten. dioec. obitu Balduini de Lattre vac. confert. „Vitae ac morum“ (Evang. | Grat. p. Deo. Chemin. Aloys. | Marciaci. Coll. F. de Attav.) L. 1017 f. 211.
— —	—	(9470) Mag. Urbano de Miolano cler. Gratianopolitan. et notar. suo confirmat literas,

1514.

quibus ipsi monasterium S. Ranniberti Juren. O. S. B. Lugdunen. dioec. obitu Hugonis de Saxo vac. commendavit. „Exigentibus meritis“ (Evang. | Suno | Balbus. Coll. Bucan.) L. 1016 f. 35.

8. Jun. (VI. Id. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9471—9472) Ludovico de Ariostis, Hippolyti S. Luciae in Silice diac. Card. familiari, confert par. ecclesiam *archipresbyteratum* nuncup. S. Agathae Faventin. dioec. „Vitae ac morum“. Asculan. et Casertan. episcopis ac vicario gen. episc. Faventin. executionem committit. „Hodie dil. filio“ (Colot. | Grat. de mand. S. D. Madrigal. Aloys. | Bernard. Coll. Narnia) L. 1095 f. 40; f. 41.

— — — (9473) Hervaeo Kergnizian fam. suo confert canonicatum et praeb. eccl. Leonen. a Natali Monachi resignatos. G. F. (Colot. | Grat. de mand. S. D. Chemin. | A. de Verdesotto. Coll. H. de Ces.) L. 1007 f. 262. (Castilion. | Gr. de mand. Draco | Verdes. Coll. H. de Ces.) L. 1023 f. 252.

— — — (9474) Didaco Morejon baccal. in decr., Mag. Bernardini Gutterrii script. familiari, confert ecclesiam par. loci de Honquilana Abulen. dioec. a Joh. de Burgos resignatam. „Literarum scientia“ (A. Melfit. | Grat. p. fam. script. Suno. Baena | D. Andreae. Coll. H. de Cesis) L. 1014 f. 287.

— — — (9475) Archidiacono Hasbaniae in eccl. Leodien. et Officialibus Trajecten. et Colonien. mandat, ut Andreae Gillenvelt cler. Colonien. dioec. par. ecclesiam S. Catharinae in Demstboren Treveren. dioec. conferant. „Vitae ac morum“ (J. Copis | Grat. p. Deo | Nardin.) Arch. Lat. tom. 37 f. 1.

— — — (9476) Decano eccl. Treveren. et Officiali Treveren. mandat, ut beneficium *praebendam* nuncupat. in eccl. monasterii monialium B. Mariae de Orreo O. S. B. Treveren. dioec., de quo Gerardus Regneri alias illud obtinens et Johannes Boltz istud aspirans (ut dicitur) pactum simoniacum inierant, Johanni Kynderburen cler. Treveren. conferant, si ipse in forma juris se inscribere voluerit, et praemissa veritati subniti iis constiterit. „Vitae ac morum“. Arch. Lat. vol. H f. 12, b.

— — — (9477) Decano eccl. Barchinonen. et Officialibus Barchinonen. et Elnen. mandat, ut Petrum Szuera in domo Carmelitarum oppidi Perpiniani Elnen. dioec. professorem et in theol. baccal. ad Magisterii gradum servatis servandis promoveant. „Exponi Nobis“ (Colot. | Nic. de Podio) Brev. Lat. tom. 1 f. 113.

— — — (9478) Octavianum Electum Lauden. Maximiliano Duci Mediolan. sanguine conjunctum Legatum atque Oratorem ad eundem Ducem eligit et facit. „Confisi industriae“ Brev. tom. 2 n. 353; tom. 30 l. 2 p. 445.

— — — (9479) Johanni de la Brigida de Fano fratri Ord. Minor. S. Francisci de observ. mandat, ut in futura quadragesima in civit. Recanaten., ubi jam praedicavit et populo gratus fuit, verbum Dei praedicet. „Cum sicut dilecti filii“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 395; tom. 30 l. 2 p. 521.

— — — (9480) Bernardino Melchioris de Tuderto, custodiae P. A. cancellario, fam. suo jam seni ob fidelem servitutem, quam S. Sedi jam ab adolescentia sua impendit, summam 700 duc. auri de Cam. gratiose donat assignans ipsi pro consecutione dictae summae fructus et redditus subsidii terzariarum gabellarum et maleficiorum civit. Tuderti. „Exigit tua diurna“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 394; tom. 30 l. 2 p. 519.

— — — (9481) Cum Stephanus de Ghinutiis bancharius Senen. Rom. Curiam sequens Julio II. pro Antonio de Saona Card. S. Vitalis 10000 duc. solvisset et pro summa 3000 duc. Marcellus Boccarnis et Bernardinus Damianus cives Romani et Angelus de Waldis archipresb. eccl. Perusin. et Bernardinus Melchioris de Tuderto custodiae P. A. cancellarius fidejussissent, Stephanus praefatus cond. Marcellum et litis consortes pro dicta summa 3000 duc. coram Cam. ap. auditore in Cam. traxit, qui ob novam conventionem inter eund. Stephanum et dictum Cardinalem factam et ex certis causis, quas probare haud potuerunt, se ad solutionem non teneri putarunt, sed excommunicati declarati sunt; dictus vero Bernardinus, ne in excommunicatione decedat, haeredibus praefati Stephani se pro rata sua satisfacturum promisit; sed istis renuentibus et executionem totius summae contra Bernardinum fieri volentibus, Pontifex Bernardinum rata ab ipso soluta a debito et a censuris absolvit prohibens, ne quovis modo ulterius molestetur. „Sicut alias accepimus“ (In fine: Placet et ita M. P. mandamus. Coll. cum orig. et concord. H. de Cesis) Div. Cam. t. 63 f. 249. b.

— — — (9482) Augustinum Pinzonum canonicum Cremonen. iconomum et commissarium suum deputat, ut suo et S. Sedis nomine possessionem beneficiorum, quae in civit. et dioec. Cremonen., Placentin., Lauden. et Brixien. usque ad certam summam suae dispositioni reservavit, capiat eorumque fructus et spolia conservet. „Nuper rationabilibus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 354; tom. 30 l. 2 p. 446.

— — — (9483) Simile mandatum (mutatis mutandis) pro Octaviano de Quarino presb. Licien. circa beneficia civit. et dioec. Licien., Neritonen., Castren., Gallipolitan., Brundusin., Idruntin., Monopolitan. totiusque Apuliae reservata. Brev. tom. 2 n. cit.; tom. 30 l. 2 p. 447.

1514.

9. Jun. (V. Id. Jun.) | Romae apud S. Petrum. | (9484) Pro parte Petri Garrido canonici Mindonien., Sixti tit. S. Petri ad Vincula presb. Card. et R. E. Vicecancell. obsequiis insistentis, ecclesias par. S. Eulaliae de Lago et S. Cosmae de Prymieyros Mindonien. dioec. canonicatui et praeb. eccl. Mindonien., quamdiu eos dictus Petrus obtinuerit, unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (A. Melfit. | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Balbus. Colardi | Gerona. Coll. Amerin.) L. 1051 f. 39.

— — — | — | (9485) Philippo de Bottalis fam. suo canonicatum eccl. Taurinen. confert, praebendam vero etiam ex majoribus et presbyteralibus ac dignitatem etc. vel offic. ejusd. eccl. reservat G. F. (A. Melfit. | Grat. de mand. S. D. Suno. Baena. | Cabredo. Coll. S. de Spol.) L. 1010 f. 109.

— — — | — | (9486) Mag. Aloysio Gibraleon. script. et fam. suo capellaniam par. eccl. S. Bartholomaei de Ebulo Salernitan, dioec. confert. G. D. et F. L. 1025 f. 320.

— — — | — | (9487) Johanni Blanchi confert par. ecclesiam loci de Pinibus Lectoren. dioec. „Vitae ac morum“ (A. Melfit. | Suno. Baena | Bertrandi. Coll. F. de Attav.) L. 1008 f. 162.

— — — | — | (9488) Johanni de Basilhaco cler. Tarvien. dioec., U. J. doctori et Ludovici Francorum Regis in suprema Parlamenti Tolosan. Curia consiliario, de nobili Baronum genere ex utroque parente procreato, Prioratum S. Joh. de Massianis O. S. B. Mirapicen. dioec. a Johanne de Malafeyda resignatum commendat. „Nobilitas generis“ (Evang. | Chemin. Aloys. | J. de Radicibus. Coll. F. de Attav.) L. 1041 f. 281.

— — — | — | (9489) Petro de Cardenna beneficium in eccl. par. S. Nicolai loci de Villa Robledo de la Vega Toletan. dioec. confert. „Vitae ac morum“ L. 1033 f. 133.

— — — | — | (9490) Provisionem unius, duarum, trium vel plurium ecclesiarum cathedr. vel metrop. et monast. in dominio Ducis Mediolanen. consistentium suae dispositioni reservat. A. F. R. M. „Etsi ecclesiarum“ L. 1198 f. 89, b.

— — — | — | (9491) In favorem Alphonsi Redondo archipresbyteri archipresbyteratus oppidi de Almacan Seguntin. dioec. fam. sui cum dicto archipresbyteratu, quamdiu eum obtinuerit, par. ecclesiam S. Jacobi de Alarcon Conchen. dioec. resignatione Guillermi Raymundi vacantem unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Evang. | Grat. de mand. S. D. Rizonib. Gerona | Acre. Coll. Bucan.) L. 1033 f. 68.

— — — | — | (9492) Johanni Mulner cler. Colonien. dioec. fam. suo indultum circa beneficia concedit. G. F. L. 1205 f. 267.

— — — | — | (9493) Praeposito eccl. S. Mariae de Breme Papien. dioec. mandat, ut Johanni Ludovico de Varisio alias de Roxate cler. Mediolanen. archipresbyteratum eccl. B. Mariae Ronascala Papien. dioec. ab Aloysio de Varisio al. de Roxate resignatum ad certum tempus commendare et deinde, si idoneus sit, conferre curet. „Vitae ac morum“ (G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. vol. F f. 78.

— — — | — | (9494) Marcellino Guiramandi et Bernardino Rastatii canon. eccl. Aquen. mandat, ut pro parte Honorati Guaspardi et Baltassaris Dalphini fratrum, civium Aquen., quibus alias Bileta de Albertis Priorissa monasterii burgi seu oppidi S. Zachariae O. S. B. Massilien. dioec. quoddam pratum ad dictum monast. pertinens in emphyteusin perpet. concesserat, concessionem hujusmodi, servata forma lit. Pauli II., examinent, et si dicto monast. sit utilis, approbent. „Ex injuncto Nobis desuper“ (A. de S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. tom. 18 f. 276.

— — — | — | (9495) F. tit. SS. Joh. et Pauli Card. Surrentin. ad instantiam quoque P. Card. S. Eusebii tot beneficia in Hispania reservavit, quae ad summam 2000 duc. ascendant; decernit, ut nominati Cardinales occurrente alicujus beneficii in dicta reservatione comprehensi vacatione, quoties libuerit Pontifici illud alicui ex famil. vel alteri conferre, consensum praebere teneantur, necnon ut dicta reservatio tamdiu valeat, quamdiu sibi visum fuerit. A. F. R. M. „Cum hodie dilecto filio“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 396; tom. 30 l. 2 p. 523.

— — — | — | (9496) Augustino de Fuscarariis civi Bononien. 10 duc. ex redditibus vectigalis vini civit. Bononiae singulis mensibus exigendos ad annum assignat. „Exigit tua in Nos“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 398; tom. 30 l. 2 p. 525.

— — — | — | (9497—9498) Mag. Francisco de Vega script. et fam. suo beneficium in par. eccl. oppidi de Huelna Ispalen. dioec. confert. G. D. et F. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“. Arch. Lat. tom. 33 f. 124, b; f. 122.

— — — | — | (9499) Michaeli Antonii Francisci de Castellanis subdiacono rectori par. eccl. S. Justi de Rota Fesulan. dioec. concedit, ut ad certum tempus diacon. et presb. ordines suscipere minime teneatur. „Cupientes commodis tuis“ (Colot. | B. de Magistris) Brev. Lat. tom. 1 f. 73.

— — — | — | (9500) Episcopo Croien. et decano eccl. Pacen. ac Priori monasterii S. Vincentii Salamantin. mandat, ut Franciscum Phileltum et Petrum Roderici Pacen. dioec. ad Licent. et doctoratus gradus in medicina servatis servandis promoveant. „Exponi Nobis“ (Colotius | B. de Magistris) Brev. Lat. tom. 1 f. 114, b.

1514.

10. Jun. (IV. Id. Jun.) Romae apud S. Petrum.

(9501) Joffredo Pujacons cler. Valentin. dioec. et familiari suo concedit regressum ad canonicatum et praeb. eccl. S. Mariae de Xativa ejusd. dioec. G. F. L. 1006 f. 156, b.

— — —

(9502—9503) Mag. Christophoro Barotio lit. apost. scriptori et cubiculario suo ecclesiam ruralem *abbatiam* nuncup. S. Petri de Colonello territorii Ebuli Salernitan. dioec. confert. G. D. et F. Cavallicen. et Cuman. episcopis et vicar. gen. archiep. Salernitan. executionem committit. „Hodie dil. filio“ (Colot. | Grat. p. socio | Enckenw. Coll. Donat.) L. 1042 f. 161; f. 162, b.

— — —

(9504) Sebastiano Ponze cler. Palentin. dioec., Mag. Joh. Hier. Benzon lit. ap. abbrev. commensali, indultum circa beneficia concedit eumque filium patrimonialem quarund. eccl. dictae dioec. creat. „Nobilitas generis“ L. 1206 f. 510.

— — —

(9505) Armanno de Luschis fam. suo par. ecclesiam *Prioratum* nuncup. S. Pontii de Lentusca Nicien. dioec. confert et Camerariam monasterii S. Pontii extra muros Nicien. O. S. A. necnon eccl. par. S. Reparatae ejusd. dioec. commendat. G. F. (Ph. de Senis | Grat. de mand. Cheminart. | Balandrinus. Coll. S. de Spoleto) L. 1007 f. 78.

— — —

(9506) Mag. Nicolao de Aretio causarum P. A. auditori mandat, ut Jacobo Brusco cler. Neapolitan. et fam. suo Prioratum S. Spiritus Soran. O. S. A. surrogando commendet, si nemini sit jus quaesitum. G. F. (Ph. de Senis | Grat. de mand. S. D. Chemin. F. de Acre) L. 1024 f. 14.

— — —

(9507) Nicolao Petri de Ardinghellis cler. Florentin. fam. suo cum jure accessus pensionem assignat super fruct. par. eccl. S. Eusebii Mediolanen., cui renuntiavit, accedente consensu Joh. Pauli de Gradis ejus rectoris. G. F. L. 1026 f. 27.

— — —

(9508) Julio Eugenii de Ponte Curvo cler. perpet. beneficiato in eccl. S. Angeli loci de Babuco Verulan. dioec. beneficium in dicta eccl. confert. G. F. L. 1017 f. 65.

— — —

(9509) Gaspari de Arze fam. suo, Innocentii SS. Cosmae et Damiani diac. Card. obsequiis insistenti, confert ecclesiam par. S. M. de la Hera loci de Villega Legionen. dioec. cessione Petri Gundisalvi de Berrocal vac. G. F. (A. Melfit. | Grat. d. mand. S. D. Liazar. Enckenw. | Verdes. Coll. F. de Attav.) L. 1051 f. 16, b.

— — —

(9510) Riccardo Le Petit cler. Bajocen. dioec. capellaniam ad alt. S. Joh. Ev. situm in eccl. monasterii SS. Trinit. de Cadonio O. S. B. permutat. causa resignanti confert par. ecclesiam S. Mannei Bajocen. dioec. a Michaele Le Petit ead. de causa dimissam. „Apostolicae Sedis“ (Armellin. | Suno. Baena | Salvius | Coll. F. de Attav.) L. 1004 f. 301.

— — —

(9511) Cantori eccl. Giennen. mandat, ut beneficium in par. eccl. loci de Ariovilla Giennen. dioec. Gaspari de Alcocer cler. dictae dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ Arch. Lat. vol. H f. 159, b.

— — —

(9512—9513) Claudio de Villajoia confert Prioratum domus B. Mariae de Romeario Ord. S. Aug. Dien. dioec. a monasterio S. Ruffi prope et extra muros Valentin. dependentem et vac. resignatione Chaberti de Villajoia, cujus dictus Claudius nepos existit. „Religionis zelus“. Execut. deputat. „Hodie“ (Copis. Planca | Campania) Arch. Lat. tom. 30 f. 103 seq.

— — —

(9514) Orlandinum de Monte Ubiano laicum Perusin., qui propter rixas et pugnam sanguinolentam inter nobiles juvenes, in qua ex una parte Hieronymus Balionis et ex altera parte suus filius Ugolinus letaliter vulnerati fuerunt, licet dicti homicidii inscius fuerit, cum tota familia a civit. Perusin. per annum et a Castro Montis Ubiani per 10 annos exul factus, demolitionem domorum in dicto Castro existentium passus et ad solvendam legitimam portionem pro suis filiis, qui homicidio hujusmodi intervenerunt, condemnatus est, a solutione dictae portionis et post duos menses a poena exilii absolvit. „Exponi Nobis“ (Colot. | B. Acutius) Brev. Lat. tom. 1 f. 79.

— — —

(9515) Vicario gen. episc. Perusin. mandat, ut Guarinum Mazochini de Clauciano regni Parthenopes Theatin. dioec., qui per plures annos in Univers. Stud. Perusin. U. J. facultati operam dedit, sed propter magnas expensas doctoratus gradum assequi non potest, duobus aliis U. J. doctoribus assumptis et rigoroso praemisso examine ad doctoratus gradum promoveat. „Dignum et conveniens“ (Colotius | J. Bonseverus) Brev. Lat. tom. 1 f. 37, b.

— — —

(9516—9527) Suae et apost. Sedis dispositioni specialiter reservat a) canonicatum et praebendam eccl. S. Nicolai Novifori Magdeburgen., quos Joh. Cordes obtinet, L. 1205 f. 455; b) canonic. et praeb. eccl. B. Mariae Virg. in Tewerstat extra muros Bambergen., quos Joh. Lautembach obt., L. c. f. 458; c) canon. et praeb. eccl. Frisingen., quos Leonardus Rantaler obt., L. c. 469; d) canon. et praeb. eccl. S. Bonifacii Hamelen. Minden. dioec., quos Rodolphus Sertoris obt., L. c. f. 485; e) canon. et praeb. eccl. SS. Apost. Colonien., quos Enechardus Stokhusen obt., L. c. f. 487; f) canon. et praeb. eccl. Wladislavien., quos Joh. Lukowscky obt., L. c. f. 337, b; g) canon. et praeb. eccl. S. Florini oppidi Confluentiae Treveren. dioec., quos Joh. de Lapide

1514.

obt., L. c. f. 250; h) canon. et praeb. eccl. S. Bartholomaei Leodien., quos Petrus Le Polte obt., L. c. f. 390; i) canon. et praeb. eccl. S. Cyriaci extra muros Wormatien. et perpet. vicariam ad altare SS. Jacobi et Stephani situm in eccl. Argentin., quos Wernherus Luffi obt., L. 1206 f. 225; k) canon. et praeb. et Custodiam eccl. Warmien., quos Andreas Cletzs obt., L. 1206 f. 183; l) canon. et praeb. eccl. S. Bonifacii in Frekenhorst Monasterien. dioec., quam Henricus Westkerken obt., L. 1206 f. 346; m) canonic. et praeb. eccl. Bisuntin., quos Joh. Richardi obt., L. 1206 f. 179; haec docum. incip. A. F. R. M. „Etsi canonicatuum".

10. Jun. (IV. Id. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9528—9531) Suae et Apost. Sedis dispositioni specialiter reservat a) par. ecclesiam in Herisaw Constantien. dioec. prov. Magunt., quam Georgius Schenekhn obtinet, L. 1206 f. 344; b) par. ecclesiam S. Amandi in Dattalen Colonien. dioec., quam Dettmarus Beren obtinet, L. 1205 f. 339, b (haec duo docum. incip. A. F. M. M. „Etsi parochialium"); c) par. ecclesiam S. Mauritii de Emger Monasterien. dioec., quam Joh. Abeknick obt., A. F. R. M. „Etsi ecclesiarum" L. 1205 f. 319, b; d) perpet. vicariam ad altare B. M. V. situm in capella novi chori S. Stephani eccl. Spiren., quam Joh. Meiersaffer obt., A. F. R. M. „Etsi vicariarum" L. 1205 f. 256, b.

— — — (9532—9554) Suae et Apost. Sedis dispositioni specialiter reservat a) par. ecclesiam S. Martini in Flartzem al. Vroertzem seu Flortzem Colonien. dioec., quam Joh. Stzil al. Vasbender obtinet, L. 1205 f. 452; b) perpet. vicariam ad altare S. Dionysii situm in ecclesia Halberstaden., quam Joh. Nigebur obt., L. c. f. 453; c) par. ecclesiam de Montinguoy Leodien. dioec., quam Bern. Chaerlier obt., L. c. f. 457; d) par. ecclesiam in Pleuntaig Patavien. dioec., quam Leonardus Stix obt., L. c. f. 459; e) par. eccl. S. Germani Sedunen. dioec., quam Joh. Albi obt., L. c. f. 460, b; f) perpet. vicariam ad altare S. Bartholomaei situm in eccl. S. Johannis Novo Castro nuncup. Herbipolen., quam Petrus Bremptz obt., L. c. f. 464, b; g) perpet. vicariam *dominicalem majorem* nuncupatam in eccl. S. Joh. in Haugis extra muros Herbipolen., quam Joh. Worsagher obt., L. c. f. 467; h) perpet. capellaniam ad altare S. Crucis situm in eccl. Spiren., quam Joh. Ulner obt., L. c. f. 476; i) par. ecclesiam oppidi de Augia Cameracen. dioec., quam Joh. Leppenelde obt., L. c. f. 249; k) par. ecclesiam in Geltendorff Augusten. dioec., quam Joh. Burckhart obt., L. c. f. 520, b; l) par. eccl. de Kelnperg Patavien. dioec., quam Joh. Mairstamer obt., L. c. f. 524; m) par. ecclesiam loci de Baralle Cameracen. dioec., quam Laurentius de Vado obt., L. c. f. 537, b; n) perpet. vicariam ad altare S. Mariae Magd. situm in eccl. S. Joh. in Haugis prope et extra muros Herbipolen., quam Paulus Bischoff obt., L. c. f. 547; o) unam ad S. Nicolai de Bruysthem et aliam ad ejusdem S. Nicolai in de Diepenbeeck locorum Leodien. dioec. par. ecclesiis sita altaria perpetuas capellanias, quas Arnoldus Steynenhuys obt., L. c. f. 556; p) canonicatum et praeb. eccl. B. M. V. oppidi Huiien Leodien. dioec., quos Henricus ex Palude obt., L. c. f. 253; q) perpet. capellaniam ad altare B. M. V. situm in par. eccl. S. Joh. Bapt. de Moelenbeke Cameracen. dioec., quam Aegidius de Brusegim obt., L. c. f. 350; r) perpet. capellaniam ad altare S. Michaelis situm in eccl. Rothuacen. Cameracen. dioec., quam Joh. de Baye al. de Capella obt., L. c. f. 391; s) perpet. vicariam ad altare S. Silvestri situm in eccl. Minden., quam Henricus Hauerbeke obt., L. c. f. 312; t) par. ecclesiam S. M. Magdalenae Villae Kerlich Treveren. dioec., quam Joh. de Castellen obt., L. c. f. 322, b; u) perpet. vicariam ad altare S. Kiliani in eccl. Maguntin., quam Joh. Mulbach obt., L. 1206 f. 252, b; v) par. ecclesiam in Pergen al. Kosen Frisingen. dioec., quam Joh. Sockert obt., L. 1206 f. 178; w) par. ecclesiam in Gernsheym Maguntin. dioec., quam Joh. Carnificis obt., L. 1206 f. 350; x) par. ecclesiam S. Andreae loci de Lernen Leodien. dioec., quam Paulus de Coieri obt., L. 1206 f. 353; haec 23 docum. incip. A. F. R. M. „Etsi beneficiorum".

— — — (9555) Henrico Angliae Regi commendat Polydorum Castellen. vicecollectorem, qui officium collectoriae apost. in regno Angliae jam exercuit et rursus ad illud exercendum illuc mittitur. „Rediit nuper" (Sadol.) Brev. tom. 41 p. 215.

— — — (9556) Nuper cupiens providere, ne prohibita ad partes infidelium deferrentur, Johanni del Rio civi Panormitan. et classis suae capitaneis p. t. existentibus (3. Apr. 1514) facultatem concessit quorumcunque fidelium navigia in Africam aut alia infidelium loca transfretantia recognoscendi et, si in illis ad infideles prohibita deferri invenissent, ea capiendi et retinendi; cum postea multae reclamationes factae sint, quod ex hujusmodi concessione perturbationes et depraedationes facile exoriri possint, eidem Johanni et quibusvis aliis personis sub poena excommun. l. s. inhibet, ne navigia, ut praefertur, recognoscant; iis mandat, ut bona indebite capta restituant; pro potiori cautela literas praedictas cassat et revocat. „Nuper cupientes" (Sadol. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 41 p. 204.

— — — (9557) Comitem de Arran et Patritium Hamylton militem hortatur, ut Mag. Thomae

1514.

Nudre notario et fam. suo, Thesaurario eccl. Glasguen. ac rectori par. eccl. de la Myngton dictae Glasguen. dioec. in Rom. Cur. residenti, assistere velint, ut is omnia emolumenta earumd. Thesaurariae et ecclesiae percipere possit. „Cum dilectus filius“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 400; tom. 30 l. 2 p. 531.

10. Jun. (IV. Id. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9558—9560) Ducem Geldrensem et Ducem Cleven., patrem Ducis Gilen., ac Ducem Gilen. (mutatis mutandis) ex eo, quod super jure Ducatus Juliacensis[1], qui nunc in manibus Ducis Cleven. est, graves discordiae ortae sunt, propter quas jamdiu perniciosa et crudelia bella gesta sunt et majora in dies formidantur, hortatur et obnixe requirit, ut odiis semotis res ipsa quam citissime concordia componatur. „Cum ex pastorali officio“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 401; tom. 30 l. 2 p. 533; tom. 41 p. 209. Ex parte apud *Raynald.* a. 1514 n. 49 p. 76.

— — — (9561) Gubernatori Fani mandat, ut vicarium domus sive conventus fratrum Minor. Conventual. de Fano, quem detinet et superiori mense capi fecit ad instantiam cujusd. asserti commissarii episcopi Portuen., relaxet ac causas fratrum Minor. Ministro gener. ipsorum fratrum decernendas dimittat et ministros curiae saecularis, qui in captura dicti vicarii duos fratres Minor. ensibus in capite percusserunt in platea publica, cum solemnis processio ageretur, ad emendationem injuriae et vulnerum sanandorum expensas compellat et ita castiget, ut de cetero se ministros justitiae, non injuriae esse meminerint. „Vicarium domus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 402; tom. 30 l. 2 p. 535.

— — — (9562) Generali Minorum scribit, se praefati vicarii detentionem et vulnera dictis fratribus ab officialibus curiae saecularis inflicta moleste tulisse; omnes commissiones quarumcumque causarum fratrum Minor. Conventual. nuncup. vel de ejusd. Generalis obedientia ubicunque existentium quibuscunque Praelatis commissas ad se avocat et eidem Generali definiendas committit. „Capturam et detentionem“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 403; tom. 30 l. 2 p. 536.

— — — (9563) Odalrico Caufman canonico Viennen. et Praeposito eccl. Mediolanen. mandat, ut Francisco Sfortiae cler. Mediolanen., Maximiliani Ducis Mediolani fratri germano ac Duci Bari, unum vel plura beneficia in Maximiliani et Francisci praedict. Ducatibus consistentia et certum valorem non excedentia vacatione occurrente conferre seu commendare curent. „Cupientes dilecto filio“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 399; tom. 30 l. 2 p. 526.

— — — (9564) Conservatores constituit pro fratribus Minor. provinc. Poloniae. „Dudum siquidem“ Brev. tom. 2 n. 371; tom. 30 l. 2 p. 478.

— — — Vesperae Papa praesente in capella Palatii cantatae.

11. Jun. (III. Id. Jun.) — Domin. SS. Trinit. Missam cantavit Cardin. Agennen.; sermonem habuit quidam Polonus poenitentiarius. P. de Grassis f. 101.

— (9565) Renato tit. S. Sabinae presb. Card. commendat monasterium B. Mariae de Yssoldinio O. S. B. Biturícen. dioec. dimissione Johannis Bachet nuper dicti monasterii abbatis vac. „Romani Pontificis providentia circumspecta“ (Armellin. | *Visa* Suno | Cheminart. Coll. F. de Attav.) L. 1013 f. 192.

— — — (9566) Eidem commendat monasterium de Prathea Cisterc. Ord. Biturícen. dioec. resignatione Yvonis nuper ejus abbatis vac. Init. et script. ut supra. L. c. f. 194.

— — — (9567) Yvonem Compaing praeficit in abbatem monasterio B. Mariae de Oliveto Cisterc. Ord. Biturícen. dioec. cessione Renati tit. S. Sabinae presb. Card. vacanti. „Sollicitae considerationis indagine“ (Armellin. | Suno. Baena | Cheminart. Coll. F. de Attav.) L. 1013 f. 190.

— — — (9568) Eidem indultum circa beneficia concedit. „Personam tuam“. Arch. Lat. tom. 29 f. 1.

— — — (9569) Yvoni abbati monasterii de Oliveto Cisterc. Ord., qui monasterium praedictum de Prathea Cist. Ord. Biturícen. dioec. resignavit, medietariam de Rosieres nuncupatam cum molendinis et pertinentiis suis et 4 domibus in civit. Biturícen. sitis et alia bona et jura ad monast. de Prathea pertin. reservat. „Personam tuam“ L. 1013 f. 196, b.

— — — (9570—9571) Johanni de Duroforti seniori baccal. in decr. et Priori eccl. S. Caprasii Agennen. tertiam partem fructuum par. ecclesiae S. Martini de Falgueyrolis Agennen. dioec., quae ab ipso resignata Johanni de Duroforti juniori monacho eccl. Condomien. commendatur, reservat. „Literarum scientia“. Execut. deputat. „Hodie cum dil. filius“. Arch. Lat. tom. 38 f. 85; f. 86.

— — — (9572) Johanni Duroforti jun. monacho O. S. B. et de nobili genere nato commendat dictam par. ecclesiam S. Martini de Falgueyrolis Agennen. dioec. „Religionis zelus“ (Colot. | Chemin. Aloys. | J. de Radicib. Coll. F. de Attav.) L. 1027 f. 155.

— — — (9573) Stephano Bodoin presb. Claromonten. dioec. Prioratum S. Victoris prope Murolum O. S. B. ejusd. dioec. a Guillermo Perier resignatum commendat. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Chemin. Aloys. | Cotini. Coll. F. de Attav.) L. 1007 f. 335, b.

[1] Cf. Ranke, Opp. omn. tom. 1 p. 226 seq.

1514.

11. Jun. (III. Id. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9574) Johanni Walwitz canonicatum et praeb. eccl. Magdeburgen. obitu Johannis Boes ipsius ecclesiae canonici vac. confert. „Nobilitas generis“ (A. Melfit. | Gr. de mand. S. D. Millin. Gauden. | Delius. Coll. Bucan.) L. 1043 f. 93, b.

— — — (9575) Onofrio Soler confert archidiaconatum de Alpont (al. Alpontin) in eccl. Segobricen. et quoddam benef. in eccl. Valentin. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Coll. F. de Attav.) L. 1016 f. 16.

— — — (9576) Episcopis Militen. et Cavallicen. ac Officiali Segobricen. executionem demandat. „Hodie dil. filio“ (Infra: Chemin. Aloys. | Verdesotto. Coll. F. de Attav.) L. 1016 f. 18, b.

— — — (9577) Jacobo de Manhani canonico eccl. Auxitan. O. S. A. commendat Prioratum S. Martini de Togeto Clun. Ord. Lumbarien. dioec. a Joh. Vesiani resignatum. „Religionis zelus“ (Colot. | Chemin. Aloys. | Cabredo. Coll. F. de Attav.) L. 1027 f. 152.

— — — (9578) Duobus canonicis eccl. Burgen. mandat, ut contractum locationis initum inter conventum monasterii B. Mariae de Nagera O. S. B. Calaguritan. dioec. et Fernandum de Setien, Rodericum Sanctii de Garbijos ac Johannem Garsiae laicos Burgen. dioec. super quibusd. possessionibus ad dictum monast. pertinentibus examinent et approbent, si eum in ejusd. monast. utilitatem cedere repererint. „His quae pro singularum“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 33 f. 209, b.

— — — (9579—9580) Guillelmo Sicisfonte monacho monasterii Clarae Vallis Cisterc. Ord. Lingonen. dioec. pensionem assignat super fruct. monasterii B. Mariae de Fontemoris Cist. Ord. Bituricen. dioec. solvendam per Johannem des Barres dicti monasterii B. M. commendatarium, cum quo super eod. monast. litigaverat. „Religionis zelus“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“. Arch. Lat. tom. 44 f. 223, b; f. 224, b.

— — — (9581) Cavallicen. et Taurinen. ac Milopotamen. episcopis mandat, ut beneficium in basilica Princ. Apost. de Urbe obitu Bartholomaei de Luca vac. Hieronymo de Carbonibus cler. Roman. conferant. G. F. Arch. Lat. tom. 36 f. 202, b.

— — — (9582) Dominico Venturae de Curtis diac. et perpet. capellano ad altare S. Pauli situm in par. eccl. S. Petri Cattolini Florentin. concedit, ut a quocunque maluerit cathol. episcopo ad ordinem presbyteratus promoveri valeat. „Cum sicut Nobis“ (Colotius | Cinthius) Brev. Lat. tom. 1 f. 62.

— — — (9583) Camerae apost. mandat, ut Raymundo de Raymundis fam. suo et Francisci episc. Tiburtin. secretario singulis mensibus rata et debita portio provisionis 150 duc. (n. 2220) solvatur; pecuniam, quae ratione ejusdem provisionis ipsi soluta fuerit, in computis eorum, qui solverint, acceptari vult, non obstante, quod in ordinatione et descriptione de personis, quibus provisiones solvi vult, de eodem Raymundo mentio facta non fuerit. „Memores motu proprio et ex certa scientia constituisse“ (Coll. Donatus) Div. Cam. t. 63 f. 260, b.

— — — (9584) Episcopos Labacen. (Christophorum Rauber) et Zagrabien. (Thomam de Bakacs) et Arnoldum abbatem Ord. Cisterc. ac Praepositum in Volkmarkt creat conservatores privilegiorum fratribus Minor. de observ. prov. Austriae collatorum. „Dudum siquidem“. Ed. *Greiderer*, Germania Franciscana tom. I L. III n. 41 p. 234; hujus docum. mentio fit Brev. tom. 2 n. 371; tom. 30 l. 2 p. 478.

— — — (9585) Nicolao Buxo monasterii B. Mariae de Bordunario O. S. Basilii Messanen. dioec. perpetuo commendatario. Ut literae, quibus ipsi dictum monasterium commendavit, suum debitum sortiantur effectum, abbati monasterii S. Pantaleonis Ord. et dioec. praedict. et archidiacono eccl. Messanen. et Joh. Andreae de Balsamo ac Francisco Sanctiglie dictae eccl. Messanen. canonicis committit, ut eundem Nicolaum vel ejus procuratorem in possessionem dicti monasterii a Thoma tit. S. Martini in Montibus presb. Card. Strigonien. resignati inducant et de fructibus integre responderi faciant. „Alias monasterio“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 405; tom. 30 l. 2 p. 539.

— — — (9586) Archiepiscopo Aquen. mittit transsumptum Monitorii poenalis[1], quod de facinoribus agit, quae parlamentum Provinciae ejusque consiliarii eisque adhaerentes in maximum S. Sedis contemptum perpetrarunt et perpetrant; monet eum, ut intrepide dictum Monitorium executioni debitae demandet. „Non sine animi Nostri molestia“ (Sadol. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 41 p. 217.

— — — (9587) Similiter dictum transsumptum episcopo Grassen. mittit. Id. init. (Sadol. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 404; tom. 30 l. 2 p. 537.

12. Jun. (Prid. Id. Jun.) — (9588) Didacum Pacheira vicarium de Thomar Nullius dioec. et U. J. doctorem ob sequentem provisionem ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“. Arch. Lat. tom. 40 f. 203, b.

— — (9589) Eundem Didacum ecclesiae Funchalen., quam ead. die ex par. eccl. B. Mariae in civit. de Funchal in insula de Madeyra in ecclesiam cathedr. erexit jus patron. et

[1] Die 19. Dec. 1513 Sess. VIII. Conc. Later. Leo approbaverat Monitorium poenale adversus dictum Parlamentum, quod jura ecclesiastica invasit et usurpavit, Avinione et aliis in locis publicandum. *Raynald.* a. 1513 n. 91; *Hard.* Conc. tom. IX p. 1716 seq.

1514.

praesentandi personam idoneam Regi Portugalliae reservans, de consensu Emmanuelis Portugalliae Regis praeficit in episc. et pastorem. „Apostolatus officium“ (Jo. Copis | Campania) L. c. f. 201.

12. Jun. (Prid. Id. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9590—9594) De hac provisione scribit: a) capitulo eccl. Funchalen. „Hodie ecclesiae vestrae“; b) clero et c) populo civit. et dioec. Funchalen.; d) ejusd. eccl. vasallis „Hodie ecclesiae Funchalensi“; e) Emmanueli Portug. Regi „Gratiae divinae“ L. c. f. 202 seq.

— — — (9595) Eidem Didaco Electo Funchalen. indultum circa beneficia concedit. „Personam tuam“ L. c. f. 204.

— — — (9596—9601) Franciscum episc. Tiburtin. ecclesiae Vicentin., cujus regimini Franciscus nuper episc. Vicentin. cessit, praeficit in episc. et pastorem, ita ut episc. Tiburtin. esse non desinat „Divina disponente clementia“ (*Visa* Suno | Questenb.); de hac provisione scribit: a) capitulo eccl. Vicentin. (Coll. F. de Attav.), b) clero et c) populo civit. et dioec. Vicentin., d) vasallis eccl. Vicentin. „Hodie ecclesiae“, e) Patriarchae Aquilegien. „Ad cumulum“ (Coll. F. de Attav.) L. 1028 f. 36 seq.

— — — (9602) Francisco episc. Tiburtin. indultum circa beneficia concedit et pensionem assignat super fruct. mensae episcop. Xanctonen. „Ad personam tuam“ L. c. f. 37, b.

— — — (9603) Eidem pensionem super fruct. mensae episc. Xanctonen. assignat. „Dum exquisitam“ L. 1049 f. 262, b.

— — — (9604) Julianum nuper electum Vulterran. ob sequentem provisionem ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“ L. 1013 f. 26.

— — — (9605) Cum eodem Juliano in 26. aetatis suae anno constituto super defectu aetatis dispensat, ut eccl. Xanctonen. praeesse et munus consecrationis suscipere valeat. „Divina supereminens largitas“ L. 1013 f. 26, b.

— — — (9606) Eundem Julianum praefati Francisci episc. Tiburtin. nepotem, qui administrationi eccl. Vulterran. cessit, praeficit in episc. et pastorem ecclesiae Xanctonen., cujus regimen idem Franciscus episc. Tiburtin. resignavit. „Divina disponente clementia“ (Infra: Grat. p. nep. Card. Chemin. Aloys. | Cyprian. Coll. F. de Attav.) L 1013 f. 23; L. 1021 f. 136 (Infra: Grat. p. nep. Card. Draco. Colardi | Questenb. Coll. D. de Juvenibus).

— — — (9607—9612) De hac provisione scribit: a) archiepisc. Burdegalen. „Ad cumulum tuae cedit“; b) capitulo eccl. Xanctonen. „Hodie ecclesiae vestrae“; c) Ludovico Francorum Regi „Gratiae divinae“; d) clero et e) populo civit. et dioec. Xanctonen.; f) vasallis dictae eccl. Xanctonen. „Hodie ecclesiae“ (Infra: Cyprian. Coll. F. de Attav.) L. 1013 f. 27.

— — — (9613) Juliano electo Xanctonen. indultum concedit circa benef. „Personam tuam“ L. 1013 f. 24, b.

— — — (9614—9618) Julium S. Mariae in Domnica diac. Cardinalem ecclesiae Vauren. obitu Petri episc. vacanti praeficit in episc. et pastorem „Divina disponente clementia“ (Supra: P. Cesis); de hac provisione scribit: a) capitulo eccl. Vauren.; b) clero et c) populo civit. et dioec. Vauren.; d) vasallis dictae ecclesiae. „Hodie ecclesiae“ L. 1010 f. 132 seq.

— — — (9619—9620) Eumdem Julium commendat a) Ludovico Francorum Regi „Gratiae divinae praemium“; b) archiepisc. Tholosan. „Ad cumulum“ (Infra: *Visa* Suno | Cheminart. Coll. Attav.) L. c. f. 134; f. 134, b.

— — — (9621—9622) Innocentio Picquet canonicatum et praeb. eccl. S. Nicolai Ambianen. resignatione Adriani Villani vac. confert. „Laudabilia“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Ph. de Agnellis. G. de Prato | Nardin. | Arch. Lat. tom. 31 f. 60; f. 61, b.

— — — (9623) Antonio Goffredi rectori par. eccl. S. Joh. de Leymen Lugdunen. seu Burgen. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum“ (C. de Cesis | Gr. p. fam. Regentis [Pauli de Cesis] C. de Liazariis. Ingenw. | J. de Cesis. Coll. F. de Attav.) L. 1051 f. 79, b.

— — — (9624—9625) Francisco de Sericourt confert Prioratum heremitagii B. Mariae de Ardengiis et S. Juliani de Ronceroys O. S. B. Cenomanen. dioec. „Religionis zelus“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (A. de Alvarottis. G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 31 f. 62; f. 63, b.

— — — (9626) Johanni Colort Mag. in art. confert par. ecclesiam de Monterealdo Carnoten. dioec. „Literarum scientia“ (Evang. | Rizonib. Gerona | A. Castillo. Coll. Donat.) L. 1027 f. 133, b.

— — — (9627) Johanni Sapientis canon. eccl. B. M. Magdal. Bisuntin. et fam. suo, qui obsequiis Bernardi t. S. M. in Porticu diac. Card. insistit, indultum concedit circa beneficia. G. F. L. 1024 f. 10.

— — — (9628—9629) Antonio de Argote cler. Salamantin., Mag. Bernardini Gutterii script. familiari, pensionem ex dioec. Segobien. concedit. „Vitae ac morum“. Executionem

1514.

committit episc. Asculan. et Algaren. et Offic. Salamant. „Hodie dil. filio“ Arch. Lat. tom. 16 f. 240, b; f. 244.

12. Jun. (Prid. Id. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9630—9631) Jacobo Desprez par. ecclesiam S. Laurentii prope et extra muros Parisien. resignatione Thomae Pascal vac. confert. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Benzon. Alvarott. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 29 f. 136, b; f. 137, b.

— — — (9632) Vicario gen. episc. Mutinen. mandat, ut Ludovico de Furno cler. Mutinen., si eum ad hoc idoneum esse repererit, canonicatum et praeb. eccl. Mutinen. a Johanne de Tebaldis resignatos conferat. „Laudabilia dil. filii“ (P. de Cesis | Grat. de mand. S. D. Draco | Saldus. Coll. H. de Cesis) L. 1015 f. 132.

— — — (9633) Petro Luillier cler. Parisien. Prioratum de Theudio O. S. B. Bituricen. dioec. a monasterio de Verzione Ord. et dioec. praedict. dependentem et cessione Jacobi Luillier vacantem commendat. „Nobilitas generis“ (Armellin. | Marciaci. Aloys. | Valtrini. Coll. F. de Attav.) L. 1015 f. 97.

— — — (9634—9635) Petro de Bellovidere canonicatum et praeb. eccl. Riven. confert. „Laudabilia“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (G. de Prato. Lambertus) Arch. Lat. tom. 29 f. 8; f. 9, b.

— — — (9636) Carolo Barton cler. Lemovicen. dioec. commendat par. ecclesiam S. Dionysii de Ruiarenes Bituricen. dioec. per canonicos monasterii S. Petri de Stirpe O. S. A. Lemovicen. dioec. teneri solitam. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Suno. Baena | A. de Castillo. Coll. Jo. Ja. Cipellus) L. 1004 f. 302, b.

— — — (9637—9638) Christophoro Welser cler. Augusten., U. J. doctori et script. ac fam. suo, juri suo ad canonicatum et praeb. eccl. Herbipolen. obitu Joh. Voyt vac., qui Balthasari de Grumbach conferuntur, cedenti pensionem assignat super fruct. Praeposituraе eccl. S. Burchardi Herbipolen. per Joh. etiam Grumbach Praepositum solvendam et accessum ad canonic. et praeb. praedict. concedit. G. D. Execut. deputat. „Hodie cum dil. filium“. Arch. Lat. vol. H f. 37; f. 39, b.

— — — (9639) Episc. Cavallicen. et Praeposito eccl. S. Nicolai in Camberg Herbipolen. dioec. et Offic. Herbipolen. mandat, ut canonic. et praeb. praedictos Balthasari de Grumbach (hic leg. Grunbach, Ind. Branbach) conferant. „Vitae ac morum“ (Evang. | Chemin. Aloys. | Marciaci. Coll. F. de Attav.) L. 1049 f. 269.

— — — (9640—9641) Johanni Petro de Caponago capellam S. Marcellinae Mediolanen. confert. G. F. Execut. deputat. „Hodie“. Arch. Lat. tom. 30 f. 62, b; f. 64.

— — — (9642—9643) Johanni de Burdolia confert canonicatum et praeb. eccl. S. Frontonis Petragoricen. dioec. a Guidone de Burdolia resignatos cum par. ecclesia B. M. de Veloneys Bellaneis iis, quamdiu eos obtinuerit, unita. „Nobilitas generis“. Execut. deputat. „Hodie“. Arch. Lat. tom. 29 f. 199; f. 200.

— — — (9644—9645) Ricardo Briere baccal. in decr. confert par. ecclesiam S. Petri Bulosa Abrincen. dioec. „Literarum scientia“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (P. de Castello. Benzon. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 33 f. 260; f. 262, b.

— — — (9646) Paroch. ecclesiam S. Petri loci de Briastre Cameracen. dioec. obitu Andreae Clerici vac. unit canonicatui et praeb. eccl. S. Gaugerici Cameracen., quamdiu eos Johannes de Haga canonicus obtinuerit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Colot. | Grat. p. fam. script. [Petri Marciaci] Madrigal | Salvius. Coll. F. de Attav.) L. 1064 f. 117.

— — — (9647) Episcopo Ruben. Neapoli commoranti et Johanni Corso canon. eccl. Neapolitan. mandat, ut contractum locationis quarumdam possessionum ad monasterium monialium S. Ligorii Majoris Neapolit. O. S. B. pertinentium inter abbatissam et conventum ac Michaelem Puverino et Marcum Antonium ejusd. Michaelis natum U. J. doctorem laicos Neapolitan. initum examinent et approbent, si monasterio sit utilis. „His quae pro ecclesiarum“. Arch. Lat. tom. 38 f. 156, b.

— — — (9648) Ludovico Binet canonico eccl. Cabilonen. et Cabilonen. et Eduen. Officialibus mandat, ut Philibertum Gruerii cler. Cabilonen. Mag. in artibus, qui olim ab episc. Cabilon. ad ordines etiam presbyteratus se promoveri fecit et in altari ministravit, sed quia episcopus asserens se potestatem ad hoc habere, uno eodemque die eum ad quatuor minores et subdiaconatus ordines promovit, timet, ne poenas et censuras incurrerit, a censuris et poenis absolvant et super irregularitate cum eo dispensent. „Exponi Nobis nuper fecit“ (A. Colotius | J. Cinthius) Brev. Lat. tom. 1 f. 25.

— — — (9649) Hominibus Praepositurae Omnium Sanctorum Florentin. ad preces sibi exhibitas, ne Praeposituram Omnium Sanctorum Ord. Humil., quam Marcus ejusd. Ord. religiosus obtinet, si eam vacare contigerit, alicui in commendam tradat, se dictae Praepositurae de idoneo rectore esse provisurum scribit. „Legimus literas vestras“. Brev. ad princ. tom. 5 f. 58.

— — — (9650) Ut liti inter Bartholomaeum Moratinum canonicum et Hieronymum laicum Forolivien. super certis possessionibus pendenti finem imponat, episcopo Pistorien. provinciae Romandiolae praesidenti et Forolivii gubernatori mandat, ut beneficia in pro-

1514.

vinc. Romandiolae consistentia, quorum fructus certum valorem non excedant, et quae praefato Bartholomaeo Moratino reservat, eidem Bartholomaeo, si vacaverint, conferat ipsumque in possessionem inducat. „Cupientes certis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 549; tom. 30 l. 2 p. 801.

12. Jun. (Prid. Id. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9651) Francisco episc. Tiburtin., quem nuper ecclesiae Vicentin. in episc. et pastorem praefecit, ita ut Vicentin. et Tiburtin. ecclesiarum verus praesul existeret, indultum, quo ipsi Julius PP. II. facultatem de beneficiis disponendi concessit, approbat et innovat illudque ad ecclesiam Vicentin., etiam antequam illius possessionem assecutus fuerit, extendit. „Dudum fel. rec. Julius PP. II.“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 406; tom. 30 l. 2 p. 540.

— — — (9652) Regi Portugalliae. Intelligens de nova creatione ecclesiae Funchalen. in insula de la Madera, quae jurispatronatus ejusd. Regis fieri debet, archidiaconatum dicti episcopatus Bartholomaeo de Baudagna cubicul. et capellano suo et ejusd. Regis subdito devotissimo contulit. Regem hortatur, ut huic dispositioni assensum praebeat. „Intelligentes per oratores“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 411; tom. 30 l. 2 p. 550.

— — — (9653) Marco de Dietz rectori par. eccl. in Hugarden Leodien. dioec. concedit, ut usque ad biennium a fine anni a jure praefixi computandum ad unum ex ord. sacris se promoveri facere minime teneatur. „Petitionibus tuis“ (Colot. Cinthius) Brev. Lat. tom. 1 f. 66, b.

13. Jun. (Id. Jun.) — (9654) Episcopis Cavallicen. et Milopotamen. ac Officiali Visen. mandat, ut Jacobo Fernandi cler. Visen. dioec. canonicatum et praeb. eccl. Visen. obitu Francisci Martini vac. conferant. „Vitae ac morum“ (P. Castello | Nardin.) Arch. Lat. tom. 27 f. 40.

— — — (9655) Balduino Petri presb. Trajecten. dioec. indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ L. 1206 f. 349, b.

— — — (9656) Mag. Francisco Richard cler. Leonen. et fam. suo, obsequiis Laurentii tit. SS. Quatuor Coron. presb. Card. insistenti, qui super par. eccl. de Laudis Leonen. dioec. cum Hamone Barberi litigans liti et causae cessit, pensionem super fruct. dictae eccl. assignat. G. D. et F. L. 1003 f. 50, b.

— — — (9657) Roderico de Carnoza, Mag. Joh. Hier. Benzon lit. ap. abbrev. familiari, par. ecclesiam S. Laurentii Legionen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Carrot. | Grat. p. fam. assist. Chemin. Aloys. | de Radic. Coll. S. de Spol.) L. 1025 f. 403.

— — — (9658) Decano et Cantori Matisconen. ac Berando de Molario canonico Maurianen. ecclesiarum committit, ut par. ecclesiae S. Antonii, S. Sulpitii nuncupatae, Lugdunen. dioec., quae obitu Claudii Peliporii vac. Catherino de Cleta cler. Lugdunen. dioec. fam. suo est collata, possessionem et fructus capiant et eidem Catherino conservent. „Nuper parochialem ecclesiam“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 414; tom. 30 l. 2 p. 556.

— — — (9659) Erasmo Fasioli de Urbe veteri, Cardinalis S. Vitalis Legati Perusiae locumtenenti, committit, ut Alexandrum Brunum laicum de Civitate Castelli[1] ad restituendum 75 duc. P. Cardinali Anconitan. juxta declarationem auditoris Cam. apost. cogat. „Cum dilectus filius“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 415; tom. 30 l. 2 p. 557.

— — — (9660) Cardinali Gurcen., quem jam cum Maximiliano electo Imperatore congressum esse credit, significat, se in iisdem consiliis et cogitationibus, quas eidem Cardinali jam discessuro patefecit, tam circa publicas et universales res totius christianitatis quam circa res ipsius Caesareae Majestatis privatas permanere. „Credimus jam te“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 410; tom. 30 l. 2 p. 549.

— — — (9661) Ludovico Galliarum Regi affirmat falsum esse, quod ipsi insusurrabatur, gratam non nimium sibi esse operam Claudii episc. Massilien. designati ipsius legati, imo se maximi eum facere et amare. „Allatum ad Nos est, tibi a certis hominibus“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 180, b. Ed. Bemb. L. VIII ep. 23 p. 64.

— — — (9662) Regi catholico Federicum S. Angeli diac. Card. de S. Severino, quem ob ipsius virtutes ac praeclaras animi dotes peculiari dilectione prosequitur, non alias ac si arctissimo sanguinis vinculo sibi esset conjunctus, plurimum commendat ad ea obtinenda, quae ab eod. Rege impetrare cupit. „Significavit Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 407; tom. 30 l. 2 p. 546.

— — — (9663) Similiter Electo Caesaraugustan., Ferdinandi Aragonum et utriusque Siciliae Regis filio, pro eod. Card. de S. Severino scribit. „Scribimus in praesentiarum“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 408; tom. 30 l. 2 p. 547.

— — — (9664) Nuntio Apost. apud catholicum Regem eundem Card. similiter commendat. „Literis Nostris“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 409; tom. 30 l. 2 p. 548.

— — — (9665) Ad indemnitatem thesaurarii provinciae Marchae Anconit. Alexandrum Reparum (al. de Reparis) de Senis et Julium de Cesis, quos commissarios in dicta provincia

[1] Quidam equus Pilaminis Morelli pro pretio 75 duc. per dictum Alexandrum Brunum, qui illum dedit pro bono et sano, Cardinali Anconitano erat venditus. Brev. tom. 2 n. 416.

1514.

cum plena potestate contra delinquentes agendi deputaverat, ab isto officio revocat. „Exponi Nobis“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 412; tom. 30 l. 2 p. 552.

13. Jun. (Id. Jun.) Romae apud S. Petrum. (9666) Johannis Mariae de Varano Camerini in temporalibus vicarii ac affinis sui arbitrio committit negotium circa pacem inter filios et haeredes quondam Francisci Tonii de Cerreto Spoletan. dioec., qui in quadam rixa Manardellum presb. et Thaddaeum Honofrii haud multo post defunctos vulneravit, et haeredes ac conjunctos dictorum Manardelli et Thaddaei celebratam. „Exponi Nobis“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor Brev. tom. 2 n. 413; tom. 30 l. 2 p. 554.

14. Jun. (XVIII. Kal. Jul.) — (9667) Episcopo Cavallicen. ac Officialibus Minden. et Herbipolen. mandat, ut canonicatum et praeb. eccl. Minden. obitu Johannis de Quernheym de Becke vac. Gerardo Schebecker cler. Minden. dioec. conferant. G. F. (Colot. | Grat. de mand. S. D. Guerrerius. Bertrandi | Marciaci. Coll. H. de Cesis) L. 1064 f. 145.

— — — (9668) Mag. Francisco Cazanigo alias Cursio cler. Mediolanen. script. et fam. suo pensionem super fruct. canonicatus et praeb. ac Majusculatus eccl. Regien. solvendam per Albertum de Vicedominis cler. Parmen. dioec. cum jure regrediendi seu accedendi ad eos, cum liti et causae super eis pendenti cesserit. G. D. et F. L. 1072 f. 58.

— — — (9669) Petro Costin rectori par. eccl. S. Christophori de Bressaco Montisvalentis Caturcen. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Cheminart. Aloysius | J. de Gais. Coll. F. de Attav.) L. 1006 f. 77.

— — — (9670) Praeposito S. Mariae Plebis Carii Papien. dioec. et Jacobo Antonio de Betiis canon. Papien. ecclesiarum et vicario gen. episc. Papien. mandat, ut par. ecclesiam *archipresbyteratum* nuncupat. S. Mariae loci Videgulfi dictae dioec. ac quand. capellaniam in eccl. S. Trinitatis Papien. Jacobo de Birguntiis cler. Papien. fam. suo conferant, si nemini sit jus quaesitum et medietatis patronorum accedat assensus. G. F. (Gratiadei | Grat. de mand. S. D. Salvius | J. Attav. Coll. S. de Spol.) L. 1120 f. 302.

— — — (9671) Yvoni Pelicog rectori par. eccl. S. Laurentii Veneten. dioec. pensionem assignat super fruct. par. eccl. de Ploeneret dictae dioec. per Joh. Le Maistre solvendam. „Vitae ac morum“ L. 1046 f. 116.

— — — (9672) Didaco Pacheiro Electo Funchalen. formam juramenti praescribit. „Cum Nos pridem“. Arch. Lat. tom. 40 f. 204.

— — — (9673) Georgio Lemosini Priori Prioratus B. Mariae de Cultura O. S. A. Lucionen. dioec. dictum Prioratum a monasterio SS. Trinit. de Maloleone dicti Ord. Malleacen. dioec. dependentem confert, priore collatione viribus non subsistente. „Religionis zelus“ (Evang. | Marciaci | A. de Calcaneis. Coll. Donatus) L. 1049 f. 176.

— — — (9674) Claudio de Viry canonico eccl. Lugdunen. concedit, ut extra tempora a jure statuta a quocunque maluerit cathol. antistite ad minores et subdiaconatus ordines promoveri valeat. „Cum sicut Nobis“ (Colot. | Acutius) Brev. Lat. tom. 1 f. 58.

— — — (9675) Sebastiano Vischart Priori domus de Luchent O. FF. Praedic. Valentinen. dioec. et Raphaeli Garsiae Ord. Praed. et theol. professoribus concedit, ut ad Ord. Minorum S. Franc. regul. observ. petita licet non obtenta superioris licentia se transferre valeant. „Exponi Nobis“ (Colotius | Nic. de Podio) Brev. Lat. tom. 1 f. 64, b.

— — — (9676) Nicolao Richier rectori par. eccl. S. Aniani Senonen. dioec., Mag. in artibus, dictam eccl. confert. „Literarum scientia“ (Ph. de Senis | Chemin. Aloys. | Valtrini. Coll. F. de Attav.) L. 1003 f. 23.

— — — (9677) Antonio de Senoguera cler. Majoricen. dioec. pensionem assignat ex eccl. Majoricen. „Vitae ac morum“ L. 1018 f. 203.

— — — (9678) Nicolao tit. S. Priscae diac. Card. licentiam concedit crastina die in festivitate SS. Corporis Christi in majori altari basilicae Princ. Apost. de Urbe Missam et alia divina officia celebrandi. „Magnitudo tuae devotionis“ (Sadol. | Suno | Questenb. Auscult. per me J. Sadol.) L. 1198 f. 91.

— — — (9679) Vicario gen. episcopi Patavin. mandat, ut par. ecclesiae S. Mariae de Caltrano Paduan. dioec., quae resignatione Angeli Michaelis cler. Veneti vacans Mag. Petro Bembo cler. Venetiar. est collata, possessionem capiat et eidem Petro, cum literas sub plumbo confectas exhibuerit, tradat. „Nuper vacante“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 417; tom. 30 l. 2 p. 558.

— — — (9680) N. N. committit et mandat, et par. ecclesiae S. Antonii de Sulpitio Lugdunen. dioec., quae obitu Claudii Pelliparii al. Trivellen. vac. Alexandro de Lecanis cler. Lauden. camerar. et fam. suo est collata, possessionem et fructus capiat et eidem Alexandro conservet. „Nuper parochiali ecclesia“. Brev. tom. 2 n. 418; tom. 30 l. 2 p. 559.

— — — (9681) Caesarem hortatur, ut procuratores F. episcopi Tiburtin. S. R. E. Card. Vulterrani, qui ecclesiam suam Vulterran. et nonnulla monasteria aliaque beneficia in ecclesiam Vicentin. permutavit, in percipiendis hujus ecclesiae fructibus, cum in agro Vicentino bella desaeviant, non impediri jubeat. „Nuper venerabilis frater“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 356; tom. 30 l. 2 p. 451.

1514.

14. Jun. (XVIII. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum. (9682) Cardinalem Gurcen., qui tantam auctoritatem apud Caesarem omnesque ejus praefectos et duces, quantam alius nemo, habeat, in favorem praedicti Cardin. de eadem re monet. „Nisi circumspectio tua“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 357; tom. 30 l. 2 p. 452.

— — — (9683) De eadem re scribit suo Oratori apud Caesaream Majestatem. „Arbitratus est“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 358; tom. 30 l. 2 p. 454.

— — — (9684) Raymundum de Cardona capitaneum hortatur, ut procuratoribus Card. Vulterrani favorem et auxilium praestet. „Cum venerabilis frater“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 359; tom. 30 l. 2 p. 455.

— — — (9685) Alphonso Estensi data absolutione a censuris et annullatis praedecessoris decretis restituit Ducatum Ferrariae salvo jure tertii, confirmat reductionem censuum ab Alexandro VI. concessam et civitatem quoque Regii cum suis pertinentiis se intra 5 menses a ratificatione capitulorum concordatorum restituturum pollicetur. „Cum mente Nobiscum recolimus“ (Subscr. Julius Card. Med. Hippolyt. S. M. in Porticu Card. | P. Ardinghellus)[1] Exstat apud *L. A. Muratorium* Antichità Estensi tom. II p. 317. 318.

— — — (9686) Archipresbytero S. Stephani de Mulazoreo Lauden. dioec. mandat, ut Christophorum Sacum cler. pro notario Lauden. se gerentem, qui quaedam instrumenta constitutionis procuratorum ad resignandum Praeposituram B. Mariae Magd. et Majoris ac S. Laurentii ecclesiarum canonicatus et praeb. necnon par. ecclesiam S. Blasii Lauden. in praejudicium Bendinelli tit. S. Sabinae presb. Card. et Alexandri de Lecanis cler. Lauden. fam. sui fabricavit, sub censuris eccl. ac pecuniariis poenis moneat et requirat, ut infra 30 dies unacum testibus instrumentariis coram episc. Asculan. Cur. causarum Cam. apost. generali auditore compareat. „Dudum per Nos“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 355; tom. 30 l. 2 p. 448.

— — — Vesperae in capella praesente Pontifice cantatae.

15. Jun. (XVII. Kal. Jul.) — In processione in die Corp. Chr. Papa portavit SS. Sacramentum. Missam cantavit Card. de Flisco et in fine fuit indulgentia plenaria. P. de Grassis f. 102.

— (9687—9688) Aegidio Rem U. J. doctori canonicatum et praeb. eccl. Patavien. resignatione Christophori Welser script. sui vac. confert. „Literarum scientia“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Benzon. Alvarott. | Campania) Arch. Lat. tom. 30 f. 356, b; f. 358.

— — — (9689) Episc. Cavallicen. et Cantori eccl. Papien. ac vicar. gen. episc. Papien. mandat, ut canonicatum et praeb. eccl. S. Ambrosii loci Gualdraschi Papien. dioec. obitu Johannis de Cazanigo vac. Marco Electo Senogallien., Marci episc. Praenestin. nepoti, commendare curent. „Personam dil. filii“ (Lambert. | Grat. p. nep. Card. Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 246.

— — — (9690) Cum Henrico Somerset domino tempor. loci Herbet et Margarita Courtenay muliere Londonien. dioec. super impedimento consanguinitatis ad matrimonium contrahendum dispensat. „Oblatae Nobis“ L. 1205 f. 311.

— — — (9691) Mag. Johanni de Lerma cler. Burgen., script. et fam. suo, assignat pensionem per Petrum de Castro solvendam super fruct. abbatiae S. Aemiliani in eccl. Burgen. seu super fruct. canonicat. et praeb. ejusd. eccl., si prima pensio invalida existat, cum jure accedendi ad abbatiam ac canonic. et praeb. praedict. G. D. et F. L. 1013 f. 133, b.

— — — (9692) Moderno episcopo Dertusen. in regnis Aragoniae Inquisitori generali et in curia Ferdinandi Regis catholici commoranti mandat, ut Johannem Muñez olim archidiaconum de Castro el Rio eccl. Corduben., qui per Inquisitionis judices tanquam haereticae pravitatis et apostasiae reus dicto archidiaconatu, quem Julius II. Gutterio de Carvajal contulit, privatus, sed a Francisco tit. S. Sabinae presb. Card. Inquisitore gener. in illis partibus deputato absolutus fuit, pro parte dicti Gutterii ad S. Sedem appellantis ad suum tribunal vocet et causam hujusmodi audiat ac fine debito terminet. „Exponi Nobis“ (A. Melfit. | B. de Magistris) Brev. Lat. tom. 1 f. 85, b.

— — — (9693) Magistro generali et vicario Congreg. S. Marci Ord. Praed. concedit, ut conventibus sibi subditis in Italia, fratribus, sororibus ac personis utriusque sexus de poenitentia nuncup. alienationem bonorum immobilium, si pretium 100 duc. non excedat, permittere possint. „Pro pastorali officio“. Bull. Ord. Praed. tom. IV p. 309.

— — — (9694) Vicario gen. archiep. Reginen. mandat, ut pecunias vigore indulgentiarum ecclesiae S. Agathae de Calabria concessarum collectas et penes eum depositas ad requisitionem Bernardini Tholomei de Senis indulgentiarum fabricae basilicae Principis Apostolor.

[1] Die 4. Jan. 1514 Alphonsus Dux Hippolytum Card. fratrem suum procuratorem constituerat ad componendas controversias cum R. Pontifice de diversis feudis. Hippolytus Card. res tractavit cum Julio Card. Medices. Cf. *Muratori,* Antichità Estensi tom. II p. 316 seq. *C. Guasti,* I Manoscritti Torrigiani. Firenze 1878 p. 411. 412. 459. De conventione die 15. Jan. inter duos Cardinales supra nominatos conclusa vide Muratorium l. c. p. 316.

1514.

commissarii generalis vel alicujus ab eo substituti integras eidem pro dicta fabrica restituat. „Accepimus ad instantiam“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 419; tom. 30 l. 2 p. 561.

16. Jun. (XVI. Kal. Jul.) | Romae apud S. Petrum. | (9695—9696) Didacus Garsiae de Questiosa laicus in sua ultima voluntate inter alia pia opera ordinavit, ut in quolibet festo S. Thomae inter pauperes verecundantes civit. Malaginen., de quorum paupertate parochi fidem facerent, et singulis Kalend. Januar. pro subsidio dotis alicujus pauperis puellae honestae conditionis, si exstaret, alioquin plebejae seu orphanae matrimonio collocandae per administratores et yconomum hospitalis S. Thomae Malaginen. ab eodem Didaco fundati certa summa distribueretur; pariter statuit, ut Prior S. Dominici et Guardianus S. Francisci Praed. et FF. Minor. Ordinum et unus ex beneficiatis eccl. Malaginen. dictum hospitale visitarent et capellanum eidem hospitali deservientem praesentarent. Pro parte Gundisalvi Diaz yconomi dicti hospitalis voluntatem praefati testatoris perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari decernit aliaque statuit in favorem ejusd. hospit. A. P. R. M. „Ex supernae providentia majestatis“. Executionem committit decano et Cantori eccl. Corduben. „Hodie emanarunt“ (Benzon. P. Planca | Ph. de Senis) Arch. Lat. tom. 31 f. 79; f. 82.

— — | — | (9697) Episcopis Wintonien. et Dunelinen. ac Lincolnien. mandat, ut causam Thomae Dalby archidiaconi Richmundiae in eccl. Eboracen., baccal. in legibus, qui ad S. Sedem appellavit, quia (ut asserebat) per Brianum Hicgdon leg. doct. et pro officiali seu vicario curiae Eboracen. se gerentem ad falsam relationem nonnullorum ad ipsius beneficia adspirantium gravatus erat, dijudicent et, quod justum fuerit, decernant. „Humilibus“ (J. Copis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 31 f. 20, b.

— — | — | (9698) Priorissae et conventui monasterii Annuntiat. B. Mariae Venetiarum O. S. A. concedit, ut ecclesiam *plebem* nuncup. S. Stephani in Pisignano Cervien. dioec., quam solo eversam, cum signa et vestigia ejus tantum apparerent, Sixtus IV. eidem monasterio incorporaverat, reaedificari et per unum aut duos presbyt. ad earum nutum amovibiles ei deserviri facere et eam rebus necessariis fulcire valeant. „Exigunt merita devotionis“ (Benzon | Campania) Arch. Lat. tom. 32 f. 318.

— — | — | (9699) Officiali Tullen. mandat, ut Praeposituram eccl. S. Georgii de Narietyo Tullen. dioec., quae de jure patronatus Ducis Lotharingiae existit et resignatione Hugonis episc. Tullen. vacat, Hugoni de Hazardis juniori cler. Tullen. et Hugonis episc. nepoti, qui par. ecclesias de Belneyo et de Blevedro locorum Tullen. dioec. obtinet, si idoneus sit, conferat. „Dignum“ (Bregeon. | Nardin.) Arch. Lat. vol. K f. 310.

— — | — | (9700) Episc. Alexandrin. et duobus canon. eccl. Lucan. mandat, ut Latino de Benassais cler. Roman. canonicatum et praeb. eccl. Lucan., quos quondam Guillermus de Podio obtinebat, conferre curent. G. F. (A. Melfit. | Grat. de mand. S. D. Chemin. Aloys. | Valtrini. Coll. H. de Cesis) L. 1012 f. 322.

— — | — | (9701) Pro parte Babiliani Pallavicini laici Januen., cui jus patronatus et praesentandi personam idoneam ad monasterium S. Antonii Januen. O. S. B. concessit, si ejusd. monast. bona ad certam summam auxisset et sacristiam ornamentis et hospitale dicti monasterii, cujus suppellectilia ob epidemiam combusta erant, suppellectilibus munivisset, cum idem Babilianus exponat, se eas conditiones implevisse, concedit, ut ipsi Babiliano ejus major natus in dicto jure patron. succedat et sic successive de majori nato in majorem natum illud jus transeat etc. A. P. R. M. „Licet ea, quae per Sedem Apostolicam“ (Evang. | Grat. p. fratre script. Chemin. | Salvius. Coll. Cipellus) L. 1017 f. 295.

— — | — | (9702) Thesaurario et cuid. canon. eccl. Malaginen. et Ministro monasterii S. Trinit. Malaginen. mandat, ut Johannem Petri de Salmeron cler. sive laicum Malaginen. seu alterius dioec., baccal. in facultate medicinae, servatis servandis ad Licent. et doctoratus gradus in ead. facultate promoveant. „Exponi Nobis“ (Colot. | P. Vipera) Brev. Lat. tom. 1 f. 117, b.

— — | — | (9703) Petro quondam Baptistae de Campofregoso laico Januen. Cum olim Thomas de Campofregoso laicus Januen. in sua ultima voluntate disposuisset, ut quidam annui redditus, qui ipsi debebantur in Montibus pietatis civit. Florentiae, per certos executores et illis decedentibus per duos seniores de domo Campofregoso in maritandis pauperibus puellis sub certis conditionibus distribuerentur, praefatum Petrum, licet senior non existat, loco Jacobi senioris ex eadem familia in dicto munere substituit juxta preces ab iisdem Jacobo et Petro exhibitas. „Exponi Nobis“ (Colot. | P. Vipera) L. c. f. 71.

— — | — | (9704) Bernardino de Silectis diac. et rectori perp. beneficii eccl. S. Catharinae Parmen. dioec. concedit, ut extra tempora a jure statuta a quocunque maluerit cathol. antistite presbyteratus ordinem suscipere valeat. „Cum sicut Nobis“ (Ph. de Senis | Cinthius) L. c. f. 84.

— — | — | (9705) Francisco Bernardino de Pavia Praeposito eccl. S. Mariae in Porticu Papien. in

1514.

Studio gener. Papien. actu studenti indulget, ut ratione dictae Praepositurae et aliorum beneficiorum ad biennium a fine anni a jure concessi computandum ad sacros ordines promoveri minime teneatur. „Cupientes commodis tuis“ (Colot.) L. c. f. 52, b.

16. Jun. (XVI. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum. (9706) Henrico Regi Angliae commendat episcopum Wingornien., qui pro eod. Rege ejusque parenti eorumque dignitate et regia amplitudine nullum fugerit laborem, rogans, ut pro sua regia liberalitate eundem episc. gravissimis damnis affectum ad aliam fructuosiorem ecclesiam transferri curet. „Si quotiescunque Nobis“. Brev, ad princ. tom. 5 f. 147.

— — — (9707) Episcopos Wintonien. et Lincolnien. hortatur, ut assidue apud Angliae Regem insistant, ut ea, quae Deo grata et fidei cathol. salutaria sint, perficiantur; monet eos, ut data opportunitate pro episc. Wingornien. laborent. „Magno desiderio exspectamus“ L. c. f. 149.

— — — (9708) Herculi Bentivolo Bononien., cui certi introitus camerae civit. Bononien. per homines terrarum Centi et Plebis solvendi a quadraginta civibus regiminis civit. Bononien. cum consensu gubernatoris sunt concessi, concessionem hujusmodi confirmat. „Exponi Nobis“ (Colot. | Bonseverus) Brev. Lat. tom. 1 f. 51, b.

— — — (9709) In favorem Herculis de Campofregoso canonici Paduan., nobilis et in XVII. aetatis anno constituti, derogat statutis eccl. Paduan., in quibus cavetur, quod nullus ipsius eccl. canonicus in illius capitulo vocem habere et distributiones quotid. etiam *manualia* nuncup. percipere possit, nisi XVIII. suae aetatis annum compleverit et per annum in ead. eccl. residentiam fecerit, nec ad listam sive rotulum pro officialium electione inbussulari et, si in eadem lista imbussulatus et ex ea ad aliquod officium exercendum extractus fuerit, officium ipsum exercere non possit. „Cum sicut accepimus“ (A. Melfit. | J. Ant. Battiferrus) L. c. f. 50, b.

— — — (9710) Maximilianum Imp. designatum precatur, ut magnam lignorum vim, quam Veneti, cum Flumen oppidum Istriae tenerent, e vicinis silvis caesam ad naves conficiendas idoneam ibi coacervaverant quaeque ab ipsius Caesaris gentibus recuperata provincia humi projecta atque imbribus exposita jacet brevi interitura, donare velit pro aedificando templo Lauretano. „Allatum ad Nos est“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3064 f. 155. Ed. Bemb. L. VIII ep. 18 p. 63.

— — — (9711) Recanatensibus, qui ad templi Lauretani aedificationem materiam non probam nec idoneam daturi erant, mandat, ut arbores bonas, quae usui ei aedificationi esse possint ex Andreae Savini ejus aedificationis magistri sententia, apportari quam celerrime jubeant. „Certiores sumus facti“ (Bemb.) Bibl. Vat. l. c. f. 157, b. Ed. Bemb. l. c. ep. 17.

— — — (9712) Nobilibus viris Aymoni et Johanni Francisco Adriani condominis Castri Viscar. Iporigien. dioec., quibus quondam Bartholomaeus ex condominis Castri Viscarum canonicus olim Prior monasterii S. Laurentii extra muros Iporigien. O. S. Aug. bona ad ipsum ratione successionis haereditariae pertin. cum consensu conventus dicti monast. donavit, ita tamen, ut eorum ususfructus ipsi et post ejus obitum Leonorae relictae Matthaei ex condominis Castri Viscar., ejusd. Bartholomaei fratris, esset reservatus, donationem hujusmodi confirmat, defectus in literis Alex. VI. et Julii II. huc pertinentibus supplens. „Sincerae devotionis“ (Lambert. | Barotius) Arch. Lat. tom. 33 f. 191.

— — — (9713—9714) Ad preces Eneci de Velasco regni Castellae Comestabilis et Mariae de Toanar ejus consortis, qui etiam Duces de Frias et domini temporales oppidi de Verlanga Seguntin. dioec. existunt et ecclesiam par. dicti oppidi inter alia harum partium oppida celebris B. Mariae de Mercado nuncup. instaurarunt et ampliarunt, dictam ecclesiam in collegiatam cum mensa capitulari, sigillo etc. et in ea unam abbatiam, unum Prioratum aliasque dignitates necnon canonicatus et praeb. etc. erigit et bona dictae eccl. et alia per eosd. Duces assignanda praefatae mensae pro dote applicat iisdemque Ducibus et eorum haeredibus jus patronatus concedit aliaque pro dicta eccl. statuit. A. P. R. M. „In apostolicae dignitatis.“ Decano Burgen. et Priori Oxomen. ac abbati saecul. et colleg. eccl. de Caveis Rubeis Burgen. dioec. executionem committit. „Hodie a Nobis“ (Lambert. G. de Prato | Ph. de Senis) Arch. Lat. tom. 38 f. 301; f. 306, b.

— — — (9715) Praeposito eccl. S. Secundi de Mercato Asten. mandat, ut par. ecclesiam S. Pontii loci Montisselli Asten. dioec. resignatione Mag. Marci de Cacheyranis vac. Rolando de Cacheyranis cler. Asten., dicti Marci nepoti, si idoneus sit et patronorum assensus accedat, conferat. „Dignum“ (Ph. de Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 35 f. 162, b.

— — — (9716) Episcopis Gadicen. et Philadelphien. ac Priori Prioratus S. Jacobi de Spata Ispalen. pro parteViolentillae de Vargas et Agnetis de Baena mulierum Ispalen., quae juxta desiderium defunctae Elvirae Diez de Vargas dictae Violentillae sororis cupiunt, ut in quadam domo sita intra limites parochiae par. eccl. S. Laurentii Ispalen. ad eand.

1514.

Violentillam ex successione praefatae Elvirae pertin. aut alio loco congruo monasterium monialium sub invocatione Concept. B. M. V. Ord. Cisterc. cum dignitate abbatissali, ecclesia et omnibus necessariis earund. Violentillae et Agnetis opera construendis pro habitatione abbatissae et aliquarum monialium sub perpetua clausura et sub obedientia et subjectione archiepiscopi Ispalen. viventium perpetuo erigatur, illudque dotare intendunt, mandat, ut monasterium hujusmodi dote congrua assignata erigere et pro introductione regularis observantiae duas moniales idoneas ex monasteriis S. Clementis et B. Mariae de las Dueñas Ispalen. dicti Ord., quae novitias instruant, ad monasterium erigendum transferre curent, et statuit, ut abbatissa et moniales vestem albam cum scapulario albo et desuper mantellum coloris coelestis induere et in ipsis scapulario et mantello imaginem B. M. V. affixam gestare etc. et omnibus privilegiis monasterio monialium Concept. B. Mariae Toletan. concessis gaudere possint. „Inter universa divinae Majestati“ (Benzon | Barotius) Arch. Lat. vol. K f. 77, b.

16. Jun. (XVI. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum. (9717) Decano eccl. S. Martini Monasterien. et Officiali Monasterien. mandat, ut Gerhardo de Dincklagen (al. Dunklagen) canonico Osnaburgen. canonicatus et praeb. Monasterien. et Osnaburgen. ecclesiarum, quos Herbordus Baer (al. Haer) sine titulo detinet, conferant. „Vitae ac morum“ (Gratiadei | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Marciaci | Bernard. Coll. Donat.) L. 1076 f. 257.

— — — (9718) Decano eccl. S. Martini Monasterien. et Officiali Monasterien. iterum mandat, ut eosd. canonic. et praeb. forsitan non vacantes, si praefatum Herbordum ab eodem Gerardo accusatum crimine ejus probato iis privandum esse cognoverint, dicto Gerardo conferant et literas praeced. in omnibus valere decernant. „Vitae ac morum“ (Evang. | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. B. de Rizonib. | Bernard. Coll. Donat.) L. 1044 f. 232, b.

— — — (9719) Antonio de Bellovidere cler. Tolosan. et decr. doctori, qui Prioratum S. Licerii Cluniac. Ord. Tarvien. dioec. a monasterio S. Petri de Lesato dicti Ord. Riven. dioec. dependentem in commendam obtinet, concedit, ut eadem potestate et superioritate gaudeat, ac si eundem Prioratum in titulum obtineret. „Literarum scientia“ (Colot. | Chemin. Aloys. | Cabredo. Coll. F. de Attav.) L. 1027 f. 157.

— — — (9720) Ferdinando Aragoniae et utriusque Siciliae Regi, Magistratus Militiae S. Jacobi de Spata perpet. administratori, et ejus in dicto Magistratu successoribus concedit facultatem fratres et milites dictae Militiae homicidii reos puniendi et castigandi eosque poena adimpleta absolvendi et quaelibet opportuna faciendi, licet ejusd. Militiae statuta exigant, ut Sedes Apost. desuper consulatur; poenitentiarum et poenarum impositiones per ipsum Regem ejusque praedecessores factas cum absolutionibus et remissionibus inde secutis ratas habet omnesque defectus supplet. „Exigunt praeclara“ (Benzon. | Barotius) Arch. Lat. vol. K f. 337.

— — — (9721) Statutum Sixti IV. pro Militia S. Jacobi de Spata, ut medietas fructuum unius biennii Praeceptoriarum dictae Militiae, quoties vacarent, in reparatione domus ipsius Praeceptoriae vacantis expendi deberet, ad preces Ferdinandi Regis per alias literas restrinxit, ita ut solummodo locum sibi vindicaret, quoties vacatio per obitum istas Praeceptorias obtinentium occurreret; pro parte ejusd. Regis statuit, ut medietas fructuum in vacationibus ex causa permutationis dumtaxat occurrentibus praestari non debeat, in aliis vero vacationibus quibuscunque ordinatio Sixti IV. observanda sit. A. P. R. M. „Romani Pontificis providentia“ (Benzon. | Nardin.) L. c. f. 336.

— — — (9722) Bartholomaeo Fenilis canonico Forojulien. concedit regressum seu accessum ad canonicatum et praeb. eccl. Vencien. ac ad vicariam par. eccl. S. Pauli dictae dioec. „Vitae ac morum“ L. 1151 f. 148, b.

— — — (9723) Mag. Johanni de Madrigal notario et script. ac fam. suo confert canonicatum et praeb. eccl. B. Mariae oppidi de Talavera Toletan. dioec. G. D. et F. (infra: F. Vega. Coll. H. de Cesis) L. 1126 f. 301.

— — — (9724) Gometio Suarez de Moscoso Praeceptori domus de Portezuelo Militiae de Alcantara Cisterc. Ord. Caurien. dioec. facultatem testandi concedit. „Quia praesentis vitae conditio“ L. 1098 f. 40, b.

— — — (9725) Bernardino de Bezinis sub certis conditionibus confert par. ecclesiam *archipresbyteratum* nuncup. S. Victoris terrae Calcii Cremonen. dioec., priore collatione viribus non subsistente. „Vitae ac morum“ (J. de Lerma | Marciaci. Gentilis | Bernard. Coll. de Spol.) L. 1180 f. 212.

— — — (9726—9727) Olrieto (?) de Hazardis nepoti Hugonis episc. Tullen.[1] decanatum eccl. Meten. ab eodem Hugone episc. resignatum confert. „Vitae ac morum.“ Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. De Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 29 f. 148, b; f. 150, b.

[1] Hugo de Hazards 1507—1517 episc. Tullen. *Gams* p. 636.

1514.

16. Jun. (XVI. Kal. Jul.) | Romae apud S. Petrum. | (9728) Pro parte Antonii Carnegio militis Militiae Jesu Christi reservat fructus Prioratus monasterii S. Petri de Folgues O. S. A. Columbrien. dioec., cujus commendae Fernandus episc. Lamacen. cedit, eundemque Prioratum mensae magistrali ejusdem Militiae ad vitam dicti Antonii adnectit et incorporat. A. F. R. M. „Honestis petentium“ (Armellin. | Suno. Baena | Cotini. Coll. H. de Cesis) L. 1008 f. 296.

— — — | (9729) Michaeli Massanderii presb. Mimaten. dioec. sub regulari habitu in Prioratu Lingoniae O. S. B. ejusd. dioec. virtutum Domino famulari cupienti confert Camerariam dicti Prioratus, si professionem emiserit. „Apostolicae Sedis“ (Colot. | Chemin. Aloys. | J. de Gais. Coll. F. de Attav.) L. 1005 f. 59.

— — — | (9730) Ludovico de Rota monacho Prioratus Lingoniae O. S. B. Mimaten. dioec. commendat beneficium per cler. saecul. teneri solitum in eccl. dicti Prioratus et pensionem annuam super fruct. Camerariae ejusd. Prioratus ab ipso resignatae ac certa jura reservat. „Religionis zelus“ L. 1005 f. 65, b.

— — — | (9731) Aegidio Cartier cler. Andegaven. dioec. confert capellaniam de Benson nuncup. in par. eccl. B. Mariae de Fongere Andegaven. dioec. „Vitae ac morum“ L. 1004 f. 114.

— — — | (9732) Franciscum et Bassottum de Fantutiis cives Bononien. fratres germanos eorumque posteros ac possessiones in civit. praedicta ejusque Comitatu existentes necnon laboratores et colonos, qui in terris praefati Francisci ejusque posterorum p. t. fuerint, ab omnibus portarum, molendinorum etc. et aliis datiis, gabellis, vectigalibus, impositionibus et collectis immunes et liberos esse declarat. „Etsi Romani Pontificis“ (Armellin. | Suno. Baena. | F. de Vega. Coll. Donatus) L. 1008 f. 143, b.

— — — | (9733) Abbati monasterii de Aguilar Burgen. dioec. committit, ut Johannem de Ocina monachum monasterii B. Mariae Cisterc. Ord. Burgen. dioec., quem monachi ipsius monasterii obitu quondam Martini vacantis abbatem ejusd. monast. elegerunt, eidem monasterio abbatem praeficiat. „Solicitae considerationis indagine“ (Ph. de Senis | Chemin. Aloys. | Cabredo. Coll. S. de Spol.) L. 1025 f. 360, b.

— — — | (9734) Mag. Francisco de Castillione notario et secretario ac fam. suo, rectori par. eccl. S. Angeli de Argiano Florentin. dioec., dictam eccl. confert. G. D. et F. (Evang. | Grat. p. secret. Balbus. Gibraleon. | F. de Acre. Coll. Donat.) L. 1033 f. 10, b.

— — | (9735—9736) Wulbrando de Oberghe causarum P. A. notario, Praeposito eccl. Osnaburgen., confert Praeposituram eccl. S. Mauritii prope et extra muros Hildesemen. alias mensae episcop. Hildesemen., quamdiu Johannes episc. ecclesiae Hildesemen. praeesset, unitam accedente consensu ejusd. Johannis episc. „Nobilitas generis“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Agnell. Lambert. | Campania) Arch. Lat. tom. 26 f. 242, b seq.

— — — | (9737) Garsiae de las Camoyras canon. eccl. Lucen. mandat, ut Gundisalvo Nunes, si idoneus sit, par. eccl. S. Joh. Hospitalis Comitissae Lucen. dioec. conferat et dictae eccl., quamdiu eam obtinuerit, par. ecclesiam S. Juliani de Celegnantes Aurien. dioec. uniat. „Dignum arbitramur“ (A. de S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. tom. 18 f. 37, b.

— — — | (9738) Pendente lite inter Mag. Johannem Angelum Arcimboldum cler. Mediolanen. et notarium ac referendarium suum et, qui pro clerico se gerit, Andream de Portiis super canonicatu et praeb. eccl. B. Mariae de Bremede Papien. dioec. dicto Johanni Angelo juri suo resignanti Johannem Mariam de Curte surrogat, eidemque Joh. Mariae ipsos canonicatum et praeb., si nemini sit jus quaesitum, confert ac insuper pensionem annuam super fruct. Praepositurae domus de Octariis Mediolan. Ord. Humil. per dictum Joh. Angelum solvendam assignat, donec canonicatum et praeb. praedictos pacifice assecutus fuerit. G. F. (Armellin. | Gr. de mand. S. D. B. de Rizonibus | Chemin. Coll. Attav.) L. 1036 f. 98.

— — | (9739—9740) Mag. Johanni Angelo Arcimbaldo notario et famil. suo confert Praeposituram eccl. S. Victoris de Arrizate Mediolanen. dioec. a Johanne Maria de Curte resignatam. G. D. et F. Executionem committit episcopo Cavallicen. et archidiac. eccl. Mediolanen. ac vicar. gen. archiep. Mediol. „Hodie dil. filio“ (Ph. de Senis | Grat. de mand. S. D. Chemin. Aloys. | J. de Gais. Coll. Donat.) L. 1023 f. 89, b; f. 92.

— — — | (9741) Tarpaten. episcopo mandat, ut ad instantiam Senatus et consulum civitat. Tarpaten. aliquas sorores tertii Ord. B. Francisci sub tribus votis substantialibus viventes in domum cum ecclesia per dictos Senatum et consules erectam introducat et pro hac vice unam ex ipsis sororibus ministram seu matrem eis praeficiat, easque obedientiae, visitationi et correctioni fratrum Minorum de Observ. provinciae Saxoniae et custodiae Livoniae perpetuo subjacere decernat. „Dum ad uberes fructus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 420; tom. 30 l. 2 p. 562. *Theiner*, Monum. Polon. II. p. 353 doc. 379.

— — — | (9742) Leonardo de Pasiis protonotar. apost., gubernatori et castellano civit. Benevent.,

1514.

mandat, ut contra P. Zottum, qui pro clerico se gerens minus veris insinuationibus monasterium S. Laurentii Beneventan. dioec. Francisco Melano commendatum eod. Francisco absente obtinuit, procedat et dictum Zottum a praefato monasterio amoveat ac fructus perceptos unacum possessione restitui faciat. „Cum alias per fel. rec. Julium II.“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 421; tom. 30 l. 2 p. 565.

16. Jun. (XVI. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum. (9743) Johannem al. Mascarinum loci de Trivio laicum Cremonen. dioec. cum aliis ab homicidii reatu absolvit. „Nuper Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 455; tom. 30 l. 2 p. 624.

— (9744) Raimundo de Badenco rectori par. eccl. de Brinnio Tarbien. dioec. concedit, ut ratione ejusdem par. eccl. et aliorum beneficiorum sacros et presbyteratus ordines requirentium usque ad biennium a fine anni a jure concessi computandum ad aliquem ex dictis ordinibus se promoveri facere minime teneatur. „Cupientes commodis tuis“ (A. Colotius) Brev. Lat. tom. 1 f. 5.

— — — (9745) Simile indultum concedit Andreae Broche rectori par. eccl. S. Petri de Marinhio Ruthenen. dioec. Id. init. L. c. f. 5, b.

— — — (9746) Johanni Bover civi Cracovien., qui in capella S. Spiritus in par. eccl. B. M. V. Cracovien. nonnulla simplicia beneficia fundare et de bonis suis dotare ac dictam capellam crate ferrea et sera claudere desiderat, licentiam concedit dicta beneficia erigendi et erigi faciendi pro nonnullis presbyteris seu capellanis, qui inibi Missas celebrent et alia divina officia peragant, illa dotandi, capellanos ponendi et amovendi, capellas ampliandi ac crate ferrea et sera claudendi et alia pro augmento cultus divini faciendi. „Cum sicut Nobis exponi fecisti“ (Colotius) L. c. f. 17, b; f. 116.

17. Jun. (XV. Kal. Jul.) — (9747) Cherubino de Orseria canon. eccl. Arelaten. confert canonicatum et praeb. dictae eccl. a Gabriele de Mota resignatos. „Vitae ac morum“ (Evang. | Draco. Enckenw. | Salvius. Coll. S. de Spol.) L. 1025 f. 325, b.

— — — (9748) Gabrieli de Mota cler. Vivarien. dioec. pensionem assignat super fruct. canonicat. et praeb. eccl. Arelaten. per Cherubinum de Orseria solvendam. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“. Arch. Lat. tom. 42 f. 245, b; 246, b.

— — — (9749) Paulo Faragani Johannis par. ecclesiam B. Mariae loci de Monticello territorii Castri Chari Forolivien. dioec. confert. G. F. (Ph. de Senis | Grat. de mand. S. D. Cheminart. Aloysius | Cyprian. Coll. F. de Attav.) L. 1003 f. 16.

— — — (9750) Johanni Sallient (Ind. separ.: Sallicut) juniori perpet. beneficiato in par. eccl. B. Mariae oppidi de Thaust Caesaraugustan. dioec. pensionem annuam ex eadem ecclesia reservat. „Vitae ac morum“ L. 1005 f. 244.

— — — (9751–9752) Adae de Guysnes canonico Atrebaten. par. ecclesiam de Haines Atrebaten. dioec. confert. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (O. de Cesis. G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 32 f. 141; f. 143.

— — — (9753) Tiberio de Casio castellano arcis Seravallis Bononien. dioec., quem alias munere Legationis in civit. Bononien. fungens ad biennium castellanum dictae arcis constituit, cui vero solummodo sex mensium salarium ex dicto munere solutum est, cum salaria arcium custodum dioec. seu civit. Bononien. ad certum tempus ex decreto Pontif. non solvantur, dictum biennium ad aliud biennium prorogat. „Dudum dum eramus“ (Colot. | Tho. Pighinuccius) Brev. Lat. tom. 1 f. 54.

— — — (9754) Johanni Clerici cler. Bisuntin. dioec. indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ L. 1206 f. 357.

— — — (9755) Thomae Campeggio gubernatori Placentiae scribit circa quoddam negotium vendendi salis pro Maximiliano Duce Mediolan.; mandat ei, ut literis Julii Card. de Medicis plenam fidem habeat et, quae praecipiat, ad unguem exequatur. „Scribimus ad te circa quoddam negotium“. Brev. ad princ. tom. 5 f. 162.

— — — (9756) Jacobo Crecquet[1] monacho monasterii S. Dionysii in Francia O. S. B. Parisien. dioec., qui Prioratum Sanctae Gauburgis in Pertico O. S. B. Sagien. dioec. resignat, plenariam et integram medietatem domus prioralis omniumque aliarum domorum, grangiarum, terrarum, vinearum, pratorum etc. dicti Prioratus reservat. „Religionis zelus“. Paris. Archiv. Nation. S. 2238 n. 1; Arch. Vat. L. 1015 f. 92, b.

— — — (9757) Johanni Crecquet monacho monasterii S. Maglorii Parisien. O. S. B. praedictum Prioratum a monasterio S. Dionysii dicti Ord. Parisien. dioec. dependentem ad certum tempus commendat et deinde professione emissa confert. „Religionis zelus“ (A. Melfit. | Chemin. Aloys. | F. de S. Joh. Coll. F. de Attav.) L. 1009 f. 285.

— — — (9758) Universos praesentes literas inspecturos hortatur et subditis suis mandat, ut Beatricen de Ariostis Ferrarien. unacum Didaco de Torres et familiaribus suis sine ulla datii, pedagii etc. solutione transire, morari et eundem Didacum libere redire permittant. „Cum dilecta in Christo filia“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 423; tom. 30 l. 2 p. 568.

[1] In cod. Vatic. leg. Crocquet.

1514.

17. Jun. (XV. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum. (9759) Archiepiscopum Salzeburgen. exhortatur eique sub poenis eccl. mandat, ut Matthaeum S. Angeli diac. Card. Gurcen. Caesareae Majestatis in Italia locumtenentem gener., coadjutorem et successorem ejusd. archiep. Salzeburgen. a Sede Apost. deputatum, ad officium coadjutoriae admittat. „Saepissime per diversas Nostras“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 424; tom. 30 l. 2 p. 569.

— — — (9760) N. N., qui omnem diligentiam adhibuit, ut controversias inter communitatem S. Genesii et universitatem Castri Riparum componeret, sed ex malitia nonnullorum id efficere non potuit, mandat, ut quaedam capitula alias pro simili differentia sedanda inita ac nunc in aliquibus reformata et a Pontifice confirmata partibus ipsis proponat ipsasque ad acceptandum et observandum moneat, et quos ex utraque parte contumaces esse repererit, ipsos tamquam pacifici status turbatores, dummodo numerus eorum ultra septem vel octo non excedat, persequatur et proscribat. „Significasti Nobis“ (Sadol.) tom. 2 n. 425; tom. 30 l. 2 p. 571.

— — (9761) Locumtenenti Legati civit. Perusiae in causa Nisii Tiberii et Baldi Melchioris civium Perusin., qui ob praetensam vulnerationem Petri Jacobi Eubaldi per curiam praetoris condemnati ad S. Sedem appellaverunt, committit, ut de praemissis se informet, et si repererit hujusmodi condemnationem non servato ordine statutorum latam fuisse, eam annullet et reformet, prout ipsi de jure reformanda videbitur. „Questi sunt Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 427; tom. 30 l. 2 p. 573.

— — — (9762) Federicum S. Angeli diac. Card. (S. Severini) ad omnes ecclesias et ad omnia beneficia eccl., jura, privilegia etc., quibus per Monitorium Julii PP. II. fuerat privatus, restituit. „Dudum postquam“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 467; tom. 30 l. 2 p. 640.

— — — (9763) Duobus judicibus mandat, ut occurrente vacatione ecclesiarum cathedral., metropolitan. ac monasteriorum in dominio Ducis Mediolani consistentium et dispositioni apost. per alias literas reservatorum possessionem nomine Pontificis capiant et fructus conservent. „Etsi ecclesiarum“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 360; tom. 30 l. 2 p. 457.

18. Jun. (XIV. Kal. Jul.) — (9764) Magistro Paulo de Capisuchis capellano suo et causarum P. A. auditori mandat, ut Bartholomaeum de Bentivolis cler. Nucerin. dioec. in lite super Prioratu B. M. de Abbatissis O. S. B. Senogallien. dioec. Jacobo Andreae de Brunnatiis de Fabriano monacho monasterii S. Crucis de Saxoferrato O. S. B. Camerinen. dioec. surroget et eidem Bartholomaeo praedictum Prioratum, si nemini sit jus quaesitum, commendare curet. „Vitae ac morum“ (Blondus | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Suno. Baena | J. de Cesis. Coll. Cipellus) L. 1014 f. 15.

— — — (9765) Petro du Tillet baccal. in decr. literas in ejus favorem emanatas in omnibus valere declarat, ac si in illis, quod absque literis dimissoriis ab alio Ordinario sacramentum confirmationis suscepit et clericali charactere se insigniri fecit, expressum et cum ipso desuper dispensatum sit; eum ab omni inhabilitatis et infamiae macula occasione praemissorum contracta absolvit eique canonicatum et praeb. eccl. Engolismen. et par. ecclesiam de Sabulo et quaed. beneficia Engolismen. dioec. confert, priore collatione viribus non subsistente. „Sedes Apostolica pia mater“ (Evang. | Chemin. | Valtrini. Coll. F. de Attav.) L. 1015 f. 103.

— — — (9766) Antonio de Tapia cler. Segobien. dioec. beneficium in dioec. Abulen. confert. „Vitae ac morum“ L. 1014 f. 123.

— — — (9767) Abbatibus monasteriorum S. Mariae de Sopetran Toletan. dioec. et de Paular Segobien. dioec. mandat, ut Thomam Lupi Coronel Toletan. dioec., qui in Univers. Stud. Salamantin. per plures annos medicinae operam dedit, adhibitis duobus aut tribus in ead. facultate doctoribus et rigoroso examine praemisso ad baccalaur. et Licent. et doctoratus gradus promoveant. „Pro parte dil. filii“ (Ph. de Senis | Vipera) Brev. Lat. tom. 1 f. 61.

— — — (9768) Petro Potkin rectori par. eccl. B. Mariae de Bothalo sitae intra civitatem Londonien. ad annum prorogat dispensationem circa susceptionem ordinum majorum ei concessam. „Dudum felicis recordationis“ (Colot. | Nic. de Podio) Brev. Lat. tom. 1 f. 80.

— — — (9769) Paulo Gorzcyczski rectori par. eccl. S. Vincentii in Skarzero Poznanien. dioec. indulget, ut ad biennium ratione dictae par. eccl. et aliorum beneficiorum ad aliquem ex sacris ordinibus se promoveri facere minime teneatur. „Cupientes commodis tuis“ (Colot. | Cinthius) Brev. Lat. tom. 1 f. 64.

— — — (9770) Episcopo Ariminen. Marchiae Vicelegato mandat, ut terram S. Genesii ratione gentium armigerarum Ducis Urbini vel taxarum molestari non permittat. „Licet ut Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 422; tom. 30 l. 2 p. 566.

— — — (9771) Mag. Johanni Loaysa canonico Zamoren., lit. apost. abbreviatori et fam. suo. Revocat et annullat omnes concessiones contrarias dispositioni suae, qua Cantoriam eccl. Zamoren., quam Petrus Lupi obtinet, canonicatui et praeb. ejusd. eccl., quos prae-

1514.

fatus Johannes obtinet, perpetuo univit. „Superioribus diebus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 428; tom. 30 l. 2 p. 576.

18. Jun. (XIV. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum. (9772) Operariis et universis confratribus et sororibus confraternitatis sub vocabulo Conceptionis B. Mariae et Corporis Christi in ecclesia S. Laurentii Florentin. numerum 300 personarum non excedentibus facultatem concedit eligendi sibi confessarium, cui speciales facultates tribuuntur; iis, qui Sacramentum Eucharistiae, quando infirmis defertur, comitati fuerint, indulgentias largitur. „Decet Romanum Pontificem“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 429; tom. 30 l. 2 p. 580.

— — — (9773) Francisco Bernardi de Medicis cler. Florentin., consanguineo suo, cui unum, duo vel tria beneficia ad dispositionem episcoporum et capitulorum Tornacen. et Cameracen. ac Leodien. pertinentia reservavit, alia duo beneficia ad dispositionem Praepositorum et capitulorum S. Donatiani et B. Mariae de Brugia Tornacen. ecclesiarum spectantia reservat. „Dudum cupientes“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 430; tom. 30 l. 2 p. 583.

— — — (9774) Electo Lauden., Oratori ad Maximilianum Mediolani Ducem destinato, mandat, ut priusquam ad illum se conferat, ad suam praesentiam accedat. „Cum paucis ante diebus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 431; tom. 30 l. 2 p. 586.

19. Jun. (XIII. Kal. Jul.) — (9775) Thomam episc. Clonen.[1] ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“ (Bregeon. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 40 f. 35.

— (9776—9782) Thomae nuper episc. Clonen. in archiepisc. Tuamen. electo. Eum a vinculo eccl. Clonen. absolvit et ad eccl. Tuamen. obitu Mauritii archiep.[2] vacantem transfert ipsumque huic eccl. praeficit in archiep. et pastorem. „Romani Pontificis“ De hac provisione scribit: a) capitulo eccl. Tuamen., b) populo et c) clero civit. et dioec. Tuamen., d) vasallis et e) suffraganeis eccl. Tuamen. „Hodie venerabilem fratrem“, f) Henrico Angliae Regi. „Gratiae divinae“ (Bregeon. | Nardin.) L. c. f. 33, b seq.

— — — (9783) Pro parte Mag. Dominici de Comitibus script. et fam. sui capellaniam sub invoc. S. Antonii in eccl. S. Geminiani de Yrola Lunen.-Sarzanen. dioec. juxta testamentum, quod Simon al. Cosciale de Yrola laicus dioec. praedict. condidit, erigit et bona ad hoc relicta ei applicat eamque sic erectam praefato Dominico confert. G. D. L. 1012 f. 130, b.

— — — (9784) Arnaldo de Navalhiis fratri Militiae S. Jacobi de Spata nuncup. Rubea sub regula S. Aug. Praeceptoriam domus *hospitalis* nuncup. B. Mariae Magdalenae de Bessault dictae Militia Aduren. dioec. obitu Menaldi de Navalhiis ejusd. Arnaldi genitoris vacantem et per milites clericali charactere non insignitos teneri solitam et ipsi per Ludovicum Francorum Regem non rite collatam ad certum tempus commendat. „Religionis zelus“ (Colot. | Gomiel. Aloys. | Casanova. Coll. H. de Ces.) L. 1084 f. 62.

— — — (9785) Franciscum Antonium de Castro Sellani Spoletan. dioec., qui Lucam Johannis de Castro Sellani ita vulneravit, ut ex vulnere mortuus sit, cum de praemissis doleat et per triennium exulaverit ac ab haeredibus et attinentibus dicti defuncti veniam obtinuerit, a reatu homicidii absolvit, ad pristinos honores restituit et plenarie redintegrat. „Exponi Nobis“ (Colot. | Bonseverus) Brev. Lat. tom. 1 f. 53.

— — — (9786) Johanni Barbey par. ecclesiae S. Martini de Monfrevilla Bajocen. dioec. cedenti canonicatum et de Guerone nuncup. praeb. eccl. Bajocen. a Vincentio Barbey permutationis causa resignatos confert. „Apostolicae Sedis“ (Evang. | Chemin. Aloys. | Valtrini. Coll. Attav.) L. 1010 f. 205.

— — — (9787) Laurentio Grosso joellerio Januen., marescallo prov. Marchiae Anconitan. et fam. suo. „Cum itaque, sicut accepimus, tu occasione 34 literarum adamantinarum in diademate seu mitra papali *regno* nuncupata verba illa videl. *Julius Ligur Papa secundus anno septimo* constituentium et certorum rubinorum smaradorum et spinellarum, quorum singuli singulas dicti versus dictiones sua interpositione a sequentibus distinguunt[3], necnon duarum angelorum imaginum miro artificio fabricatarum, quae frisum, in quo verba praedicta collocata sunt, sustinere videntur, fel. rec. Julio PP. II. praedec. Nostro, receptis ab eo per te dumtaxat 500 duc. auri largis in partem solutionis traditis et consignatis, adhuc in duc. 1500 auri similibus, et ratione pretii alterius smaradi annulo aureo inclusi Nobis venditi in aliis similibus 1500 duc., ac etiam tot aliorum jocalium, quae consistunt in uno rubino et uno diamante et uno diaspero transparente argento ornato magnitudinis unius speculi, in quo homo potest se respicere, sicut et in speculo in summa aliorum 1000 duc. similium Nobis etiam

[1] Clonmacnois in Hibernia; Thomas O'Mulally ab anno 1508 huic eccl. praefuit; v. *Gams* p. 212, ubi jam anno 1513 ad eccl. Tuamen. translatus esse dicitur.

[2] Mauritius de Portu (O'Fihely) O. S. Fr. 1506—1513; *Gams* p. 232.

[3] In cod. legitur: distinguuntur.

1514.

venditorum et consignatorum . . . Noster et Ap. Sedis creditor existas, Nos tibi . . . satisfacere volentes, marescallatum seu officium marescalli prov. Nostrae Marchiae Anconitan. . . . tibi quoad vixeris in dicti crediti solutionem . . . concedimus, . . . et si te vel per te deputandum aut alterum vestrum ex aliqua causa a dicto officio vel marescallatu p. t. amoveri contingat, volumus Cameram Nostram apost. et illius omnes et singulos fructus . . . tibi et haeredibus tuis et a te causam habituris obligatos esse, sicut Nos obligamus et ypothecamus ac ad dictam summam 4000 duc. tibi vel dictis haeredibus . . . illico a die amotionis praedictae restituendum eandem Cam. ap. obligatam esse declaramus." G. F. (Evangel. | Cheminart. Aloysius | A. de Verdesotto. Coll. H. de Cesis) L. 1009 f. 161.

19. Jun. (XIII. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum. (9788—9789) Mag. Reginaldo de Martiniaco archidiac. de Cadonio in eccl. Bajocen. et notar. suo concedit, ut per personas idoneas visitationes facere et procurationes inde ipsi debitas usque ad certam summam in pecunia numerata recipere valeat. „Meruit tuae devotionis". Executores nominat Officiales Bajocen., Lexovien. et Ebroicen. „Hodie dil. filio". Arch. Lat. tom. 29 f. 51; f. 51, b.

— — — (9790) Priori Prioratus S. Martini Senen. mandat, ut par. ecclesiam S. Joh. Astechi oppidi de Monteregione Senen. dioec. a Mag. Leonardo de Bertinis resignatam Ascanio de Bertinis cler. Senen., dicti Leonardi nepoti, ad certum tempus commendet et deinde conferat. „Laudabilia" (S. Severino | Grat. p. nep. script. Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 257, b.

— — — (9791) Hieronymo Radichii scholari Roman. reservat fructus Prioratus S. Spiritus Nepesin. O. S. A., si clericali charactere insignitus fuerit, consentiente Bernardino Burgen. fratre hospit. S. Spir. in Saxia de Urbe, cui de eodem Prioratu eadem die providetur. „Laudabilia" L. 1025 f. 324, b.

— — — (9792—9793) Thomae Cecholini de Cecholinis cler. Lucan. dioec., decr. doctori, reservat fructus par. eccl. S. Jacobi de Massagrogina dictae dioec. ac domum presbyteralem ad eand. eccl. pertinentem et cedente aut decedente Jacobo Petri Antonii Cecholini de Cecholinis regressum ad eam concedit. „Literarum scientia." Execut. deputat. „Hodie" (Benzon. A. de Alvarott. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 261; f. 262.

— — — (9794) Indultum civibus et communitati civit. Januen. ab Innocentio IV., Alex. IV., Nicol. IV. et Nicolao V. concessum et a Calixto III., Sixto IV., Innoc. VIII., Alex. VI. et Julio II. confirmatum, ut nullus extra civit. de districtu Januen. ad judicium invitus trahi, nullusque delegatus vel subdelegatus executor vel conservator in eos et dictam civitatem excommunicationis vel interdicti sententias promulgare posset, necnon indultum ab Alex. VI. ad 20 annos iis concessum, ut certas merces ad partes Syriae et Aegypti deferre et infidelibus vendere possent, et a Julio II. ad Africae partes et ad 100 annos extensum confirmat. A. F. R. M. „Romanus Pontifex." Executores deputat. „Hodie a Nobis" (Ph. de Agnell. O. Cesis | Ph. de Senis) Arch. Lat. tom. 31 f. 130; f. 131.

— — — (9795) Mag. Aloysio de Gibraleon cler. Neapolitan. script. ac fam. suo indultum circa beneficia concedit. „G. D. et F." L. 1205 f. 456.

— — — (9796) Johanni de Albuconio baccal. in decr. confert ecclesiam par. S. Petri de Calciata Lemovicen. dioec. „Nobilitas generis" (Jul. Agrig. | Marciaci. Aloys. | A. de Castillo. Coll. Donat.) L. 1034 f. 199.

— — — (9797) Eustachio de Sanctis canonico Suessionen. commendat monasterium B. Mariae de Castillione O. S. A. Lingonen. dioec, quod Franciscus episc. Antissiodoren. in commendam obtinebat et postea resignavit. „Romani Pontificis" (Armellin. | Suno. Baena | F. de S. Joh. Coll. Jo. Ja. Cipell.) L. 1006 f. 136.

— — — (9798) Johanni Fromondi Mag. Johannis Cheminart script. familiari capellam S. Mariae de la Buche Bisuntin. dioec. duasque capellanias ejusd. dioec. confert. „Vitae ac morum" L. 1047 f. 126, b.

— — — (9799) Christophorum Vogel cler. Wratislavien. absolvit a reatu homicidii forsan vim vi repellendo contracto et ab excommunicatione aliisque censuris ac cum eo super irregularitate dispensat. „Sedes Apostolica pia mater" L. 1022 f. 63 [1].

— — — (9800—9801) Jacobo Collet rectori par. eccl. S. Michaelis de Capella in decanatu S. Romani de Colleboso Rothomagen. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum." Execut. deputat. „Hodie dil. filio" (G. de Prato. O. Cesis | Nardin.) Arch. Lat. vol. H f. 210; f. 211, b.

— — — (9802—9803) Philiberto Petit rectori par. eccl. de Roseyo Cabilonen. dioec. dictam eccl. a Joh. Gendret permutat. causa resignatam confert. „Apostolicae Sedis." Execut. deputat. „Hodie dil. filio" (O. Cesis. Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. vol. II f. 323, b; f. 326.

[1] In cod. leg. 1513 XIII. Kal. Jul. an. *secundo.*

1514.

19. Jun. (XIII. Kal. Jul.)	Romae apud S. Petrum.	(9804—9805) Johanni Gendret capellano ad altare S. Vincentii situm in par. eccl. S. Joh. Veteris Macelli in suburbiis Cabilonen. capellaniam ad dictum altare a praefato Philiberto permutat. causa resignatam confert. „Apostolicae Sedis.“ Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ L. c. f. 326, b; f. 327, b.
— —	—	(9806) Georgio de Bibra canonico Bambergen. indultum concedit circa beneficia. „Nobilitas generis“ Arch. Lat. vol. K f. 270.
— —	—	(9807) Praeposito S. Theodori Papien. mandat, ut archipresbyteratum eccl. SS. Cornelii et Cypriani de Mermorelle Placentin. dioec. Gregorio ex Comitibus Roneschalle cler. Papien. dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ (A. de S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. tom. 32 f. 116, b.
— —	—	(9808) Francisco Bomparis cler. Gratianopolitan. dioec. par. ecclesiam B. Mariae de Renello O. S. A. Gratianopolit. dioec., donec 18. aetatis suae annum attigerit, commendat et deinde confert. „Nobilitas generis“ (Colot. | Chemin. Aloys. | J. de Gais. Coll. F. de Attav.) L. 1005 f. 55, b.
— —	—	(9809) Johanni Baron vicario rectori nuncup. par. eccl. de Beryen Corisopiten. dioec. vicariam dictae eccl. confert. „Vitae ac morum“ (A. Melfit. | Grat. p. fam. script. [Mag. Hieronymi Bertrandi de Roys] Millinus | Valtrini. Coll. H. de Cesis) L. 1056 f. 253.
— —	—	(9810) Jacobo Boht canon. Prioratus S. Cosmae prope Turonis O. S. A., qui absolutionem ab homicidio vim vi repellendo perpetrato obtinuit, commendat par. ecclesiam S. Martini de Truys a Martino Cotin resignatam. „Religionis zelus“ (Armellin. | Chemin. Aloys. | Valleoleti. Coll. F. de Attav.) L. 1016 f. 185.
— —	—	(9811) Eidem par. ecclesiam S. Petri de Chabliis Lingonen. dioec. commendat. „Religionis zelus“ (Armellin. | Chemin. Aloys. | Valleoleti. Coll. F. de Attav.) L. 1003 f. 234.
— —	—	(9812) Petro de Bruina rectori vicario nuncup. par. eccl. S. Andreae de Altaripa Montisalban. dioec. rectoriam praedictam confert. „Vitae ac morum“ (Carrot. | Balbus. Gibraleon | J. Radic. Coll. F. de Attav.) L. 1018 f. 167, b.
— —	—	(9813) Ad preces Didaci de Leon fam. sui ac Thesaurarii ecclesiarum invicem unitarum B. Mariae Rotundae de Logroño et S. Martini de Alvelda oppidorum Calaguritan. dioec. Thesaurariae dictarum eccl. unum ex canonicatibus et unam ex praebendis integris seu dimidiis earund. ecclesiarum perpetuo unit. A. P. R. M. „Regimen universalis Ecclesiae“ (Armellin. | Grat. de mand. S. D. Chemin. | Cabredo. Coll. H. de Cesis) L. 1107 f. 88.
— —	—	(9814) Catherino de Cleta credentiario et fam. suo par. ecclesiam loci de Birien Lugdunen. dioec. et quoddam beneficium ejusd. dioeces. Lugdunen. confert. G. F. (Blondus | Grat. de mand. S. D. Balbus | Balandrinus. Coll. H. de Cesis) L. 1054 f. 108.
— —	—	(9815) Eidem par. ecclesias S. Andreae de Cordien (al. Cordin) et de Cyvrein Lugdunen. dioec. confert. G. F. (Carrot. | Grat. de mand. S. D. Draco. Colardi | Bernard. Coll. F. de Attav.) L. 1021 f. 222.
— —	—	(9816) Stephano de Serres rectori par. eccl. de Adalone Appamiar. dioec. dictam eccl. obitu Guillermi Arnault de Parentiers vac. confert. „Vitae ac morum“ (Colot. | Cheminart. Aloys. | Valtrini. Coll. F. de Attav.) L. 1028 f. 214.
— —	—	(9817) Johanni de Carugio rectori par. eccl. de Dalou Appamiarum dioec. dictam eccl. obitu Guillermi Arnaldi de Parentinis vac. confert. „Vitae ac morum“ (Castilion. | Marciaci. Corbin. | A. de Castillo. Coll. H. de Ces.) L. 1028 f. 92.
— —	—	(9818) Didaco Ochoe cler. Burgen. dioec., Magistrorum Gundisalvi et Johannis de Lerma cler. Burgen. et script. consanguineo, pensionem super fruct. duarum portionum in par. eccl. S. Petri de Lerma Burgen. dioec. assignat et accessum ad easd. portiones pensione deficiente concedit. „Vitae ac morum“ L. 1027 f. 323, b.
— —	—	(9819) Episcopum Trecoren. hortatur, ut Thomae Feger cler. Briocen. fam. suo et Innocentii SS. Cosmae et Damiani diac. Card. sui nepotis obsequiis insistenti, cui paroch. ecclesia de S. . . Trecoren. dioec. obitu Johannis de Staust vac. collata est, faveat et in hac re propitius sit. „Nuper dilecto filio“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 432; tom. 30 l. 2 p. 587.
— —	—	(9820) Troilo Sabello scribit se non posse credere, quae de eo dicantur, eum pacem et quietem civit. Senen. et Burgesii Petruccii perturbare velle, cum hujus pravi consilii nullam videat causam nec rationem; optare se, ut falsa sit fama allata; si vero ille in ea cogitatione versetur, se ea acturum, per quae hujus consilii ipsum poeniteat. „Venit ad aures Nostras“ (Sadol.) Brev. ad princ. tom. 5 f. 56. Ed. Sadol. ep. 26 p. 37.
— —	—	(9821) Simile Comiti Petiliani Brev. ad princ. l. c.
— —	—	(9822) Laurentium de Medicis summopere hortatur, ut omni studio interveniat, ut priores libertatis Florentin. reipubl. ceterique magistratus efficere velint, ut civitas Senen. et is status, qui nunc sit, incolumis et illaesus conservetur omnibusque subsidiis et

1514.

militum et armorum, si opus sit, defendatur, cum Troilus Sabellus et Comes Petiliani conspirantes cum exulibus civit. Senen. illius civit. statum perturbare velle dicantur. „Moleste admodum et graviter ferimus“ (Sadol.) Brev. ad princ. tom. 5 f. 57; Brev. tom. 41 p. 21. Ed. Sadol. ep. 27 p. 37.

19. Jun. (XIII. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum. (9823) Simile prioribus reipubl. Florentin. Brev. ad princ. tom. 5 f. 57.

(9824) Officialibus Baliae civit. Senarum scribit se ad propulsandum istius civitatis periculum non solum literis et mandatis, sed etiam armis et militum copia ipsis non defuturum. (Sadol.) Arch. Stat. Senen. ad an. 1514.

— — — (9825) Episcopo Tricaricen. nuntio mandat, ut fidem adhibeat literis Julii Card. de Medicis et Juliani de Med., quibuscum res et negotia ab eo tractanda communicavit[1]. „In eis rebus et negotiis“ Brev. ad princ. tom. 5 f. 161.

— — — (9826) Ammonio in Anglia commoranti[2] nuntiat se mandavisse episcopo Wingornien., ut nonnulla ad eum suo (Pont.) nomine conscriberet, cujus literis indubiam fidem adhibeat; sibi gratissimum fore, si studio, consilio et opera episcopo Tricaricen. adsit[3]. „Mandavimus venerabili fratri“ L. c. f. 190.

— — — (9827) Henrico Regi Angliae notificat se episcopos Wintonien. et Lincolnien. consiliorum suorum per episcopum Wingornien. certiores fieri curare. „Quid sit Nostri desiderii et quid per tuam Majestatem fieri cuperemus, eorum omnium per ven. fratrem episc. Wingornien.“ L. c. f. 190.

20. Jun. (XII. Kal. Jul.) — (9828—9829) Stephano Spinasse alias Loysabeu subdiac. unam ex quatuor capellaniis ad altare S. Petri sitam in par. eccl. S. Martini de Donzenaco Lemovicen. dioec. confert. „Vitae ac morum.“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. vol. K f. 313; f. 314, b.

— — — (9830) Philippum Berdeti canon. eccl. B. M. Magdal. Bisuntin. constituit fructuum et prov. Cam. apost. in civit. ac dioec. et prov. Bisuntin. debitorum collectorem. „Ex fideli, sollicita ac diligenti“ (Evang. | *Visa* Armellin. Cam. apost. cler. | Bernard. Coll. S. de Spol.) L. 1025 f. 316.

— — — (9831) Hieronymo de Maio canon. Novarien. mandat, ut canonicatum et praeb. eccl. S. Julii de Insula Novarien. dioec. resignatione Johannis Thomae de Massaria vac. Julio Manfredi de Vazaga cler. Novarien., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ (De Prato | Campan.) Arch. Lat. tom. 26 f. 287, b.

— — — (9832) Praeposito eccl. SS. Protasii et Gervasii de Bergonzola Mediolanen. dioec. committit, ut par. ecclesiae S. Babilli Mediolanen., quae obitu Abundii de Valeriis vacans Evangelistae de Laude cler. Cremonen. fam. suo est collata, possessionem capiat ejusque fructus a Praeposito eccl. S. Petri de Corneliano Mediolanen., qui non pro dicto Evangelista juxta mandatum Pontif., sed pro se illam ecclesiam cepit, exigat et conservet. „Commisimus superioribus diebus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 361; tom. 30 l. 2 p. 459.

— — — (9833) Episcopum Tridentin. gubernatorem Veronae hortatur, ut par. ecclesiae B. Mariae de Ronchio et quorumdam beneficiorum, quae episcopo Tiburtin. Card. Vulterran. sunt collata, ejusd. Card. procuratoribus possessionem tradat et assignet. „Scientes quanta“ Brev. tom. 2 n. 362; tom. 30 l. 2 p. 460.

— — — (9834) Similiter vicario episc. Veronen. scribit. „Providimus nuper“ Brev. tom. 2 n. 363; tom. 30 l. 2 p. 461.

— — — (9835) Prioribus populi civit. Tudertin., qui superioribus annis pro recuperatione certorum Castrorum Comitatus civit. Tudertin. nonnulla debita contraxerunt, licentiam concedit imponendi et exigendi unam collectam in civit. et Comit. praedict. usque ad integram debitorum satisfactionem. „Exponi Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 433; tom. 30 l. 2 p. 588.

— — — (9836) Confalonerio, prioribus et communitati civit. Castri ac camerario, officialibus et communitati terrae Tulphae mandat, ut Johanni Francisco de Castro certam pecuniarum summam occasione promissae decimae aluminum et compensationis solvant. „Mandamus vobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 434; tom. 30 l. 2 p. 589.

— — — (9837) Petro Besse rectori par. eccl. S. Petri de Calciata Lemovicen. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum“ (Evang. | C. de Liazar. Ingenw. | Chemin. Coll. F. de Attav.) L. 1052 f. 234.

— — — (9838) Pro parte Ludovicae Fossae relictae quondam Antonii de Zobolis et Constantiae ac Beatricis de Zobolis ipsorum Antonii et Ludovicae filiarum mulierum Regien. con-

---

[1] Exstant epistolae eorum d. d. 4., 14., 15., 19. Jun.; cf. *Guasti*, I Manoscritti Torregiani p. 51 seq. 53 seq.

[2] Ammonius Andreas Lucensis notarius apost., cum Erasmo literarum commercio conjunctus. (Erasmi epist. ed. Lond. Cantabrig. L. VII. ep. 8 L. VIII ep. 1 seq.)

[3] Lettera di credenza per il Nunzio vescovo di Tricarico 19. Jun. ad eos episcopos. *Guasti* l. c. p. 54.

1514.

cordiam conclusam super certis bonis a quondam Andrea de Zobolis relictis, quae Praepositus ac conventus monasterii D. N. J. Chr. al. S. Marci Regien. O. S. A. Congreg. S. Salvatoris de observ. ad dictum monast. spectare asseruerant, et super quibusd. piis operibus ab eod. Andrea ordinatis confirmat. A. P. R. M. „Ex injuncto Nobis desuper“ (Evang. | Draco. Colardi | Cabredo. Coll. S. de Spol.) L. 1019 f. 69, b.

20. Jun. (XII. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum. (9839) Archidiacono et archipresb. ac Magiscolae eccl. Regien. executionem praeced. liter. committit. „Hodie emanarunt“ (script. ut supra) L. c. f. 72, b.

— (9840) Cum Leonardo Constuti dispensat super irregularitate, quam incurrit ante aetatem legitimam ordinem presbyt. suscipiendo et in ministerio altaris ministrando, eique confert par. ecclesiam S. Germani Sarlaten. dioec. „Sedes Apostolica pia mater“ (Armellin. | Chemin. Aloys. | Cyprian. Coll. F. de Attav.) L. 1026 f. 55, b.

— — — (9841) Episcopis Clonforten. et Alladen. mandat, ut a Thoma in archiepisc. Tuamen. electo fidelitatis juramentum recipiant. „Cum Nos nuper“ (Bregeon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 40 f. 35, b.

— — — (9842) Mag. Martino de Spinosa caus. P. A. auditori mandat, ut Mag. Philippo de Agnellis U. J. doctori et lit. ap. abbreviatori canonicatum et praeb. eccl. Seguntin. obitu Johannis Martini de Siguenza vac. conferat, si per eventum litis nemini litigantium ad eos jus competere ipsi constiterit. G. D. et F. (Alvarott. | Grat. p. assist. Nardin.) Arch. Lat. tom. 26 f. 265, b.

— — — (9843) Johanni Cabrolli rectori par. eccl. S. Georgii de Calhaneto Agennen. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum“ (Colot. | Chemin. Aloys. | Cyprian. Coll. H. de Cesis) L. 1026 f. 54, b.

— — — (9844) Antonio de Cervatos cler. Caesaraugustan. dioec. unam super B. Mariae de Villanova de los Infantes et aliam super S. Christophori de Mallon par. ecclesiarum fructibus Aurien. et Compostellan. dioec. annuas pensiones assignat, priori pensioni, si ex aliqua causa invalida reperiatur, aliam substituens. G. F. L. 1036 f. 55.

— — — (9845) Bernardino Leaulte presb., Licent. in leg., confert canonicatum et praeb. eccl. Turonen. obitu Johannis Prenerault vac., cum Petrus Bony juri suo cedat. „Literarum scientia“ (Armellin. | Suno. Baena | F. de Vega. Coll. F. de Attav.) L. 1012 f. 90.

— — — (9846) Judices delegat, qui causam pendentem inter Petrum Electum Aquen., qui ad S. Sedem appellavit, et Johannem de la Marthonie pro episc. seu Electo Aquen. se gerentem super contributione ad solutionem certae summae beneficiatis Aquen. dioec. impositae dijudicent. „Humilibus“ (J. Copis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 31 f. 2.

— — — (9847) Archiepisc. Lunden. et episc. Ottonien. hortatur, ut Christianum Regem Daciae electum, qui literas inhibitorias, quas b. m. Johannes Daciae Rex ad instantiam, ut creditur, Andreae Globi secretarii sui contra Petrum Matthiae Propositum Ottonien. et Christianum Petri rectorem par. eccl. B. Mariae Virg. in Ottonia edidit mandans, ut inquilini et rustici non praefatis Petro et Christiano Petri de pensionibus et emolumentis dictorum beneficiorum, sed praefato Andreae responderent, innovavit, informare curent, ut istas literas justitiam et libertatem eccles. violantes revocet. „Intelleximus alias“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 440; tom. 30 l. 2 p. 598.

— — — (9848) Ducem Venetiar. hortatur, ut Johanni Bapt. Branconio cler. Aquitan. cubicular. et fam. suo, qui pendente lite inter ipsum et Herculem de Campofregoso cler. Genuen., super par. eccl. S. Mariae de Casale Paduan. dioec. tres conformes sententias pro se reportavit, omni auxilio et favore opportuno adesse velit. „Exposuit Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 435; tom. 30 l. 2 p. 590.

— — — (9849) Ludovico Francorum Regi gratias agit, quod contra quosdam Ord. Praed. professores, detentores literarum apost. in favorem Guillelmi Parvi dicti Ord. pro unitate et pace provinciae Franciae editarum insurrexerit et debitam reverentiam Ap. Sedi jusserit servandam; Aegidium Charronelli dicti Ord. professorem ab officio Provincialatus legitime esse remotum et eundem Guillelmum vicarium prov. Franciae ejusd. Ord. rite institutum esse declarat; Regem hortatur, ut paci dictae provinciae et obedientiae, quae Ap. Sedi ac Magistro gen. dicti Ord. debetur, favendo adsit rebelles et singulariter Aegidium Charronelli compescendo. „Non possumus Celsitudini tuae“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 436; tom. 30 l. 2 p. 591.

— — — (9850) Johanni abbati et conventui monasterii S. Sebastiani de Urbe Cisterc. Ord. licentiam et facultatem concedit, eleemosynas petendi et quaestores mittendi, prout hactenus consueverunt, non obstantibus suspensionibus in utilitatem fabricae basilicae Princip. Apostol. factis. „Cum Nos nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 437; tom. 30 l. 2 p. 593.

— — — (9851) Perusiae Vicelegato committit, ut Praeceptoriam S. Benedicti de Mugnano Ord. Hierosol. Perusin. dioec., quae camera magistralis existit ejusque possessionem Johanni Benedicti de Monte Sperello ac Nicolao Luciae militibus dicti Ord. liberam et

1514.

expeditam per eos tenendam et regendam consignet, donec Magno Mag. et thesauro communi ejusd. Ord. de responsionibus hactenus debitis satisfactum fuerit, non obstante lite super ea pendente. „Cum sicut nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 438; tom. 30 l. 2 p. 595.

20. Jun. (XII. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum. (9852) Johanni Lunae Siculo viro principi scribit de nuptiis Sigismundi filii ipsius cum Lucretia de Salviatis sororis suae filia et versus totam familiam benevolentiam suam declarat. Reliqua ex Juliani fratris literis ipsum cogniturum. „Laetitia tua, quam ex eo, quod ad propinquitatem inter te atque Nos familiamque Nostram ineundam“ (Bemb.) Cod. Bibl. Vat. 3364 f. 158, b. Ed. Bemb. L. VIII ep. 19 p. 63. 64.

21. Jun. (XI. Kal. Jul.) — (9853) Pro parte Ferdinandi Aragonum et utriusque Siciliae Regis et quatuor administratorum hospitalis gener. sub invocat. Primae Apparitionis factae a Christo B. Mariae Virg. Valentin., qui exponebant, quod alias jurati rationales et syndicus civit. Valentin. ac decem deputati hospitalis B. Mariae Virg. Innocentium etiam Valentin. desiderantes, ut in dicta civit., in qua diversa hospitalia particularia erant, unum hospitale generale institueretur, ad quod omnes pauperes infirmi, dementes et infantes expositi tam indigenae quam extranei confugere seu portari possent, quia in talibus hospitalibus gener. officium charitatis ferventius et promptius exerceretur, et considerantes nullum locum ad hospitale gen. construendum ita esse idoneum, quam locum, in quo dictum hospitale partic. B. M. Innocentium erat, decreverunt, ut inibi hospitale gen. sub invoc. Primae Apparit. factae a Chr. B. M. construeretur, ac illi Innocentium necnon tria alia pauperum hospitalia Valentin. scil. unum S. Lazari, aliud Reginae ac reliquum de Eudapes, quorum dicti jurati rectores erant, cum eorum domibus, bonis et pertinentiis perpetuo unirentur et incorporarentur, et cum nonnullae dissensiones et controversiae exortae essent, in unum ex canonicis eccl. Valentin. et quatuor fratres Minor. et Praed. Ordinum et theol. professores tamquam in arbitros et amicabiles compositores compromiserunt, qui compromisso suscepto laudum dederunt super regimine dicti hospit. gen. construendi per quatuor administratores gerendo, quorum unus canonicus dictae eccl. ac reliqui tres cives Valentin. existerent, aliaque statum ejusd. hosp. gen. concernentia statuerunt, quod arbitramentum per praefatos juratos, syndicum, deputatos et canonicos dictae eccl. confirmatum et approbatum fuit: laudum, arbitramentum, capitula et unionem praedicta in favorem ejusd. hospit. gener. jam constructi, in quo cum summa delectatione et spirituali consolatione populi Valentin. hospitalitas exercetur, approbat et confirmat; indulgentias, facultates et privilegia addit pro eod. hospit. et confraternitate 2000 Christifidelium in illo instituenda. A. P. R. M. „Altitudo divinae providentiae nullis praescripta limitibus“ (Bembus | Grat. de mand. S. D. Chemin. Aloys. | A. de Castillo. Auscult. per me P. Bembum) L. 1198 f. 428—439.

— — — (9854) Guillelmo de Bruxella olim monacho monasterii S. Amandi in Pabula Tornacen. dioec. in abbatem ejusd. monast. electo impertit absolutionem, ut lit. sequentes suum sortiantur effectum. „Apostolicae Sedis consueta clementia“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 211.

— — — (9855—9858) Eundem Guillelmum, qui alias per dicti monasterii monachos in abbatem electus ordinaria auctoritate illam electionem confirmari et munus benedictionis sibi impendi de facto obtinuit, eidem monasterio praeficit in abbatem, cum Hilarius Roger canonicus Pictaven. et Licent. in legibus ejus commendae possessione non habita cedat. „Summi dispositione Rectoris“ De hac provisione scribit a) conventui ejusd. monast. „Hodie monasterio vestro“, b) vasallis istius monast., c) episcopo Tornacen. „Hodie monasterio S. Amandi“ (Benzon | Nardin.) L. c. f. 209 seq.

— — — (9859—9860) Hilario Rogier (al. Roger) canon. Pictavien., Licent. in legibus, reservat Praeposituram de Barisiaco Laudonen. dioec., quae membrum a praedicto monasterio S. Amandi dependens existit, et pensionem super fruct. ejusd. monast. „Literarum scientia“. Executores nominat Officiales Tornacen. et Parisien. ac Carnoten. „Hodie dil. filio“ L. 1010 f. 232; f. 234.

— — — (9861) Francisco de Oratorio rectori par. eccl. S. Johannis de Bretz Tholosan. dioec. dictam eccl. a Damiano de Montemoreno resignatam confert. „Vitae ac morum“ (A. Melfit. | Millin. Gauden | Bernard. Coll. Donat.) L. 1052 f. 28.

— — — (9862) Decano B. Mariae de Ligneyo Tullen. dioec. et Ludovico Le Roux canonico Rothomagen. eccl. ac officiali Parisien. mandat, ut Jacobo Dausellet rectori par. eccl. loci de Bernay Xanctonen. dioec. Prioratum S. Genovefae O. S. B. Suessionen. dioec. commendare curent. „Vitae ac morum“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 31 f. 98.

— — — (9863) Piramo de Pepulis canon. Bononien. mandat, ut Johanni Francisco de Sacrato cler. Ferrarien., si idoneus sit, canonicatum et praeb. eccl. Ferrarien. a Mag. Hieronymo de Sacrato, cujus praefatus Johannes nepos existit, resignatos conferat. „Dignum“ (A. de Severino | Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 38.

— — — (9864—9865) Mag. Hieronymo de Sacrato cler. Ferrarien. notario et fam. suo omnes

1514.

fructus praedictorum canonicatus et praeb. eccl. Ferrarien. assignat et cedente aut decedente Johanne Francisco de Sacrato regressum ad eos concedit. G. D. et F. Execut. deputat. „Hodie cum dil. filius“ (A. de S. Severino. P. Planca | Grat. de mand. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 33 f. 96; f. 97, b.

21. Jun. (XI. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum. (9866) Johanni Bars alias Alisleger cler. Colonien. dioec., Mag. Johannis Ingenwinckel script. familiari, indultum circa beneficia et privilegia concedit. „Vitae ac morum“ L. 1205 f. 314.

— — — (9867) Antonio Potier rectori par. eccl. S. Aniani Remen. dioec. dictam eccl. ac beneficium ejusd. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Chemin. Delius p. comp. Bernard. Coll. F. de Attav.) L. 1028 f. 212.

— — — (9868) Cardinali Cornelio Patrimonii Legato sive ejus vicelegato mandat, ut Paulum de Ballionibus de Perusia Fierabraccium et fratres de Nobilibus de Spicciano sub excomm. lat. sent. ac aliis poenis ad personaliter comparendum cogat et eos non prius recedere permittat, quam Castra Peri et Grassignani Balneoregen. dioec. ipsi consignaverint tenenda et regenda, donec ad quam ipsarum partium Castra praedicta et illorum jura pertineant, ab eodem Legato summarie declaratum fuerit. „Cum pro Nostri“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 441; tom. 30 l. 2 p. 601; tom. 41 p. 227.

— — — (9869) Francisco Electo Nanneten. commendat Prioratum B. Mariae de Lesspinasse Villae Amilliani O. S. B. Ruthenen. dioec. „Personam tuam“ (A. Melfit. | Suno. Baena | A. de Verdes. Coll. S. de Spol.) L. 1006 f. 218, b. (Colot. | Chemin. | Verdes. Coll. Narnia) L. 1012 f. 61.

— — — (9870) Episcopis Cavallicen. et Asculan. ac officiali Hildesemen. mandat, ut Valentino de Teteleten cler. Maguntin. dioec., doctori et fam. suo, ecclesiam par. SS. Cosmae et Damiani oppidi seu villae Barum Hildesemen. dioec. obitu Ludolfi Flacke vac. conferre curent. G. F. (Castilion. | Grat. de mand. S. D. Marciaci. Corbin. | Bernard. Coll. H. de Cesis) L. 1026 f. 208.

— — — (9871) Johanni de Montemereno Priori Prioratus S. Andreae O S. B. Vauren. dioec. ecclesiam paroch. S. Caeciliae Montanearum dictae dioec. obitu Damiani de Montemereno vac. commendat. „Religionis zelus“ (Armellin. | Balbus. Colardi | J. de Radicibus. Coll. F. de Attav.) L. 1041 f. 278; contin. f. 283.

— — — (9872) Aegidio Collet, familiari Mag. Joh. de Beka script., confert canonicatum et praeb. eccl. S. Petri Insulen. Tornacen. dioec. obitu Joh. Lorin vac. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Grat. p. fam. script. Balbus. Gibraleon | Chemin. Coll. de Spoleto) L. 1019 f. 188, b.

— — — (9873—9874) Johanni du Pouchel par. ecclesiam d'Estrées la Blanche Morinen. dioec. resignatione Johannis Rambault vac. confert. „Vitae ac morum.“ Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (O. Cesis. Ph. de Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 33 f. 203, b; f. 205.

— — — (9875) Ybleto de Bozato canon. Vercellen. mandat, ut capellam SS. Sebastiani et Fabiani prope Villam de Rovoxino Vercellen. dioec. Francisco de Titionibus cler. dictae dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ Arch. Lat. tom. 47 f. 260.

— — — (9876) Didaco Gutterii cler. Legionen. dioec. concedit accessum et ingressum ad canonicatum et praeb. eccl. Legionen. cedente aut decedente Alphonso Gutterii, cum liti et causae super eis pendenti cesserit. „Vitae ac morum“ L. 1061 f. 198, b.

— — — (9877) Episcopo Carpentoraten. civitatis Avenion. gubernatori conqueritur de scandalo per Parlamentum Provinciae exorto[1] jubetque Monitorium contra illud editum per cursorem pontificium ad dictum Parlamentum perferri. „Nuper in Sacro Lateran. Concilio“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 41 p. 220.

— — — (9878) Carolo Duci Allobrogum significat, se ex oratione Amadei Berruti et ex ipsius Ducis literis pro paterno suo animo gratias agentibus gaudium concepisse, Berrutum ex ejus commendatione adhuc chariorem sibi futurum et aliis literis uberius Ducem informaturum. „Ex oratione Amadei Berruti“ (Bemb.) Bibl. Vat. Cod. 3364 f. 160. Ed. Bemb. L. VIII ep. 24 p. 64.

— — — (9879) Comiti Genevensium amanter respondet et suum ad ipsum ornandum studium manifestat. „Et tuae ad Nos plenae officio et observantia literae“ (Bemb.) Ed. Bemb. L. c. ep. 25 p. 65.

22. Jun. (X. Kal. Jul.) — (9880) Johanni Sabbaterii rectori par. eccl. SS. Cirici et Julitae Auxitan. dioec. concedit, ut divin. officium et horas canonicas solus aut cum uno socio ab ipso p. t. eligendo secundum usum Rom. Eccl. recitare valeat. „Cum sicut Nobis“ (Colot. | Cinthius) Brev. Lat. tom. 1 f. 38.

— — — (9881) Episcopis Feltren., Asculan. et Faventin. mandat, ut monasterium S. Roffilli de Foripopulo O. S. B. Britonorien. dioec. et par. ecclesias loci de Castro Savignani ac

[1] Vide supra lit. ad archiep. Aquen. die 11. Jun.

1514.

S. Jacobi terrae Lugi Ariminen. et Imolen. dioec. obitu Thomae episc. Forolivien. vac. Raphaeli episc. Ostien. commendare curent. „Romani Pontificis“ (Carrot. | J. de Gais. Coll. F. de Attav.) L. 1016 f. 261.

22. Jun. (X. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum. (9882—9883) Juliano episc. Agrigentin., secretario suo, qui Praeceptoriae domus S. Antonii Terdonen. O. S. A. Guillermo de Augustis canon. Terdonen. commendatae cessit, a) pensionem assignat super fruct. dictae Praeceptoriae cum jure regrediendi ad eam, b) pensionem reservat super fruct. cujusd. integrae portionis eccl. Salamantin. per Benedictum Gentili solvendam et accessum ad dictam portionem concedit. „Personam tuam“ L. 1041 f. 203; L. 1087 f. 67.

— — — (9884) Eidem cum jure accessus pensionem super fruct. archidiaconatus eccl. Januen. per Urbanum Electum Forojulien. solvendam reservat. „Personam tuam“ L. 1087 f. 69, b.

— — — (9885) Johanni Mabit rectori par. eccl. S. Jacobi de Clicio Nanneten. dioec. indultum circa beneficia concedit. G. F. L. 1067 f. 76.

— — — (9886) Decano eccl. Salzeburgen. ac Officiali Salzeburg. mandat, ut Johanni Schonaw cler. Maguntin. dioec. et fam. suo ecclesiam par. in Engelsperg Salzeburgen. dioec. conferre curent, si vocatis vocandis nemini jus competere constiterit. G. F. (Al. Acre | Grat. p. famil. R. D. Vicecanc. Balbus. Gibral. | Chemin. Coll. H. de Cesis) L. 1020 f. 312, b.

— — — (9887) Annam de Mypont monialem monasterii S. Vidochii Eduen. dioec. O. S. B. constituit Priorissam Prioratus B. Mariae de Campocanuto Ord. et dioec., praedict. resignante Stephaneta de Mypont, cujus Anna neptis existit, si medietatis monialium assensus accedat. „Religionis zelus“ (Carrot. | Chemin. Aloys. | J. de Gais. Coll. H. de Ces.) L. 1013 f. 117, b.

— — — (9888) Hieronymo della Porta cler. Navarien. brev. ap. script. et fam. suo, qui canonicatum et praeb. eccl. S. Bartholomaei prope et extra muros Mediolanen. resignat, pensionem assignat super fruct. cujusd. capellaniae Mediolan., quam Bernardinus de Reinis, cui de canonic. et praeb. praedict. providetur, obtinet, et in certum eventum fructus eorund. canonic. et praeb. reservat et regressum ad eos concedit. G. D. et F. L. 1023 f. 72, b.

— — — (9889) Ludovico Requesenes capitaneo, qui ad depellendos e christianis litoribus piratas, Turcos et Mauros fidelium litora infestantes accingitur, et armigeris ac militibus et nautis omnibusque cum eod. Ludovico in aliquo pro fide Christi discrimine versaturis apostolicam benedictionem impertit ac iis, qui aliquo casu vel proelio contra Mauros pugnando interierint, indulgentiam plenariam elargitur. „Opus tuum“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 443; tom. 30 l. 2 p. 604.

— — — (9890—9891) Bernardino de Reynis canonicatum et praeb. eccl. S. Bartholomaei prope et extra muros Mediolanen. resignatione Hieronymi de la Porta brev. ap. script. vac. confert. „Vitae ac morum.“ Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (De Agnell. O. Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 320, b; f. 322.

— — — (9892) Johanni del Puerto fam. suo confert ecclesiam par. S. Thomasii loci de Villa Contilde Legionen. dioec. G. F. (Evang. | Balbus. Gibraleon | Verdes. Coll. H. de Cesis) L. 1034 f. 260, b.

— — — (9893—9894) Johanni Bapt. Bragadino cler. Venetiarum notario suo officium sollicitatoris liter. apost. obitu Petri Mariae de Lanis vac. confert. G. D. Paulo de Cesis canon. Spoletan. mandat, ut eum ad dictum officium admitti faciat. „Hodie dil. filio“ (Planca. J. Copis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 31 f. 137; f. 137, b.

— — — (9895) Sancio de Agreda cler. Oloren. par. ecclesiam loci de Quesnoit Tornacen. dioec. surrogando confert, si nemini sit jus quaesitum. „Vitae ac morum“ (Evang. | Grat. p. fam. script. [Mag. Aloys. de Gibraleon] C. de Liazar. Ingenw. | F. de Acre. Coll. H. de Ces.) L. 1045 f. 71, b.

— — — (9896) Mag. Bartholomaeo de Petrasancta causar. P. A. auditori mandat, ut dicto Sancio praefatam ecclesiam, si nemini ad eam jus competat, surrogando conferat. „Vitae ac morum“ (G. de Prato | Grat. p. fam. script. Nardin.) Arch. Lat. tom. 38 f. 89.

— — — (9897) Archidiacono de Xativa in eccl. Valentin. mandat, ut par. ecclesiam de la Salsti-della Valentin. dioec. a Joh. Bapt. Martini resignatam Hieronymo Martini dicti Joh. Bapt. fratri germano, si idoneus sit, conferat. „Dignum“ (Lambert. | Campania) Arch. Lat. tom. 36 f. 270.

— — — (9898) Confirmat jus patronatus et praesentandi ad capellam S. Georgii in Gnozim (Gnolzheim prope Gunzenhausen), in cujus possessione vel quasi possessione Joachim Comes de Oettingen se existere asserit. „Cum a Nobis petitur quod justum est.“ Copia vidimata in Arch. episc. Eistetten.

— — — (9899) Conardo abbati Fabarien. administratori nuncupato et conventui montis S. Georgii O. S. B. Brixinen. dioec. prope Schwaz declarat, quod eorum personas et loca in

1514.

protectionem B. Petri suscipit eisque privilegia et libertates confirmat. „Cum a Nobis petitur.“ Ed. Chronik des Benedictinerstifts Georgenberg nun Fiecht. Innsbruck 1874, p. 343 seq.[1]

22. Jun. (X. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum. (9900) Raphaeli Episcopo Ostiensi Camerario ac Ferdinando Ponzetto generali thesaurario mandat, ut de pecuniis Cam. apost. haeredibus Antonii de Altovitis mercatoribus Florentin. Rom. Cur. sequentibus ac eorum sociis 950 duc. auri solvi faciant pro diversis rebus traditis de commissione Pontif. equitibus levis armaturae custodiae Palatii pro eorum vestibus. M. P. „Venerabili fratri . . . praesentium tenore mandamus“ Div. Cam. tom. 64 f. 10.

— — — (9901) Episcopo Carpen. gubernatori civit. Avinionen. Cum contra Guillelmum de Aureduna fratrem quondam Rostagni archiepic. Ebredunen. et condominum loci Cadarossiae Auracen. dioec. Nicolaus tit. S. Priscae presb. Card., qui ecclesiae Ebredunen. praeest, super certis bonis et spolio per eund. Rostagnum relictis sententiam definitivam reportaverit et literas executoriales in sui favorem obtinuerit, cum vero idem Guillelmus ad curiam Parlamenti Delphinatus recursum habens eundem Nicolaum Card. molestaverit, mandat praefato episc. Carpen., ut dictum Guillelmum omnia et singula in praemissis per eum attentata revocare et dictis sententiis et lit. executorialibus parere, aut cum eod. Nicolao concordare et coram Pontif. comparere jubeat. „Accepimus nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 444: tom. 30 l. 2 p. 605.

— — — (9902) Jacobo de Thianerii rectori par. ecclesiarum invicem unitarum S. Laurentii de Carnoliis et de Rupe Uticen. dioec. indulget, ut ad omnes etiam sacros ordines extra tempora a jure statuta a quocunque voluerit cath. antistite promoveri valeat. „Cum sicut Nobis“ (Colot. | Cinthius) Brev. Lat. tom. 1 f. 70, b.

— — — (9903) Francisco Bio Ap. Sed. protonotario et canonico eccl. Palentin. ac vicario gen. episcopi Palentin. mandat, ut Latinum Benassai cler. Roman. et fam. suum in possessionem Cantoriae, canonicatus et praeb. collegiatae eccl. de Husillos ac beneficii in par. eccl. loci de Villa Braxiva Palentin. dioec., qui obitu Johannis de la Rua et Alphonsi Ruiz Ruach respective vac. eidem Latino collati sunt, inducant et inductum defendant. „Nuper dilecto filio“ (Sadol.) Loc. Brev. tom. 2 n. 445; tom. 30 l. 2 p. 608.

23. Jun. (IX. Kal. Jul.) — (9904) Decano Gadicen. et Thesaurario collegiatae eccl. de Baza Granaten. dioec. committit, ut Franciscum de Boccanegra Hispalen. dioec. baccal. in decr. vel jure civili ad Licent. et doctoratus gradus in utroque vel altero jure promoveant. „Cum sicut dil. filius“ (Colot. | J. Cinthius) Brev. Lat. tom. 1 f. 13, b.

— — — (9905) Pro parte Didaci de Tebar cler. Conchen. dioec., qui per plures annos iconomus et negotiorum gestor et gubernator domus Johannis de Leon protonotarii Sedis Apost. et decani eccl. Toletan. fuit et ab eodem Johanne computum et rationem reddere coactus in certa summa dicto Joh. teneri repertus est, qui vero, ut asserit, non solum errore computorum gravatus, sed etiam in salario est laesus et timet, ne ab ejusd. Joh. haeredibus molestetur, mandat decano et Thesaurario ac Gundisalvo Monle canonico eccl. Zamoren., ut vocatis haeredibus et testamenti executoribus dicti Joh. et aliis vocandis exhibitisque computis et rationibus praedictis et examinato salario eidem Didaco debito haeredes et testamenti executores, si illos in aliquo ipsi Didaco teneri repererint, ad satisfaciendum compellant eidemque Didaco efficacis defensionis praesidio assistant. „Exponi Nobis“ (Evangel. | Vipera) L. c. f. 78.

— — — (9906) Communitati et hominibus terrae Ducciae Imolen. dioec. Cum in lite super Praepositura B. Mariae de Duccia Imolen. dioec. inter Paridem de Alidosiis et Johannem Bapt. de Mediolano monachum Ord. Humiliat. tres sententiae conformes latae sint in favorem ejusd. Paridis decretaeque literae executoriales, dictus Johannes Bapt. liti et causae et possessioni memoratae Praepositurae cessit. Deinde ipse Paris in favorem Francisci episc. Tiburtin. Card. Vulterran. cessit; stricte mandat, ut procuratori dicti Card. liberam, vacuam et expeditam possessionem ejusd. Praepositurae assignent. „Cum lis in Romana Curia verteretur“ (Sadol. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 41 p. 236.

— — — (9907) Praesidi Romandiolae praecipit, ut procuratorem praefati Card. Vulterran. in capienda possessione dictae Praepositurae B. M. de Duccia adjuvet. „Vertebatur lis“ (Sadol. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 41 p. 238.

— — — (9908) Viceregi apud Neapolim nuntiat se vicario episcopi Cajacen. scribere, ut possessionem S. Crucis et S. Martini de Raicini Mentar. Prioratuum O. S. B. ac par. ecclesiae ejusd. S. Crucis de Tragone necnon canonicatus et praeb. eccl. Cajacen. aliorumque beneficiorum obitu Bernardini Paterni vac. et Guarino Favorino cler. Camerin. cubicul. suo et unius ex Pont. nepotibus praeceptori collatorum seu com-

[1] Notatur ibid.: Falsum; abbas monasterii fuit administrator Melchior.

		1514.
		mendatorum capiat; illum rogat, ut eidem vicario in dictorum benef. possessione capienda auxilio suo adesse velit. „Scribimus ad dilectum filium“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 446; tom. 30 l. 2 p. 610.
23. Jun. (IX. Kal. Jul.)	Romae apud S. Petrum.	(9909) Vicario episcopi Cajacen. committit, ut praefatorum beneficiorum possessionem capiat et fructus conservet. „Nuper S. Crucis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 447; tom. 30 l. 2 p. 611.
— —	—	(9910) Ducem Ferrariae hortatur, ut velit efficere, ut Hercules de Rangonibus cler. Mutinen. cubicular. suus secr. domum Baptistae Beltramini de Cardano campsoris Ferrarien. Ferrariae sitam et ad Rom. Pont. et Cam. Ap. pertinentem, quam ipse Pontifex vita sua durante eidem Herculi possidendam dono dedit, assequatur. „Nuper dilecto filio“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 449; tom. 30 l. 2 p. 614.
— —	—	(9911) Antianis et communi civit. Januae declarat, suae intentionis fuisse et esse, ut eorum privilegia, quibus cavetur, ne causae per cives et districtuales Januen. extra civit. et dioec. Januen. extrahi possint, inviolabiliter observentur; statuit, quid de causis contra Januen. ad Rom. Cur. deductis agendum sit. „Cum licet Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 448; tom. 30 l. 2 p. 612.
— —	—	(9912) Francisco episc. Vulterrano. Cum dictus Franciscus ecclesiae Vicentin. et Julianus nunc episc. Xanctonen. ecclesiae Vulterran. et Franciscus episc. Tiburtin. monasterio S. Sabini Ord. Camald. Pisan. dioec. cesserint, Franciscus Cardin. nunc ecclesiam Vicentin. regendam et gubernandam tenet et Franciscus nunc episc. Vulterran. dictum monast. in commendam obtinet et ecclesiae Vulterran. praeest ac pensionem super fruct. eccl. Vicentin. assignatam habet; pro parte ejusd. Francisci episc. Vulterran. concordiam inter ipsum et Franciscum Cardin. pro securitate dictae pensionis initam confirmat. „Cum nuper Vicentinae“ (Colot. | P. Vipera) Brev. lat. tom. 1 f. 100, b.
— —	—	(9913—9914) Johanni Hugonis presb. canonico eccl. S. Petri de Burlatio Castren. dioec. decanatum eccl. S. Vincentii Montisregalis Carcassonen. dioec. confert. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. De Prato | Campania) Arch. Lat. tom. 29 f. 17; f. 18, b.
— —	—	(9915) Leonardo de Spinellis et Nicolao de Thosingis canonicis eccl. Florentin. mandat, ut pro parte capitaneorum societatis S. Petri Mart. in domo S. Mariae Novellae Florentin. Ord. Praed. institutae et Simonis olim Jacobi Simonis de Corsiis laici Florentin. contractum, quo quaedam possessio ad dictam societatem pertinens praefato Simoni locatur, juxta Constit. Pauli II. examinent, et si eidem societati utilis sit, approbent. „Ex injuncto Nobis“ (A. de S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. vol. F. f. 138.
— —	—	(9916) Pro parte Ludovici Aymari canonici monasterii S. Antonii de S. Antonio O. S. A. Viennen. dioec., moderni ejusd. Ord. in partibus Tusciae gener. vicarii per abbatem dicti monast. deputati, et universitatis hominum oppidi Subiereti Messan. dioec., ad quos jus patronatus et eligendi canonicum dicti monast. ad hospitale ejusd. S. Antonii situm prope et extra muros praedicti oppidi spectat, concordiam de jure patronatus hujusmodi et de eodem hospitali initam confirmat. A. P. R. M. „Ex solita Sedis Apostolicae“ (Colot. | Gomiel. Milanes. | A. de Castillo. Coll. S. de Spol.) L. 1069 f. 170, b.
— —	—	(9917) Claudio Moteti al. de Lermeto rectori par. eccl. B. M. de Yssamolenco Vivarien. dioec. commendat Prioratum S. Stephani de Mariaco O. S. B. dictae dioec. cessione Jacobi Moteti vac. „Nobilitas generis“ (A. Melfit. | Chemin. Aloys. | J. de Gais. Coll. F. de Attav.) L. 1049 f. 249.
— —	—	(9918) Ad instantiam Bernardini Viviani de Brisia Ord. FF. B. Mariae de Monte Carmelo professoris et Nicolai Gabriellis rectoris par. eccl. B. Mariae de Camajor. Lucan. dioec. ex uberibus reditibus ejusd. eccl. portionem competentem pro uno perpetuo vicario, cui cura animarum incumbat, deducit et praefatum Bernardinum vicarium perpet. dictae eccl. ad vitam constituit. „Religionis zelus“ (Capranica | Grat. p. paupere. Chemin. Aloys. | Ponzett. Coll. Attav.) L. 1009 f. 230, b.
— —	—	(9919) Guillermo de Domenco perp. vicario par. eccl. S. Martini de Recinto Auxitan. dioec. locum et canonicalem portionem ac archidiaconatum de Silvis ecclesiae Tarvien. O. S. A. resignatione Arnaldi de Galhardo vac. ad sex menses commendat et deinde professione emissa confert. „Apostolicae Sedis providentia“ (Ph. de Senis | Chemin. Aloys. | A. Castill. Coll. F. de Attav.) L. 1011 f. 138.
— —	—	(9920) Johanni de Podio perpet. capellano ad altare B. Mariae de Pietate situm in par. eccl. S. Petri de Curanno Ruthenen. dioec. capellaniam ad dictum altare a Petro Roquete resignatam confert. „Vitae ac morum“ L. 1076 f. 134, b.
— —	—	(9921) Praeposito eccl. S. Simeonis Treveren. ac officiali Treveren. mandat, ut examinent et approbent contractum venditionis alicujus curtis in Ludenstrop nuncupatae ex opposito oppidi Andernacen. Treveren. dioec. consistentis, quae olim ad monasterium Hersfeldense O. S. B. Maguntin. dioec. pertinebat et deinde ad Priorem et fratres

1514.

domus B. Barbarae Colonien. Ord. Carthus. ac postea ad Guillelmum abbatem et conventum monasterii in Hymenrode Ord. Cisterc. Treviren. dioec. titulo venditionis transiit, dummodo dictas venditiones in utilitatem monasterii Hersfelden. et domus S. Barbarae praedict. cedere cognoverint. „His quae pro monasteriorum“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 34 f. 288, b.

23. Jun. (IX. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrnm. (9922) Episcopis Cavallicen. et Terracinen. ac vicario gen. episc. Terdonen. mandat, ut Francisco de Curte cler. Papien., Marci episc. Praenestin. camerario, commendare curent monasterium S. Bubonis loci de Bogera O. S. B. Terdonen. dioec. cessione Marci Electi Senogallien. vac. „Romani Pontificis“ (Evang. | Grat. de mand. S. D. Suno | Verdes. Coll. F. de Attav.) L. 1016 f. 229.

— — — (9923—9924) Nicolao de Albineis presb. Parmen. pensionem assignat ex ecclesiis majori et S. Benedicti ac monasterii monialium S. Pauli O. S. B. Parmen. solvendam per Benedictum de Albineis. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“. Arch. Lat. tom. 44 f. 221; f. 222, b.

— — — (9925) In favorem Thomae episc. Solubrien. (?) par. ecclesiam de Parva Torynton Exonien. dioec. Prioratui de Carswell Cluniac. Ord. ejusd. dioec., quem dictus Thomas in commendam obtinet, unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 31 f. 220, b.

— — — (9926—9927) Petro Lumbardi Camerario Prioratus S. Martini de Areys O. S. B. Nemausen. dioec., Licent. in decr., medietatem fructuum Sacristiae monasterii collegii nuncupati SS. Benedicti et Germani oppidi Montis Pessulan. Magalonen. dioec. reservat. „Religionis zelus“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“. Arch. Lat. tom. 37 f. 256; f. 257.

24. Jun. (VIII. Kal. Jul.) — (9928) Magistratibus Senensium commendat Pindarum Santesium a se ad sedandos exulum tumultus missum, de quo facile mentem suam super ea re cognoscere possint. „Mittimus ad sedandos compescendosque tumultus vestrorum exulum“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 160, b. Ed. Bemb. L. VIII ep. 26 p. 65.

— — — (9929) Pindarum Santesium constituit suum vicarium cum plena auctoritate pro sedandis tumultibus in civitate Senarum. „Et nuntiis et multorum literis“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 160, b. Ed. Bemb. l. c. ep. 27.

— — — (9930) Reipublicae Florentin. commendat praedictum Pindarum Santesium, quem auxilio suo juvent in exsequendis mandatis circa Senensium quietem. „Mittimus ad sedandos tumultus et audaciam exulum Senensium compescendam“ (Bemb.) Bibl. Vat. l. c. Ed. Bemb. l. c. ep. 28.

— — — (9931) Maximiliano Mariae Sfortiae Vicecomiti, Duci Mediolani, scribit, se decrevisse justitiam fieri contra fratrem Jacobum Stampa Ord. Humil. professum, qui mandata apost. contemnens se jactat, quod favoribus Generalis Ord. Humil. ac permissione et voluntate ejusd. Ducis Praeposituram S. Johannis de Caputio Ord. Humil. Alexandriae, quae Alexandro episc. Alexandrin. est commendata, sed ipsi jam duobus annis praeteritis est subtracta, denuo hostiliter invasurus ac ejus fructus sit depraedaturus; Ducem hortatur, ut eundem episc. in dicta Praepositura illaesum conservari et de omni jactura integre illi satisfieri jubeat. „Licet hoc anno“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 364; tom. 30 l. 2 p. 462.

— — — (9932) Jacobum Stampa ejusque fautores poenis et censuris affligit et transsumptum harum literarum manu publici notarii subscriptum et sigillo Praelati sive personae in dignitate eccl. constitutae communitum eandem vim habere ac lit. orig. declarat. „Quum iniquitatis filius“ (Sadol. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 2 n. 365; tom. 30 l. 2 p. 464.

— — — (9933) Vespasianum de Columna domicellum Rom. hortatur, ut Bernardino de Lucharellis de Trajecto fam. suo in apprehendenda possessione Primiceriatus eccl. S. Petri et ecclesiarum S. Viti de Trajecto et S. Jacobi etiam de Trajecto Gajetan. dioec., qui obitu Rugerii Minutelli vac. eidem Bernardino sunt collati, assistat. „Nuper Primiceriatum“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 450; tom. 30 l. 2 p. 615.

— — — (9934) Henrico Grolle canonico eccl. Monasterien. concedit, ut ratione quorumcunque beneficiorum usque ad biennium a fine anni a jure praefixi computandum ad aliquem ex sacris ordinibus se promoveri facere minime teneatur. „Petitionibus tuis“ (Colot. | J. Cinthius) Brev. Lat. tom. 1 f. 1.

— — — (9935) Simoni Neplperger Ord. Praedic. professori, qui ex certis causis cum animi quiete et sana conscientia in eo Ord. ulterius se permanere posse non sperat et ad Ord. Praemonstrat. transire cupit, indulget hunc transitum eique defensores concedit. „Cum sicut Nobis“ (Colotius | J. Cinthius) L. c. f. 27, b.

— — — (9936—9937) Augustino de Casolis canonicatum et *de quarto* nuncup. praebendam sacerdotalem Placentin. obitu Johannis Bapt. de Laude vac. confert. „Vitae ac morum.“ Execut. deputat. „Hodie“ (De S. Severino. Benzon. | Campania) Arch. Lat. tom. 30 f. 358, b; f. 360, b.

1514.

24. Jun. (VIII. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum. 9938—9939) Andreae Raymundi canonico monasterii S. Romani Blamae O. S. Aug. Burdigalen. dioec. Praeposituram dicti monasterii resignatione Jacobi Peron vac. confert. „Religionis zelus.“ Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (O. Cesis. G. de Prato | Barotius) Arch. Lat. tom. 31 f. 271, b; f. 273.

— — — (9940) Antonio de Lestrée cler. Tornacen. indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. vol. H f. 61.

— — — (9941) Officiali Morinen. mandat, ut Petro van den Broncke cler. Morinen. conferat par. ecclesiam de Mervis Morinen. dioec. ipsi non rite collatam, si eum ad hoc idoneum esse cognoverit. „Dignum“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. vol. H f. 62.

— — — (9942) Arthuro Martel monacho monasterii S. Audoeni Rothomagen. O. S. B. indultum circa beneficia concedit. „Religionis zelus“ Arch. Lat. tom. 44 f. 216.

— — — (9943) Mag. Jacobo Dalbret Licent. in decr. et notario suo confert decanatum eccl. S. Macuti de Barro supra Albam Lingonen. dioec. ac indultum concedit circa beneficia. G. D. (Armellin. | Chemin. Delius | Cotini. F. de Attav.) L. 1028 f. 220.

— — — (9944—9945) Cornelio Scharon cler. Leodien. dioec., familiari suo, assignat pensionem super fruct. capellae de Musen dictae dioec. cum jure accedendi ad eam. G. F. Executionem committit episc. Cavallicen. et Asculan. ac Officiali Leodien. „Hodie dil. filio“ L. 1111 f. 113; f. 115.

— — — (9946) Leonardo Pitode cler. Lugdunen. dioec. indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ L. 1090 f. 272.

— (9947—9948) Johanni Aubin notario suo canonicatum et praeb. ac Praeposituram S. Laurentii de Portiniaco in eccl. Lucionen. resignatione Caroli Guerin vac. confert. G. D. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (O. Cesis. G. de Prato | Barotius) Arch. Lat. vol. K f. 289, b; f. 291.

— — — (9949) Johanni Danielo canonico eccl. Veneten. ac Officialibus Pictaven. et Malleacen. mandat, ut monasterium Fontisdulcis O. S. B. Xanctonen. dioec. ad R. E. nullo medio pertin. cessione Johannis Aubin vac. Carolo Guerin presb. Xanctonen. dioec. commendent. „Romani Pontificis providentia“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. vol. K f. 28.

— — — (9950) Georgio Tayspil confert canonicatum et praeb. eccl. S. Petri Insulen. Tornacen. dioec. obitu Joh. Lorin vac., cum Benedictus de Ponterosa cler. Lausanen. juri suo cesserit. „Vitae ac morum“ (Colotius | Chemin. Aloys. | Bernardus. Coll. F. de Attav.) L. 1014 f. 277.

25. Jun. (VII. Kal. Jul.) — (9951—9952) Gerardo Braxatoris canonicatum et praeb. eccl. SS. Apostolorum Colonien. obitu Hermanni Doliatoris vac. confert. G. F. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Copis. Bregeon. | Campania) Arch. Lat. tom. 30 f. 88, b; f. 90, b.

— — — (9953) Pro parte Raymundi de Cardona domini temporalis oppidi de Bellpuch Vicen. dioec., Viceregis Neapolitan., qui exponebat, quod par. ecclesia dicti oppidi in extrema parte sita et arci adeo est propinqua, ut tempore belli ex ea arci damnum inferri possit et incolae non commode ad eam veniant, ecclesiam praedictam cum omnibus beneficiis in ea institutis et privilegiis eidem concessis in locum per ipsum Raymundum cum baptisterio, cimiterio et aliis officinis necessariis decenter construi faciendum transfert. „Exigunt fidei constantia“ (Armellin. | Cheminart. Aloysius | F. de Vega. Coll. S. de Spol.) L. 1006 f. 225, b.

— — — (9954) Mag. Lombardino de Burgo cler. Cremen. notar. et fam. suo Praeposituram eccl. S. Joh. Bapt. de Cisano Mediolanen. dioec. resignanti pensionem assignat super fruct. par. eccl. SS. Gervasii et Protasii de Romonio ejusd. dioec. et pensione deficiente accessum ad illam eccl. par. concedit. G. D. et F. L. 1032 f. 109.

— — — (9955) Eidem cum jure regressus assignat pensionem super fruct. praedictae Praepositurae per Jacobum de S. Agatha solvendam. G. D. et F. L. c. f. 111.

— — — (9956) Johanni Havart perpetuo capellano ad altare S. Sebastiani situm in eccl. par. S. Saturnini Nanneten. capellaniam ad dictum altare, si medietatis patronorum assensus accedat, confert. G. F. L. 1061 f. 9.

— — — (9957) Guillelmo de Leone alias de Solario de Riparolio Iporigien. dioec. Ord. FF. Heremit. S. Aug. professori, qui alias in conventu domus Saonen. Ord. Herem. S. A. Congreg. Lumbardiae nuncup. existens anno probationis nondum completo coram certis notariis et testibus in praesentia et de consensu vicarii et aliorum fratrum dicti Ord. de suis bonis testamentum condidit, postea bonis respectibus et praesertim causa studendi motus ad fratres conventuales de superioris sui licentia transivit et ibi professionem regularem emisit et dubitat, an dictum testamentum mortuo notario, qui de illo rogatus fuit, reperiri possit et validum recognoscatur, novum testamentum de bonis suis tam mobilibus quam immobilibus quomodolibet, etiam ex successione ad ipsum pertinentibus, condendi et servitoribus et benefactoribus prout melius ei videbitur bona relinquendi, quae tamen non sint Ordini incorporata, licentiam concedit. „Exponi Nobis nuper fecisti“ (Ph. de Senis | B. Acutius) Brev. Lat. tom. 1 f. 20, b.

1514.

25. Jun. (VII. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum. (9958) Officiali Palentin. mandat, ut Damianum Angel Ord. Praed. professorem Palentin. dioec. servatis servandis ad Magisterii seu doctoratus gradum in theol. de licentia Superioris promoveat. „Cum sicut Nobis“ (Colot. | Acutius) Brev. Lat. tom. 1 f. 81.

— — — (9959) Federico Crispo cler. Romano, cujus pater custodiam portae Urbis eccl. S. Mariae de Populo nuncup. fideliter administravit, eamdem custodiam tradit cum iisdem honoribus et emolumentis. „Promeretur virtus et doctrina“ (Sadolet.) Div. Cam. tom. 63 f. 256, b.

— — — (9960) Bernardino Comiti Marsciani. Cum inter Hieronymum ejusd. Comitis filium et Latinum Benassaium camerar. secr. et fam. suum controversia super rurali eccl. S. Fortunati extra Castrum de Podio Tudertin. dioec. vigeat et Pontifex episcopo Tudertin. commiserit, ut ejusd. eccl. fructus capiat et in sequestrum retineat, sub 10000 duc. ac feudorum amissionis et rebellionis poenis praedicto Comiti mandat, ne impedire praesumat, quominus idem episc. dictos fructus capiat. „Ne controversia“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 451; tom. 30 l. 2 p. 617.

— — — (9961) Episcopo Tudertin. sive ejus vicario mandat, ut fructus dictae eccl. capiat et in sequestrum retineat. „Ne controversia“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 452; tom. 30 l. 2 p. 618.

26. Jun. (VI. Kal. Jul.) — (9962—9963) Johanni Papillon confert canonicatum et praeb. eccl. Turonen. vacantes resignatione Martini Papillon, cujus dictus Johannes frater germanus existit. „Vitae ac morum.“ Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Lambert. O. Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 31 f. 212, b; f. 213, b.

— — — (9964) Eidem Johanni de Papillon cler. Turonen. Prioratum de Loreyo O. S. A. Carnoten. dioec. cessione ejusd. Martini vacantem commendat. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Chemin. Aloys. | Valtrini. Coll. F. de Attav.) L. 1015 f. 107.

— — — (9965) Johanni Bobaldi par. ecclesiam S. Petri de Curte Montisalban. civit. vel dioec. resignatione Johannis Magis vac. confert. „Vitae ac morum“ (Colot. | Draco. Enckenw. | J. de Radicibus. Coll. H. de Cesis.) L. 1017 f. 133.

— — — (9966) Ludovico Martiali presb. Nemausen. dioec. commendat par. ecclesiam Prioratum nuncupatam B. Mariae de Viridisecco ejusd. dioec. per canonicos eccl. Nemausen. O. S. A. teneri solitam. „Vitae ac morum“ (A. Colotius | Chemin. Aloys. | J. de Gais. Coll. F. de Attav.) L. 1006 f. 75, b.

— — — (9967) Vicario et Praeposito S. Georgii in Montefalcono Papien. mandat, ut in sequestro detineant fructus et prov. Prioratus S. Maioli Papien. Cluniacen. Ord. ac executioni demandent sententiam restitutoriam a causarum P. A. auditore in favorem Audoardi de Curte cler. Papien. latam, qui per quosdam adversarios dicto Prioratu alias ipsi commendato spoliatus fuerat. „Licet dil. filius“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 461; tom. 30 l. 2 p. 632.

— — — (9968) Episcopo Zamoren. mandat, ut Alphonsum de Torres laicum seu cler. oppidi Vallisoleti Placentin. dioec. servatis servandis ad Licent. et doctoratus gradus in jur. can. seu civ. promoveat. „Exponi Nobis“ (Colot. | Vipera) Brev. Lat. tom. 1 f. 93 b.

— — — (9969) Simile pro Didaco Fernandi de Vergara L. c. f. 94.

— — — (9970) Marchionem Montisferrati iterum hortatur, ut Guidoni de Medicis canon. Florentin. et nepoti suo in apprehendenda possessione Praepositurae S. Candidi extra muros oppidi Murblengi Casalen. dioec. O. S. B., quae obitu Johannis Andreae vacans eidem Guidoni est commendata, assistere velit. „Alias postquam“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 454; tom. 30 l. 2 p. 621.

— — — (9971) Licet decretum Julii PP. II., qui quaestas colligi solitas per deputatos ab abbate monasterii S. Antonii de S. Antonio O. S. A. Viennen. dioec. p. t. fabricae basilicae Princip. Apost. de Urbe univit, confirmaverit, Ramerium de Urbanis cler. Pisan. fam. suum, cui Praeceptoriam domus in Burgo S. Johannis extra muros Pisan. dicti Ord. commendavit, et in cujus favorem quaestas dicti Ord. civit. et dioec. ac Comitatus Pisan. eidem Praeceptoriae praefata commenda durante univit, quaestas hujusmodi colligere posse decernit. „Licet dudum“ Brev. tom. 2 n. 453; tom. 30 l. 2 p. 619.

— — — (9972) Francisco de Pouchier archidiacono de Josayo in eccl. Parisien. et U. J. doctori, Ludovici Regis Franciae consiliario et episcopi Parisien. nepoti, monasterium S. Mauri de Fossatis O. S. B. Parisien. dioec. a Johanne nuper ipsius monast. abbate resignatum commendat. „Romani Pontificis providentia“ (Colot. | Chemin. Aloys. | A. de Castillo. Coll. Amer.) L. 1017 f. 92.

— — — (9973) Cantori eccl. Segobien. mandat, ut heremitorium S. Rochi extra muros Segobien. Hieronymo de Caballar cler. Segobien., Mag. Alphonsi de Acre secretarii ac script. et fam. sui familiari, tenendum concedat. „Votis illis“ L. 1041 f. 231.

— — — (9974) Nicolao de Miniatis fam. suo decanatum eccl. SS. Joh. Bapt. et Evang. loci Rupismaure Avinionen. dioec. ac Apten. ac S. Agricolae Avinionen. ecclesiarum canonicatus et praeb. obitu Honorati Vaysoni vac. confert et S. Martini de Taradello ac

1514.

S. Mariae Bellecombe Prioratus O. S. B. Forojulien. et Sistaricen. dioec. eod. modo vacantes commendat. G. F. (J. B. Nasius | Grat. de mand. S. D. Draco. Colardi. | Ponzettus. Coll. F. de Attav.) L. 1022 f. 300.

26. Jun. (VI. Kal. Jul.) | Romae apud S. Petrum. | (9975) Pyrrho Mercatoris canonico Suessan. mandat, ut Margaritam de Aspinello monialem monasterii S. Mariae extra muros Theanen. O. S. B. professam, quae a majore et saniore parte conventus monasterii monialium S. Germani Suessan. dicti Ord. obitu Vergiliae abbatissae vac. in ejusd. monast. S. Germani abbatissam est postulata, si eam ad hoc idoneam esse repererit, dicto monast. S. Germani in abbatissam praeficiat. „Ex injuncto Nobis“ (Benzon | Barotius) Arch. Lat. tom. 38 f. 123.

— — | — | (9976) Claudio Boni, Ludovici Francorum Regis capellano, decanatum eccl. B. Mariae de Belva Eduen. dioec. obitu Humberti Le Goux vac. confert. „Vitae ac morum“ (A. Melfit. | B. de Rizonib. Gerona | Marciaci. Coll. Donat.) L. 1065 f. 150.

— — | — | (9977) Hieronymo Ladron Praeceptori Praeceptoriae S. Joh. de Buccino sive Ebolo Ord. ejusdem S. Joh. Hieros. Consan. dioec. remittit omnem pecuniarum summam ratione annatae dictae Praeceptoriae, quam in commendam obtinet, et sequestrum super ejus fructibus ob non solutionem appositum tollit et Johannem Hispanum ejusdem Hieronymi procuratorem a censuris et poenis praedicta occasione per eum contractis absolvit. G. F. (Sadolet. | H. de Cesis) Div. Cam. tom. 63 f. 263.

— — | — | (9978) Magistratui Parmae mandat, ut Cataneo in causa nuptiarum conficiendarum illuc proficiscenti assistat et Catanei et Guidi Medicis literis fidem habeat. „Cataneo ad te proficiscenti“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 162. Ed. Bemb. L. VIII ep. 30 p. 65.

— — | — | (9979) Gubernatoribus, locumtenentibus, rectoribus, judicibus, thesaurariis, barisellis, prioribus, communitatibus et aliis officialibus in prov. Patrimonii ac civitate Urbis veteris ejusque Comitatus et districtus inculcat, ut facultates Bernardino de Tuderto commissario suo a Julio II. concessae et a se confirmatae[1] observentur, ne super aliquo processu et delicto vel post condemnationem compositionem seu remissionem aliquam facere permittant sine thesaurarii et dicti Bernardi et ejus substituti consensu, ut causae criminales per judices ordinarios et non alios cognoscantur et terminentur, ut cujuslibet processus inchoati vel inchoandi intra duos dies exempla sive copiae ad thesaurarium et commissarium vel ejus substitutum praedictos mittantur et alia circa processus et eorum modum statuit. „Pontificalis auctoritas“ (Sadolet.) Div. Cam. tom. 63 f. 279. Brev. tom. 41 p. 244.

— — | — | (9980) Archiepiscopum latinum Rhodi insulae increpat, quod metropolitae graeco injurias intulerit, concordiam a Sixto IV. stabilitam et a se ipso nonnullis pro mutua charitate firmanda additis approbatam (n. 3045) contempserit et literas apostolicas esse falsas palam asseruerit; districte et sub censuris mandat, ut eam concordiam juxta tenorem pontificiae ordinationis inviolabiliter observet; secus severa remedia se adhibiturum minatur. „Cum alias coram Nobis“ (Sadolet. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 41 p. 240.

27. Jun. (V. Kal. Jul.) | — | (9981) Magno Rhodi Magistro. „Cum alias coram Nobis ad summum Apostolatus apicem paulo ante assumptis vener. fr. Clemens archiepiscopus seu metropolita Graecorum istius insulae Rhodi nuncupatus de ven. etiam fratre archiepiscopo Latinorum dictae insulae admodum quereretur exponens sibi ab eo non absque publico scandalo gravissimas injurias inferri nec pati juxta quamdam concordiam ... a fel. rec. Sixto PP. IV. ... editam (suppl. jurisdictionem) exercere, quin imo praeter omne jus et suam dignitatem dictum metropolitam ignominiose vexare: cernentes tunc Nos rem mali esse exempli et in dies magis ac magis graviora scandala parituram cupientesque controversias inter eos hujusmodi penitus exstingui, ut dignitati eorum et gregis dominici illis crediti saluti consuleretur, re per nonnullos ex ven. fr. Nostris S. R. E. Cardinalibus, quibus eam cognoscendam ac Nobis referendam commisimus, mature discussa praedictam concordiam ... confirmavimus et approbavimus, additis tamen nonnullis, quae ad maturam (corr. mutuam) inter eos charitatem in posterum firmandam et contentionum exstinguendos fomites profutura erant (n. 3045).... Verum cum nuper Nos ... accepimus, praefatum archiepiscopum Latinorum praedicta omnia ... non solum contemnere in gravissimum animae suae praejudicium et scandalum Christifidelium eisque minime obtemperare, sed quod longe gravius est, minus prudenter jactare palamque asserere, literas Nostras concordiae hujusmodi esse falsas ac excommunicationis sententiam per ipsum alias in eum (metrop. graec.) rite latam fuisse illamque eum ligare, cumque tamen coram Nobis eum celebrasse audierit, sâne gravitate rei plurimum commoti sumus. ... Quocirca cum ad eum super hoc alias literas dederimus et earum tenore illi sub certis poenis in dictis literis contentis districtius

[1] Vide supra n. 2778.

1514.

praecepimus, quatenus dictam concordiam sicut praefertur a Nobis comprobatam juxta tenorem priorum Nostrarum quas diximus literarum ad unguem et inviolabiliter servet, ne de cetero ipsi (corr. ipsius) metropolitae querelis apud Nos locus sit; alioquin contra eum adhibitis remediis, quae contra inobedientes et transgressores hujusmodi solent adhiberi, procedemus, excommunicationis et alias sententias, censuras et poenas per eum in dictum metropolitam promulgatas nullas fuisse et esse tamquam *a non suo judice* in illum latas, auctoritate et tenore praemissis declarantes; devotioni quoque tuae scribendum esse putavimus et eo magis, quo . . . sedare ac comprimere quascunque discordias dictorum archiepisc. et metropolitae ad te et ad statum dicti tui Ordinis et tuum pertinere non ignoras; quare te quoque hortamur in Domino et in virtute s. obedientiae praecipimus, ut omni adhibita cura et diligentia eos ad pacem et concordiam opportunis remediis compellas ac Nostras ab eis literas facias inviolabiliter observari" (Sadol. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 41 p. 254.

27. Jun. (V. Kal. Jul.) | Romae apud S. Petrum. | (9982) Leonardo de Datis canonico Florentin. mandat, ut par. ecclesiam S. Laurentii Amarba infra limites plebanatus Ginopinae Aretin. dioec. Lucae Bartholomaei de Garzellis presb. Fesulan. dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum" (A. de Alvarottis | Campania) Arch. Lat. tom. 32 f. 155, b.

— — | — | (9983) Jacobo de Amoncuria decr. doctori confert ecclesiam par. S. Clodoaldi Engolismen. dioec. a Guillelmo de Croso resignatam. „Nobilitas generis" (Armellin. | Chemin. Aloys. | Bernardus. Coll. F. de Attav.) L. 1023 f. 265.

— — | — | (9984) Antonio Agarin, Mag. Pauli de Cesis notar. et referendarii ac pro Card. Vicecancellario in Cancellaria ap. locum tenentis familiari, canonicatum et praeb. eccl. Cavallicen. confert ac Prioratus de Vilhosco necnon S. Petri de Dausardo Vallis Vitrolae S. Aug. et Clun. vel aliorum Ord. Vapincen. dioec. commendat. „Vitae ac morum" (Agrig. | Grat. p. fam. Regen. Chemin. Aloys. | J. de Cesis. Coll. S. de Spol.) L. 1027 f. 222.

— — | — | (9985) Jacobum Armorque canonicum eccl. B. Mariae Antwerpien. Cameracen. dioec. Leoni de S. Vedasto rectori par. eccl. *personatus* nuncupatae loci de Hercutalis Cameracen. dioec. coadjutorem perpetuum constituit cum jure successionis. „Circumspecta Sedis Apostolicae" (Carrot. | Grat. de mand. Chemin. Aloys. | Verdesotto. Coll. de Narnia) L. 1015 f. 215.

— — | — | (9986) Johanni de Primeley canonicat. et praeb. eccl. Dien. obitu Petri de Primeley vac. confert. „Vitae ac morum" (A. Melfit. | Gomiel. Milanes. | Marciaci. Coll. Donatus) L. 1070 f. 261.

— — | — | (9987) Claudio de Monteacuto paroch. ecclesiam S. Thomae Castrinovi Yzarc Valentinen. dioec. obitu Petri de Primeley vac. confert. „Vitae ac morum" (Castilion. | Draco. Colardi | Balbus. Coll. F. de Attav.) L. 1024 f. 36.

— — | — | (9988) Antonio Bernardi canonicatum et praeb. eccl. Rupismaure Avenionen. confert. „Laudabilia". Execut. deputat. „Hodie dil. filio" (O. Cesis. De Prato | Nardin.) Arch. Lat. vol. F. f. 323, b; f. 326.

— — | — | (9989) Ambrosio Taillebois Prioratum de Thunaro O. S. B. Carnoten. dioec. confert. „Religionis zelus" (Evangel. | Marciaci. Corbinus | Ponzett. Coll. F. de Attav.) L. 1029 f. 77, b.

— — | — | (9990) Francisco Gentili scholari Roman. assignat pensionem super fruct. canonicatus et praeb. eccl. Legionen. ab Antonio de Obregon solvendam et accessum ad eos pensione deficiente concedit. „Laudabilia" L. 1012 f. 260, b.

— — | — | (9991) Eidem cum jure accedendi aliam pensionem super fruct. par. eccl. de Berzianos del Campo Legionen. dioec. per eundem Antonium solvendam assignat. „Laudabilia" L. 1012 f. 262, b.

— — | — | (9992) Johanni Raoulx Priori Prioratus de Lege O. S. A. Bituricen. dioec. commendat Prioratum de Ardenay O. S. A. ejusd. dioec. a Petro Raoulx resignatum. „Religionis zelus" (Ph. de Senis | Chemin. | Bertrand. Coll. Bucan.) L. 1008 f. 185, b.

— — | — | (9993) Hugoni de Fayeto par. ecclesiam S. Petri de Castilione Vasaten. dioec. obitu Guidonis Le Grand vac. confert. „Vitae ac morum" (Carrot. | Chemin. | Valtrini. Coll. F. de Attav.) L. 1013 f. 269, b. (Gratiadei | Marciaci. Corbin. | Valtrini. Coll. Donat.) L. 1032 f. 146.

— — | — | (9994) Johannem Cornuti cler. Edunen. dioec., qui Conciliabulo Pisano Lugdunum translato interfuit et ad hoc consilium et favorem praestitit, cum de commissis doleat, a censuris et poenis absolvit eique concedit, ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficia eccl. recipere valeat. „Solet Sedis Apostolicae L. 1205 f. 522.

— — | — | (9995) Priori seu rectori hospitalis B. Mariae Magdal. Rothomagen. Christifidelibus in proximo festo B. Mariae Magd. ecclesiam seu capellam dicti hospitalis visitantibus juxta literas Alexandri PP. VI. et Julii PP. II. indulgentias concedit. „Dudum postquam" (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 568; tom. 30 l. 2 p. 845.

1514.

27. Jun. (V. Kal. Jul.) | Romae apud S. Petrum. | (9996) Johanni Tornatoris U. J. doctori et domino temporali loci de Cavilliaco Avinionen. dioec. et audientiae Parlamenti Aquen. in provinc. Provinciae Francorum Regis consiliario, qui zelo devotionis accensus in hebdomada majori, ut facilius peccata sua in memoriam reducere, ea plangere et confiteri valeat, interdum ad quandam domum in Castro Raynardi Avinionen. dioec. a loco multitudinis confluentium remotam se conferre consuevit, cum in dicto Castro una tantum ecclesia par. et parva existat, in qua mandatum et lotio pedum fer. V. in Coena Domini non fiant, in eadem domo singulis annis, quoad vixerit, in fer. V. hujusmodi in loco condecenti altare cum oratorio apponi et mandatum ac evangelium et alia decantari solita celebrari faciendi pedesque pauperum lavandi vel lavari faciendi licentiam concedit, ipsi ejusque uxori et liberis et aliis dictis caeremoniis intervenientibus indulgentias elargitur. „Salvator noster“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 569; tom. 30 l. 2 p. 849.

— — | — | (9997) Tholomeo de Senis Ord. Min. de Observ. prof. ac commissario suo sive ejus vicemgerenti in civit. Perusiae indulgentias plenarias, quas nuper Christifidelibus, qui capellam S. Joseph sitam in eccl. cathedr. Perusiae diebus, quibus „sacer annulus, quo a B. Joseph intemerata Virgo Dei Genitrix Maria desponsata fuit, solemniter ostenditur“, scil. a Vesp. diei 2. Aug. proxime sequentis usque ad occasum solis 3. diei inclus. et in Festo S. Joseph proxime sequenti, necnon ecclesiam S. Mariae hospitalis de Misericordia ejusd. civit. in festo SS. Innocentium proxime futuro visitaverint et manus adjutrices pro capella et hospit. praedict. porrexerint, elargitus est, in praefata civit. et aliis locis circumstantibus publicandi facultatem concedit, mandans, ut medietatem oblationum, quae in dictis solemnitatibus fient, pro fabrica basilicae Princip. Apost. retineat. „Nuper inducti“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 458; tom. 30 l. 2 p. 627.

— — | — | (9998) Provinciali Marchiae Ord. Erem. S. Aug. mandat, ut reformationi disciplinae regularis invigilet fratresque sui Ord. vagantes revocet. „Nihil est quod saepius“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 459; tom. 30 l. 2 p. 630.

— — | — | (9999) Ladislao Regi Pannoniae cum mandatis mittit Petrum Bergnanum, cui omnem fidem haberi vult. „Petrum Bergnanum familiarem“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 162. Ed. Bemb. L. VIII ep. 29 p, 65.

— — | — | (10 000) Praeposito majori et lectori eccl. Voacien. (Vacien.) ac vicario gen. episc. Voacien. mittit introclusam supplicationem pro Petro de Batriza canon. Strigon. in praesentia sua manu Leonardi Card. Agennen. signatam, mandans, ut vocatis vocandis ad illius executionem procedant juxta ejus continentiam et signaturam. „Mittimus vobis“ (Colotius | J. Cinthius) Brev. Lat. tom. 1 f. 37.

— — | — | (10 001) Federicum S. Angeli diac. Card., quem per alias liter. ad Cardinalatus honorem et quaecunque privilegia et indulta ipsi alias concessa necnon ad ecclesias et beneficia, quae ante privationem obtinebat, dummodo de illis per Apost. Sedem provisum non foret, restituit et redintegravit, ad omnes ecclesias et ad omnia monasteria, non tamen consistorialia, et alia beneficia necnon regressus, accessus et ingressus alias ipsi concessos ad quaecunque beneficia per cessum vel decessum illorum, qui ad praesens illa obtinent, et familiaritates ac pensionum jura, quaecumque privilegia ac facultates etiam testandi, quae ante Monitorium Julii II. obtinebat, et in quibus et ad quae ipsi jus quomodolibet competebat, etiamsi de illis per Sedem Apost. et quoscunque alios provisum ac in illis vel ad illa jus aliquibus quomodolibet quaesitum fuerit, praeterquam ad fructus per illos, quibus collata vel commendata fuerunt, hactenus perceptos, restituit et plenarie redintegrat, perinde ac si privatio et Monitorium Julii II. nunquam emanassent. „Dudum postquam fel. rec. Julius PP. II.“ (Sadolet. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 41 p. 264.

28. Jun. (IV. Kal. Jul.) | — | In vigil. SS. Apostol. Petri et Pauli Papa novum Gubernatorem Romae, qui erat Amadeus de Barutis de Taurino, in sua parva capella, cum Missam privatam audivisset, creavit. Par. de Grassis f. 103.

— — | — | (10 002) Petenti Michaeli Angelo Fadino de Mantua, Hippolyti tit. S. Luciae in Silice diac. Card. ac ecclesiae Ferrarien. administratoris camerario, confert ecclesiam par. S. Michaelis de Brundulo Ferrarien. dioec., quae obitu Pandulfi de Silvestris vac. ipsi Michaeli non rite collata erat. „Vitae ac morum“ (Colotius | Draco. Colardi | Chemin. Coll. Amerin.) L. 1014 f. 175, b.

— — | — | (10 003) Pro ecclesia *heremitorio* nuncup. B. Mariae de la Siera territorii oppidi de Auñon Toletan. dioec. fabricae par. eccl. S. Joh. de Auñon perpetuo unita, ad quam Mag. Garsias Fernandi de Auñon cler. Toletan. et notar. ac fam. suus specialem gerit devotionis affectum, indulgentias concedit. „Dum praecelsa meritorum“ (Evang. | Grat. de mand. S. D. Chemin. | F. de Vega. Coll. Ph. de Roma) L. 1206 f. 175.

— — | — | (10 004) Laurentio tit. SS. Quatuor Coron. presb. Card., qui juri suo ad Cantoriam eccl. Toletan. cedit, ejus fructus reservat et cedente vel decedente Mag. Joh. de Herrera,

1514.

cui illa confertur, regressum ad eam concedit. „Ad personam tuam“ L. 1052 f. 13; L. 1167 f. 147.

28. Jun. (IV. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum. (10 005) Mag. Johanni de Herrera notar. et fam. suo confert Cantoriam *Capistoliam* nuncup. eccl. Toletan. G. D. et F. (Evang. | Grat. p. script. arch. Chemin. Aloys. | Guerrerius. Coll. F. de Attav.) L. 1014 f. 234.

— — — (10 006—10 007) Petro Mesmer (al. Mesner) rectori par. eccl. de Trovantio Parvo Trecen. dioec. pensionem assignat super fruct. par. eccl. de Magillo dictae dioec. „Vitae ac morum.“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. vol. J f. 158 seq.

— — — (10 008) Geraldo Aga quoddam beneficium in par. eccl. S. Leonis Tholosan. dioec. confert. „Vitae ac morum“ L. 1015 f. 154.

— — — (10 009) Andreae Carrillo fam. suo confert par. ecclesiam loci del Vercial Abulen. dioec. G. F. (Bembus | Grat. de mand. Marciaci | Casanova. Col. Donat.) L. 1053 f. 187.

— — — (10 010) Episcopis Cavallicen. et Roderico Garsiae Manso canon. eccl. Abulen. et Offic. Abulen. mandat, ut praefato Andreae Carrillo dictam eccl. de Vercial obitu Lupi Roderici vac. conferre curent. G. F. (Ponzett. | Grat. de mand. Chemin. Aloys. | Verdes. Coll. H. de Ces.) L. 1009 f. 165.

— — — (10 011) Ludovico Achardi can. eccl. Bellicen. O. S. A. fam. suo et obsequiis Antonii tit. S. Vitalis presb. Card. insistenti locum et canonicalem portionem dictae eccl. Bellicen. confert. G. F. (Blondus | Grat. de mand. Balbus. Colardi. | Balandrin. Coll. S. de Spol.) L. 1025 f. 271.

— — — (10 012) Johanni de Possino rectori par. eccl. S. Petri de Lurda Tarvien. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum“ (Colot. | Draco. Colardi | Chemin. Coll. F. de Attav.) L. 1015 f. 157.

— — — (10 013—10 014) Blasio de Britaigne confert ecclesiam S. Sulpitii de Lanagiis seu de Nagia ejusd. dioec. „Vitae ac morum.“ Priori saecul. et colleg. eccl. de Salis Bituricen. dioec. et Jacobo de Brolio canonico eccl. Bituricen. executionem committit. „Hodie dil. filio“ (Colot. | Chemin. Aloys. | Casanova. Coll. F. de Attav.) L. 1005 f. 70; f. 71.

— — — (10 015—10 016) Andreae Gaufredi Sacristiam eccl. Glandaten. a Petro Gaufredi ex causa permutationis resignatam cum canonicatu et praeb. ei annexis confert. „Apostolicae Sedis.“ Executionem committit archiep. Neapolitan. ac Praecentori eccl. Glandaten. et Offic. Glandat. „Hodie dil. filio“ (Evang. | Chemin. Aloys. | Salvius. Coll. Attav.) L. 1014 f. 148, b; f. 150.

— — — (10 017—10 018) Johanni Celio canon. Paduan., arch. Rom. Cur. script. et fam. suo fructus Prioratuum SS. Nicandri et Benedicti ac S. Crucis O. S. B. Venafran. dioec. ab eo dimissorum reservat seu, si ipsi magis placuerit, pensionem super eorum fruct. assignat ac regressum ad eos concedit. G. D. et F. Episcopos Cavallicen. et Alexandrin. ac vicarium gener. episc. Venafran. executores nominat. „Hodie cum dil. filius“ L. 1013 f. 126, b; f. 128.

— — — (10 019) Episc. Cavallicen. et Alexandrin. ac vicar. gen. episc. Venafran. mandat, ut praedictos Prioratus Julio Eugenii de Pontecurvo cler. Aquinaten. et brev. ap. script. commendare curent. G. D. (Colot. | Grat. p. script. Chemin. Aloys. | Cyprian. Coll. Bucan.) L. 1013 f. 129. b.

— — — (10 020) Dionysio de Ragatiis de Monte Politiano U. J. doct. et brev. ap. script. ac fam. suo Praeposituram eccl. S. Johannis loci Incisii Aquen. dioec. confert. G. D. et F. (Carrot. | Grat. p. script. brev. Marciaci | Balandrin. Coll. Cipellus) L. 1030 f. 75.

— — — (10 021) Gometio de Salmeron fam. suo confert par. ecclesiam oppidi de Vercial Abulen. dioec., quam quondam Lupus Roderici de Madrigal, dum viveret, obtinebat. G. D. (Blondus | Grat. de mand. Draco. Colardi | Vega. Coll. S. de Spol.) L. 1030 f. 166.

— — — (10 022) Mag. Amadeum Berrutum Praelatum suum domesticum in Urbe ipsa ejusque districtu et pertinentiis generalem Gubernatorem et in Camera apost. Vicecamerarium ac Camerarii dictae Camerae locumtenentem constituit. „Etsi pro cunctarum civitatum“ (D. de Comitibus. Coll. Amerin.) L. 1040 f. 19. Bullar. Taurin. tom. V p. 614—617 Const. IX.

— — — (10 023) Amaneo tit. S. Nicolai in Carcere Tull. diac. Card. juri suo ad par. eccl. S. Stephani de Colungo cedenti accessum concedit ad istam eccl., quae Petro Perez canon. Oscen. confertur. „Ad personam tuam“ (Evang. | *Vita* Draco | Marciaci. Coll. F. de Attav.) L. 1017 f. 30.

— — — (10 024) Plebano eccl. S. Antonini Venetiarum mandat, ut Andreae Vendramino cler. Venetiar., Marci tit. S. M. in via lata diac. Card. fratri consobrino, par. ecclesiam S. Joh. Bapt. portus Lansanae Graden. dioec. ab Aloysio Trivisani resignatam conferat, si eum ad hoc idoneum esse cognoverit. „Dignum“ (J. Copis | Campania) Arch. Lat. tom. 44 f. 157.

— — — (10 025—10 026) Raynerio Moll perpet. capellano ad altare S. Petri *secundae fundationis*

1514.

nuncup. situm in capella Clericorum oppidi Lovanien. Leodien. dioec. pensionem assignat super fruct. par. eccl. de Berchem Cameracen. dioec., quam permutat. causa resignavit, per Johannem filium Wilhelmi ejus rectorem solvendam. „Vitae ac morum." Execut. deputat. „Hodie dil. filio" Arch. Lat. vol. K f. 124; f. 125, b.

28. Jun. (IV. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum. (10027) Gubernatori civitatis Parmen. mandat, ut contra Antonium Mariam de Gallis et complices ac fautores, qui ad archipresbyteratum plebis B. Mariae de Guastala Parmen. seu Nullius dioec. aspirantes Antonium de Araldis dictae plebis archipresbyterum ausu temerario nequiter ita vulnerarunt, ut mors secuta fuerit, habita diligenti inquisitione procedat, requisito etiam, si opus fuerit, aliorum magistratuum auxilio; ei committit, ut fratribus trucidati archipresbyteri, qui per Achillem Torellum Comitem propriis terris spoliati sunt, restitutionem fieri curet et inhibeat, ne fratres, consanguinei et affines sine rationabili causa judicialiter cognita molestentur. „Accepimus non sine gravi animi molestia" (Sadolet. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 41 p. 260.

— — — (10028) Leonardo de Paciis notar. et Praelato suo dom., civit. Beneventan. gubernatori et arcis castellano ac commissario suo, facultates alias ipsi concessas confirmat eique mandat, ut Cam. apost. debitores ad restitutionem et solutionem compellat. „Cum quaedam literae" (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 462; tom. 30 l. 2 p. 633; tom. 41 p. 118.

— — (10029) Henrico de Guntersberch cler. Caminen. dioec. pensionem super fruct. mensae capitularis eccl. S. Walburgis Messcheden. Colonien. dioec. per decanum et capitulum dictae eccl. persolvendam assignat. G. F. L. 1068 f. 265, b.

— — — Vesperae in vigil. SS. Ap. Petri et Pauli. „In totum fuerunt Cardinales sexdecim, nam reliqui absentes erant ab Urbe, praesertim ob festum, quod factum est Florentiae a fratribus Papae." P. de Grassis f. 103, b.

29. Jun. (III. Kal. Jul.) — Fest. SS. Apost. Petri et Pauli. „Hodie Papa habuit nova paramenta ex tabino aureo satis levia et venit hora X. ad basilicam . . . Redeunti Papae Orator Hispaniarum nomine Regis sui pro regno Siciliae citra Pharum obtulit censum solitum, i. e. equum phaleratum, quem Papa recepit dicens: *Accipimus libenter et commendamus fidem charissimi in Chr. filii Regis Siciliae.* Orator Franciae, qui solitus erat semper protestari, non est auditus aliquid dicere." P. de Grassis f. 104.

— — (10030) Episcopo Cavallicen. et Gundisalvo de Lerma canonico eccl. Burgen. et Officiali Burgen. mandat, ut Mag. Johanni de Lerma cler. Burgen. et script. suo beneficium in par. eccl. oppidi de Peza Burgen. dioec. conferant. G. D. et F. Arch. Lat. vol. H f. 309, b.

— — — (10031—10032) Didaco Guterrez laico Caesaraugustan., cujus genitrix haeretica erat declarata, concedit, ut ad quoscunque honores et dignitates promoveri et omnibus privilegiis uti valeat, perinde ac si genitrix et alii ejus parentes, si eos similiter damnatos esse contingat, minime fuerint damnati. „Sedis Apostolicae copiosa". Execut. nominat. „Hodie a Nobis". Arch. Lat. tom. 29 f. 317; f. 318, b.

— — — (10225) Dominico Wilmandel al. Willemandel, Licent. in decr., par. ecclesiam B. M. Magdal. oppidi Vindocinen. Carnoten. dioec. permut. causa resignanti canonicatum et praeb. eccl. Carnoten. a Johanne de Chasteauchalon simili modo dimissos confert. „Apostolicae Sedis“ (Gratiadei | Marciaci | Bernard. Coll. Attav.) L. 1044 f. 59.

— — — (10226) Decano eccl. Beluacen. ac Officialibus Carnoten. et Parisien. executionem committit. „Hodie dil. filio“ (Infra: Marciaci. Corbin. | Bernard. Coll. Attav.) L. 1044 f. 60.

— — — (10227) Mag. Guidoni de Medicis canon. Florentin., notar. et fam. suo, beneficia reservat ad dispositionem episc. Tornacen. et capitulorum quarund. eccl. Tornacen. dioec. pertinentia. G. D. et F. L. 1017 f. 193.

— — — (10228) Theobaldo Picot cler. Turonen. dioec. Prioratum S. Petri de Cetonio Cluniac. Ord. Cenomanen. dioec., cui Antonius de Trousseboys Prior Prioratus S. Aegidii de Constanciis O. S. B. Carnoten. dioec. cessit, commendat. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Chemin. Aloys. | Valtrini. Coll. F. de Attav.) L. 1021 f. 279.

1514.

5. Jul. (III. Non. Jul.) Romae apud S. Petrum. (10229) Jacobum episc. Albanen. constituit administratorem perpet. in spirit. et temporalibus ecclesiarum Calaguritan. et Calciaten. perpetuo unitarum et ex eo vacantium, quod Johannem episc. Palentin. ab earum vinculo ead. die absolvit et ad eccl. Palentin. transtulit. „Ecclesiarum utilitati“ (Capranica | A. de Verdesotto) L. 1025 f. 208.

— — — (10230—10235) De hac provisione scribit a) Calaguritan. et Calciaten. eccl. capitulis, b) vasallis istarum eccl., c) clero et d) populo utriusque civit. et dioec., e) Johannae Castellae et Legionis Reginae, f) archiep. Caesaraugustan. „Hodie venerabilem fratrem“ (Infra: Verdes. Coll. Narnia) L. 1025 f. 208, b seq.

— — — (10236) Baptistae de Mantua Ord. Carmelitarum generali committit, ut servatis servandis Johannem Bapt. de Marinonibus de Mediolano Ord. Carmel. professorem, qui post studia in theologia, philosophia et aliis scientiis magistratus gradum mereri videtur, sed ob inopiam suam in collegiis publicis eum suscipere non valet, ad magistratus gradum in artibus et theologia promoveat. „Aequum et conveniens“ (Colot. | P. Vipera) Brev. Lat. tom. 1 f. 3.

6. Jul. (Prid. Non. Jul.) — (10237—10238) Heliae de Musso baccal. in decr. confert par. ecclesiam S. Germani de Nogento Regis Lingonen. dioec. a Ludovico Guithonis resignatam. „Apostolicae Sedis.“ Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Bregeon. Alvarott. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 29 f. 281; f. 282.

— — — (10239—10240) Johanni Veillepeau, Mag. in artibus, par. ecclesiam S. Martini de Soulleyo Cenomanen. dioec. confert. „Literarum scientia.“ Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (Benzon. Agnell. | Nardin.) Arch. Lat. vol. F f. 312; f. 313, b.

— — — (10241) Claudio Bourgeoys permutat. causa capellaniam ad altare omnium Sanctorum situm in par. eccl. S. Petri de Belva Eduen. dioec. resignanti confert ecclesiam par. B. M. de Arunceyo Cabilonen. dioec. a Joh. Gendret eadem de causa resignatam. „Apostolicae Sedis“ (Evangel. | Draco. Colardi | J. de Gais. Coll. F. de Attav.) L. 1016 f. 77.

— — — (10242) Johanni de Flexo (Ind. separ. Flexa) capellam *dompnariam* seu *badoniam* nuncup. heremitagii S. Aegidii de Villies Ruthenen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ L. 1011 f. 229.

— — — (10243) Cavallicen. et Alexandrin. episcopis ac Officiali Seguntin. mandat, ut Francisco de Ruguilla cler. Seguntin. dioec. fam. suo de quibusd. beneficiis in dicta dioec. providere curent. G. F. L. 1013 f. 54.

— — — (10244) Mag. Bertrando Clerici cler. Dolen. dioec., notar. et fam. suo, qui omni juri ad Prioratum de Basogiis O. S. A. Redonen. dioec. sibi competenti cedit, accessum ad illum concedit. G. D. et F. L. 1010 f. 225, b.

— — — (10245—10246) Francisco tituli SS. Joh. et Pauli presb. Card. beneficia in Seguntin. et Abulen. dioec. commendat. „Ad personam tuam.“ Episcopo Asculan. ac Officialibus Seguntin. et Abulen. executionem committit. „Hodie dil. filio“ L. 1013 f. 64; f. 65.

— — — (10247) Dominico de Romanis rectori par. eccl. S. Blasii de Toco Beneventan. dioec. indultum circa beneficia concedit. G. F. L. 1205 f. 256.

— — — 10248—10249) Marino Esnault diacono confert par. ecclesiam S. Germani de Corbais Cenomanen. dioec. a Guillelmo Esnault resignatam. „Vitae ac morum.“ Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (A. de S. Severino. Copis | Nardin.) Arch. Lat. vol. H f. 208, b; f. 209, b.

— — — (10250—10251) Nicolao Farde presb. par. ecclesiam S. Marcelli de Fleuryaco prope Calvum Montem Rothomagen. dioec. resignatione Guillelmi Le Boucher vac. confert. „Vitae ac morum.“ Execut. deputat. (Ph. de Agnellis. O. de Cesis | Nardin.) L. c. f. 214, b; f. 215, b.

— — — (10252) Andreae de Leval canonico Lingonen., U. J. doctori, commendat decanatum de Marinissa Clun. Ord. Lingonen. dioec. „Literarum scientia“ (Evangel. | Balbus. Baena | Valtrini. Coll. F. de Attav.) L. 1019 f. 123.

— — — (10253) Johannem de Baulato perpet. vicarium par. ecclesiae loci de Civitate Auxitan. dioec., Francisci tit. S. Stephani in Coelio monte presb. Card. fam., qui per Praesidentes Conciliabuli Pisani Lugdunum translati dispensationem super susceptione ordinum obtinuerat, a censuris et poenis absolvit, cum eo super irregularitate dispensat et praefatam vicariam abjuratione dicti Conciliabuli facta confert. „Sedes Apostolica pia mater“ (Carrotius | Enckenw. | Mendes.) L. 1037 f. 193, b.

— — — (10254—10255) Johanni Valera (al. Valetta) monacho monasterii S. Petri de Moyssaco Cluniac. Ord. Caturcen. dioec. resignanti Ostalariam et locum ac monachalem portionem dicti monasterii, quos Jacobo Johannis cler. dictae dioec. ad certum tempus commendat et deinde confert, fructus eccl. S. Petri de Puteis ejusd. dioec. dictae Ostalariae annexae et certam summam, quam Ostalarius p. t. existens a Priore Prioratus B. Mariae de Rapistanno a dicto monast. dependentis Ord. et dioec. praedict. singulis annis exigit et recipit, loco pensionis ann. reservat. „Religionis zelus.“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 33 f. 73; f. 74.

1514.

6. Jul. (Prid. Non Jul.) Romae apud S. Petrum. (10256) Johanni Gangiatoris canonico Gebennen. mandat, ut Georgio Mistrabis monacho monasterii Paterniaci Cluniacen. Ord. Lausanen. dioec. Camerariam dicti monasterii conferat, si neutri de ea litigantium jus competere ipsi constiterit. „Religionis zelus“ (Ph. de Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 38 f. 77.

— — — (10257) Executores deputat, qui Alphonso Roderici de Madrigal cler. Salamantin. dioec. capellaniam ad altare S. Joh. in eccl. domus ejusd. S. Joh. Hospit. S. Joh. Hierosol. oppidi de Medina del Campo dictae dioec. medietate patronorum assentiente conferant. G. F. Arch. Lat. vol. K f. 53.

— — — (10258—10259) Michaeli Nicolai de Trasilico rectori par. eccl. S. Michaelis de Vallico Superiori Lucan. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum“. Episcopo Cavallicen. et Bartholomaeo de Petrasancta canon. eccl. Papien. ac vicario gen. episc. Lucan. executionem demandat. „Hodie dil. filio“ (Carrot. | Grat. p. fam. script. [Emmanuelis Balbi] Chemin. | J. de Gais. Coll. S. de Spol.) L. 1025 f. 428; f. 429, b.

— — — (10260) Magistro Andreae Piperario cler. Cremonen., U. J. doctori, notario et fam. suo, assignat pensionem in Cremonensi dioec. G. D. L. 1190 f. 240.

— — — (10261 Jacobo Johannis cler. Caturcen. locum et monachalem portionem ac Ostalariam monasterii S. Petri de Moyssaco Clun. Ord. Caturcen. dioec. ad certum tempus commendat et deinde, si professionem emiserit, confert. „Apostolicae Sedis providentia“ (A. Melfit. | Marciaci | Bernard. Coll. Cipell.) L. 1014 f. 250.

— — (10262) Bertrando de Nuptiis Prioratum saecularem B. Mariae Fontislaboris Albien. dioec. confert. „Laudabilia“ (A. Colotius | Cheminart. Aloysius | Cotini. Coll. F. de Attav.) L. 1006 f. 175, b.

— — — (10263) Gileto de Avalone presb. Gratianopolitan. dioec. Prioratum B. Mariae de Bellovidere Castri de Garambodio O. S. B. Aquen. dioec. a monasterio S. Andreae ejusd. Ord. Avinionen. dioec. dependentem commendat. „Nobilitas generis“ (Armellin. | Chemin. Aloys. | J. de Radicibus. Coll. F. de Attav.) L. 1011 f. 234.

— — (10264) Antonio de Martinio presb. Vauren. dioec. Prioratum B. Mariae de Sanardinio O. S. A. Riven. dioec., resignante Gileto de Avalone, commendat. „Nobilitas generis“ (Armellin. | Chemin. Aloys. | J. de Cesis. Coll. F. de Attav.) L. 1011 f. 236.

— — — (10265) Abbati de Helines in eccl. Burgen. et Ludovico de Castro canonico ejusd. eccl. committit pro parte incolarum loci de Preerenzo Burgen. dioec., quibus quondam Burgos abbas S. Quirici in eccl. Burgen. quasd. possessiones ad eum ratione heremitoriorum seu ecclesiarum S. Martini de Preerenzo et S. Mariae de Asturianos locorum dictae dioec. pertinentes in perpet. emphyteusim sub certo canone concessit, committit et mandat, ut concessionem hujusmodi examinent et, si in eorund. heremitoriorum utilitatem cedat, auctoritate apost. approbent. „Exponi Nobis“ (Colot. | P. Vipera) Brev. Lat. tom. 1 f. 18.

7. Jul. (Non. Jul.) — (10266) Garsiae de Tores abbati de Medina in eccl. Seguntin. indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. vol. K f. 190.

— — — (10267) Ad preces Praepositi et capituli eccl. Augusten. prov. Tarantasien. quatuor perpet. capellanias ad altare S. Mauritii situm in dicta eccl., quum primum vacaverint, supprimit earumque fructus in sustentationem quatuor presb. seu cler. capellanorum *innocentium* nuncup. ad nutum capituli ponendorum et amovendorum, qui in ead. eccl. deserviant, convertendos necnon capellaniam ad altare S. Nicolai situm in ead. eccl. mensae capitulari perpetuo applicat. A. P. R. M. „Sedis Apostolicae providentia“ (Lambert. | Barotius) Arch. Lat. tom. 47 f. 221.

— — — (10268) Pro parte Praepositi et capituli praedictorum unionem capellae S. Grati Augusten. cum mensa capitulari ordinaria auctoritate factam confirmat, et unam ad S. Petri et alteram ad S. Bernardi in eccl. Augusten. sita altaria capellanias supprimit et earum fructus in sustentationem duorum presb. seu cler. capellanorum *innocentium* nuncup. ad nutum amovibilium, qui inibi in divinis deserviant, convertendos praefatae mensae perpetuo applicat. A. P. R. M. „In apostolicae dignitatis culmine“ (Lambert. | Barotius) Arch. Lat. tom. 44 f. 264.

— — — (10269) Pro parte Octaviani Ducis et communitatis Januen., qui exponebant, quod alias vicarius gen. archiepisc. Januen., reformator morum monialium clausura carentium civit. et dioec. Januen., considerans, plures virgines et honestas mulieres in ead. civit. sub regularis vitae observantia Domino famulari cupere, sed hoc sanctum desiderium, cum in dicta civit. raro locus inveniretur, in quo sine dote reciperentur, adimplere non posse, monasterium monialium S. Sepulchri de S. Petro Arone Cist. Ord. dictae dioec. clausura carens, in quo plures quam sex moniales non residebant, monasterio monialium S. Andreae Januen. O. S. A. sub perpet. clausura et regul. observantia degentium perpetuo univit et statuit, ut abbatissa et conventus monasterii S. Andreae in monasterio S. Sepulchri unum vel plures sacerdotes pro divinis officiis celebrandis tenerent, monasterium S. Sepulchri et ejus ecclesiam in suis

1514.

structuris et aedificiis conservarent ac in monasterio ipsarum tot puellas absque aliqua dote reciperent, quae una cum monialibus in monast. S. Andreae degentibus centum numero constituerent, ut sex monialibus monasterii S. Sepulchri ex bonis ejusd. monast. competens portio assignaretur: dispositionem et unionem hujusmodi approbat et confirmat. A. P. R. M. „Pastoralis officii debitum“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 34 f. 132, b.

7. Jul. (Non. Jul.) Romae apud S. Petrum. (10270—10271) Johanni Oliverii de Cocillis alias Agaffini civi Avenionen. concedit officium Praepositurae generalis operariorum et monetariorum monetae civitatis Avenionen. ac Comitatus Venaissini. „Laudabilia tuae probitatis“. Episcopo Carpentoraten. et Antonio de Castro canonico eccl. Avenionen. ac Officiali Avenionen. executionem committit. „Hodie“ (Evang. | Balbus. Chemin. | De Acre. Coll. Amerin.) L. 1030 f. 298; f. 298, b.

— — — (10272) Johanni Matthaeo Boccolo scholari Cremonen. Ulixbonae commoranti concedit, ut a quocunque maluerit cath. episcopo extra Rom. Cur. residente ad primam tonsuram et ad ordines minores promoveri valeat. „Cum sicut Nobis“ (A. Colotius) Brev. Lat. tom. 1 f. 5, b.

— — — (10273) Cantori eccl. Burgen. et abbati de Helines in ead. eccl. committit, ut contractum venditionis et emptionis inter monasterium S. Petri de Cardeña O. S. B.[1] et habitatores loci de Carcosa de Reopisuerga Burgen. dioec. conclusum, si eum in utilitatem dicti monasterii cedere repererint, ap. auctoritate confirment et approbent. „Exponi Nobis nuper fecerunt“ (Colotius | Vipera) L. c. f. 16, b.

— — — (10274) Priorissam et moniales monasterii S. Christophori Parmen. O. S. A. ob frugem melioris vitae et arctioris observantiae regularis monasterium reformare desiderantes earumque domum reformat ac sub perpetua clausura et observantia ponit et curae ac visitationi moderni et p. t. existentis Prioris S. Sepulchri Ord. canonicorum regul. S. Aug. Parmen. subjicit, qui eas sub cura, visitatione et correctione suscipiat eisque de idoneo confessario et aliis necessariis perpetuo provideat; mandat Vincentio de Carissimis canonico Parmen. et vicario gener. episc. Parmen., ut eis in praemissis efficacis defensionis praesidio assistant; statuit, ut Priorissa dignitatem suam, quoad vixerit, retineat, administratione tamen bonorum monasterii in communi dimissa. „Exponi Nobis nuper vos seu major et sanior pars vestrum“ (A. Colotius | Joh. Ant. Battiferrus) L. c. f. 19, b.

— — — (10275) Priori et fratribus domus S. Aug. Ord. ejusd. Sancti regul. observantiae Congreg. Lombardiae civit. Regien. confirmat largitionem 40 duc. auri quotannis ipsis ex proventibus camerae ducalis nuncupatae dictae civit. fieri solitam, nuper vero a vicegerenti thesaurarii ejusd. civitatis eis denegatam; episcopum ac gubernatorem Regien. ipsis in hoc assistere jubet. „Exponi Nobis nuper fecistis“ (Colotius | J. Ant. Battiferrus) Brev. Lat. tom. 1 f. 26.

— — — (10276) Jacobae de Ursinis uxori quondam Hermetis de Bentivolis Bononien. Cum Hermes ejus vir ab intestato decesserit, relictis impuberibus filiis Johanne et Constantia habentibus domicilium cum certa parte bonorum in civitate Ferrariae, et ipsi matri tutela delata et ab ea acceptata sit, cum vero alia bona existant in civit. et dioec. Bononien., ad quam propter exilium nec matri nec filiis tutus patet accessus, et in qua dicta Jacoba tutelam sibi assignari non fecit, delationem et acceptationem tutelae approbat et confirmat non obstantibus constitutionibus apost. et Bononien. et Ferrarien. civit. statutis. „Exponi Nobis nuper fecisti“ (Nic. de Podio) L. c. f. 32.

— — — (10277) Laurentio Feltrin. episc. internuntio apud Maximilianum Caes. mandat, ut eidem maxime commendet causam Guidi et Sigismundi Rangoniorum fratrum, quos Vitus Frustus (Fürst) Mutinen. magistratus in custodia habet. „Intelleximus Vitum Frustum“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 62, b. Ed. Bemb. L. VIII ep. 32 p. 66.

— — — (10278—10279) Petro de Vicinis cler. Vauren. dioec. par. ecclesiam S. Johannis de Verdala Vauren. dioec., a Johanne Bridolli resignatam commendat. „Laudabilia.“ Exec. deputat. „Hodie dil. filio“ (Benzon. A. de Alvarott. | Campania) Arch. Lat. vol. F f. 294; f. 296.

— — — (10280) Archidiacono de Azumara et Cantori ac Gometio Laurentii canon. eccl. Mindonen. mandat, ut pro parte Petri Crespo cler. Mindon. dioec., si relata vera sint, in par. eccl. B. Mariae oppidi de Binero dictae dioec. capellaniam pro uno capellano, qui Missas et alia divina officia juxta voluntatem quondam Lupi de Guemonde celebrare teneatur, ad vitam praefati Petri erigant et illam eidem Petro conferant, si Aldonziae Alphonsi, praedicti Lupi legitimae uxoris, assensus accesserit. „Inter cetera cordis“ (Carrot. | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Balbus. Chemin. | Verdes. Coll. H. de Cesis) L. 1023 f. 41.

— — — (10281) Gaspari de Glandenes de nobili genere ex utroque parente procreato confert canonicatum et quandam praeb. eccl. Aquen., quos Nicolaus tit. S. Priscae presb.

[1] España sagr. t. 26 p. 81 seq.

1514.

Card. resignat. „Nobilitas generis“ (Agrigentin. | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Chemin. Aloys. | Bernard. Coll. S. de Spol.) L. 1025 f. 431.

7. Jul. (Non. Jul.) Romae apud S. Petrum. (10282) Nicolao tit. S. Priscae presb. Card. fructus canonicatus et praeb. praedictorum reservat. „Ad personam tuam“ L. c. f. 433.

(10283) Eidem praeter dictos fructus etiam proventus Prioratus loci de Roguis Aquen. dioec., qui ipso cedente praefato Gaspari est collatus, reservat et regressum ad canonicatum et praeb. praedictos concedit. Idem init. L. 1065 f. 186, b.

— — — (10284) Feliciano de Lazolis rectori eccl. S. Michaelis loci Barbasellar. Cremonen. dioec. ac Ambrosio de Lazolis laico Cremonen. dioec. et descendentibus masculis, si fructus dictae ecclesiae ad tertiam partem auxerint, jus patronatus concedit. „Sincerae devotionis“ (Ph. de Agnellis | Campania) Arch. Lat. tom. 30 f. 87, b.

— — — (10285—10286) Emmanuelem Zabatta laicum Palentin., baccal. in artibus et medicina, circa privilegia, immunitates et indulta nullum detrimentum pati decernit, licet ejus progenitores et avos haereticos declarari contingat. „Sedis Apostolicae“. Execut. deputat. „Hodie“. Arch. Lat. tom. 31 f. 94 seq.

— — — (10287) Johanni Melchior de Bubenhoffen cler. Constantien. dioec. indultum circa benef. concedit. „Nobilitas generis“. Arch. Lat. tom. 47 f. 16.

— — — (10288) Nicolao Bruno rectori par. eccl. S. Angeli de Pascelupo Eugubin. dioec. fam. suo indultum circa beneficia concedit. G. F. L. 1206 f. 269.

— — — (10289) Fidelibus, qui capellam B. Mariae Magdalenae infra limites parochiae par. eccl. S. Petri Villiaci oppidi de Loyes Lugdunen. dioec., ad quam Mag. Benedictus Balandrini script. et Petrus Balandrini ejusd. Benedicti frater et dictae capellae perpet. capellanus singularem gerunt devotionem, visitaverint et eleemosynas pro ea obtulerint, indulgentias concedit. „Etsi cunctae orbis capellae“ (Evang. | Chemin. | Bernard. Coll. Evang.) L. 1206 f. 358.

— — — (10290) Abbati monasterii S. Michaelis de Refoyos de Basto Bracharen. dioec. mandat, ut par. ecclesiam S. Clementis de Silvares dictae dioec. resignatione Alphonsi Johannis vac. Francisco Johannis cler. ejusd. dioec. conferat. „Dignum“ (Bregeon | Nardin.) Arch. Lat. vol. F f. 304.

— — — (10291) In favorem Guillermi Amyot rectoris par. eccl. S. Similiani prope et extra muros Nanneten. cum dicta eccl., quamdiu eam obtinuerit, ecclesiam par. de Vayo Nanneten. dioec. unit. „Romanum decet Pontificem“ (Evang. | Grat. de mand. S. D. Liazar. Ingenw. | Valtrini. Coll. H. de Cesis) L. 1044 f. 18, b.

— — — (10292) Petro Serrano fam. suo canonicatum eccl. Tirasonen. confert, praebendam vero ac dignitatem, personatum vel officium dictae eccl. reservat. G. F. (Agrigent. | Grat. de mand. S. D. | Chemin. Aloys. | Marciaci. Coll. Bucan.) L. 1008 f. 206.

— — — (10293) Archidiacono eccl. Salernitan. mandat, ut par. ecclesiam S. Barbarae et quasdam rurales eccl. Salernitan. dioec. Matthaeo Bossula presb. Salernitan. conferat. „Dignum“ (A. de S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. vol. F f. 327.

— — — (10294) Antonio Malotii (Ind. Melotii) fratri Hospit. S. Joh. Hieros. cum jure regressus pensionem assignat super fruct. Praeceptoriae S. Joh. Imolen. dicti Hosp., cum liti et causae super ea pendenti cesserit. „Religionis zelus“ L. 1047 f. 99.

— — — (10295—10296) Theodoro de Vasquis confert archidiaconatum eccl. Montisregalis, dignitatem inibi post pontificalem majorem, cum praeb. ei annexa, resignante Amedeo de la Vanchia. „Vitae ac morum“. Archiepisc. et Praepositum ac Cantorem eccl. Montisregalis executores deputat. „Hodie dil. filio“ (Armellin. | Cheminart. | F. de Acre. Coll. H. de Cesis) L. 1011 f. 33; f. 34.

— — — (10297) Vicario gen. episc. Viterbien. pro Evangelista et Beatrice Viterbien. mandat, ut vocatis vocandis ad executionem supplicationis praesentibus introclusae juxta ejus continentiam et signaturam procedat. „Mittimus tibi“ (Colot. | N. de Podio) Brev. Lat. tom. 1 f. 38, b.

— — — (10298) Archipresbytero et Cinagli de Cinaglis canonico eccl. Perusin. mandat, ut pro parte Laurentii de Flisco, episc. Montisregalis et commendatarii monasterii S. Mariae Vallispontis O. S. B. Perusin. dioec., qui certam domum in civit. Perusin. sitam et ad dictum monast. pertinen. locare vel permutare vel vendere et pretium in emptionem aliarum possessionum magis utilium convertere cupit, hac de re se informent et locationem seu venditionem vel permutat. hujusmodi faciendi eidem Laurentio licentiam concedant, si eam dicto monast. utilem esse cognoverint. „Supplicari Nobis fecit“ (Colot. | Acutius) L. c. f. 74, b.

— — — (10299) Officiali Gratianopolitan. mandat, ut Franciscum Emae cler. Ebredunen. dioec. servatis servandis ad Licent. et doctoratus gradus in utroque vel altero jure promoveant. „Exponi Nobis“ (Colotius) L. c. f. 116, b.

— — — (10300) Petro de Vera canon. et archidiac. eccl. Oscen. indulget, ut fructus beneficiorum, quae obtinet, ad biennium arrendare valeat. „Exponi Nobis“ (Nic. de Podio) L. c. f. 103.

1514.

7. Jul. (Non. Jul.) Romae apud S. Petrum. (10301) Mag. Antonium Magistrillis cler. Mantuan., qui Federicum tit. S. Angeli diac. Cardinalem secutus et illius obsequiis insistens Conciliabulo Pisano interfuit, a censuris et poenis absolvit et ad beneficia per eum prius possessa restituit. „Cum sicut accepimus“. Brev. tom. 2 n. 468; tom. 30 l. 2 p. 645.

— — — (10302) Episcopis Cavallicen. et Castellimaris ac Officiali Treveren. mandat, ut Gerardo de Ponte cler. Colonien. dioec. par. ecclesiam in Alphel Treveren. dioec. obitu Petri de Alphel vac. conferant. „Vitae ac morum“ (O. Cesis | Grat. p. fam. assist. [Joh. Hieron. Benzon] Nardinus) Arch. Lat. vol. H f. 74, b.

— — — (10303) Episcopis Cavallicen. et Asculan. ac archidiacono de Cerrato in eccl. Palentin. mandat, ut Didaco Gundisalvi de Ordejon cler. Palentin. dioec., baccal. in decr., unum in S. Andreae de Barrio de S. Petro de Ordejon et aliud in S. Martini de Ribas et in de Lovernela locorum dictae dioec. par. ecclesiis beneficia conferant. „Literarum scientia“ L. c. f. 190.

— — — (10304) Abbati S. Petri de Gomiel Oxomen. dioec. ac Ministro SS. Trinitatis extra muros Burgen. monasteriorum et Scholastico eccl. B. M. Majoris oppidi Vallisoleti Palentin. dioec. mandat, ut bona et jura Johannis de Lerma archidiaconi de Virviesca in eccl. Burgen. et commendatarii monasterii S. Antonii de Verdon O. S. B. Oveten. dioec. defendant. „Militanti Ecclesiae“ L. c. f. 193, b.

— — — (10305) Leoni de Gullinzonibus cler. Nullius dioec., Alberti Comitis Carpensis Maximiliani in Imper. electi apud S. Sedem Oratoris familiari, canonicatum et praeb. eccl. S. Stephani Maguntin. et beneficium ad altare S. Kiliani situm in eccl. Maguntin. confert. „Vitae ac morum“ (Evang. | Grat. de mand. S. D. Millinus. Gauden | Castillo. Coll. Attav.) L. 1038 f. 157, b.

— — — (10306) Eidem declarat literas canonic. et praeb. in dicta eccl. S. Stephani et beneficium eccl. Maguntin. ipsi conferentes in omnibus valere, perinde ac si in illis de derogatione concordatorum nationis germanicae expressa mentio facta sit. Id. init. L. 1082 f. 69.

— — — (10307) Episcopis Cavallicen. et Umbriaticen. et Asculan. mandat, ut Nicolao tit. S. Priscae presb. Card. par. ecclesiam *plebem* nuncup. S. Mariae de Cingulo Auximan. dioec., cui Lambertus episc. Venusin. cessit, commendare curent. „Ad personam“ (Evang. | *Visa* Chemin. | Salvius. Coll. F. de Attav.) L. 1014 f. 248.

— — — (10308) Mag. Johanni de Clivis cler. Leodien. dioec., notar. et fam. suo, canonicatus et praeb. in Leodien. et in S. Servatii oppidi Trajecten. Leodien. dioec. eccl. ac dignitatem etc. in altera earum eccl. reservat. G. D. et F. L. 1020 f. 51.

— — Pali Portuen. dioec. (10309) Scholastico et Theodorico Lictardi canon. eccl. Tullen. ac Officiali Tullen. mandat, ut Dominico Thomassini cler. Tullen. dioec. quandam capellaniam dictae dioec. conferant, si eam vacare repererint. „Vitae ac morum“ L. 1145 f. 119, b.

8. Jul. (VIII. Id. Jul.) Romae apud S. Petrum. (10310) Episcopis Wintonien. et Lincolnien. et decano eccl. Saresbirien. mandat, ut ad preces Johannis Perott Praecentoris eccl. Eboracen., baccal. in decr., et Christophori Gyll capellani ac vicarii choralis et Succentoris ac custodis collegii vicariorum choralium ejusd. eccl., qui asserunt se a jurisdictione archiepisc. Eboracen. ejusque commissariorum exemptos ac totaliter decano et ipso deficiente capitulo dictae eccl. esse supposito, nihilominus Odoardum (al. Eduardum) Kellet decr. doctorem, qui pro commissario Officialis curiae seu consistorii Eboracen. se gerat, in contemptum exemptionis hujusmodi pro parte Johannis Fisher se citasse et gravamina intulisse, causam hujusmodi decernant. „Humilibus“ (Copis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 31 f. 101, b.

— — — (10311) Abbati monasterii S. Rigaldi et decano eccl. de Molinis Eduen. dioec. mandat, ut pro parte Claudii Villedart Cantoris et Ludovici Morin monachi Prioratus S. Pontiani de S. Pontiano O. S. B. Carnoten. dioec. asserentium se jurisdictioni et correctioni Prioris seu Subprioris dicti Prioratus dumtaxat esse subjectos, sed per Guillelmum de Channoz, qui pro Subpriore monasterii Trenorchien.[1] O. S. B. Cabillonen. dioec. se gerat, citatos et exinde indebite gravatos esse, hac in causa, quod justum fuerit, decernant. „Humilibus“ (Script. iid.) Arch. Lat. tom. 30 f. 279.

— — — (10312) Archidiacono Sanesii et Jacobo de Duroforti canon. eccl. Tholosan. ac Offic. Tholosan. mandat, ut pro parte Amanei tit. S. Nicolai in Carc. Tull. diac. Card., qui exponi fecit, quod monasterium de Bolhanis Cisterc. Ord. Auxitan. dioec. ipsi sit commendatum, sed Petrus de Valle, qui pro monacho ejusd. monast. se gerat, contra justitiam commendae hujusmodi se opposuerit, auditis hinc inde propositis, quod justum fuerit, decernant. „Ex debito pastoralis officii“ (Ph. de Agnellis | Grat. p. Card. Nardin.) Arch. Lat. tom. 30 f. 98, b.

— — — (10313—10314) Jacobo Gendrot monacho monasterii S. Germani de Pratis prope et extra muros Parisien. O. S. B. par. ecclesiam S. Jacobi de Gillera al. Villera S. La-

[1] S. Valérien de Tournus.

1514.

zari Parisien. dioec. ab Oliverio Guilliert resignatam commendat. „Religionis zelus“. Executt. deputat. „Hodie“ (Bregeon | Ph. de Agnellis | Campania) Arch. Lat. tom. 33 f. 31; f. 32, b.

8. Jul. (VIII. Id. Jul.) Romae apud S. Petrum. (10315) Stephano de Bussy Eleemosynariam praedicti monasterii S. Germani de Pratis a Jacobo Gendrot resignatam confert. „Religionis zelus“. Paris. Arch. Nation. L. 329 n. 8, a; Arch. Lat. tom. 33 f. 33, b.

— — — (10316) Executores nominat, qui eundem Stephanum in possessionem praedictae Eleemosynariae inducant. „Hodie dil. filio Stephano“. Paris. Arch. Nation. L. 329 n. 8, b; Arch. Lat. tom. 33 f. 35.

— — — (10317—10318) Jacobo Gendrot monacho dicti monast. S. Germani pensionem assignat super fruct. praefatae Eleemosynariae ab ipso resignatae. „Religionis zelus“. Executt. deputat. „Hodie dil. filio“. Paris. Arch. Nation. L. 329 n. 8, c; Arch. Lat. tom. 33 f. 35, b seqq.

— — — (10319) Emerico Sauvage Priori Prioratus S. Nicolai de Rostorogeri O. S. B. Constancien. dioec. prov. Rothomagen. confert dictum Prioratum, cui Johannes abbas monasterii S. Stephani de Fontaneto O. S. B. Baiocen. dioec. cessit. „Religionis zelus“ (Evang. | B. de Rizonib. Gerona | Salvius. Coll. Donat.) L. 1041 f. 201.

— — — (10320) Johanni abbati monasterii S. Stephani de Fontaneto O. S. B. Bajocen. dioec. commendat Prioratum de Merceriaco alias de Marchesiaco O. S. B. Constancien. dioec. prov. Rothomagen. a monast. S. Pauli de Cormeriaco dicti Ord. Turonen. dioec. dependentem et cessione Emerici Sauvage monachi dicti Ord. vac. „Personam tuam“ (Colot. | Draco | Salvius. Coll. F. de Attav.) L. 1020 f. 112.

— — — (10321) Petro Joubert canon. eccl. Constancien. prov. Rothomag. confert canonicatum et S. Nicolai nuncup. praeb. dictae eccl., quos quondam Hugo de Blarru obtinebat. „Vitae ac morum“ (Colot. | Chemin. Aloys. | Salvius. Coll. F. de Attav.) L. 1003 f. 47, b.

— — — (10322) Archiepiscopo Cusentin. in regno Hispaniae Sedis Apost. Nuntio mandat, ut ad petitionem Guillelmi Raymundi episc. Gerunden. Maturianum Gibert curam animarum parochianorum eccl. Gerunden. exercentem, Jacobum Cortes, Michaelem Alrra et duos alios socios, qui gravia crimina patrantes praetextu exemptionis correctioni episcopi se subtrahunt, prout justum fuerit, puniat. „Sane venerabilis frater“ (Colot. | Vipera) Brev. Lat. tom. 1 f. 73.

9. Jul. (VII. Id. Jul.) — (10323) Francisco Aymar Priori Prioratus S. Generosi O. S. A. Pictaven. dioec., baccal. in decr., commendat Prioratum S. Nicolai de Fontiniaco Comitis O. S. B. Malleacen. dioec., quem quondam Ivo Augereau obtinebat. „Religionis zelus“ (Blondus | L. de Bertin. Baena | Cabredo. Coll. F. de Attav.) L. 1071 f. 52, b.

— — — (10324) Johanni Rivalis rectori par. eccl. S. Jacobi Lavaci in Foresio Lugdunen. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Chemin. Cyprian. Coll. Bucan.) L. 1008 f. 69, b.

— — — (10325) Praeceptori monasterii B. M. de la Mercede oppidi de Olmedo Abulen. dioec. ac Officiali Abulen. mandat, ut literas, quibus Gaspari de Robles cler. Abulen. dioec. par. ecclesiam B. Mariae loci de Villalva dictae dioec. conferri jussit, in omnibus valere decernant et ad earum executionem procedant, perinde ac si omnia exprimenda in eis sint expressa. „Vitae ac morum“ (Castilion. | Grat. p. fam. script. [Alphonsi de Acre] Balbus. de S. Joh. | F. de Acre. Coll. Donat.) L. 1018 f. 98.

— — — (10326) Mag. Bartholomaeo de Petrasancta cler. Lucan. dioec., U. J. doctori et capell. suo confert par. ecclesiam S. Martini de Petrasancta Lucan. dioec., quum primum privatione Leonardi de Bonis eam obtinentis vacaverit; juri patronatus quoad medietatem patronorum derogat. G. D. (P. de Cesis | Grat. de mand. S. D. Draco. Colardi | Cyprian. Coll. F. de Attav.) L. 1013 f. 207, b.

— — — (10327) Mag. Emmanueli Balbo cler. Asten. lit. ap. script. et fam. suo, qui omni juri ad canonicatum et praeb. eccl. Alexandrin., de quibus cum Bonifacio de Collis cler. Alexandrin. litigavit, renuntiat, pensionem assignat super eorum fructibus per Bonifacium praedictum solvendam et regressum seu accessum ad eos concedit. G. D. et F. L. 1019 f. 86.

— — — (10328—10329) Thomae ex Comitibus de Ryneck Custodi eccl. Maguntin. pensionem super fruct. canonicatus et praeb. eccl. SS. Petri et Alexandri Aschaffenburgen. Maguntin. dioec. per Johannem Gonsradt solvendam assignat. „Vitae ac morum“. Executt. deputat. „Hodie dil. filio“. Arch. Lat. vol. H f. 10; f. 11, b.

— — — (10330) Cum de Praepositura Omnium Sanctorum Florentin. Ord. Humil. in favorem personae sibi gratae disponere intendat, omnes gratias expectativas, reservationes etc. de ista concessas suspendit. A. F. R. M. „Exigit Nostrae sollicitudinis“ L. 1199 f. 174.

10. Jul. (VI. Id. Jul.) — (10331) Thesaurario Avinionen. et archidiacono Uticen. ac Praeposito de Pensis Apten. dioec. ecclesiarum mandat, ut pro parte Ludovicae Albarone nobilis puellae Avenionen.,

1514.

quae Francisci tit. S. Stephani in Coelio monte presb. Card. ex sorore germana neptis existit et cum Antonio de Oraysone domicello Aquen. dioec. per verba de praesenti coram testibus matrimonium contraxit et eundem Antonium accusat, quia ipse matrimonium in facie Ecclesiae solemnizare recusans cum quadam Catharina per similia verba de praesenti matrimonium seu potius contubernium contraxit, causam hujusmodi decernant. „Humilibus". Arch. Lat. vol. H f. 113, b.

10. Jul. (VI. Id. Jul.) Romae apud S. Petrum. (10332) Mag. Johanni de Castiliono archidiac. Campiniae in eccl. Leodien., decr. doct. et notario suo, indultum concedit circa beneficia et privilegia ac facultates. G. D. L. 1008 f. 216.

— — — (10333) Johanni du Humel (Ind. Hamel) Mag. in artibus confert ecclesiam par. B. M. Magdalenae oppidi Vindomien. Carnoten. dioec. „Literarum scientia" (Ph. de Senis | Draco. Colardi | Valtrini. Coll. H. de Cesis) L. 1026 f. 188.

— — — (10334—10335) Guillelmo episcopo S. R. E. Cardinali concedit, ut ecclesias, monasteria etc. civit. et dioec. Narbonen. et Nemausen. per personas idoneas visitare et procurationes ratione visitationis debitas in pecunia numerata recipere valeat. „Quanto Romanam Ecclesiam". Episcopis Cavallicen. et Tolonen. ac Officiali Tolosan. executionem demandat. „Hodie venerabili fratri" L. 1016 f. 140.

— — — (10336) Radulpho Coetenscourre cler. Trecoren. dioec. pensionem assignat ex dioec. Trecoren. „Vitae ac morum" L. 1046 f. 66.

— — — (10337) Milopotamen. et Cavallicen. episcopis ac Officiali Verden. mandat, ut Christophoro Zweng cler. Frisingen. dioec., fam. suo et obsequiis Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. insistenti, quoddam beneficium in par. eccl. S. Nicolai oppidi Limeburgen. Verden. dioec. obitu Godfridi Ellinkhusen vac., dummodo, si de jurepatronatus existat, medietatis patronorum assensus accedat, conferant. G. F. L. 1016 f. 207, b.

— — — (10338) Johanni episc. Caurien., qui senio confectus, viribus corporis destitutus et morbo podagrae est gravatus, ut erectus stare non possit, sedendo sacra mysteria celebrandi licentiam concedit. „Consuevit Summus Pontifex" (Colot. | Acutius) Brev. Lat. tom. 1 f. 102.

— — — (10339) Diomedi de Spes canon. eccl. Panormitan. et vicario gen. archiepisc. Panormitan. mandat, ut Ludovico Sanchez, qui dotem ecclesiae seu capellae S. Barbarae intra muros Panormitan. vult duplicare, si ipsi quand. porticum cum altari in illa existente ad ecclesiam istam pertinentem destruendi eamque in viam sive aream reducendi licentia concedatur et jus patronat. dictae eccl. reservetur, licentiam et jus patron. hujusmodi concedant, si praemissa in evidentem ejusd. eccl. utilitatem cedere cognoverint. „Injunctum Nobis desuper" (Benzon , Campania) Arch. Lat. tom. 34 f. 282, b.

— — — (10340) Leonardo tit. S. Susannae presb. Card. commendat par. ecclesiam S. Hilarii Asten. et Prioratum S. Petri de Podinicho O. S. A. Casalen. dioec. resignatione Augustini de Montilio vac. (Armell. | Salvius. Coll. F. de Attav.) L. 1014 f. 130.

— — — (10341) Johanni Petrafolli rectori par. eccl. S. Romani sitae infra claustrum eccl. Lugdunen. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum" (Blondus | Suno | Cyprian. Coll. B. de Alex.) L. 1105 f. 64, b.

— — — (10342) Guichardo de Royeria alias de Beaudeduyt confert ecclesiam par. S. Desiderii Anicien. cessione Caroli de Royeria, cujus praedictus Guichardus nepos existit, vac. „Vitae ac morum" (Colot. | De Rizonib. Baena | J. de Gais. Coll. Attav.) L. 1034 f. 48.

— — — (10343) Ursino Gaudon canonico eccl. B. Mariae oppidi Magduni super Euram Bituricen. dioec. et Licent. in decr. indultum concedit circa beneficia. „Literarum scientia". Arch. Lat. tom. 16 f. 196.

— — — (10344) Ludovico Millet cler. Bituricen. dioec., Mag. in artibus, indultum circa beneficia concedit. „Literarum scientia". Arch. Lat. tom. 47 f. 53.

— — — (10345) Johanni Cancellario Praeposito eccl. S. Johannis de Celeno Nullius dioec. concedit, ut ratione quorumcunque beneficiorum ordines sacros requirentium usque ad biennium a fine anni a jure concessi computandum aliquem ex sacris ordinibus suscipere minime teneatur. „Cupientes commodis tuis" (A. Colotius) Brev. Lat. tom. 1 f. 2, b.

— — — (10346) Thesaurariis Avinion., Comitatus Venaissini, Bononiae, Romandiolae, Perusiae, Umbriae, Marchiae Anconitan., Patrimonii et Parmae, Placentiae et Regii Lepidi. Cum delinquentes et debitores proventuum a sententiis condemnatoriis seu interlocutoriis appellantes vigore commissionum de mandato Pontif. signatarum inhibitiones sub poenis et censuris obtineant et lites in longum protrahant, thesaurariis praedict. mandat, ut inhibitionibus, quae a Legatis a Latere, gubernatoribus etc. et quibusvis aliis judicibus et commissariis etiam vigore rescriptorum de mandato, non tamen manu Pontificis signatorum deputatis emanaverint, nullatenus pareant, nisi facto deposito poenae, in qua appellantes condemnati vel condemnandi sint; ut contra dictos delinquentes et debitores, constito de eorum facinore vel debito, procedere valeant, potestatem concedit; eos inhibitionibus praefatis non parendo poenas et censuras in iis contentas minime

1514.

incurrere et propter praemissa in contemptum litispendentiae nullatenus attentare censeri declarat. „Accepimus delinquentes“ (Sadolet.) Div. Cam. tom. 63 f. 283, b.

11. Jul. (V. Id. Jul.) Romae apud S. Petrum. (10347) Jacobo Savello concedit praefecturam equitum 70 cum titulis et praeeminentiis dari consuetis et eum ad S. R. E. stipendia conducit. „Quod et virtus tua et genus pollicentur, te in honore S. Matris Ecclesiae ac Nostro, ubi opus fuerit, defendendo egregiam fidem et fortitudinem praebiturum“ (Sadolet.) Ed. Sadolet. ep. 25 p. 36.

— — — (10348) Mag. Bartholomaeo de Petrasancta capellano suo et causarum P. A. auditori mandat, ut si sibi constiterit nullum jus competere Mag. Johanni Bapt. de Dattis cler. Brixien. dioec. not. et fam. Pont. nec Durantio de Durantis in canonicatu et praeb. seu mansionaria honorabili eccl. Brixien., dictos canonic. et praeb. seu mansionariam praefato Johanni Bapt. conferat. G. D. (Evang. | Draco | Bernard. Coll. H. de Cesis) L. 1028 f. 292.

12. Jul. (IV. Id. Jul.) — (10349) Andreae Bellanti mercatori Senen. et aluminum S. Cruciatae appaltatori ejusque sociis mandat, ut de pecuniis aluminum et appaltus praedict. ad Camer. ap. spectantibus de summa 1015 duc. et Carl. 5. satisfaciat Francisco de Castilione cler. Januen. famil. suo ratione expensarum per eundem factarum in coronatione Julii PP. II. „Cum in Camera“. Div. Cam. t. 72 f. 116.

— — — (10350) Pompejo Petri Juliani de Spoleto fam. suo confert capellaniam ad altare S. Joh. Bapt. situm in eccl. Spoletan. G. F. L. 1020 f. 239.

— — — (10351) Mag. Mercurio de Vipera P. A. auditori mandat, ut Alexandro de Lecanis cler. Lauden. archipresbyteratum eccl. S. Laurentii de Musano Cremonen. dioec., si nemini sit jus quaesitum, surrogando conferat. G. F. (Sadol. | Grat. de mand. S. D. Chemin. Aloys. | Verdes. Coll. F. de Attav.) L. 1014 f. 274.

— — — (10352) Mag. Guidoni de Medicis canon. Florentin. et affini suo Praeposituram Omnium Sanctorum Florentin. Ord. Hum. obitu Marci de Bosii vac. ad 6 menses commendat et deinde, si professionem regul. emiserit, confert. „Apostolicae Sedis“ (Nasius | Grat. de mand. S. D. Chemin. | Cotini. Coll. F. de Attav.) L. 1014 f. 136.

— — — (10353) Mag. Francisco Armellino cler. Perusin., secretario suo, beneficia resignandi et permutandi facultatem concedit. G. D. et F. Arch. Lat. tom. 37 f. 251, b.

— — — (10354) Sebastiano de Reyno cler. Compostellan. dioec. indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“. Arch. Lat. vol. K f. 176.

— — — (10355) Johanni de Marteau, familiari Pauli de Castello lit. ap. abbreviatoris, de Maray et de Gelanes par. ecclesias Trecen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Evang. | Grat. p. fam. assist. Chemin. Aloys. | Balandrin. Coll. H. de Cesis) L. 1011 f. 31.

— — — (10356) Petro Garrido par. ecclesiam S. Marinae de Parada Aurien. dioec. confert. „Vitae ac morum“ (Colot. | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. B. de Rizonibus. Gerona. | Valtrini. Coll. Bucan.) L. 1029 f. 34, b.

— — — (10357) Antonio de Bezeril al. de Torquemada cler. Palentin. dioec., fam. et cubicul. suo secr., collationem canonicatus et praeb. ecclesiae Palentin. primo vacaturorum revalidat. „Dudum canonicatu“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 367; tom. 30 l. 2 p. 466.

— — — (10358) Unum aut plura beneficia in Placentin. et Cremonen. civit. et dioecesibus suae dispositioni reservat. A. F. R. M. „Etsi beneficiorum“ L. 1032 f. 104, b.

— — — (10359) Mag. Nicolao de Aretio capellano suo et causar. P. A. auditori mandat, ut Federicum tit. S. Angeli diac. Card. surroget Christophoro tit. S. Praxedis presb. Card., qui cum Marco episc. Senogallien. super S. Mariae della Piana de Castellione et S. Silvestri Castrimontalis par. ecclesiis Senogallien. dioec. invicem unitis litigavit, easque eidem Federico commendare curet, si nemini sit jus quaesitum. „Ad personam dil. filii“ (Melfit. | *Visa* Chemin. | Valtrini. Coll. Attav.) L. 1031 f. 187.

— — — (10360) Christophoro de Vangonibus rectori par. eccl. S. Joh. Bapt. extra muros Gavilliani Taurinen. dioec. indulget, ut etiam postquam in sacris et presbyteratus ordinibus constitutus fuerit, tam in generalibus quam in particularibus Studiis et locis publicis leges et jura civilia audire, interpretari et quoscumque actus scholasticos exercere ac in illis gradus consuetos suscipere libere et licite valeat. „Cum sicut Nobis exponi fecisti“ (Colot. | Acutius) Brev. Lat. tom. 1 f. 3.

— — — (10361) Paulum Mag. Balthassaris de Fabiis Comitatus civit. Fanen., qui alias, cum Jacobus Manzilai ejusdem Comitatus civit. Fanen. ex antiquo odio post altercationem armis offendibilibus ipsum aggressus esset, in brachio graviter vulneratus eidem Jacobo absque tamen animo interficiendi nonnulla vulnera intulit, ex quibus iste diem vitae suae extremum clausit, et ideo per praetorem Fanen. in capitis et omnium bonorum confiscationis poena condemnatus fuit, cum de praemissis ab intimis doleat et per biennium vel circa exulaverit ac pacem a defuncti haeredibus habuerit, a reatu dicti homicidii et a provenientibus inde poenis absolvit et in pristinum statum plenarie redintegrat. „Exponi Nobis“ (Colot. | J. Ant. Battiferrus) L. c. f. 31.

1514.

13. Jul. (III. Id. Jul.) Romae apud S. Petrum. (10362) Stephano Bodoin presb. Claromonten. dioec. Prioratum S. Victoris prope Mutolium O. S. B. dictae dioec., cui Guillermus Perier cessit, commendat. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Chemin. Aloys. | Cotini. Coll. F. de Attav.) L. 1007 f. 335, b.

— — — (10363) Claudio de Prato cler. seu scholari Claromonten. dioec. Camerariam monasterii S. Austremonii Villae Ycidori O. S. B. dictae dioec. a Guillermo Perier resignatam, si cleric. charactere insignitus fuerit, ad sex menses commendat et deinde habitu suscepto et professione emissa confert. „Apostolicae Sedis“ (Evang. | Chemin. Aloys. | Madrigal. Coll. F. de Attav.) L. 1017 f. 215.

— — — (10364) Pascasio Posmans unum S. Pauli et alium S. Martini Leodien. ecclesiarum canonicatus confert, unam vero S. Pauli et aliam S. Martini eccl. praebendas etiam ex majoribus ac dignitatem, personatum, vel officium alterius earum reservat. „Vitae ac morum“ (Evang. | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Enckenw. Aloys. | Marciaci. Coll. H. de Cesis) L. 1009 f. 158.

— — — (10365—10366) Johanni Soultain fam. suo capellaniam in eccl. S. Reginetae Meten. et par. ecclesiam S. Benigni extra muros Meten. confert et par. ecclesiam de Columbeyo Meten. dioec. eidem eccl. S. Benigni, quamdiu hanc obtinuerit, unit. G. F. Executionem demandat episc. Cavallicen. et Officialibus Meten. ac Tullen. „Hodie dil. filio“ (Evang. | Balbus. Gibraleon | Valtrini. Coll. Bucan.) L. 1026 f. 46; f. 47, b.

— — — (10367—10368) Gilberto Piteti cler. Narbonen. dioec. pensionem assignat super fruct. par. eccl. S. Eugeniae loci de Monte Robegio dictae dioec. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie“. Arch. Lat. vol. K f. 177, b seq.

— — — (10369) Lazaro Corvesii cler. Nicien., Mag. Johannis Petri de Cesis script. familiari, pensionem ex eccl. par. S. Agnetis loci de S. Agnete Vintamilien. dioec. assignat. „Vitae ac morum“ L. 1014 f. 52, b.

— — — (10370) In favorem Matthaei de Vischis ex Comitibus S. Martini cler. Iporigien. dioec. et commendatarii Prioratus S. Laurentii prope et extra muros Iporigien. O. S. A. dicto Prioratui par. ecclesiam B. M. Magdal. loci Foglini Iporigien. dioec. unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 29 f. 311.

14. Jul. (Prid. Id. Jul.) — (10371) Johannem episc. Tuden.[1] ad cautelam absolvit. „Consueta Sedis Apostolicae“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 40 f. 255, b.

— (10372) Eundem Johannem a vinculo ecclesiae Tuden. absolvit et transfert ad eccl. Milevitan. (Meliten.), cui ipsum praeficit in episc. et pastorem. „Romani Pontificis“ (Script. iid.) L. c. f. 254.

— — — (10373—10375) De hac provisione scribit: a) capitulo eccl. Milevitan., b) clero civit. et dioec. Milevitan. „Hodie venerabilem fratrem“, c) Ferdinando Siciliae Regi. „Gratiae divinae“ L. cf. 255.

— — — (10376) Martinum de Curbano[2] al. de Azpeitia presb., canonicum Compostellan. ac Mag. in theol. et notar. suum, ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“ (Benzon | Nardin.) L. c. f. 278.

— — — (10377—10383) Eundem Martinum Electum Tuden. praeficit ecclesiae Tuden. translatione Johannis episc. vacanti in episc. et pastorem. „Apostolatus officium“ De hac praefectione scribit: a) capitulo eccl. Tuden. „Hodie ecclesiae vestrae“, b) clero et c) populo civit et dioec. Tuden., d) vasallis dictae eccl. „Hodie ecclesiae Tuden., e) archiepisc. Compostellan. „Ad cumulum“, f) Johannae Castellae et Legionis Reginae. „Gratiae divinae“ (Benzon. | Nardin.) L. c. f. 275, b seqq.

— — — (10384) Eidem Martino Electo Tuden. indultum circa retinenda beneficia concedit. „Personam tuam“ L. c. f. 278, b.

— — — (10385) Franciscum episc. Civitaten.[3] ad cautelam absolvit. „Consueta Sedis Apostolicae“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 216.

— — — (10386—10392) Eundem Franciscum a vinculo ecclesiae Civitaten. absolvit et ad eccl. Abulen. obitu Alphonsi episc. vacantem transfert eumque ecclesiae Abulen. praeficit in episc. et pastorem. „Romani Pontificis“. Qua de translatione scribit a) capitulo ecclesiae Abulen., b) clero et c) populo civit. et dioec. Abulen., d) vasallis istius eccl. „Hodie venerabilem fratrem“, e) Johannae Castellae et Legionis Reginae „Gratiae divinae“, f) archiepisc. Compostellan. „Ad cumulum tuae cedit“ (Benzon. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 3 f. 212 seqq.

---

[1] Johannes de Sepulveda *Gams* p. 948, ubi mentio fit ejus translationis ab eccl. Tuden. ad eccl. Milevitan. (Malta); sed p. 84 idem Johannes inter episcopos Tudenses non enumeratur; ibi ab anno 1505 usque ad an. 1515 sedes Tudensis vacare videtur.

[2] Cf. *Gams* p. 84, ubi Martinus de Curbano (1515—1516) locum habet post Petrum Beltran, qui (ut ibid. legitur) jam ante 18. Apr. 1505 ecclesiae Tudensi praeesse desiit.

[3] *Gams* p. 64 legitur Franciscus Ruys O. S. D.; at p. 10 inter episcopos Abulen. Franc. Ruyz O. S. Fr. nominatur.

1514.

14. Jul. (Prid. Id. Jul.) | Romae apud S. Petrum. | (10393) Johannem Tavera[1] cler. Abulen., subdiaconum et Licent. in decr., ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“ (Benzon | Barotius) L. c. f. 166, b.

— | — | (10394—10400) Eundem Johannem praeficit in episc. et pastorem ecclesiae Civitaten. ex eo vacanti, quod ead. die Franciscum nuper episc. Civitaten. ad ecclesiam Abulen. transtulit. „Apostolatus officium“ De hac provisione scribit a) archiepisc. Compostellan. „Ad cumulum“, b) clero et c) populo civit. et dioec. Civitaten., d) capitulo eccl. Civitaten., e) vasallis dictae eccl. „Hodie ecclesiae“, f) Johannae Castellae et Legionis Reginae. „Gratiae divinae“ (Benzon | Barotius) L. c. f. 164 seqq.

— — | — | (10401) Johanni Electo Civitaten. indultum circa retinenda beneficia concedit. „Personam tuam“ L. c. f. 168.

— — | — | (10402) Pro parte universitatis incolarum oppidi Arquatae Asculan. dioec., qui exponebant, quod orta dudum inter ipsos et habitatores oppidi Montis S. Mariae in Lapide controversia super exactione gabellarum, quas utriusque oppidi incolae respective ad invicem exigebant pro bonis et industriis eorum, quae deferebant et ducebant p. t. per territoria praedictorum oppidorum, unde odia et scandala proveniebant, Alexander VI. ad preces incolarum oppidi S. Mariae territorium et incolas dictorum oppidorum respective ab omni onere solutionis dictarum gabellarum ad universitates eorundem oppidorum, non autem ad Cam. apost. pertinentium exemerat; quod deinde super exactione gabellarum et observatione literarum Alexandri VI. coram diversis judicibus materia quaestionis orta ultima sententia contra habitatores oppidi Arquatae est lata, quae in rem judicatam transivit; quod autem sine exactione gabellarum, ex quibus salaria castellanis et aliis in arce ejusd. oppidi servientibus consueverunt solvi, custodia ejusd. arcis servari non posset, quod insuper incolae oppidi Arquatae pro majori parte pauperes et non mercatores in locis difficillimis et parum fertilibus existerent et vias silvestres, saxosas et ad latrocinia expositas et pontes super rapacissimo Trenti flumine constructos manutenere et reficere sine maximis expensis non possent, quod incolae oppidi Montis S. M. praedicti, pro majori parte mercatores, onera similia subire non cogerentur: dictas Alexandri VI. literas cassat et annullat ac praefatas gabellas exigi posse, ac si istae lit. non emanassent, decernit. A. P. R. M. „Romani Pontificis providentia circumspecta“ (Armellin. | Marciaci. Aloys. | Casanova. Coll. H. de Cesis) L. 1011 f. 46, b.

— — | — | (10403) Guillermo de Laumont cler. Auxitan. dioec. locum et canonicalem portionem eccl. Lascuren. O. S. A., quos quondam Bernardus de Bergerio obtinebat, ad certum tempus commendat et deinde professione emissa confert. „Apostolicae Sedis“ (Evang. | Chemin. Aloys. | Bernard. Coll. F. de Attav.) L. 1017 f. 111.

— — | — | (10404) Nicolao Potier rectori par. eccl. de Sonceyo Cenomanen. dioec., Licent. in legibus, dictam eccl. confert. „Literarum scientia“ (Castilion. | L. de Bertin. Baena | Contreras. Coll. F. de Attav.) E. 1070 f. 17, b.

— — | — | (10405) Episcopis Cavallicen. et Asculan. et vicar. gen. episc. Bergamen. mandat, ut Hieronymo Colonio rectori par. eccl. S. Zenonis de Ozio Superiori Mediolanen. dioec. canonicatum et praeb. eccl. Bergamen., quos quondam Nicolaus de Expertis obtinebat, conferre curent. G. F. (Blondus | Grat. de mand. S. D. Marciaci Corbinus | Bernard. Coll. H. de Cesis) L. 1074 f. 329.

4. Sept. (Prid. Non. Sept.) Romae apud S. Petrum. (11395) Fatetur se recepisse a Johanne Fonsecha episc. Palentin. 1020 duc. auri pro communi dictae eccl. Palentin. ratione provisionis alias eid. eccl. de persona ejusd. Joh. factae. „Fatemur per praesentes“ (Coll. Jo. Ja. Cipellus) Div. Cam. tom. 64 f. 25.

— — — (11396) Fatetur se recepisse a Johanne Fonsecha episc. Burgen. 1049 duc. auri pro communibus dictae eccl. Burgen. et eccl. Rosan. necnon monasterii de Parres et monast. de Zoil ac etiam pro annatis quorundam beneficiorum retentorum ratione translationis ab eccl. Palentin. ad eccl. Burgen. et retentionis eccl. Rosan. ac monasterior. et beneficior. praedictorum. M. P. „Fatemur per praesentes“ (Coll. Jo. Ja. Cipellus) L. c. f. 25, b.

— — — (11397) Guillermo Hue canon. Parisien. et Aurelianen. eccl., Licent. in legibus, Prioratum S. Martini de Sancerre O. S. B. Bituricen. dioec. commendat. „Literarum scientia“ (Castilion. | Cheminart. Balbus | F. de S. Johanne. Coll. H. de Cesis; add. P. Marciaci tax. mut. Corbinus. Coll. Donatus) L. 1010 f. 61.

— — — (11398) Execut. deputat, qui Guillelmo Roncaz cler. Nanneten. dioec. et fam. suo par. ecclesiam de Syon dictae dioec. conferant. G. F. L. 1069 f. 106.

— — — (11399) Universos etc. hortatur, subditis autem suis mandat, ut latores quarumdam rerum suarum in Galliam deferendarum libere transire permittant. „Cum quaedam res“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 479; tom. 30 l. 2 p. 672.

— — — (11400) Confalonerio, consulibus et capitaneo civitatis Corneti. Quum opera nonnullorum religiosorum ad vitandas Judaeorum usuras Mons Pietatis in dicta civitate constitutus ac eidem Monti 50 modia frumenti singulis annis a communitate donata fuerint, tractas ipsius frumenti per mare extrahendi gratis concedit et donat. „Exposuerunt Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 ep. 480; tom. 30 l. 2 p. 673.

— — — (11401) Archiepiscopo Cosentin. in Hispaniar. regnis Nuntio et Oratori suo. Quum olim Bernardinus episc. Sabinen. Card. S. Crucis fructus eccl. Saguntin., cui tunc praeerat, pro annis 1508, 1509 et 1510 certis arrendatariis seu mercatoribus locaverit, nonnulla praefato Nuntio committit circa solutionem dicti arrendamenti eid. Cardinali faciendam ac indemnitatem ipsorum mercatorum, qui summam 1200 duc. jam persolverunt. „Exposuit Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 481; tom. 30 l. 2 p. 674.

— — — (11402) Ferdinando Hispan. Regi commendat causam Johannis Scotti, quam habet cum iis, a quibus res ejus domestica retinetur ac diripitur. „Johannis Scotti, cujus fides et industria pro re Romana tuisque rebus egregia atque mirifica bellis italicis exstitit“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 175. Ed. Bemb. L. IX ep. 26 p. 71.

5. Sept. (Non. Sept.) — (11403—11404) Jacobo de Faustinonibus presb. Brixien. dioec. cedente aut decedente Faustino de Faustinonibus regressum ad archipresbyteratum eccl. S. Mariae de Condate et eccl. campestrem S. Petri de Solate dictae dioec. ab ipso resignatos concedit. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. vol. B f. 232 seq.

— — — (11405) Episcopis Bisignanen. et Alben. ac vicar. gen. Cremonen. mandat, ut Praeposituram eccl. S. Laurentii de Monticellis Cremonen. dioec. cessione Joh. episc. Cavallicen. vac. Marco Antonio de Figino cler. Mediolanen. conferre curent. „Vitae ac morum“ (Acre | Grat. de mand. S. D. Balbus. De S. Joh. | J. de Radicib. Coll. Attav.) L. 1020 f. 159.

— — — (11406) Lupum de Carate fam. suum, Laurentii tit. SS. Quatuor Coronator. presb. Card. obsequiis insistentem, creat eccl. Calaguritan. et ecclesiarum par. de Navarete et de Briones et de Orduna et de Haro locorum Calaguritan. dioec., consentiente Jacobo episc. Albanen., perpetuo eccl. Calaguritanen. et Calciaten. administratore, verum et non fictum filium patrimonialem et naturalem. G. F. L. 1050 f. 94, b.

— — — (11407) Mag. Aloysii de Gibraleon script. et fam. suo concedit facultatem altare in honor. S. Mariae in par. eccl. SS. Victoris et Michaelis de Olivola Lunen.-Sarzanen. dioec. construi faciendi, et cum illud constructum fuerit, unam perpet. capellaniam pro uno capellano, qui inibi in divinis deserviat, juxta ultimam voluntatem quondam Antoniae Petrucii mulieris dictae dioec. erigit ipsamque sic erectam dicto Aloysio confert. G. D. et F. L. 1012 f. 134, b.

— — — (11408) Mag. Silvio Passerino cler. Cortonen. datario, script. et fam. suo, qui lit. apost. nondum confectis S. Ambrosii Nonen. et S. Nicolai de Lissa ac S. Andreae de Pelago monasteriis necnon Prioratui S. Michaelis de Sospitello S. B. et S. A. Ord. Spalaten. et Pharen. ac Vintimilien. dioec. renuntiavit, ad eosdem cedente vel decedente Johanne Celio can. Paduan. et arch. R. C. script. accessum seu ingressum concedit. „Romani Pontificis“ (Evang. | Gr. p. soc. | Madrigal. Coll. S. de Spol.) L. 1024 f. 228.

— — — (11409) Ad preces Scultetorum et Consulum ac universitatum Bernen. ac Friburgen. oppidorum Lausanen. dioec. approbat ac innovat literas Julii II., quibus idem praedecessor mensis capitularibus collegiatarum ecclesiar. S. Vincentii Bernen. ac S. Nicolai Friburgen. applicaverat medietatem fructuum ac proventuum nonnullorum mo-

1514.

		nasteriorum et Prioratuum Gebennen. et Lausanen. dioeces. necnon derogaverat juri patronatus, dummodo ex fundatione vel dotatione non esset, quod super iisdem monast. ac Prioratibus Duci Sabaudiae competere asserebatur. A. P. R. M. „Romani Pontificis gratiosa benignitas“ (Balthasar de Piscia | A. de Castillo. Coll. Hip. de Cesis) L. 1201 f. 177, b; L. 1195 f. 90 (Infra: *Visa* A. Draco: de mand. | M. Casanova).
5. Sept. (Non. Sept.)	Romae apud S. Petrum.	(11410) Fidelibus, qui processioni in capella S. Crucis sita ante portam oppidi Bernen. Lausanen. dioec., ad quam Sculteti et Consules ac universitates Bernen. et Friburgen. oppidorum dictae dioec. singularem devotionis gerunt affectum, seu ad istam capellam celebrari solitae interfuerint ac eand. capellam certis diebus visitaverint, indulgentias concedit. „Admirabile signum sanctissimae Crucis“ (*Visa* A. Draco | M. Casanova) L. 1195 f. 93.
— —	—	(11411) Ad preces Praepositi et capituli eccl. S. Vincentii Bernen. Lausanen. dioec. omnes indulgentias fidelibus dictam eccl. Dominica Palmarum visitantibus concessas, non tamen plenarias, ad Dominicam mediae Quadragesimae, quae cantatur *Laetare*, et octo dies sequentes extendit et ampliat. A. P. R. M. „Ex debito pastoralis officii“ (Infra: *Visa* A. Draco | M. Casanova) L. 1195 f. 91.
— —	—	(11412) Praeposito et capitulo dictae eccl. S. Vincentii Bernen. concedit, ut singulis hebdomadibus ab Octava Epiph. usque ad Domin. Quinquag. et ab Oct. festi Corp. Chr. usque ad advent. aliqua die per ipsos eligenda et non impedita officium S. Vincentii recitare valeant; fidelibus dictam eccl. in festo ejusd. Sancti et certis aliis diebus visitantibus indulgentias tribuit, quae officiis intra Oct. Corp. Chr. assistentibus sunt concessae. A. P. R. M. „Illius, qui coelum terramque regit“ (Infra: *Visa* Cheminart | M. Casanova) L. c. f. 198.
— —	—	(11413) Cupiens, ut capella Decem millium Martyrum, quae in memoriam victoriae, quam olim confoederati Helvetiorum contra Ducem Burgundiae et ejus exercitum obtinuerunt, constructa est, necnon B. Mariae et S. Michaelis sitae in par. eccl. S. Joh. Evang. de Meyra prope Mutuum (Murten) Lausanen. dioec. capellae, in quibus corpora tempore belli contra dictum Ducem peracti defunctorum reperta sepulta existunt, ad quas praedicti Sculteti, Consules et universitates singularem devotionem gerunt, in debita veneratione habeantur, in suis structuris reparentur et manuteneantur ac paramentis decenter fulciantur, fidelibus dictas capellas certis diebus visitantibus et manus adjutrices pro eis porrigentibus ac pro defunctis, quorum corpora inibi sepulta sunt, pias preces ad Deum effundentibus indulgentias concedit. „De salute gregis“ (Infra: *Visa* A. Draco | M. Casanova) L. c. f. 94.
— —	—	(11414) Plenariam indulgentiam concedit iis, qui capellam S. Aegidii ante portam praefati oppidi Bernen., ad quam iidem Sculteti etc. singularem devotionem gerunt, in festo ejusd. S. Aegidii proxime futuro visitaverint et manus adjutrices pro ead. capella porrexerint; rectori ejusd. capellae ad hoc confessores deputandi facultatem tribuit. „Considerantes nostrae mortalitatis fragilitatem“ (Infra: *Visa* Jo. Cheminart | M. Casanova) L. c. f. 190.
— —	—	(11415) Similiter indulgentias iis concedit, qui capellam Castri Lossen. Lausanen. dioec., ad quam iid. Sculteti etc. devotionis gerunt affectum, certis diebus visitaverint. „Licet is, de cujus munere venit“ (Script. ut supra) L. c. f. 191.
— —	—	(11416) Similiter pro capella S. Sebastiani sita in eccl. domus S. Francisci oppidi Scaffucien. Ord. FF. Minor. Constantien. dioec., ad quam confratres confraternitatis sub invoc. S. Sebastiani in ead. capella institutae singularem gerunt devotionem. „In Apostolicae Sedis specula“ (Script. iid.) L. c. f. 192.
— —	—	(11417) Idem pro capella S. Annae praedicti oppidi Scaffucien., in qua confraternitas sub invocatione ejusd. S. Annae instituta est. „De salute gregis“ (Script. iid.) L. c. f. 193.
— —	—	(11418) Idem pro capella sub invocat. S. Claudii in eccl. domus S. Francisci oppidi Bernen. Ord. FF. Minor. Lausanen. dioec., quam Bartholomaeus de Madis laicus dictae dioec. construi fecit et in qua anniversarium instituit pro salute omnium, qui in conflictu belli novissime apud Novariam peracti, in quo ipse Bartholomaeus ut capitaneus pro Sculteto, Consulibus et universitate dicti oppidi interfuit, decesserunt. „Licet is, de cujus munere venit“ (Script. iid.) L. c. f. 194.
— —	—	(11419) Fidelibus, qui ecclesiam S. Joh. Bapt. oppidi Scaffucien. Constantien. dioec. die Dominica in Passione Domini proxime futura visitaverint et manus adjutrices pro ea porrexerint, indulgentiam plenariam largitur; rectori eccl. potestatem tribuit confessores amplis facultatibus gaudentes deputandi. „Ecclesiarum quarumlibet“ (Script. iid.) L. c. f. 195.
— —	—	(11420) Pro capella sub invocat. B. V. M. sita in par. eccl. de Perent Constantien. dioec. indulgentias confirmat, quae olim per Julium II. concessae sunt, licet in dictis literis ista capella nuncupata sit ecclesia par. B. M. V. Villae Obernberen Constantien.

1514.

dioec. prov. Magunt. A. P. R. M. „Ex debito pastoralis officii“ (*Visa* Chemin. | Casanova) L. 1195 f. 199.

5. Sept. (Non. Sept.) — Romae apud S. Petrum. (11421—11422) Ambrosio episc. Ebroicen. indultum concedit circa visitationem intra limites archidiaconatus de Lyennino in eccl. Lexovien. ipsi commendati. „Devotionis tuae probata sinceritas“. Execut. deputat. „Hodie“. Arch. Lat. tom. 31 f. 164, b seq.

— — — (11423) Cavallicen. et Milopotamen. episc. ac Officiali Caesaraugustan. mandat, ut quoddam benef. in eccl. Caesaraugustan. Johanni Garcez cler. Caesaraugustan. et capellano Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. ac fam. suo conferre curent. G. F. L. 1033 f. 221, b.

— — — (11424) Unum ex canonicatibus et unam ex praeb. eccl. Basileen., quos primo vacare contigerit, suae et S. Sedis dispositioni reservat. „Etsi canonicatum“ L. 1195 f. 197.

— — — (11425) Francisco Guillermo de Claromonte tit. S. Stephani in Coelio monte presb. Card. committit, ut vocatis vocandis, si relata vera esse cognoverit, literas in causa matrimoniali Antonii de Oreysono et Catharinae Guillermae de Claromonte domicellae Aquen. emanatas (d. d. 9. Apr. 1514 incip. „Collata legibus ligandi“) in omnibus valere declaret, ac si in iis omnia rite sint expressa. „Dudum a Nobis“ (A. Melfit. | Balbus. De S. Joh. | De Castillo. Coll. de Spoleto) L. 1018 f. 264.

— — — (11426) Archipresbytero eccl. Veronen. mandat, ut par. ecclesiam S. Gregorii de Compalano Veronen. dioec. a Gratiadei de Compalano resignatam Dominico Juliani presb. dictae dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum“. Arch. Lat. tom. 13 f. 1.

— — — (11427) Canonicatum et praeb. eccl. S. Stephani Cuman. dioec., quos Hieronymus de Cluno obtinet, suae ac Apost. Sedis dispositioni reservat. A. F. R. M. „Etsi canonicatuum“ L. 1205 f. 508, b.

— — — (11428) Similiter reservat beneficium in eccl. S. Zenonis extra muros Cuman. et capellaniam ad altare S. Bartholomaei situm in eccl. S. Blasii extra muros Bellinzonae Cuman. dioec., quae praedictus Hieronymus obtinet. „Etsi beneficiorum“ L. 1206 f. 460, b.

— — — (11429) Octavianum Ducem Januae hortatur, ut Antonium dominum de Auresono (alias de Oraysono) ad istas partes accessurum et deinde ad Pontificem reversurum benevole pertractet ipsique de itineris securitate ac de salvo conductu provideat. „Superioribus diebus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 482; tom. 30 l. 2 p. 676.

— — — (11430—11431) Mag. Johanni Ingenwinckel script. et fam. suo confert canonicatum et praeb. eccl. S. Erasmi Verulan. a Joh. Bapt. Grilli resignatos. G. D. et F. Execut. deputat. „Hodie“ (Lambert. G. de Prato | Grat. p. socio. Campania) Arch. Lat. tom. 31 f. 173 seq.

— — — (11432) N. N. committit, ut possessionem Prioratus S. Martini de Castoia Feltren. dioec. et par. eccl. S. Mariae de Primerio ejusd. dioec., qui obitu Michaelis Briosii cler. Mantuan. vac. Laurentio cler. Mutinen. cubicular. et cantori et fam. suo sunt collati, apprehendat et dicto Laurentio conservet. „Inducti nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 484; tom. 30 l. 2 p. 679.

— — — (11433) N. N. committit, ut in possessionem canonicatus et praeb. eccl. S. Servatii de Butrio Bononien. dioec. Sigismundum de Bentivolis cler. Bononien. et fam. suum surrogatum ad omne jus, quod in causa litigiosa competebat aut competere poterat quondam Benedicto de Cadrilla, inducat et inductum defendat. „Dudum cum lite“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 483; tom. 30 l. 2 p. 678.

— — — (11434) Abbati et conventui monasterii S. Georgii O. S. B. Constantien. dioec. prov. Maguntin., qui exponunt, quod in ecclesia dicti monasterii per quondam Burchardum Ducem Sueviae 700 annis jam elapsis in Monte Duello fundati et per Henricum Imper. translati requiescat corpus quondam Wolfredi abbatis, qui plurimis claruit miraculis, et multi fideles ad ipsum monasterium confluant, cum ejusd. Wolfredi intercessione suas preces apud Deum exaudiri cognoscant, tamen idem Wolfredus in catalogo Sanctorum adnumeratus non existat, concedit, ut singulis annis aliquo die per ipsos eligendo festum et officium ejusd. Wolfredi abbatis in eccl. praefati monast. celebrare valeant et fidelibus in illo festo dictam eccl. visitantibus indulgentiam concedit. A. P. R. M. „Admonet Nos suscepti cura regiminis“ (Infra: *Visa* Chemin. | Casanova) L. 1195 f. 196.

— — — (11435) Alphonsum Ducem Ferrariae hortatur, ut Hieronymum Torninum commissarium Pontif. ad capiendam possessionem Villae Lavallis districtus Ferrarien., cum per nonnullos violenter ab ejus possessione expulsus sit, sine mora in possess. restituat. „Cum sicut nuper“ (Sadol. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 41 p. 126.

6. Sept. (VIII. Id. Sept.) — (11436) Mag. Jacobo Simonetta cler. Mediolanen., U. J. doctori et capellano suo, confert unum Mediolanen. et alium Lubicen. et reliquum S. Albani extra muros Maguntin. ecclesiarum canonicatus, praebendas vero earundem eccl. ac dignitatem etc. reservat. G. D. et F. (Gratiadei | Grat. de mand. S. D. Valtrini. Coll. Donat.) L. 1026 f. 282.

1514.

6. Sept. (VIII. Id. Sept.) Romae apud S. Petrum. (11437) Petro Braccino commissario suo mandat, ut in causa inter Johannem Paulum Balionum domicellum Perusin. et Ludovicum ac Antonium Comites Marsciani super nonnullis bonis pendente nonnisi vocatis partibus procedat, quibus auditis quod justum fuerit decernat et observari faciat. „Quoniam dil. filius“ (Sadol.) Brev. ad princ. tom. 2 n. 485; tom. 30 l. 2 p. 680.

— — — (11438) Thesaurario provinciae Perusiae. Cum Baroncellus provinciae Umbriae cum sua solita manu et societate equitum et peditum ad executiones faciendas et ad Legato provinciam visitanti assistendum proficiscatur, mandat, ut de introitibus Camerae ap. Perusin. salarium consuetum duorum mensium ipsi persolvatur. „Cupientes ut“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 487; tom. 30 l. 2 p. 688.

— — — (11439) Officiales Baliae et communitatem civit. Senen. hortatur sub excomm. lat. sent. poena, ut Francisco tit. SS. Johannis et Pauli presb. Card., cui S. Johannis de Petraficta et S. Apollinaris de Montebello Aretin. et Pientin. dioec. Hospitalis S. Joh. Hierosol. Praeceptorias cessione Hieronymi de Lutis scholaris Senen. vac. commendavit, favorem et auxilium in adipiscenda possessione efficaciter impendant. „Nuper postquam“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 536; tom. 30 l. 2 p. 772.

— — — (11440) Mag. Silvio Passerino cler. Cortonen., notario et datario ac fam. suo, concedit, ut pensionem an. 150 flor. per alias lit. ipsi assignatam super fruct. monasterii B. M. de Farneto monasterio B. M. de Pia O. S. B. Congreg. Montisoliveti perpetuo uniti ac super S. Hieron. de Quarto necnon S. Venerii de Trio Ord. et Congr. praedict. Cortonen. et Januen. dioec. monasteriorum fructibus petere ac exigere et monasterium de Farneto illiusque bona administrare libere et licite valeat. „Nuper siquidem“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 570; tom. 30 l. 2 p. 851.

— — — (11441) Cavallicen. et Comen. episcopis ac vicario gen. archiep. Florentin., committit, ut Franceschinum de Caymis cler. Mediolanen., si idoneus sit, in fratrem Hospit. S. Joh. Hieros. recipere et habitum regularem ipsi exhibere ejusque professionem, si voluerit, admittere eaque recepta Praeceptoriam domus S. Joh. de S. Maria in Primeto Hospit. S. Joh. Hierosol. Florentin. dioec. ei conferre curent, si patronorum assensus accedat. „Apostolicae Sedis“ (A. Melfit. | Grat. de mand. Chemin. Aloys. | Marciaci. Coll. Bucan.) L. 1011 f. 162, b.

— — — (11442) Julio S. Mariae in Domnica diac. Card. cum jure regressus fructus Praeceptoriae domus S. Joh. de S. Maria in Primeto Hospit. S. Joh. Hierosol. Florentin. dioec. ab ipso resignatae et Francischino de Caimis cler. Mediolanen. collatae reservat. „Ad personam tuam“ L. 1079 f. 26, b.

— — — (11443—11444) Johanni Tuault presb. confert par. ecclesiam de Beilleyo Cenomanen. dioec. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. vol. F f. 283, b.

— — — (11445) Jacobo Le Roy, qui Prioratus S. Germani et S. Broladii (Broaladrii) O. S. B. Constancien. prov. Rothomagen. et Dolen. respective dioec. obtinet et de collatione sibi facta decanatus de Gaya Clun. Ord. Trecen. dioec. dubitat, decanatum ipsum confert. „Vitae ac morum“ (Evang. | Aloys. S. Joh. | A. de Castillo. Coll. Attav.) L. 1036 f. 251, b.

— — — (11446) Jacobo Vezeau presb. Engolismen. dioec. Prioratum S. Michaelis de Marcilhac O. S. B. Engolismen. dioec. resignatione Ludovici de Costa vac. et a monast. S. Eparchii prope et extra muros Engolismen. dicti Ord. dependentem commendat. „Vitae ac morum“ (J. B Nasius | Chemin. Balbus p. comp. | Cyprian. Coll. H. de Cesis) L. 1010 f. 64.

— — — (11447) Ferdinando de Oliva cler. Corduben. fam. suo beneficium in par. eccl. S. Mariae Corduben. confert. G. F. L. 1011 f. 21, b.

— — — (11448) Garsiae Martini de Pioz cler. Toletan. dioec., baccal. in decr. et fam. suo, qui liti et causae super par. eccl. loci de Alamedi dictae dioec. pendenti in favorem Petri Lupi cedit, pensionem super illius fructibus per dictum Petrum solvendam assignat. G. F. L. 1016 f. 40.

— — — (11449) Stephano de S. Germano monacho monasterii S. Laurentii Gratianopolitan. O. S. B. commendat Sacristiam dicti monast. „Religionis zelus“ (Castilion. | Balbus. Colardi | F. de Vega. Coll. Attav.) L. 1029 f. 45.

— — — (11450) Marco Gatinario scholari Papien. in tertio decimo aetat. anno constituto commendat usque ad decimum octavum aetatis annum Praeposituram S. Stephani de Marilliano ac archipresbyteratum SS. Firmi et Rustici[1] de Carpaneto Mediolanen. et Placentin. dioec. ecclesiarum et deinde illos ac ex nunc canonicatum et praeb. S. Mariae in Portica (al. Pertica) Papien. confert. „Laudabilia tuae puerilis aetatis indicia“ (Evang. | Balbus. Gibraleon | J. de Gais. Collat. Donatus) L. 1172 f. 1; L. 1029 f. 271.

[1] L. 1029 f. 271 leg. archipresb. S. Firmi de Carpaneto.

1514.

6. Sept. (VIII. Id. Sept.) | Romae apud S. Petrum. | (11451) Andreae Carrillo fam. suo canonicatum et praeb. etc. eccl. Ispalen. reservat. G. F. L. 1017 f. 126.

— | — | (11452) Petro Picardi fam. suo canonicatum eccl. Augusten. prov. Tarantas. confert, praebendam vero etc. reservat. G. F. L. 1018 f. 123.

— — | — | (11453) Episcopis Cavallicen. et Asculan. ac Officiali Tullen. mandat, ut Nicolao Remigii cler. Tullen. dioec., Mag. in artibus, par. ecclesiam de Saxuris dictae dioec. obitu Johannis de Balneis alias Magnini vac. conferant. „Literarum scientia". Arch. Lat. vol. B. f. 59.

— — | — | (11454—11455) Johannem Antonium ex nobilibus de Vezano cler. Lunen.-Sarzanen. dioec. et U. J. doctorem in locum Vaschi Marini officium sollicitatoris liter. apost. resignantis surrogat. „Literarum scientia" Paulo de Cesis canon. Spoletan. mandat, ut eum ad dictum officium admittat. „Hodie" Arch. Lat. tom. 33 f. 75, b; f. 76.

— — | — | (11456—11457) Antonio Michaelis Angeli canonico eccl. Civitat. Castelli O. S. Aug. et fam. suo par. ecclesiam S. Angeli Castri Citernae Civit. Castelli dioec. confert. G. F. Execut. deputat. „Hodie". Arch. Lat. tom. 38 f. 166 seqq.

— — | — | (11458—11459) Michaeli Ferraud cler. Claromonten. dioec. rectoriam ecclesiae B. Mariae Aquae Sparsae dictae dioec. ad certum tempus commendat et deinde confert. „Laudabilia". Execut. deputat. „Hodie" (Bregeon. Ph. de Agnellis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 43 f. 278, b seqq.

— — | — | (11460) M. P. „Intendentes eos, qui virtutibus et praesertim liberali studio incumbere cupiunt gratiis, favoribus et auxiliis prosequi, cumque Vitus Modestus alias Hebraeus jam certo tempore christianus effectus summopere affectet . . . literis operam dare velle, ut eo clarius et dilucidius christiana fides ei in lucem deveniat, quod tamen propter ejusdem, qui omnia bona sua judaica dereliquit, paupertatem facere nequit, ideo . . . dicto V. Modesto tam pro ejus alimentis et sustentatione quam satisfactione magistrorum, qui eum docebunt, constituimus et deputamus quantitatem ducatorum auri de C. 4 singulis mensibus per annos sex proxime futuros. Mandantes" etc. Archivio storico ital. S. III. t. III. P. 1 p. 216 (s. d.) [1].

— — | — | (11461) Andreae Matthaei de Albicis cubicul. suo et Cyriaco Ferrucio canon. Nepesin. et eorum collegis et substitutis ad prosecutionem inventionis et exactionis relictorum ad pias causas factorum et aliorum fabricae Princip. Apost. de Urbe per Julium PP. II. applicatorum facultates extendit, etiam quoad cogendi vim et punitionem hominum culpabilium. „Accepimus vos in prosecutione" (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 486; tom. 30 l. 2 p. 682. Ed. in libro: Privilegia, auctoritates . . . fabricae basil. Princ. Apost. S. Petri de Urbe, Romae 1559 f. 14, b—16, b.

7. Sept. (VII. Id. Sept.) | — | (11462) Mag. Jacobo Simoneta canon. eccl. S. Johannis de Modoetia Mediolanen. dioec. et U. J. doctori ac referendario suo indultum circa residentiam concedit. G. D. et F. L. 1206 f. 359.

— — | — | (11463) Ricardo Bromefeld magistro domus seu hospitalis S. Joh. Bapt. in Redecleff Pytt Villae Bristollie O. S. A. Bathonien. et Wellen. dioec., qui vicariam par. eccl. Omnium SS. dictae Villae Wigornien. dioec., antequam cum eo sufficienter dispensatum esset, assecutus est, omnem maculam et notam praemissorum occasione contractam abolet eique indulget, ut domum et vicariam praedict. retinere valeat. „Sedes Apostolica pia mater" L. c. f. 208.

— — | — | (11464) Guillermo Fortin Mag. Petri Lamberti lit. ap. abbrev. familiari confert ecclesiam par. S. Jacutti Briocen. dioec. „Vitae ac morum" L. 1020 f. 156.

— — | — | (11465) Spirito Trocheti confert canonic. et praeb. et Praeposituram eccl. S. Saturnini Vabren. dioec. obitu Joh. Bauderie vac. „Vitae ac morum" (Evang. | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Balbus | Marciaci. Coll. Attav.) L. 1024 f. 172.

— — | — | (11466) Lucerin. et Halberstadien. ac Havelbergen. episcopis mandat, ut Bussoni de Alvensleben cler. Halberstadien. dioec. canonicatum et praeb. eccl. Halberst. conferre curent. „Vitae ac morum" (Evang. | Grat. de mand. S. D. Chemin. | Gais. Coll. Attav.) L. 1019 f. 221.

— — | — | (11467) Philippo Galliano confert ecclesiam par. S. Bassiani de Livraga Lauden. dioec. ab Erasmo Galliano resignatam. „Vitae ac morum" L. 1023 f. 64.

— — | — | (11468) Antonio Vulteriano cler. Vercellen. dioec. pensionem ex Vercellen. ac Novarien. dioec. assignat. „Vitae ac morum" L. 1091 f. 80.

— — | — | (11469) Willelmo Barker perpet. vicario paroch. ecclesiae de Boney Eboracen. dioec. indultum circa beneficia a Julio PP. II. ipsi concessum confirmat. „Vitae ac morum" L. 1205 f. 284.

— — | — | (11470) Mag. Mercurio de Vipera causar. P. A. auditori mandat, ut Mag. Ferdinando

[1] Supplevimus dat. ex l. Introit. et exit. 552 f. 176, ubi vigore mandati 6. Sept. eodem die Vito olim Hebraeo 4 duc. soluti referuntur.

1514.

		de Fontecha cler. Abulen. et script. suo quaedam beneficia Oveten. dioec., si nemini sit jus quaesitum, conferat. G. D. et F. Arch. Lat. tom. 46 f. 237.
7. Sept. (VII. Id. Sept.)	Romae apud S. Petrum.	(11471—11472) Receptionem et admissionem Willelmi de Borbeke presb. in canonicum supranumerarium eccl. S. Severini Colonien. sub exspectatione praebendae inibi primo vacaturae per capitulum ejusd. eccl. factam confirmat. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie“ (Benzon | A. de Alvarottis | Campania) Arch. Lat. tom. 33 f. 144 seq.
— —	—	(11473) Priori, decano, archipresbytero, canonicis et capitulo eccl. Fulginaten. mandat, ut possessionem et fructus canonicatus et praeb. dictae eccl., quos quondam Seraphinus Cantagalli, Jacobi episc. Albanen. Card. Arboren. familiaris, obtinuit, amoto quolibet illicito detentore eidem Cardinali tradant et consignent, cui Pontifex canon. et praeb. praedict. ac nonnulla alia beneficia sic vacantia commendavit. „Nuper vacantibus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 492; tom. 30 l. 2 p. 694.
— —	—	(11474) Cardinali Strigonien. Legato scribit de pace inter Francorum et Angliae Reges constituta et de suo universalis pacis bellique contra Turcas movendi desiderio; ei significat se Regi Ungariae scribere, ut ipse operam et auctoritatem interponere velit ad eos principes, qui adhuc in armis sint, ad coeundam pacem adhortandos; Legatum paterne requirit, ut apud Regem hac in re diligenter agat. „Ad Nostras assiduas cogitationes“ (Sadol.) Brev. ad princ. tom. 5 f. 61.
— —	—	(11475) Wintonien. et Eboracen. episcopis. Laudat eorum labores, quos ad pacem eo tempore vehementer opportunam impenderunt, iisque gratias agit amantissimis verbis; „nos quidem, quando talis est instituta inter nos pulcherrimorum operum et sanctissimorum consiliorum conjunctio, pergamus ad praestantiora ineamusque societatem totius christianae fidei ab omni ignominia et assiduis damnis, quae perpessa est, in antiquam dignitatem vindicandae . . . hujus beatae spei rationem et fiduciam post Deum ipsum in istius Regis nova et incredibili virtute ac utriusque vestrum prudentia, pietate, industria benevolentiaque reposuimus“. „Vestros sanctissimos et maximos labores“ L. c. f. 174, b.
— —	—	(11476) Theodoricum de Schulemberch presb. Brandeburgen. dioec. et legum doctorem, consiliarium Joachimi Marchionis Brandeburgen. R. I. princ. Elect., coadjutorem in administratione Praeposituraе ruralis Ruppinen. Havelbergen. dioec. Henmugi de Glunden Praepositi deputat et eodem Henmugo cedente vel decedente ipsam Praeposituram ei confert. „Circumspecta Sedis Apostolicae“ (Colotius | Draco. Colardi | Bernardus. Coll. Amerin.) L. 1045 f. 123.
— —	—	(11477—11478) Petro Bassa cler. Barchinonen. dioec. accessum ad beneficium sub invocat. SS. Mariae et Eulaliae in eccl. Barchinonen. concedit. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie“. Arch. Lat. vol. H f. 205.
— —	—	(11479) N. N. mandat, ut possessionem et fructus par. eccl. S. Marinae de Frallari et capellaniae sive beneficii S. M. de Ferrera Oveten. dioec. capiant relaxandam et consignandos Francisco de Ruguilla cler. Seguntin. dioec. familiari suo, si literas sub plumbo expeditas exhibuerit. „Contulimus nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 488; tom. 30 l. 2 p. 689.
— —	—	(11480) Francisco de Minerbettis archidiac. Florentin., in cujus favorem monasterium S. Pauli de Razzolo Ord. Vallisumbr. Florentin. dioec. archidiaconatui praedicto univit, concedit, ut literas unionis hujusmodi intra bimestre expedire non teneatur. „Nuper cum Nos“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 491; tom. 30 l. 2 p. 692.
— —	—	(11481) Baptistae Rotulono Tolentin. notar. suo mandat, ut nomine Guarini Favorini cler. Camerinen. cubicularii et fam. sui possessionem et fructus capiat hospitalis Claravalletti de Tolentino dicto Guarino relaxandam et consignandos, si literas de collatione ipsi facta praesentaverit. „Contulimus nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 489; tom. 30 l. 2 p. 690.
8. Sept. (VI. Id. Sept.)	—	(11482) Johanni Bonacursis de Oricellariis canonicatum et praeb. eccl. S. Gangerici Cameracen. obitu Guillermi Varri vacantes confert. „Laudabilia“ (P. de Cesis | Grat. de mand. S. D. Draco | Madrigal. Coll. Attav.) L. 1015 f. 231, b.
— —	—	(11483) Vincentio Luna presb. et beneficiato in eccl. Valentin. surrogando confert canonic. et praeb. ejusd. eccl. obitu Jacobi Ortiz vac., si nemini jus sit quaesitum. „Vitae ac morum“ (Colot. | Chemin. Aloys. | Valtrini. Coll. H. de Cesis) L. 1027 f. 214.
— —	—	(11484) Christophoro van Suchten cler. Wladislavien. dioec, Mag. in artibus, literas par. ecclesiam SS. Laurentii et Elisabeth dictae dioec. ipsi concedentes confirmat. „Literarum scientia“ L. 1019 f. 75, b.
— —	—	(11485) Mag. Gundisalvo de Cabredo script. et fam. suo confert ecclesiam par. loci de Torreluenga Oxomen. dioec. G. D. et F. L. 1024 f. 25.
— —	—	(11486) Mag. Guillelmo Raymundi de Vic. canonico Valentin. et notario suo pensionem assignat super fruct. canonicatus ac praeb. eccl. Valentin. necnon ex Palentin., Le-

1514.

gionen. et Conchen. dioec. cum jure accessus ad dictos canonicat. et praeb. G. D. L. 1161 f. 203, b.

8. Sept. (VI. Id. Sept.) Romae apud S. Petrum. (11487) Johanni Doisseau presb. Andegaven. dioec., Licent. in legibus, commendat Prioratum de Jailleta O. S. A. dictae dioec. „Literarum scientia“ (Evang. | Suno | Valtrini. Coll. F. de Attav.) L. 1105 f. 275, b.

— — — (11488) Petro Garnerii fam. suo canonicatum et praeb. ecclesiae Viennen. obitu Guyneti de Torcheselone vac. confert. G. D. et F. (Blondus | Grat. p. script. brev. Draco. Colardi. | Marciaci. Coll. H. de Cesis) L. 1022 f. 264.

— — — (11489) Gerardo Bellati Mag. in artibus et Card. Vicecanc. fam. confirmat capellaniam ad altare S. Thomae Martyris situm in domo episcopali Augusten. ipsi non rite collatam et pensionem assignat. „Literarum scientia“ L. 1036 f. 111, b.

— — — (11490) Unionem ecclesiae par. B. M. loci de Clicio Nanneten. dioec., quae etiam collegiata existit, cum ecclesia par. de Ploevenez Foevant Corisopiten. dioec. in favorem Guillermi Cocu decretam consentiente eodem Guillermo dissolvit ac eam petentibus decano et capitulo praedictae eccl. B. Mariae mensae capitulari ejusd. eccl. perpetuo unit. A. P. R. M. „Ex injuncto Nobis“ (Colotius | Draco. Colardi | J. de Gais. Coll. Attav.) L. 1012 f. 230.

— — — (11491) Postquam ecclesia par. S. Sulpitii Diessen. Leodien. dioec., quae per unum ex canonicis *investitum* nuncup. monasterii B. Mariae de Tongloe Praemonstr. Ord. Cameracen. dioec. tamquam eidem monasterio unita teneri consueverat, in collegiatam est erecta, ad cujus Praeposituram abbas ejusd. monast. unum ex suis canonicis archidiacono Brabantiae in ecclesia Leodien. praesentare deberet, Sixtus IV. statuit, ut dicta Praepositura nulli nisi ejusd. monasterii canonico conferri deberet, ac voluit, ut canonicus ad eam per abbatem nominandus infra 4 menses pro nominationis confirmatione ad Sedem Apost. mittere teneretur. Ob locorum distantiam et varia discrimina ad preces abbatis et conventus dicti monast. Leo X. p. t. in dictam Praeposituram nominato et instituto indulget, ut etiam ante confirmationem istam Praeposituram administrare valeat, ita tamen, ut infra sex menses ad Sedem Apost. mittere et literas expedire teneatur. „A commisso Nobis desuper pastoralis officii ministerio non alienum“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 18 f. 135.

— — — (11492) Cavallicen. et Asculan. episc. ac Offic. Palentino mandat, ut Johanni Corneio cler. Palentin. dioec. et fam. suo, Alphonsi S. Theodori diac. Card. obsequiis insistenti, beneficium par. eccl. S. M. de Cubillas dictae dioec. conferre curent. G. F. L. 1052 f. 49.

— — — (11493) Laurentio tit. SS. Quatuor Coron. presb. Cardinali monasterium SS. Apost. Petri et Pauli de Citala O. S. Basilii Messanen. dioec. commendat. „Romani Pontificis providentia“ (Colot. | *Visa* Enckenw. | Guerrerius. Coll. H. de Cesis) L. 1047 f. 135.

— — — (11494) Confirmat concordiam inter Matthaeum tit. S. Angeli diac. Cardinalem, quem Julius II. Coadjutorem Leonardo archiep. Salzeburgen. deputavit, quas literas Leo X. confirmavit, et Praepositum decanum et capitulum ejusdem ecclesiae ad gravem discordiam evitandam initam. Tenor hujus concordiae inseritur. A. F. R. M. „Justum reputamus“ (Infra: *Visa* Draco | A. de Castillo. Coll. F. de Attav.) L. 1017 f. 172.

— — — (11495) Mag. Silvio Passerino cler. Cortonen., notario et fam. suo, pensionem assignat ex dioec. Mediolanen. G. D. et F. L. 1034 f. 133.

— — — (11496) Johanni Gazoldo fam. suo confert canonicatum eccl. Brixien., praebendam vero reservat. G. F. (Nasius | Grat. de mand. S. D. Chemin. Aloys. | Marciaci. H. de Cesis) L. 1014 f. 67.

— — — (11497—11498) Mag. Antonium de Castromorando cler. Claromonten. dioec. Ap. Sedis notarium creat. „Pii Patris altissimi“. Parisien. et Engolismen. episcopis mandat, ut ab ipso solitum fidelitatis debitae juramentum recipiant eique insignia notariatus tradant. „Cum Nos hodie“ L. 1018 f. 11 seq.

— — — (11499) Joh. Bapt. episcopo Valven. et Sulmonen. concedit, ut in praesentia duorum aut saltem unius abbatis degradare possit Sanctum Geruntium Populanum presb. Valven. dioec., qui Restainum Cautelmum Populi Comitem interfecit, ut iste debita poena per curiam saecularem affici valeat. „Cum sicut accepimus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 490; tom. 30 l. 2 p. 691.

— — — (11500) Cum suae mentis sit, etiam Judaeis privilegia illaesa servari, episcopo Carpentoraten. mandat, ut literas suas in forma brevis, quibus mandaverat, ut Judaei civit. Avenionen., Carpentoraten. et Comitat. Venaysin. deferrent signum bispertitum oblongum saltem longitudinis duorum palmorum crocei et rubei coloris, revocet neque ad aliud signum deferendum quam hactenus delatum eos cogat, ita ut loco parvae rotae in latere sinistro factae ex filo juxta mandatum Alexandri PP. VI. signum ex panno rubeo ad instar Judaeorum almae Urbis juxta ordinationem b. m. episcopi Miniaten.

1514.

tunc in partibus illis vicelegati habeant. „Licet alias“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 494; tom. 30 l. 2 p. 696.

8. Sept. (VI. Id. Sept.) | Romae apud S. Petrum. | (11501) Cum Leonardo Lauredano Venet. Principe urgente Maximiliano Imp. designato agit de causa Johannis Pauli Balionis, qui ab Hispanis, cum praefectum exercitus Venetorum ageret, captus, postea fide data revertendi dimissus et saepe redire jussus nunquam se viae dedit; illius loco Christophorum Frigipanem Maximiliani exercitus praefectum a Venetis captum dimittat. „Conquesti apud Nos sunt legati Maximiliani Rom. Imper. designati multis et quotidianis prope querelis, Johannem Paulum Balionem“ (Bemb.) Bibl. Vatic. cod. 3364 f. 175. Ed. Bemb. L. IX ep. 27 p. 72.

— — | — | (11502) Antonio de Luna fam. suo beneficium in par. eccl. loci de Gibraltar Gadicen. dioec. confert. G. F. L. 1021 f. 9.

— — | — | (11503—11504) Jacobo de Guarino rectori par. eccl. S. Juliani de Solofra Salernitan. dioec. dictam eccl. *capellaniam* nuncup. confert. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie“. Arch. Lat. tom. 32 f. 270 seqq.

— — | — | (11505) Johanni de Martinozio laico Senen. confirmat literas Sixti PP. IV., qui Alexandrae Simonis de Petronibus mulieri Senen. et successoribus jus patronatus par. eccl. *plebis* nuncup. loci de Pana Pientin. dioec. concessit, cum ipse ejusd. Alexandrae haeres, licet non immediatus existat. A. P. R. M. „Solet Romanus“ (Ph. de Agnellis | Campania) L. c. f. 118, b.

9. Sept (V. Id. Sept.) | — | (11506—11507) Albertus archiep. Magdeburgen. in archiep. Maguntin. electus exposuit, quod ab immemorabili tempore in civit. et dioec. Maguntin. inconcusse observatum et in usu habitum fuisset, quod archiepiscopi seu Electi Maguntini, quotiescunque rationabilis causa suberat, non solum pro eorum jucundo adventu aut subventione expensarum, quas in expeditionibus liter. apost. super confirmatione electionum suarum subibant, sed etiam pro supportandis quibusvis aliis oneribus de consensu capituli ejusd. eccl. Maguntin. subsidium charitativum clero dictarum civitat. et dioec. imponere licite possent; quod postea in dicta eccl. „schisma inter quondam Dietherum de Ysenberg et, cui cl. mem. Federicus III. imperator favebat, Adolphum de Nassaw, utroque eorum se in archiep. Maguntin. rite electum contendente, subortum ipsumque schisma crudele inter eosdem Dietherum et Adolphum pro electis in archiep. Magunt. se gerentes bellum subsecutum et in hujusmodi bello caedes, agrorum depopulationes, castrorum, villarum atque oppidorum direptiones et incendia perpetrata et dictae eccl. in ejus castris, oppidis et aliis bonis et prov. ad ejus mensam archiepiscop. pertinent. complura damna illata fuissent, adeo ut bona dictae mensae in 600000 flor. Rhenan. detrimentum sustinuisse aestimaretur et tertia pars castrorum . . . eid. mensae non remanserit, ipseque Dietherus etiam postquam a fel. rec. Pio PP. II. praedec. Nostro omni jure . . . privatus et a communione fidelium ejectus fuerat, quamdiu schisma hujusmodi duravit, meliora oppida et castra dictae mensae cum gravi illius jactura occupata detinuisset, tamen idem Pius praed. falso ei suggesto, quod archiepiscopus Magunt. p. t. existens maximis . . . proventibus abundabat . . . archiepiscopis p. t. existentibus Maguntin. eorumque vicariis . . ., ne ex tunc de caetero praefatis clero et colleg. ecclesiarum in dictis civit. et dioec. consistentium capitulis aliqua subsidia vel procurationes contra juris ordinem et Constitutionem Benedicti PP. XII. . . . cum solo capituli majoris eccl. Magunt. hujusmodi consensu de facto imponerent . . . inhibuit . . . sed non per id intendens in aliquo prohibere, quominus Electi Maguntini . . . charitativum subsidium semel dumtaxat et moderate a dictis clero et capitulis, pro jucundo adventu juxta consuetudinem eatenus observatam, necessitate vero urgente et habito ad hoc non solum capituli majoris eccl., sed et cleri praedictorum consensu vel de Sedis Ap. licentia speciali et non alias, subsidia charit. hujusmodi . . . exigere licite possent.“ Sed literae praedictae, sicut eadem petitio continebat, in usum receptae non fuerunt nec observatae, et Adolphus et denuo in archiep. Maguntin. electus Dietherus praefati ac quondam Albertus dictae eccl. Maguntin. perp. administrator ac Bertholdus ejusd. eccl. archiep. subsidia hujusmodi imposuerunt, donec subsidio charit. per eundem Bertholdum imposito tunc decani, camerarii et definitores sex congregationum sedium nuncup. videl. Sobernheym, Flanheym, Glene, Odernheym, Kirn et Monsterapffel locorum dictae dioec. ex eo, quod juxta dictas literas ad impositioni hujusmodi consentiendum convocati non fuissent, ad S. Sedem appellarunt, prout postea etiam in partibus Hassiae et Turingiae in grave praejudicium ejusd. mensae episcop. fiebat, cum Jacobus et successive Uriel archiep. Maguntini charitativa subsidia eidem clero imposuissent; pro parte Alberti archiep. praedicti literas Pii II. cassat et annullat ac inter alia, quae in favorem ejusd. Alberti statuit, archiepiscopos Maguntin., quoties rationabilis et manifesta causa per majoris et aliarum ecclesiarum intra et extra muros Maguntin. consistentium capitula examinanda exegerit et major pars dictorum capitulorum con-

1514.

senserit, a toto clero civit. et dioec. Maguntin. charit. subsidium petere et clerum ad id compellere posse decernit. A. P. R. M. „Romanus Pontifex“ (Colot. | Draco. Colardi | Salvius. Coll. Attav.) Decano majoris et Cantori S. Andreae Wormatien. ac Scholastico Spiren. ecclesiarum executionem demandat. „Hodie emanarunt“ (Infra: Salvius. Coll. Attav.) L. 1013 f. 149; f. 154, b.

9. Sept. (V. Id. Sept.) Romae apud S. Petrum. (11508—11509) Pro parte Alberti archiep. Magdeburgen. in archiep. Maguntin. electi, qui exponit, quod archiepiscopi Maguntin. p. t. existentes ad quoslibet beneficiorum collatores sive collatrices in dioec. Magunt. consistentes pro personis sibi dilectis ad consequendum beneficia preces primarias porrigere consueverint, et isti precibus hujusmodi ut plurimum obediverint, iisd. collatoribus mandat, ut dictas primarias preces recipiant iisque obediant; concedit, ut Albertus et archiepiscopus p. t. existens illos ad hoc compellere valeat, ita tamen, ut in uno dumtaxat beneficio graventur. A. P. R. M. „Ad sacram Petri Sedem“. Decano majoris et Cantori S. Andreae Wormatien. et Scholastico Spiren. ecclesiarum executionem committit. „Hodie a Nobis emanarunt“ (Lambert. Prato | Barotius) Arch. Lat. vol. F f. 87; f. 88.

— — — (11510) Christifidelibus, qui capellam B. M. des Ulmeaux prope castrum seu turrim de Oudonio Nanneten. dioec., ad quam ejus rector, Mag. Petrus Pimeulle cler. dictae dioec. ac notarius et familiaris suus, singularem devotionis affectum gerit, certis diebus visitaverint et pro eadem capella eleemosynas donaverint, indulgentias concedit. „Virgo venustissima et omnium virtutum floribus et aromatibus insignita“ (Carrot. | Grat. de mand. S. D. Chemin. | Cabredo. Coll. F. de Attav.) L. 1050 f. 163.

— — — (11511) Universis Christifidelibus, qui par. ecclesias S. Felicitatis in Valdifatona et S. Ausonii de Mazello Florentin. dioec., quas Mag. Baldovinetus de Baldovinetis Petri tit. S. Eusebii presb. Cardin. ex sorore nepos obtinet, certis diebus festis devote visitaverint et pro manutentione et reparatione earum manus adjutrices porrexerint, indulgentias concedit et confessoribus speciales facultates tribuit. „Si populus Israeliticus“ (Infra: Grat. de mand. S. D. Balbus | Casanova. Coll. S. de Spol.) L. 1018 f. 267, b.

— — — (11512—11513) Andreae Antonii Francisci de Luciis de Castronovo confert par. ecclesiam S. Blasii de Mori in Terranova Aretin. dioec. vac. resignatione Pauli Francisci de Luciis de Castronovo, cujus nepos dictus Andreas existit. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“ (A. de Alvarottis. G. de Prato | Barotius) Arch. Lat. vol. F f. 299; f. 300, b.

— — — (11514) Antonio Didaci parafrenario et commensali suo par. ecclesiam S. Mariae de Campenha Portugalen. dioec. confert. G. F. (Sadol. | Grat. de mand. S. D. Chemin. Aloys. | F. de Vega. Coll. F. de Attav.) L. 1008 f. 235, b.

— — — (11515) Magistro Bernardo Sculteti decano eccl. Warmien., decr. doct. ac causarum P. A. notario et fam. suo, concedit officium scriptoriae liter. apost. obitu Petri Cotini vac. G. D. (Gratiadei | Grat. p. notario Pal. Chemin. Aloys. | Valtrini. Coll. Attav.) L. 1020 f. 135.

— — — (11516) Matthiam de Jagov (al. Jagow) cler. Verden. de nobili et militari genere procreatum unum vel duo beneficia ad disposit. episc. et capit. Wratislavien. et Augusten. dioec. prov. Maguntin. pertin. reservat. „Nobilitas generis“ L. 1019 f. 229, b.

— — — (11517—11518) Eidem Matthiae concedit indultum circa benef. et residentiam. „Nobilitas generis“; de quo scribit Lucerin. et Cavallicen. episcopis ac Officiali Verden. „Hodie dil. filio“ L. 1205 f. 564, b; f. 567.

— — — (11519—11520) Universis in dignit. eccles. constitutis mandat, ut bona et jura a) Mag. Johannis Blanckfeldt cler. Brandeburgen. dioec., U. J. doct. et notarii sui et b) Bussonis de Alvensleven canon. Magdeburg. et U. J. doctoris defendant. „Militanti Ecclesiae“ L. 1205 f. 293; f. 297.

— — — (11521) Bussoni de Alvensleven can. Magdeburgen., Alberti archiep. Magdeburgen. et Joachim Marchionis Brandeburgen. S. R. I. Electoris ac decani et capituli Maguntin. ad S. Sedem Oratori destinato, unum vel plura beneficia ad disposit. episc. et capit. Magdeburgen. ac Halberstaden. et Hildesemen. pertin. reservat. „Nobilitas generis“ L. 1019 f. 222, b.

— — — (11522) Theodorico Zobel canonico Maguntin., U. J. doctori et Alberti archiepiscopi Magdeburgen. in archiep. Magunt. Electi necnon capituli eccl. Maguntin. apud S. Sedem Oratori destinato, reservat unum vel plura beneficia ad disposit. episc. et capituli Argentin. etc. pertin. et indultum circa beneficia concedit. „Nobilitas generis“ L. 1032 f. 237.

— — — (11523) Thomae ex Comitibus de Reineck canonico Maguntin., archiepiscopi Magdeburgen. ac Joachim Marchionis Brandeburgen. et capituli Maguntin. apud S. Sedem Oratori, reservat beneficia ad disposit. episc. et capit. Herbipolen., Bambergen. et Leodien. pertin. et indultum circa benef. concedit. „Nobilitas generis“ L. 1032 f. 241.

1514.

9. Sept. (V. Id. Sept.)	Romae apud S. Petrum.	(11524) Mag. Johanni Blanckenfeldt canonico Wratislavien., notario et fam. suo ac Alberti archiepisc. Magdeburgen. et Joachim Marchionis Brandeburgen. apud S. Sedem Oratori, beneficium cujuscunque valoris ad disposit. episc. et capituli eccl. Lubicen. pertin. reservat. G. D. et F. L. 1096 f. 111, b.
— —	—	(11525) Mag. Johanni Blanckenfeldt cler. Brandeburgen. dioec., U. J. doctori et notario suo, indultum circa beneficia concedit. G. D. L. 1205 f. 429.
— —	—	(11526) Martino Truchses de Bomersfelden, Alberti archiep. Magdeburgen. in archiep. Maguntin. electi et capituli eccl. Maguntin. ad S. Sedem Oratori destinato, unum B. Mariae ad Gradus intra et alium S. Petri extra muros Maguntin. ecclesiarum canonicatus confert et unam B. Mariae et aliam S. Petri ecclesiarum hujusmodi praebendas ac dignitatem, person., administr. vel officium alterius earund. eccl. necnon beneficium ad dispositionem episc. et capituli eccl. Wormatien. pertinens reservat. „Nobilitas generis“ L. 1036 f. 146.
— —	—	(11527—11528) Guerino Sanguyn canon. Constancien. canonicatum et de Guibono de Valle nuncup. praeb. eccl. Constancien. prov. Rothomagen. a Ludovico episc. Abrincen., cujus idem Guerinus nepos existit, resignatos confert. „Nobilitas generis“. Execut. deputat. „Hodie“ (Lambert. O. de Cesis | Campania) Arch. Lat. tom. 31 f. 340 seqq.
— —	—	(11529) Martino Goel perpet. vicario in eccl. Maguntin. et capituli Maguntin. ad S. Sedem Oratori destinato reservat unum vel plura beneficia ad dispositionem episcoporum Herbipolen. et Spiren. et capit. earundem necnon SS. Petri et Alexandri Aschaffenburgen. Maguntin. dioec. ecclesiarum pertinentia. „Vitae ac morum“ L. 1036 f. 150.
— —	—	(11530) Johanni Ginoti al. Guidonis cler. Antissiodoren. dioec. et baccal. in decr. commendat de Gaye *decanatum* nuncup. et de Geneville Cluniac. et S. Ben. Ord. Prioratus Trecen. et Rothomagen. dioec. obitu Joh. de Plantes vacantes. „Literarum scientia“ (Blondus | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Balbus | Valtrini. Coll. F. de Attav.) L. 1026 f. 244, b.
— —	—	(11531) Petro de Enzinas decretor. doctori et fam. suo confert archidiaconatum de Palenzuela in eccl. Burgen. una cum canonicatu et praeb. eccl. Palentin. G. F. (Gratiadei | Grat. de mand. S. D. Marciaci | De Contreras. Coll. Amerin.) L. 1095 f. 325.
— —	—	(11532) Aegidio Maximi canonico Viennen. et decretor. doctori canonicatum et praeb. eccl. Viennen. ipsi non rite collatos confirmat. „Literarum scientia“ (Gratiadei | Ingenw. | Valtrini. Coll. Attav.) L. 1145 f. 190, b.
— —	—	(11533) Reynhardo Comiti et Thomae ex Comitibus in Reynegk Custodi eccl. Maguntin. et Oratori capituli eccl. Maguntin. pro confirmatione postulationis Alberti archiepisc. Magdeburgen. in archiep. Magunt. electi destinato fratribus germanis necnon Reynardi uxori et liberis ac omnibus in temporali dominio dicti Comitatus p. t. existentibus in Quadragesima et omnibus diebus, quibus lacticiniis vesci non licet, esum lacticiniorum permittit. „In sacra Petri Sede“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 18 f. 206, b.
— —	—	(11534) Johanni Schenspergen (al. Schonspergen) rectori par. eccl. *capellae* nuncup. S. Laurentii de Folganda Tridentin. dioec. literas confirmat, quibus ipsi Julius PP. II. dictam ecclesiam contulit. „Vitae ac morum“. Arch. Lat. tom. 33 f. 177, b.
— —	—	(11535—11536) Dominico de Praeclaris presb. Divasten. dioec., qui omni juri ad eccl. praedictam sibi competenti cedit, omnes ejus fructus reservat. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 278, b seqq.
— —	—	(11537—11538) Johanni Baptistae Branconio cler. Aquilan. et fam. suo Praeposituram eccl. Oscen. resignanti duas ex tribus partibus redituum dictae Praeposituraе per Philippum de Urries Praepositum solvendas reservat. G. F. Execut. deputat. „Hodie“ L. 1039 f. 283 seq.
— —	—	(11539) Episcopis Cavallicen. et Asculan. ac Offic. Oscen. mandat, ut Praeposituram praedictam obitu Jacobi de Urries vac., quam praefatus Johannes Bapt. literis de concessione ipsi facta non confectis resignat, Philippo de Urries Cantori eccl. Oscen. et decr. doctori conferant. G. F. (J. B. Nasius | Grat. de mand. S. D. Chemin. Aloys. | Andreae. Coll. F. de Attav.) L. c. f. 285, b.
— —	—	(11540) Joachimo de Monteacuto clerico Vivarien. dioec. Prioratum B. Mariae de Spoluca O. S. A. Forojulien. dioec. a monasterio B. Mariae de Piniaco Ord. et dioec. praedict. dependentem et cessione Johannis episc. Apten. vac. commendat. „Nobilitas generis“ (Carrot. | Balbus. De S. Joh. p. comp. | Cheminart. Coll. F. de Attav.) L. 1017 f. 204.
— —	—	(11541) Joachim Marchioni Brandeburgen. ejusque successoribus concedit jus patronatus et praesentandi personas idoneas ad Praepositurаs Brandeburgen. et Havelbergen. ecclesiarum, quae olim Praemonstr. Ord. nunc ad statum saecularem reductae a Marchionibus Brandeburgen. fundatae et dotatae fuerunt, quas Fridericus Bricik Brandeburgen. et Christianus Wilske Havelbergen. ecclesiarum Praepositi obtinent,

1514.

si dotem utriusque Praepositurae ad quartam partem ipsius dotis auxerit. „Eximiae devotionis“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 35 f. 122.

9. Sept. (V. Id. Sept.) | Romae apud S. Petrum. | (11542) Brixiae gubernatorem hortatur, ut velit efficere, ut procuratores Bernardi tit. S. Mariae in Porticu diac. Card. de Bibiena, qui abbatiam SS. Gervasii et Protasii illius civitat. anno superiore de consensu Caesar. Majestatis adeptus est, tamen de ejusdem abbatiae possessione ac de fructibus est deturbatus sub praetextu, quod illa abbatia dicti Card. non sit, sed Card. Cornelii, in ejus possessione manuteneantur et fructus integre percipiant. „Cum dilectus filius“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 498; tom. 30 l. 2 p. 703.

— — | — | (11543) Communitati Montisflorum mandat, ut Johanni Thomae de Manfredis fam. suo, cui archipresbyteratus ejusd. terrae Montisflorum obitu episcopi Comaclen. vac. collatus est, in capienda et retinenda dicti archipresbyter. possessione assistant et faveant. „Cum nuper de archipresbyteratu“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 499; tom. 30 l. 2 p. 704.

— — | — | (11544) Cardinalem Ferrarien. hortatur, ut praefatae provisioni Johanni Thomae de Manfredis factae favere velit. „Vacante nuper“. Brev. tom. 2 n. 500; tom. 30 l. 2 p. 705.

— — | — | (11545) Vicario episcopi Tarvisin. mandat, ut occurrente vacatione par. eccl. S. Joh. de Brancado Tarvisin. dioec. ejus possessionem capiat et personae Pontifici gratae et acceptae, si lit. sub plumbo exhibuerit, tradendam conservet. „Nuper parochialem“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 495; tom. 30 l. 2 p. 698.

— — | — | (11546) Cardinalem Auxitan. Legatum civitat. Avenionen. et Comitatus Venaysin. hortatur, ut Franciscum de Villanova fam. suum, quem rectorem dicti Comitatus constituit, eodem rectoratu uti, frui et gaudere permittat. „Grata dil. filii“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 493; tom. 30 l. 2 p. 695.

— — | — | (11547) Prioribus et universitati terrae Montis Bodii officium inventionis, denuntiationis et accusationis damnorum territorii et districtus Montis Bodii potestariae ejusd. terrae unitum, sicut ex longa et approbata consuetudine ipsis licebat, vendendi et alienandi facultatem concedit. „Superiori anno“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 496; tom. 30 l. 2 p. 700.

— — | — | (11548) Joh. Baptistae Spinello Comiti Cariati, Veronae pro Caes. Majest. gubernatori, scribit in causa Bernardi S. M. in Porticu diac. Card. de Bibiena, ut in possessione abbatiae S. Trinitatis Veronen. atque abbatiae SS. Gervasii et Protasii Brixien. eundem Card. molestari non permittat. „Commendavimus superiori anno“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 497; tom. 30 l. 2 p. 701.

— — | — | (11549) Gratias agit Angliae Regi pro liberalitate, quam erga episcopum Wingornien. ratione intercessionis Pontificis se ostensurum promisit. „Non dubitabamus“. Brev. ad princ. tom. 5 f. 199, b.

— — | — | (11550) Eidem (clausulae priori epist. adjunctae) exponit desiderium cordis sui de pace universali obtinenda et ipsum rogat, ut suasionibus ac consiliis apud alios Reges agat, ut suis privatis simultatibus atque inimicitiis vel extinctis penitus vel in aliud tempus dilatis communi nunc saluti inserviant. „Atque hoc scribentibus“ L. c. f. 199, b.

— — | — | (11551—11552) Simili modo Regibus Hispaniae et Portugalliae scribit. „Atque hoc scribentibus“. Brev. ad princ. tom. 5 f. 200[1].

— — | — | (11553) Alphonso Duci Ferrariensium commendat Thaddaeum Gilinum, virum sororis Jacobi Sadoleti, qui in ejus ditione magistratum aliquem per triennium vel biennium gerere cupit. „Jacobum Sadoletum civem tuum, cujus egregia et fideli opera scribendis epistolis quotidie utimur, ob ejus excellens atque praeclarum ingenium optimarumque artium singularem doctrinam et praestantem omni virtutum genere animum magnopere amamus“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 176. Ed. Bemb. L. IX ep. 28 p. 72.

10. Sept. (IV. Id. Sept.) | — | (11554) Praecentori Vivarien. et Peregrino Cotini canon. Avenionen. et Officiali Avenionen. mandat, ut Aymarum de Chasta Praeceptorem domus Valriaci O. S. Aug. Vasionen. dioec. in pacifica possessione dictae Praeceptoriae a monasterio S. Antonii de S. Antonio Viennen. dioec. dependentis contra Carolum de Vaulguier defendant, mandans, ut vocatis et auditis hinc inde propositis hanc causam fine debito terminent. „Humilibus“. Arch. Lat. vol. H f. 204.

— — | — | (11555—11556) Sancio de la Torre baccal. in decr. confert archipresbyteratum ruralem loci de Avia et quaed. beneficia Palentin. et Burgen. dioec. permutat. causa a Joh. de Burgos resignata. „Literarum scientia“. Execut. deputat. „Hodie“. Arch. Lat. vol. K f. 201, b seqq.

[1] Haec tria docum., quae inscriptionem *clausulae adjunctae* habent (nn. 11550—11552), temporis nota carent, sed ad hanc diem referenda videbantur, quia de eadem re agunt, et quia primum eorum praecedenti epist. (n. 11549) in codice annexum ejus appendix esse videtur.

1514.

10. Sept. (IV. Id. Sept.) | Romae apud S. Petrum. | (11557—11558) Eidem pensionem reservat super fruct. canonic. et praeb. eccl. Salamantin., quos resignat. „Literarum scientia“. Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 196, b seq.

— — | — | (11559—11560) Mag. Johanni de Burgos notar. suo canonicatum et praeb. eccl. Salamantin. a praefato Sancio de la Torre resignatos confert. „Apostolicae Sedis“. Execut. deputat. „Hodie“ (Benzon. A. de Alvarott. | Barotius) L. c. f. 200 seq.

— — | — | (11561—11562) Altobello episc. Polen. cum jure regressus loco pensionis ann. fructus canonicatus et praeb. eccl. Brixien., qui resignatione ipsius vacantes Pompejo de Averoldis cler. Brixien. conferuntur, reservat. „Personam tuam“. Executores deputat. „Hodie“. Arch. Lat. vol. 31 f. 199, b; f. 200, b.

— — | — | (11563) Episcopis Segobien. et Cavallicen. ac Officiali Toletan. mandat, ut Alphonso Ferdinandi de Ossaguera cler. Toletan. par. ecclesiam S. Petri oppidi Civitatisregalis Toletan. dioec. conferant. „Vitae ac morum“. Arch. Lat. tom. 37 f. 132.

— — | — | (11564) N. N. nonnulla committit super executione aliarum literarum, quibus concedebatur facultas alienandi aliqua bona minus utilia ad monast. S. Trinitatis Caven. O. S. B. Congreg. Casinen. spectantia aeris alieni, quo ipsum mon. gravabatur, dimittendi gratia. „Cum alias“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 501; tom. 30 l. 2 p. 706.

— — | — | (11565) Regem christianissimum denuo hortatur, ut restitui faciat L. tit. S. Susannae presb. Card. Agennen. fructus dictae eccl. Agennen. per officiales regios perceptos. „Cum superioribus mensibus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 504; tom. 30 l. 2 p. 713.

— — | — | (11566) Oratorem Florentin. apud Regem christianissimum monet, ut supradicto Card. in eod. negotio faveat. „Quoniam eccl. Agennen. fructus“ (Ja. Sadol.) Brev. tom. 2 n. 505; tom. 30 l. 2 p. 714.

— — | — | (11567) Potestati Civitaecastellanae, qui occasione repressalium ipsi commissarum contra communitatem Senarum ad instantiam Joh. Pauli de Pagnanis mercatoris Mediolan. retinuerat certam quantitatem serici spectantem ad haeredes Jacobi de Venturis et Minum de Agazaria ac socios mercatores Senen. Rom. Cur. sequentes, mandat sub certis poenis, ut iisdem haeredibus dictam quantitatem serici libere relaxet, cum mercatores almam Urbem inhabitantes ab omni repressalium onere tuti esse debeant. „Intelleximus te“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 502; tom. 30 l. 2 p. 710.

— — | — | (11568) Gubernatori provinciarum Campaniae et Maritimae sive locumtenenti mandat, ut praecipiat abbatissae et monialibus monast. S. Clarae Ferentin. civit. et Fabio Constantini cler. Ferentin. asserto rectori eccl. S. Benedicti extra muros dictae civit. aut agentibus pro eis, ut intra 8 dies compareant coram J. Card. de Medicis jus suum recepturi in quadam causa, quae super possessione nonnullorum bonorum inter eosdem vertebatur. „Per alias Nostras“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 503; tom. 30 l. 2 p. 711.

— — | — | (11569) Rectoribus, gubernatoribus, locumtenentibus, prioribus, potestatibus, judicibus ac executoribus prov. Marchiae et Ducatus Spoletan. mandat, ut amotis Hieronymi Crescentii ac socior. procuratoribus et substitutis Sebastianum Saulum ejusque socios ac pro eo agentes ad administrationem salariarum Marchiae et Ducatus Spoletan. illarumque fructuum perceptionem admittant. „Quoniam controversia“ (Sadoletus | H. de Cesis) Div. Cam. t. 64 f. 18.

— — | — | (11570) Imperatori gratias agit quam maximas pro benevolentia, qua fratres de Malaspina affines Pont.[1] in fraternum familiae feudum restituit et in gratiam suam recepit; promittit, se circa eos affines, qui rei ecclesiasticae sese dediderunt, Imperatoris commendationem respecturum. „Majestatis tuae“. Brev. ad princ. tom. 5 f. 62. Ed. Sadol. ep. 33 p. 42.

11. Sept. (III. Id. Sept.) | — | (11571—11572) Christophoro Welser cler. Augusten. dioec., U. J. doct. ac script. et fam. suo, qui liti et causae super canonicatu et praeb. ecclesiae Herbipolen. obitu Alberti de Bibra vac. inter ipsum et Martinum Truchses pendenti cedit, assignat pensionem an. ex eorum fructibus per Martinum praedictum solvendam. G. D. et F. Cavallicen. et Augusten. episcopis ac Officiali Herbipolen. executionem committit. „Hodie cum dil. filius“ L. 1025 f. 282; f. 285.

— — | — | (11573—11574) Eidem aliam pensionem an. super fructibus canonicatus et praeb. eccl. Spiren., quos idem Martinus obtinet, reservat, eique in certum eventum ad canonicatum et praeb. eccl. Herbipolen. praedict. regressum concedit. G. D. et F. Cavallicen. et Augusten. episcopos ac Officialem Spiren. executores deputat. „Hodie dil. filio“ L. 1025 f. 283, b; f. 283.

— — | — | (11575) Lanceloto Pascalis, qui perpet. capellaniam ad altare S. Catharinae situm in par. eccl. S. Quintini Anicien. dioec., non tamen pacifice, obtinet, Prioratum

[1] Ricciarda, filia Alberti Malaspinae et Lucretiae Estensis, nupserat Laurentio Cibo, filio Magdalenae Mediceae, sororis Leonis X. (Not. in ed. Sadol. p. 214.)

1514.

		saecularem S. Genovefae de Senhalaco Ruthenen. dioec. obitu Joh. de Turre vac. confert. „Vitae ac morum“ (Castilion. | Marciaci. Corbin. | Madrigal. Coll. Donatus) L. 1037 f. 35.
11. Sept. (III. Id. Sept.)	Romae apud S. Petrum	(11576—11577) Antonio Labret presb., Mag. in artibus, par. ecclesiam de Plannosello Bisuntin. dioec. a Petro Leuret resignatam confert. „Literarum scientia“. Execut. deputat. „Hodie“. Arch. Lat. vol. F. f. 201, b seqq.
— —	—	(11578) Archipresbytero eccl. Perusin. mandat, ut Leonardo Benedicti de Pantano cler. Perusin. S. Caeciliae in suburbio Perusin. et S. Mariae de Castro Perusin. dioec. ecclesias, si idoneus sit, conferat. „Dignum“ (O. de Cesis | Campania) Arch. Lat. tom. 13 f. 226, b.
— —	—	(11579) Pro parte decani et capituli eccl. Ispalen. ordinationem ipsorum ab archiepiscopo Ispalen. approbatam, qua statuerunt, ut canonici et portionarii et aliae personae dictae eccl. recreationis seu negotiorum causa extra dictam civitatem, non tamen extra dioec., certis diebus absque alia speciali licentia abesse possent et nihilominus certa emolumenta lucrarentur, necnon ut in processionibus in dicta ecclesia ferialibus diebus celebrandis usus capparum sericarum cessaret, approbat. A. P. R. M. „Pro commissi Nobis desuper“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 39 f. 48, b.
— —	—	(11580) Bendinello tit. S. Sabinae presb. Card. pensionem super fruct. Prioratus S. Marci Asten. Ord. Crucifer., quem Scipio de Rotariis monachus dicti Ord. in commendam obtinet, assignat. „Ad personam tuam“ L. 1016 f. 12, b.
— —	—	(11581) Antonio de Zaudemariis Praeceptori domus S. Johannis Parmen. Hospit. S. Joh. Hieros. pensionem assignat super fruct. Praeceptoriae domus B. Mariae de Villanterio Papien. dioec. ab ipso permutat. causa resignatae per Aurelium de Botigellis, qui Praeceptoriam praedict. domus S. Joh. ead. de causa resignavit, solvendam. „Religionis zelus“ L. 1085 f. 249.
— —	—	(11582) Decano eccl. S. Guidonis Spiren. et Officiali Spiren. mandat, ut Praeposituram eccl. S. Trinitatis alias Omnium SS. Spiren., quae inibi dignitas principalis exsistit, obitu Johannis de Eremberg vac. Gerardo de Ponte cler. Colonien. dioec. conferre curent, si vocatis vocandis eam vacare repererint. „Vitae ac morum“ (Blondus | Grat. p. fam. assist. [Hieron. Benzon] Balbus. Gibraleon | Cabredo. Coll. Narnia) L. 1031 f. 136, b.
— —	—	(11583) Episcopo Cavallicen. et archidiacono Vicentin. et Johanni de Robertis canon. Paduan. mandat, ut Francisco Marchionis cler. Vicentin. dioec. par. ecclesiam *archipresbyteratum* nuncup. B. Mariae de Orliano dictae dioec. conferant. „Vitae ac morum“. Arch. Lat. tom. 40 f. 93.
— —	—	(11584) Capitulo eccl. Vercellen. praecipit, ut restituant Amadeo de Berutis J. U. doctori et almae Urbis gubernatori pecunias persolutas pro assequenda possessione canonicatus et praeb. dictae eccl., in quibus postea se nullum jus habere reperit, cum illos ad Sylvium Passerinum not. et datarium Pontif. spectare cognoverit. „Exposuit Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 506; tom. 30 l. 2 p. 715.
— —	—	(11585) Maximilianum Sfortiam Ducem Mediolani hortatur, ut ipsius ope et opera Joh. Ant. Orphaeus episc. Calinen., Praelatus suus domest., manuteneatur in possessione Prioratus S. Pelagiae et annexi Prioratus S. Margaritae Ord. S. Marci Cremonen., quam vigore juris regrediendi in beneficia eccles. quondam Caroli Orphaei ejus fratris adeptus fuit. „Dudum venerabilis frater“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 508; tom. 30 l. 2 p. 718.
— —	—	(11586) Mantuae Marchioni Gonzagae. Enixe eum hortatur, ut Joh. Ant. Orphaeum episc. Calinen. manutenere velit in possessione Prioratus S. Marci Mantuan., quam vigore juris regrediendi in beneficia eccles. quondam Caroli Orphaei ejus fratris adeptus fuit. „Dudum venerabilis frater“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 507; tom. 30 l. 2 p. 719.
— —	—	(11587) Locumtenenti Legati provinciae Marchiae Anconitanae mandat, ut Hieronymo de Albicis custodiae equitum levis armaturae capitaneo, cui nonnulla in terra Murrivallium peragenda commisit, plenam fidem adhibeat. „Commisimus dil. filio“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 509; tom. 30 l. 2 p. 721.
— —	—	(11588) Maximiliano Sfortiae Vicecomiti Duci Mediolani maximas gratias agit, quod Alexandrum episc. Alexandrinum ac referendar. suum dom. et Praelat. assist. in beneficiis ejus et praecipue in Praepositura S. Joh. de Caputio, in qua a fr. Jacobo Stampa Ord. Humiliat. injuste molestabatur, defenderit; ipsum rogat, ut favere velit Alphonso Horto fam. suo, quem praef. episcopus ad negotia beneficior. suorum melius disponenda Alexandriam mittit. „A venerabili fratre“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 510; tom. 30 l. 2 p. 721.
— —	—	(11589) Duci Mediolani commendat Jacobum de Gurcellis, Joh. de Bonaval aliosque S. Joh. Hieros. equites in Galliam recedentes, ut ipsis per loca dominii ejusd. Ducis

1514.

		securus pateat accessus. „Cum in praesentia“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 512; tom. 30 l. 2 p. 727.
11. Sept. (III. Id. Sept.)	Romae apud S. Petrum.	(11590) Cum pendente causa inter Franciscum episc. Salamantin. et Alphonsum archiep. Compostellan. super validitate literar. exemptionis episc., ecclesiae, civitat. et dioec. Salamantin. ab omni jurisdictione dicti archiep. idem archiep. contra praefatum episcopum et suos excommunicationem et alias censuras et poenas promulgaverit et deinde Pontifex suas literas revocaverit, eundem Franciscum suosque a censuris et poenis praedictis ad cautelam absolvit. „Exponi Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 511; tom. 30 l. 2 p. 723.
12. Sept. (Prid. Id. Sept.)	—	(11591) Mauritio Ferwer causar. P. A. notario et fam. suo confert canonic. et praeb. eccl. Treveren. obitu Johannis de Schonberg vac. G. D. et F. (A. Melfit. | Grat. p. not. Rotae. Marciaci. Corbin. | Valtrini. Coll. B. de Alexandris) L. 1026 f. 303.
— —	—	(11592) Jacobo Brusco fam. suo capellam *abbatiam* nuncup. S. Martinelli Neapolitan. confert. G. F. L. 1024 f. 12, b.
— —	—	(11593) Petrum Boniamoris cler. perp. beneficiatum *hebdomadarium* nuncup. in eccl. B. Michaelis Castri Novi de Arrio S. Papuli dioec. a simoniae labe absolvit, super irregularitate cum eo dispensat et ad beneficia obtinenda habilem reddit. „Indefessa clementia“ L. 1035 f. 179.
— —	—	(11594) Joh. Baptistam advoc. consistor. deputat castellanum arcis Proceni ad annum. „Literarum scientia“ (Sadol.) Div. Cam. tom. 72 f. 120.
— —	—	(11595) Gabrieli archiepisc. Baren., Praelato suo domest., ad visitandam eccl. suam proficiscenti salvum conductum concedit. „Proficiscitur inpraesentiarum“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 511 A; tom. 30 l. 2 p. 726.
— —	—	(11596) Mag. Petro Bembo cler. Venetiar. secretario suo cedente aut decedente Nicolao Bruno regressum ad par. eccl. *archipresbyteratum* nuncup. B. Mariae de Caltran Paduan. dioec. concedit. G. D. et F. L. 1039 f. 87, b.
— —	—	(11597) In favorem Nicolai Bruni rectoris par. eccl. B. Mariae de Cendrolis Darnese Tarvisin. dioec. cum dicta eccl., quamdiu eam obtinuerit, ecclesiam par. B. Mariae de Caltran Paduan. dioec. unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ L. 1041 f. 187.
— —	—	(11598) Mag. Benedicto Balandrini legum doctori, script. et fam. suo, confert par. ecclesiam S. Petri Coysiaci Lugdunen. dioec. G. D. et F. L. 1008 f. 127, b.
— —	—	(11599) Michaelem Ermenier cler. Redonen. dioec. et arch. Rom. Cur. scriptorem in suum ac apost. Sedis acolythum capellanum recipit. „Virtutibus clarens“ (Evang. | Gr. p. script. arch. Marciaci. Barotius p. comp. | Valtrini) L. 1205 f. 272.
— —	—	(11600) Jacobo Ruselario et Lucae de Aretio salariae Urbis dohaneriis sociisque eorum mandat, ut de pecuniis dictae salariae ad Cam. apost. spectant. Francisco de Castilione cler. Januen. fam. suo 1015 duc. et carlen. 5 ratione expensarum per eund. in coronatione Julii II. praed. factarum solvant. „Cum in Camera“. Div. Cam. tom. 64 f. 62.
— —	—	(11601) Episcopo Cavallicen. et Cantori ac Officiali Nanneten. mandat, ut Roberto Quenouart (Ind. Quenguart) presb. Nanneten. ecclesiam par. SS. Petri et Pauli de Locoferri al. de Lonysfer Nanneten. dioec. conferre curent. „Vitae ac morum“ L. 1020 f. 147.
— —	—	(11602) Ex tempore, quo Sixtus PP. IV. collegium notariorum causar. P. A. stabilivit, nonnulli ex iisd. notariis in instrumentis et registris conficiendis plura vitia commiserunt et taxas multifariam sunt transgressi; observationem eorum, quae in Constitutione de reformatione officiorum Cur. Rom. sacro approbante Concilio edita statuta sunt, cautius et magis particulariter providens officium et nomina thesaurarii et deputatorum in dicto collegio perpetuo supprimit et eorum loco officium unius mensarii et quatuor visitatorum perpetuo erigit, massam communem pro eod. collegio instituit aliaque ad removendos abusus statuit; notarios ipsos in suos et S. Sedis famil. continuos commensales recipit. A. P. R. M. „Inter ceteros Romanae Curiae officiales“ (*Visa* Cheminart | D. de Comitibus) L. 1195 f. 186.
— —	—	(11603) Alphonso Suarez rectori par. eccl. B. Mariae loci de Sabugal Lamacen. dioec. et fam. suo, qui omni juri ad eccl. par. S. Joh. loci et dioec. praedict. ecclesiae praefatae B. M. alias unitam, de qua cum Christophoro de Zigueiredo canon. Lamacen. litigavit, renuntiat, pensionem super fruct. ejusd. eccl. S. Joh. per Christophorum praedictum solvendam assignat et regressum seu accessum ad eand. eccl. concedit. G. F. L. 1087 f. 266, b.
— —	—	(11604) Ascanio Ruffino confert S. Genesii sine cura ac S. Jacobi de Gabiano necnon S. Andreae de Villaclara alias Villagrana par. ecclesias Brixien. dioec. „Vitae ac morum“ L. 1096 f. 25.
— —	—	(11605) Bernardo S. Maria in Porticu diac. Cardinali Prioratum S. Mariae Magdalenae terrae Cremae O. S. A. Placentin. dioec. obitu Martini de Calderonibus vac. com-

1514.

mendat. „Dum exquisitam tuae“ (Colot. | *Visa* Draco | Cyprian. Coll. Attav.) L. 1011 f. 146.

12. Sept. (Prid. Id. Sept.) Romae apud S. Petrum. (11606) Abbatibus S. Juliani de Samos et S. Vincentii de Monforte monasteriorum Lucen. dioec. ac Officiali Lucen. mandat, ut Prioratum S. Vincentii de Ponheyro Clun. Ord. Lucen. dioec. Mag. Francisco de Gomiel cler. Burgen., notario et fam. suo, commendent, amoto exinde Alphonso de la Torre pro monacho O. S. B. se gerente et quolibet alio illicito detentore. G. D. et F. (Castilion | Grat. p. socio | Valtrini. Coll. H. de Cesis) L. 1037 f. 195, b.

— — — (11607) Martino Santii ejusque consortibus, qui pro clericis se gerunt, mandat, ut intra sex dies archidiaconatum de Naiera in eccl. Calaguritan. et quaedam beneficia in S. Ellae et S. M. Magdal. ecclesiis Corduben. aliaque beneficia Seguntin. dioec., quae injuste detinent, Bernardino episc. Sabinen. eorum commendatario tradant. A. F. R. M. „Ad Romani Pontificis auctoritatem“ L. 1206 f. 368.

— — — (11608) Bendinello tit. S. Sabinae presb. Card. concedit indultum circa visitationem ecclesiarum, monasteriorum etc. intra limites ecclesiae Albinganen., quam in administrationem obtinet, consistentium. „Quanto Romanam Ecclesiam“ L. 1206 f. 371, b.

— — — (11609) Decano eccl. Seguntin. mandat, ut Hieronymo de Valdimeso cler. Seguntin. dioec. archipresbyteratum ruralem de Molina dictae dioec. a Gundisalvo de Salazar resignatum ad certum tempus commendet et deinde, si idoneus sit, conferat. „Laudabilia“. Arch. Lat. tom. 32 f. 291.

— — — (11610) Praeposito eccl. SS. Stephani et Agnetis de Garlate Mediolanen. dioec. mandat, ut par. ecclesiam S. Martini de Blassono dictae dioec. resignatione Martini de Pirobano vac. Petro de Pirobano presb. et praefati Martini nepoti, si idoneus sit, conferat. „Dignum“. Arch. Lat. tom. 32 f. 151.

— — — (11611—11612) Guillelmo de Vegio Mag. Petri Lamberti lit. ap. abbreviatoris affini canonicatum et praeb. Geben. resignatione Petri Gerii vac. confert. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie“ (O. de Cesis. Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 33 f. 25 seqq.

— — — (11613) Vicario gen. episc. Ariminen. mandat, ut par. ecclesiam *plebem* nuncup. S. Pauli de Monteflori Ariminen. dioec. obitu Thomae episc. Comaclen. vac. Petro Antonio Fusti scholari dictae dioec., praefati Thomae nepoti, ad certum tempus commendet, si cleric. charactere insignitus fuerit, et deinde, si idoneus sit, eam ipsi conferat. „Laudabilia“ L. c. f. 53, b.

— — — (11614—11615) Pro parte Johannis episcopi Caurien., qui singularem devotionem ad B. M. V. et ejus sanctam Conceptionem gerens in par. eccl. B. Mariae de Mercado oppidi de Berlonga Seguntin. dioec. capellam seu altare sub invocatione et in honorem ejusdem Conceptionis suis impensis aedificari fecit et a Julio II. obtinuit, ut eid. capellae quaed. benef. incorporarentur, beneficium in par. eccl. loci de Romanillos de Atienca ejusd. dioec. dictae capellae perpetuo unit. A. P. R. M. „Ex supernae dispositionis arbitrio“. Execut. deputat. „Hodie a Nobis“ (A. de S. Severino. Benzon | Campania) L. c. f. 87, b seqq.

— — — (11616—11617) Inserens Constitutionem Julii II. (incip. A. P. R. M. „Ad sacrum Ordinem“ 1504 XII. Kal. Mai. Pont. an. I.), in qua literae Sixti IV. (incip. A. P. R. M. „Dudum attenta meditatione“ 1477 Kal. April. Pont. an. VI.) insertae sunt, pro parte Provincialis provin. Turonen. Ord. B. M. V. de Monte Carmelo ac Prioris domus B. M. Andegaven. dicti Ord. et fratrum ejusd. domus, ad quam propter famosam Universitatem Studii gener. in civit. Andegaven. etiam in facultate theologiae vigentis et ipsius domus, quae vetusta existit, devotionem quam plures ejusd. Ord. fratres, licet dicta domus nullos proprios proventus nec annuos redditus habeat, confluunt, literas praeinsertas et omnes alias indulgentias, non tamen plenarias, et privilegia ac immunitates per Rom. Pontifices dicto Ordini concessa, quoad dictam provinciam, necnon confraternitatem in praefata domo institutam, quoad dioec. Andegaven., approbat et confirmat et illius confratribus et aliis ecclesiam dictae domus aliasque ejusd. Ord. ecclesias visitantibus indulgentias concedit. A. P. R. M. „Cum ad uberes fructus“. Executionem committit archiepisc. Turonen. et episc. Nanneten. ac abbati monasterii S. Albini Andegaven. dioec. „Hodie quasdam literas“ (Lambert. G. de Prato | Campania) L. c. f. 313, b; f. 324.

— — — (11618) Johanni Jacobo de Buncis perpet. capellano ad altare S. Catharinae in eccl. Asten. indultum circa residentiam concedit. „Nobilitas generis“. Execut. deputat. „Hodie“. Arch. Lat. vol. K f. 268, b seq.

— — — (11619) Vicario gen. episc. Vicentin. mandat, ut par. ecclesiam *archipresbyteratum* nuncup. B. M. Castri Artignani Vicentin. dioec. ab Aloysio de la Nigra resignatam Sebastiano Francisci de la Nigra cler. dictae dioec. et ejusd. Aloysii nepoti, si idoneus sit, conferat. „Dignum“. Arch. Lat. vol. B f. 60, b.

1514.

12. Sept. (Prid. Id. Sept.) Romae apud S. Petrum. (11620) Executorem nominat, qui beneficium in par. eccl. S. Laurentii Ulixbonen. a Joh. Vicoso resignatum Alphonso Lupi cler. Ulixbonen., si idoneus sit, conferat. „Dignum“. Arch. Lat. tom. 37 f. 253, b.

— — — (11621) Executorem deputat, qui par. ecclesiam S. Petri de Lunono Asten. dioec. Ludovico Silvani cler. Montisregalis dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum arbitramur“. Arch. Lat. tom. 38 f. 115.

— — — (11622—11623) Intervenientibus Adriano Florentii de Trajecto Praeposito eccl. S. Salvatoris Trajecten., Mag. in theologia et Caroli Principis Hispaniae paedagogo, ac Johanne Sauvaige equite aurato et cancellario Brabantiae capitulum eccl. B. Mariae oppidi Antwerpien. Cameracen. dioec. et Prior ac fratres Ord. FF. S. Aug. de observ. nuncup. dicti oppidi eorumque litis consortes super dicta domo noviter intra limites parochiae praefatae eccl., quae etiam parochialis existit, constructa concordiam inierunt, prout in instrumento publ.[1] desuper confecto (quod inseritur) plenius continetur. Hanc concordiam ad preces vicedecani et capituli ac Mag. Guillelmi de Enckenvoirt et Johannis de Beka script. ac cubiculariorum suorum et dictae eccl. canonicorum ac Prioris et fratrum domus praedictae approbat et confirmat. A. P. R. M. „His quae concordia“. Abbati monasterii S. Michaelis Antwerpien. et S. Petri Lovanien. ac S. Rumoldi Machlinen. Cameracen. et Leodien. dioec. ecclesiarum decanis executionem committit. „Hodie certas“ (A. de S. Severino. Lambertus | Nardinus) Arch. Lat. tom. 35 f. 97; f. 107, b. *Joh. Car. Dierexen*, Antwerpia Christo nascens et crescens. Antw. 1773. III. p. 288 seq. Citat *Kolde*, Die deutsche Augustinercongreg. p. 261.

— — — (11624) Universis baronibus, domicellis, dominis et personis S. R. E. mediate vel immediate subjectis. Cum Bernardinus episc. Sabinen. S. R. E. Card. S. Crucis, qui regimen civit. Anagnin. ejusque districtus obtinet, exposuerit, quod nonnulli cives et incolae Anagnin. ipsorum culpis exigentibus aut a dicta civit. banniti et exules fuerunt aut sponte ab illa recesserunt et eand. civitatem ejusque habitatores diversimode turbare et seditiones suscitare non formidant, sub excommunic. et deposit. ac confiscationis bonorum poenis mandat, ne dictos exules et alios rebelles recipiant, aut eos defendere aut illis favorem et auxilium praestare praesumant. (Card. SS. Quatuor | Sadol.) „Venerabilis frater“. Brev. tom. 41 p. 129.

13. Sept. (Id. Sept.) — (11625) Ad preces Leonardi tit. S. Susannae presb. Card., qui antea monasterium B. Mariae de Cereto Cisterc. Ord. Lauden. dioec. in commendam obtinebat et cui ejusd. monast. fruct. et administratio reservati sunt, instrumentum continens transactiones et pacta, quae ipse Leonardus cum Bartholomaeo de Auria quondam Georgii mercatore Januen., praefati monasterii et illius fructuum per aliquot annos administratore (quod instrumentum inseritur), conclusit, confirmat. A. F. R. M. „His, quae pro personarum“ (Colotius | *Visa* Draco | Salvius. Coll. Evangelista) L 1205 f. 436.

— — — (11626) Executores deputat, qui Didacum de Sagredo cler. Burgen., Mag. in art. et Mag. Franc. de Thomasiis script. familiarem, ad portionem seu perceptionem fructuum superexcrescentium par. eccl. S. Petri de Montejo de Sanct-Miguel ejusd. dioec. admitti faciant, si relata ab ipso Didaco vera esse cognoverint. „Literarum scientia“ L. 1015 f. 162.

— — — (11627) Johanni Cinthio cler. Tiburtin. et brev. ap. scriptori duo benef. in dioec. Oveten. a Joh. de Cuevas resignata confert. „Apostolicae Sedis“. Execut. deputat. „Hodie“. Arch. Lat. vol. H f. 295 seq.

— — — (11628) Stephano Gabrieli archiep. Baren. concedit, ut subditos suos quovis die, etiam extra tempora a jure statuta, ad omnes sacros ordines promovere valeat aliasque ad quatuor dumtaxat menses facultates tribuit. „Exigentibus meritis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 573; tom. 30 l. 2.

— — — (11629) Petrum de Mota, qui pro clerico se gerit et canonicatum et praeb. eccl. Palentin. injuste detinet, mandat in virtute sanctae obedientiae, ut eos intra sex dies Bernardo episc. Sabinen., cui commendati sunt, tradat. A. F. R. M. „Ad Romani Pontificis auctoritatem“ L. 1206 f. 362.

— — — (11630) Petente Henrico Ingenwinckel Mag. Joh. Ingenwinckel scriptoris fratre ecclesiam

[1] Hujus concordiae praecipua capitula sunt: fratres praedicti a praedicatione ante prandium saltem horis, quibus divina in dicta eccl. peragantur, certis diebus exceptis, penitus abstineant; in administratione sacram. praesertim S. Euchar. nullatenus se intromittant, nisi quatenus ipsis concessum est in jure; ad confessiones audiendas fratres idonei episcopo necnon decano ac capitulo dictae eccl. praesententur, qui ad dictum ministerium admissi illud nonnisi sub certis limitationibus exerceant; fratres corpora defunctorum ad sepulturam non admittant, nisi decedentes in vita apud ipsos sepulturam elegerint, de qua electione decano et capitulo fides facienda est etc.; certa emolumenta ex exequiis decano et capitulo reservantur; Missae in eccl. dictorum fratrum publice non nisi tempore et horis statutis legantur etc.

1514.

		par. in Scoppingen Monasterien. dioec. cessione dicti Joh. Ingenw. script. vac. canonicatui et praeb. eccl. S. Victoris Xancten. Colonien. dioec., quamdiu praedictus Henricus eos obtinuerit, unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Gratiadei | Grat. p. fr. script. Draco. Colardi | Enckenw. Coll. Attav.) L. 1020 f. 136, b.
13. Sept. (Id. Sept.)	Romae apud S. Petrum.	(11631) Mag. Johanni Ingenwinckel canon. eccl. S. Martini Embricen. Trajecten. dioec., notar. et fam. suo, regressum concedit ad par. eccl. in Scoppingen Monasterien. dioec., quae resignatione ipsius vacans cum canonicatu et praeb. eccl. S. Victoris Xancten. Colonien. dioec., quos Henricus Ingenwinckel obtinet, est unita. G. D. et F. L. 1020 f. 171.
— —	—	(11632—11633) Johanni Bapt. Laurentii cler. Camerinen. dioec., qui obsequiis Mag. Silvii Passerini datarii insistit, regressum concedit ad Prioratum saecul. et colleg. eccl. S. Nicolai Balneoregien., qui ipso resignante Orlandino de la Paiglia est collatus. G. F. Executores deputat. „Hodie cum dil. filius“ L. 1056 f. 287; f. 287, b.
— —	—	(11634) Petro de Brandis canonico eccl. Aquen. et U. J. doctori commendat Prioratum S. Christophori de Garembodio O. S. B. Aquen. dioec. „Literarum scientia“ (Evang. | Balbus | Verdesotto. Coll. Amerin.) L. 1187 f. 83, b.
— —	—	(11635) Johanni Aymeri presb. S. Flori dioec. commendat Prioratum B. M. Magdal. de Dompnaco O. S. A. Vivarien. dioec. a monasterio Piperaci ejusd. Ord. S. Flori dioec. dependentem. „Vitae ac morum“ (Blondus | Balbus. De S. Joh. p. comp. | Valtrini. Coll. H. de Cesis) L. 1024 f. 199.
— —	—	(11636) Bernardo de Villamarin Comiti de Capacho pro Ferdinando utriusque Siciliae Rege in regno Neapolitano vicegerenti ejusque conjugi Elisabeth de Cardona, eorum liberis, familiaribus et aliis fidelibus, si in capella quam p. t. habent certis diebus quasd. preces recitaverint, indulgentias concedit. „In Apostolicae Sedis specula“ (Sadol. | L. Card. SS. Quatuor | De Comitibus) L. 1195 f. 210.
— —	—	(11637) Iisdem Bernardo et Elisabeth privilegia et indulta concedit. „Sincerae devotionis“ (L. Card. SS. Quatuor) L. c. f. 211.
— —	—	(11638) Priori et fratribus monasterii B. M. de Valleregali Cisterc. Ord. Nolan. dioec. mandat, ut L. Card. tit. SS. Quatuor Coronat. admittant in possessionem dicti monasterii ipsi alias commendati. „Inducti nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 513; tom. 30 l. 2 p. 728.
— —	—	(11639) Alphonso Pymentel Comiti de Benavente ejusque uxori Annae de Velasco et de Herrera Comitissae de Benavente et fam. aliisque fidelibus capellam eorundem Alphonsi et Annae visitantibus indulgentias concedit. „In Apostolicae Sedis specula“ (Card. SS. Quatuor | D. de Comitibus) L. 1195 f. 218.
— —	—	(11640) Alphonso et Annae praedictis eorumque liberis privilegia et indulta concedit. „Sincerae devotionis“ (Card. SS. Quatuor) L. c. f. 219.
— —	—	(11641) Johanni Mariae Electo Sipontin., Legati civit. Perusiae locumtenenti, mandat, ut ipse abstineat et Barisellum Perusiae abstinere faciat a procedendo in causa Nisii Tiberii et Baldi Melchioris civium Perusin. super praetensa offensione cum sanguine ab altero ipsorum in faciem cujusd. Petri Jacobi Eubaldi illata, ac decernit, ut dicta causa per A. Card. S. Praxedis Legatum propediem illuc accessurum revideatur ac summarie terminetur. „Exponi Nobis fecerunt“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 514; tom. 30 l. 2 p. 729.
— —	—	(11642—11643) Johanni Arnaldi rectori par. eccl. S. Joh. de Cucullis Magalonen. dioec. dictam eccl. *Prioratum* nuncup. confert. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie“. Arch. Lat. tom. 37 f. 242, b seqq.
— —	—	(11644—11645) Johanni Gassin cler. Magalonen. et baccal. in decr. ecclesiam praedictam resignanti ejus fructus reservat. „Literarum scientia“. Executores deputat. „Hodie“ L. c. f. 241 seq.
— —	—	(11646) Pro parte Isabellae olim monialis monast. Fontis Ebraudi Ord. ejusd. Fontis Ebraudi Pictaven. dioec., nunc abbatissae monast. SS. Trinit. de Cadonio O. S. B. Bajocen. dioec., cujus habitum gerere et cujus institutis se conformare ex mandato Julii PP. II. tenebatur, cum habitum suum retinere desideret et cupiat, ut moniales eundem habitum gestare compellantur, et ideo supplicaverit, ut loci Ordinario seu metropolitae assumptis duobus abbatibus O. S. B. facultas concederetur inquirendi, an dictus habitus non sit decentior et convenientior: vicario gen. episc. Bajocen. mandat, ut hac in re faciat, prout ipsi videbitur. „Ex debito pastoralis officii“ (S. Severino | Barotius) Arch. Lat. tom. 23 f. 142, b.
— —	—	(11647—11648) Johanni de Cuevas fam. suo permut. causa beneficia Oveten. dioec. resignanti confert par. ecclesiam B. Mariae de Navalperal de la Serra et de Val de Maqueda Abulen. dioec. a Joh. Cinthio ead. de causa resignatam. „Apostolicae Sedis“. Execut. deputat. „Hodie“. Arch. Lat. tom. 33 f. 224 seq.
— —	—	(11649) Omnibus in dignit. eccles. constitutis mandat, ut bona et jura capituli aliarumque

1514.

personarum ecclesiae Abulen. defendant. „Militanti Ecclesiae“. Arch. Lat. tom. 33 f. 174.

13. Sept. (Id. Sept.) — Romae apud S. Petrum. — (11650) Executores deputat, qui Guillelmo Cassador cler. Vicen., U. J. doctori et P. A. auditori, Prioratum S. Bartholomaei de Calasantiis O. S. B. Ilerden. dioec. cessione Jacobi abbatis monast. S. Michaelis dicti Ord. et Gerunden. dioec. vac. et ab eod. monast. dependentem commendent. G. D. (Grat. de mand. S. D. Campania) L. c. f. 65, b.

— — — — (11651) Stephano archiepiscopo Baren. concedit, ut monasteria, oratoria et loca pia, etiam exemta, etiam colleg. ecclesiam S. Nicolai Baren., in qua corpus gloriosum S. Nicolai Ep. et Confess. conditum existit, auctoritate ap. per se vel per alios visitare possit. „Sincerae devotionis affectus“ (Sadolet. | Card. SS. Quatuor) Brev. tom. 41 p. 122.

— — — — (11652—11653) Leoni Tissart perpet. capellano ad altare B. Mariae des Ardens situm in eccl. S. Marcelli extra muros Parisien. capellaniam ad dictum altare a Gerardo Crawin resignatam confert. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie“. Arch. Lat. vol. K f. 287, b seq.

— — — — (11654—11655) Antonio Crawin canon. eccl. S. Marcelli extra muros Parisien. par. ecclesiam de Marques Tornacen. dioec. resignatione Gaspardi de Guymera vac. confert. „Vitae ac morum“. Executores deputat. „Hodie“ L. c. f. 294 seq.

— — — — (11656) Mag. Bartholomaeo de Baena cler. Corduben. dioec. et script. suo pensionem assignat ex eccl. Giennen. G. D. et F. L. 1016 f. 48, b.

— — — — (11657) Episcopis Vauren., Convenar. et Ruthenen. mandat, ut in causa Johannae Barbete Raymundi Daffre in U. J. Licent. in civit. Tolosan. commorantis uxoris, quae (ut asserit) olim in XI. aetat. suae anno constituta et utroque parente orbata quad. die mensis Maj. an. 1509 a quodam Gerardo Corteri in via publica rapta et minis ac terroribus tentata, ut cum ipso contraheret, clamoribus et fletibus validis ipsi restitit, sed nihilominus per eundem Gerardum nunc molestatur, ac si cum ipso matrimonium contraxisset, quod justum fuerit, decernant. „Humilibus“. Arch. Lat. vol. H f. 269.

— — — — (11658) Executores constituit, qui examinent et terminent causam Stephani Mathe presb., qui, ut asserit, Prioratum de Salnyac O. S. B. Claromonten. dioec. a monast. de Esclusa Ord. et dioec. praedict. dependentem in commendam obtinet et per episcopum Claromonten. seu ejus vicar. exemptionem iisd. Prioratui et monasterio concessam violantes gravatur. „Humilibus“. Arch. Lat. tom. 31 f. 186, b.

14. Sept. (XVIII. Kal. Oct.) — — (11659) Officiali Nanneten. mandat, ut Petro Andreae cler. Nanneten. dioec., si idoneus sit, par. ecclesiam de Larmandiere dictae dioec. conferat. „Dignum“. Arch. Lat. tom. 37 f. 121, b.

— — — — (11660—11661) Johanni Bapt. Zane rectori par. eccl. *archipresbyteratus* nuncup. S. Pancratii de Monteclaro Brixien. dioec. dictam ecclesiam obitu Bernardi archiepisc. Spalaten.[1], cujus frater idem Johannes existit, vacantem confert. „Nobilitas generis“. Executores deputat. „Hodie“. Arch. Lat. vol. K f. 92; f. 94.

— — — — (11662) Leoni de Rupe canonico saecul. et collegiat. eccl. monasterii Rossilien. Lemovicen. dioec., baccal. in decr., commendat Prioratum S. Alpiniani O. S. A. dictae dioec. a monast. S. Petri de Stirpo Ord. et dioec. praedict. dependentem. „Nobilitas generis“ (A. Melfit. | Millin. Gauden | Contreras. Coll. Donat.) L. 1052 f. 30, b.

— — — — (11663) Mag. Franciscum de Portinariis cler. Florentin. in suum ac Sedis Ap. notarium recipit. „Cupientes te“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 515; tom. 30 l. 2 p. 732.

— — — — (11664) Vicario episc. Pistorien. mandat, ut possessionem et fructus par. eccl. SS. Jacobi et Philippi de Castellare Pistorien. dioec., quae de jure patron. laicor. existit et resignatione L. tit. SS. Quatuor Coronat. presb. Card. vacans Johanni Nicolai de Collensibus fam. suo est collata, capiat et eidem Joh. conservet. „Contulimus nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 516; tom. 30 l. 2 p. 733.

— — — — (11665) Johanni archiep. Cusentino, Nuntio in Hispania, mandat, ut consignari faciat Francisco episc. Abulen. de Sede Ap. bene merito fructus et prov. mensae episcop. Abulen. Camerae ap. a Kal. Jan. usque ad Id. Jul. praesentis anni debitos, qua die idem episc. ad eand. eccl. est translatus. „Hodie Nos omnes“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 518; tom. 30 l. 2 p. 737.

— — — — (11666) Episcopo et capitulo eccl. Palentin. mandat, ut amoto Sebastiano de Valera et quolibet alio intruso Antonium de Bezeril cler. Palentin. cubic. et familiarem suum in possessionem canonicatus et praeb. dictae eccl., qui ipsi obitu Joh. de Torsillas vac. sunt collati, inducant. „Nuper cupientes“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 517; tom. 30 l. 2 p. 734.

[1] Bernardus Zanni *Gams* p. 421, ubi ipse ab anno 1503 usque ad an. 1524 ecclesiae Spalaten. praefuisse dicitur; ex docum. supradicto eum jam an. 1514 vita functum esse apparet.

1514.

14. Sept. (XVIII. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum. (11667) Ad preces Emmanuelis Portugalliae et Algarbiorum Regis, „qui ad fidei Christi exaltationem et locorum infidelium expugnationem classem mari et terris exercitum jam pluribus annis habuit et plura loca, quae perfidi Saraceni occupabant, non sine maximis laboribus et periculis et impensis ac etiam magna subditorum suorum sanguinis effusione etiam barbararum nationum et infidelium strage expugnavit, et aliorum expugnationi continuo omni studio operam dare intendit, ut hujusmodi tam pernecessarium et immortali Deo, cujus causa agitur, acceptum opus facilius prosequi valeat et illi ex Christifidelibus, qui ad hoc idonei existunt, bello hujusmodi se accingant," concedit, ut omnes et singuli Christifideles ad expeditionem et bellum Africae, Aethiopiae, Arabiae, Persiae et Indiae accedentes eorumque cooperatores, quos in classe vel exercitu hujusmodi infirmari contigerit, quemcumque idoneum presbyterum sibi possint eligere confessorem, qui eos ab omnibus peccatis etiam Sedi Ap. reservatis in mortis articulo absolvant et indulgentiam plenariam eis impertiantur. A. F. R. M. „In sacra Petri Sede" (Castilioneus | A. Draco | F. Bernard. Coll. Ph. de Roma) L. 1205 f. 444, b.

— — — (11668) Vicario gen. archiep. Salernitan. mandat, ut par. eccl. S. Viti majoris Salernitan. a Vincentio Scafolerio resignatam Francisco Scafolerio cler. Salernitan. commendare et deinde, si idoneus sit, conferre curet. „Dignum" L. 1018 f. 283.

— — — (11669) Petro Fardeau canon. et archidiacono de Divione eccl. Lingonen. dictum archidiaconatum obitu Petri episc. Lucionen. vac. necnon canonicatum ejusd. eccl. ad effectum eund. archidiacon. obtinendi confert. „Nobilitas generis" (Colot. | Aloys. Vives | Bernard. Coll. H. de Cesis) L. 1100 f. 83.

— — — (11670) Praeposito eccl. SS. Siri et Materni de Dexio Mediolanen. dioec. mandat, ut Antonio de Lomatio cler. Mediolanen., si idoneus sit, par. ecclesiam S. Marcellini Mediolanen. conferat. „Dignum". Arch. Lat. tom. 34 f. 117.

— — — (11671) Johanni de Sero presb. Subdecanatum eccl. B^mi Hilarii majoris Pictavien. obitu Petri episc. Lucionen. commendatarii vacantem necnon canonicatum ejusd. eccl. confert, cum juxta statuta ejusd. eccl. nemo inibi dignitatem obtinere possit, nisi sit ipsius eccl. canonicus. „Vitae ac morum" (Evang. | Millinus. Gauden | M. de Gillis. Coll. Donatus) L. 1043 f. 237.

— — — (11672) Johanni de Lagreza Praeceptori domus de Castillia O. S. A. Pictaven. dioec. Praeceptoriam dictae domus obitu Petri de Sacierges episc. Lucionen. vac. confert. „Religionis zelus" (Armellin. | Balbus. Colardi | Bertrandi. Coll. F. de Attav.) L. 1014 f. 183, b.

— — — (11673) Guidoni Vergnault cler. Lemovicen. dioec., baccal. in decr., in monasterio S. Petri de Stirpo O. S. A. dictae dioec. sub habitu regul. virtutum Domino famulari cupienti Prioratum claustralem ejusd. monasterii ad 6 menses commendat et deinde suscepto habitu et professione emissa confert. „Apostolicae Sedis" (Ph. de Senis | Marciaci | Bertrandi. Coll. Donat.) L. 1037 f. 206.

— — — (11674) Johanni Prevost rectori par. eccl. S. Petri de Pereyo supra Rocham Lucionen. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum" L. 1036 f. 151.

— — — (11675) Johanni Matthaeo Bizono familiari suo confert ecclesiam par. S. Martini de Liveraga Lauden. dioec. obitu Erasmi Galiani vac. G. F. L. 1024 f. 127.

— — — (11676) Stephano de Las par. ecclesiam B. Mariae de Biassio Agennen. dioec. obitu Antonii Faureti vacantem confert. „Vitae ac morum" L. 1017 f. 49, b.

— — — (11677) Francisco Prevost confert Prioratum saecularis et colleg. ecclesiae B. Mariae Mortuimaris Pictaven. dioec. ac canonicatum et praeb. ecclesiae Lingonen. obitu Petri de Sacierges vacantes. „Vitae ac morum" (Colot. | De Rizonib. Gerona | Madrigal. Coll. Donat.) L. 1029 f. 301.

— — — (11678) Mag. Jac. Simoneta causar. P. A. auditori mandat, ut Johanni de Paredez presb. Oveten. dioec. par. ecclesiam S. Michaelis de Trevies aliaque beneficia dictae dioec., si nemini sit jus quaesitum, surrogando conferat. „Vitae ac morum" L. 1035 f. 121, b.

— — — (11679) Johanni Indagine presb. Maguntin. dioec., qui Thomae ex Comitibus de Rineck et Theodorici Zekel et Martini Truchses Maguntin. necnon Bussonis de Alversleben (al. Alvensleven) Magdeburgen. ecclesiarum canonicorum et Alberti archiep. Magdeburgen. in archiepiscopum Maguntin. electi ad Apost. Sedem Oratorum capellanus existit et par. ecclesiam in Steynhem Maguntin. dioec. obtinet, unum vel duo beneficia ad dispositionem episc. et capit. Patavien. et Bambergen. pertinentia reservat. „Vitae ac morum" L. 1036 f. 142.

— — — (11680) Andreae Prevost perpet. capellano de Boscorussandi nuncupato ad altare majus par. eccl. S. Pauli in Paredo Lucionen. dioec. Prioratum S. Catharinae de Lozelière O. S. B. dictae dioec. a monasterio de Gravetaria Ord. et dioec. praedict. dependentem et obitu Petri episcopi Lucionen. vac. commendat. „Literarum scientia" (Evang. | C. de Liazar. Ingenw. | Marciaci. Coll. B. de Alex.) L. 1044 f. 239.

1514.

14. Sept. (XVIII. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum. (11681) Pro parte Johannis Lamberti theol. profess. et Prioris ac fratrum domus S. Dominici Andegaven. Ord. Praed. exponentium, quod in civit. Andegaven. confraternitas sub invocat. B. M. V. de Pietate et Rosario sive capelleto et psalterio nuncup. in eccl. dictae domus, quae ex antiquioribus ejusd. Ord. domibus existit, et in qua multitudo fratrum in Univers. Stud. gener. ejusd. civit. studio insistentium et ex solis eleemosynis pie erogatis degentium Domino famulantur, instituta sit: literas Sixti PP. IV. ritum orandi *psalterium B. M. V.* nuncup. approbantes et institutionem confraternitatis praedictae confirmat eamque privilegiis et indulgentiis ornat. A. P. R. M. „Ad sacram Petri Sedem". Bullar. Ord. Praed. tom. IV p. 308.

— — — (11682) Conservatores ad diploma praecedens servandum nominat archiep. Lugdunen. et episc. Redonen. et abbatem monast. S. Florentii Andegaven. dioec. „Hodie quasdam literas" L. c. p. 310.

15. Sept. (XVII. Kal. Oct.) — (11683) Thomam episc. Lincolnien. ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis" (P. de Castello | Barotius) Arch. Lat. tom. 40 f. 221, b; *Rymer* tom. XIII p. 450.

— (11684) Thomae episc. nuper Lincolnien. in archiepisc. Eboracen. Electo. Ipsum a vinculo eccl. Lincolnien. absolvit et ecclesiae Eboracen. obitu Christophori tit. S. Praxedis presb. Card.[1] vacanti praeficit in archiepisc. et pastorem. „Romani Pontificis" (Supra: P. de Castello) Arch. Lat. tom. 40 f. 219; *Rymer* tom. XIII p. 451.

— — — (11685—11690) De hac provisione scribit a) capitulo eccl. Eboracen., b) clero et c) populo civit. et dioec. Eboracen., d) vasallis eccl. Eboracen., e) suffraganeis ejusd. eccl. „Hodie venerabilem fratrem", f) Henrico Angliae Regi „Gratiae divinae" (Infra: Barotius) Arch. Lat. tom. 40 f. 220 seq.

— — — (11691) Episcopis Wintonien. et Norwicen. mandat, ut a praefato Thoma fidelitatis debitae juramentum recipiant. „Cum Nos hodie" (P. de Castello | Barotius) L. c. f. 222.

— — — (11692) Eidem Thomae scribit de pallio per Andream Gentilem civem Januen. ipsius Thomae nuntium instanter postulato et per episc. Wintonien. et Norwicen. assignando. „Cum nuper te" (Supra: P. de Castello) L. c. f. 222, b; *Rymer* tom. XIII p. 454.

— — — (11693) Episcopis Wintonien. et Norwicen. mandat, ut eid. Thomae pallium assignent. „Cum pallium" (Infra: Barotius) Arch. Lat. tom. 40 f. 223; *Rymer* tom. XIII p. 454.

— — — (11694) Willelmum Atwater[2] decanum eccl. Saresbirien. ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis" (P. de Castello | Barotius) Arch. Lat. tom. 40 f. 217, b.

— — — (11695—11701) Willelmo Electo Lincolniensi. Ipsum, qui Mag. in theol. et in presbyteratus ordine constitutus existit et Henrico Angliae Regi, cujus consiliarius et confessor est, plurimum gratus et acceptus est, ecclesiae Lincolnien. translatione Thomae Electi Eboracen. vacanti praeficit in episc. et pastorem. „Apostolatus officium". Eundem Willelmum commendat a) capitulo eccl. Lincolnien. „Hodie ecclesiae vestrae", b) clero et c) populo civit. et dioec. Lincolnien., d) vasallis ejusd. eccl. „Hodie ecclesiae", e) archiepiscopo Cantuarien. „Ad cumulum", f) Henrico Angliae Regi. „Gratiae divinae" (P. de Castello | Barotius) L. c. f. 215 seqq.

— — — (11702) Philippum Varagi de S. Paulo Ord. FF. Minor. et theol. professorem ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis" (A. de Alvarottis | Nardinus) Arch. Lat. tom. 40 f. 20.

— — — (11703) Eundem Philippum in presbyteratus ordine constitutum ecclesiae Tagasten. obitu Arnoldi episc. vacanti praeficit in episc. et pastorem. „Apostolatus officium" (Script. iid.) L. c. f. 19.

— — — (11704) Eidem Philippo Electo Tagasten. concedit, ut ad dictam eccl. Tagasten. in partibus infidelium consistentem accedere et apud eam residere minime teneatur et munere consecrationis suscepto in civit. et dioec. Lascuren. necnon in quibusvis aliis civit. et dioec., quibus Amaneus tit. S. Nicolai in Carc. Tull. diac. Card. et ecclesiae Lascuren. perpet. administrator praeest, seu quas in commendam et administrationem obtinet, de ejusd. Cardinalis speciali licentia officia pontificalia exercere valeat. „Sincerae devotionis affectus" (Script. iid.) L. c. f. 20, b.

— — — (11705—11706) Eidem Philippo Electo Tagasten. pensionem ann. 200 duc. super fruct. mensae episcopalis Lascuren. assignat. „Personam tuam". Executores deputat. „Hodie". Arch. Lat. tom. 38 f. 86, b.

— — — (11707) Henrico Clementis cler. Meten. dioec., Mag. Rogerii de Saldis script. familiari, indultum circa beneficia et residentiam concedit. „Vitae ac morum". Execut. deputat. „Hodie". Arch. Lat. vol. I f. 45 seqq.

— — — (11708—11709) Benedicto Lespinette rectori par. eccl. de Cusseyo et B. Mariae de Chacellis Turonen. dioec., Licent. in legibus, dictas ecclesias a Johanne Lespinette resignatas confert. „Literarum scientia". Execut. deputat. „Hodie". Arch. Lat. tom. 33 f. 37 seq.

[1] *Gams* p. 201: Christophorus Bainbrigg 1508—1514 archiep. Eboracen., cui Thomas Wolsey (1514—1530) successit.

[2] *Gams* p. 192: Guillelmus Atwater 1514—1521 episc. Lincolnien.

1514.

15. Sept. (XVII. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum.

(11710—11711) Eidem Benedicto canonicatum et praeb. eccl. Remen. a praefato Johanne resignatos confert. „Literarum scientia“. Executores deputat. „Hodie“ (P. Planca. Benzon. | Nardin.) L. c. f. 39, b seqq.

— — —

(11712) Mag. Jacobo Simoneta causarum P. A. auditori mandat, ut Andreae Heerel de Bardwick cler. Leodien. dioec., Licent. in theol., canonicatum et praeb. eccl. S. Georgii Colonien. surrogando conferat, si nemini sit jus quaesitum. „Literarum scientia“ (Benzon | Barotius) L. c. f. 296, b.

— — —

(11713) Executores deputat, qui Alphonso del Moral cler. Ispalen. dioec. et Mag. in medicina, qui Bernardini episc. Sabinen. medicus et fam. existit, beneficium in par. eccl. de Villa Rasa Ispalen. dioec. conferant. „Literarum scientia“. Arch. Lat. tom. 38 f. 171.

— — —

(11714—11715) Francisco Coquille canonicatum et praeb. eccl. Lingonen. et canonicatum eccl. B. Martini de Fernayo (al. Frenayo) Nivernen. dioec. confert et decanatum ejusd. eccl. B. Martini ad certum tempus commendat et deinde confert, Johanne Coquille resignante. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie“ (Lambert. G. de Prato | Campania) Arch. Lat. vol. H f. 244, b; f. 247.

— — —

(11716—11717) Taniquino Albenacii Sacristae monasterii S. Petri de Solmo O. S. B. Nemausen. dioec. vicariam par. eccl. S. Petri de Tanellis Avenionen. dioec. commendat. „Religionis zelus“. Execut. deputat. „Hodie“. Arch. Lat. tom. 37 f. 245 seqq.

— — —

(11718—11719) Pontio de Lagreze canonicatum et praeb. et subdecanatum eccl. Lucionen. confert. „Nobilitas generis“. Execut. deputat. Offic. Lucionen., Pictaven., et Xanctonen. „Hodie dil. filio“ (Lambert. G. de Prato | Campan.) Arch. Lat. tom. 18 f. 149; f. 152.

— — —

(11720) Zanino de Alemanis de Mede unum in S. Martiani et aliud in S. Martini loci Mede Papien. dioec. ecclesiis beneficia confert. „Vitae ac morum“ L. 1024 f. 138.

— — —

(11721) Radulpho Nonnel rectori par. eccl. de Sanutbria (?) Maclovien. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum“ L. 1097 f. 111.

— — —

(11722) Dionysio episcopo Maclovien. indultum concedit circa beneficia. „Meritis tuae devotionis“ L. 1047 f. 329. b; L. 1137 f. 260.

— — —

(11723) Bernardino episcopo Sabinen. concedit jus regressus ad praestimoniales portiones in Corduben. et Ispalen. dioec. „Ad personam tuam“ L. 1190 f. 86.

— — —

(11724) Bertrando de Cenareto canonicatum et praeb. ac archidiaconatum majorem nuncup. eccl. Ruthenen. et Prioratum saecularem S. Felicis de Altocornu Ruthenen. dioec. a Gabriele de Cenareto resignatos confert. „Nobilitas generis“ (A. Colot. | Draco. Colardi | J. de Gais. Coll. F. de Attav.) L. 1009 f. 290.

— — —

(11725) Episcopis Cavallicen. et Gaietan. et Offic. Corduben. mandat, ut Alphonso del Moral cler. Ispalen. dioec. et Mag. in medic. de quodam beneficio in eccl. Corduben. provideant. „Literarum scientia“. Arch. Lat. tom. 16 f. 359.

— — —

(11726) Johanni du Boaysbaudri canon. Dolen. commendat Prioratum de Burgain O. S. B. Dolen. dioec. a monast. S. Florentii prope Salmurum ejusd. Ord. Andegaven. dioec. dependentem et obitu Bartholomaei de Capella monachi dicti Ord. vac. „Nobilitas generis“ (Evang. | Draco. Chemin. | Bernard. Coll. Cipellus) L. 1023 f. 121.

— — —

(11727) Mag. Johanni Blanckefeldt cler. Brandeburgen. dioec., U. J. doct., notar. suo et Alberti archiep. Magdeburgen. in archiepiscop. Maguntin. electi et Joachimi Marchionis Brandeburgen. apud S. Sedem Oratori, facultatem testandi concedit. „Quia praesentis vitae“ (Carrot. | Gr. de mand. S. D. Chemin. | Enckenw. Coll. Ph. de Roma) L. 1205 f. 428.

— — —

(11728) Idem Bussoni de Alvensleven canon. Magdeburgen. eorundem Alberti archiep. et Joachimi Marchionis Oratori concedit (Init. et script. ut supra) L. c. f. 428, b.

— — —

(11729) Gabrieli de Advocatis Valdenhi confert canonicatum et praeb. eccl. S. Eusebii Vercellen., Mag. Francisco de Cazanigo not. et script. Pont. libere resignante. „Vitae ac morum“ (Evang. | Draco. Colardi | Marciaci. Coll. de Spol.) L. 1025 f. 445, b.

— — —

(11730) Raymundo Iverii Praeposituram eccl. S. Saturnini de S. Saturnino Vabren. dioec. obitu Johannis Bandière vacantem confert. „Vitae ac morum“ (Colot. | Balbus. Baena | Chemin. Coll. F. de Attav.) L. 1013 f. 314, b.

— — —

(11731) Ducissae Mediolani Gabrielem archiepisc. Baren., Praelat. suum dom., Mediolanum venientem ejusque res commendat. „Quamquam non necessarium“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 519; tom. 30 l. 2 p. 738.

— — —

(11732) Alberto episc. Vilnen., Praelat. suo dom., licentiam concedit se conferendi ad suam ecclesiam et ibi commorandi, dummodo infra octo menses Romam redeat, cum Pontifex ejus opera ac praesentia multis in rebus praecipue negotia S. Lateran. Concilii concernentibus indigeat. „Exposuisti Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 520; tom. 30 l. 2 p. 739.

1514.

15. Sept. (XVII. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum. (11733) Quintino abbati monasterii S. Gisleni in Cella O. S. B. Cameracen. dioec. Suspendit literas ap., quibus presb. Simon du Trien dicti abbatis nepos deputabatur ipsius coadjutor in regimine et administratione praedicti monasterii, donec decisa fuerit lis, quam Bernardus de Binis mercator Rom. Cur. sequens et Johannes Cantillon canon. Cameracen. cum eodem abbate ejusq. nepote habent pro repetenda summa 700 duc., quos pro expeditione literarum dictarum exposuerunt. „Exponi Nobis fecerunt“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 521; tom. 30 l. 2 p. 741.

— — — (11734) Herveo de Celles rectori par. eccl. de Lescheriis Eduen. dioec. Prioratum B. Mariae Magdalenae de Parvobelloco Clun. Ord. Carnoten. dioec. commendat. „Vitae ac morum“ (Ph. de Senis | Draco. Colardi | Madrigal. Coll. F. de Attav.) L. 1042 f. 113.

— — — (11735) Ulrico Bangulter fam. suo canonicatum et praeb. ac Praeposituram eccl. S. Joh. Constancien. cessione Mag. Walteri Stelle vac. confert, cum Mag. Joh. Ingenwinckel juri suo cesserit. G. F. (Ph. de Senis | Grat. de mand. S. D. Chemin. | Questenb. Coll. H. de Cesis) L. 1027 f. 206.

— — — (11736) Executionem committit episcopis Cavallicen. et Alexandrin. ac Officiali Constancien. „Hodie dil. filio“ (Infra: script. iid.) L. c. f. 207, b.

— — — (11737) Mathurino Patri rectori par. eccl. B. Mariae de Breallo Redonen. dioec. dictam eccl. obitu Petri Godebiette vac. et ipsi alias non rite collatam confert. „Vitae ac morum“ L. 1032 f. 168.

— — — (11738) Honofrio Biure canon. eccl. Terraconen. O. S. A. confert par. ecclesiam B. Mariae della Pineta Terraconen. dioec. G. F. L. 1054 f. 6, b.

— — — (11739) Gubernatori Avenionensi mandat, ut Johannem Pugeti clavarium curiae temporalis civit. Avenionen. cogat ad satisfaciendum Laurentio de Stroziis civi et mercatori Florentin. ac thesaurario Avenionen. de tota pecuniar. summa, in qua is ex administratione officii ejusd. clavariae per ipsum dudum gestae creditor remansit. „Pro parte dilecti filii“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 522.

— — — (11740) Guillermo de Boys cler. Cenomanen. dioec., arch. Rom. Cur. scriptori, pensionem ex par. eccl. de Yseyo Redonen. dioec. assignat et in certum eventum accessum ad eam concedit. G. D. et F. L. 1017 f. 141.

— — — (11741) Petro Pomeyrolli rectori par. eccl. seu illius perpet. vicariae de Rossaco Lemovicen. dioec. dictam eccl. seu ejus perpet. vicariam obitu Joh. Pomeyrolli vac. confert. „Vitae ac morum“ L. 1050 f. 145.

16. Sept. (XVI. Kal. Oct.) — (11742) Officiali Cameracen. mandat, ut canonicatum et praeb. eccl. S. Gaugerici Cameracen. resignatione Philippi Le Maire vac. Johanni de Nonecourt cler. Noviomen. conferat. „Dignum“ (A. de S. Severino | Campania) Arch. Lat. vol. F f. 257.

— — — (11743) Thomae Electo Eboracen., cui administrationem eccl. Tornacen., donec L. Electus Tornacen. ad suam ecclesiam redire posset, commisit, cum adhuc ecclesiae Lincolnien. praeesset, ipsius translatione ad eccl. Eboracen. nuper facta dictam administrationem non cessare declarat, et quatenus opus sit, eum denuo administratorem ejusd. eccl. Tornacen. deputat. „Cum dilecto filio“. Brev. ad princ. tom. 5 f. 150, b.

— — — (11744) Jacobo de Spaldis rectori par. eccl. de Mozanica Cremonen. dioec. et arch. Rom. Curiae scriptori commendat Praeposituram S. Columbani de Blandrate O. S. A. Vercellen. dioec., Francisco de Calciatis juri suo cedente. G. D. et F. (Evang. | Grat. p. script. arch. Chemin. Aloys. | Verdes. Coll. S. de Spol.) L. 1028 f. 188.

— — — (11745) Eidem Jacobo dictam Praeposituram commendat, et si lis de ea pendeat, ipsum surrogat ad omne jus, quod praefato Francisco competebat. G. D. (Blondus | Grat. p. script. arch. Balbus. | Bernard. Coll. de Spol.) L. 1025 f. 273.

— — — (11746) Francisco Prieur presb. rectori par. eccl. S. Clodoaldi Parisien. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum“ L. 1038 f. 66, b.

— — — (11747) Johanni de Mage baccal. in decr. confert par. ecclesiam S. Felicis Villae de Sejano Narbonen. dioec. „Literarum scientia“ L. 1044 f. 161.

— — — (11748) Matthaeo Lermitte confert Prioratum saecul. et colleg. eccl. B. Mariae Mortuimaris Pictaven. dioec. obitu Petri episc. Lucionen. vac. et canonicatum ejusd. eccl., per cujus canonicos dictus Prioratus teneri consuevit. G. F. (Colot. | Grat. de mand. S. D. Chemin. Balbus | Verdes. Coll. F. de Attav.) L. 1045 f. 117.

— — — (11749) Marchionem Montisferrati, quem audivit molestias moliri contra statum et dominium Marchionis Alphonsi Finarii affinis Pont. et fratris b. m. Caroli Card. de Finario et Fabritii de Carretto Rhodi Magni Magistri, hortatur ut, si de vi aliqua inferenda cogitaverit, ab inceptis desistere et viam juris experiri velit. „Versantes animo“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 523; tom. 30 l. 2 p. 745.

— — — (11750) Willelmo Electo Lincolnien. concedit, ut a quocunque maluerit cathol. antistite munus consecrationis suscipere valeat. „Cum Nos pridem“ (P. de Castello | Barotius) Arch. Lat. tom. 40 f. 218.

— — — (11751) Episcopum Carnoten. hortatur, ut Hugettum de Nise cler. Parisien., scalcum et

1514.

fam. suum, in pacifica possessione canonicatus et praeb. eccl. Carnoten., qui obitu Marcellini Le Fevre vac. dicto Hugetto sunt collati, tueatur. „Concessimus superioribus diebus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 524; tom. 30 l. 2 p. 746.

16. Sept. (XVI. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum. (11752) Vicario episc. Cremonen. mandat, ut par. ecclesiam S. Galli Cremonen. a Guillermo de Caranagio resignatam Nicolao de Raniciis cler. Cremonen., si idoneus sit, conferat. „Dignum“. Arch. Lat. tom. 33 f. 214, b.

— — — (11753) Episcopo Portugallen. committit, ut par. ecclesiae S. Mariae de Campagna Portugallen. dioec., quae obitu Bartholomaei Vallaci fam. sui vac. Antonio Didaci cler. Elboren. parafrenar. et fam. suo est collata, possessionem et fructus capiat et eidem Antonio conservet. „Nuper parochialem ecclesiam“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 525; tom. 30 l. 2 p. 747.

— — — (11754) Octaviano Fregosio Genuensium Duci significat, quanta charitate Alphonsum de Carretto Finarii Marchionem, affinem suum, prosequatur, ut idem Dux dicto Alphonso omni consilio et favore adesse velit. „Quanta charitate“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 526; tom. 30 l. 2 p. 749.

— — — (11755) Christophoro de Forolivio Ord. FF. Min. de observ. professori et vicario gen. citramontano ac commissario suo. Quum abbas monast. S. Antonii Viennen. et Praeceptor hospitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe per alias personas quam per designatas in literis sub dat. 19. Mart. praes. anni quaestas solitas in subventionem religiosorum, pauperum infirmorum, projectorum et puellarum in eorum locis respective degentium facere non formident, commissario supradicto mandat, ut ipse et ab eo ad negotium indulgentiarum in favorem fabricae basil. Princ. Ap. de Urbe concessarum deputati procedant contra praedictos quaestas facientes, nisi aliter cum praefatis abbate ac Praeceptore super hujusmodi quaestis faciendis ipsi ac praefatis deputatis visum fuerit componendum. „Concessimus per alias“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 528; tom. 30 l. 2 p. 753.

— — — (11756) Comiti de Lemos mandat, ut restituat procuratoribus Bernardi S. M. in Porticu diac. Card. de Bibiena 1000 duc. pertinentes ad spolia monasterii S. Mariae de Ossera Aurien. dioec. eidem Cardinali nuper donata. „Nuper spolia“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 529; tom. 30 l. 2 p. 757.

— — — (11757) Andreae Duro locumtenenti gubernatoris civit. Mutinae, qui spretis literis sub forma brevis, quibus ipsi mandabatur, ut amotis Hieronymo de Garimbertis laico Parmen. ac Alda de la Molza muliere Mutinen. et Geminiano ejus filio Augustinum Valentinum laicum Mutinen. et fam. Pont. in possessionem nonnullorum bonorum in Comitat. Bononien. et Mutinen. sitorum juxta formam sententiae in favorem ipsius latae immitteret, eundem Augustinum ignominiose capi et in carceribus castelli Mutinen. detineri fecit, mandat, ut dicto Augustino statim relaxato ad executionem priorum literarum procedere non differat. „Superioribus diebus“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 531; tom. 30 l. 2 p. 759.

— — — (11758) Ducem Januae hortatur, ut Carolam (al. Carlottam) de Ursinis in Italiam venientem ejusq. universam familiam benigne suscipiat eamque ab omnibus sibi subjectis honorifice tractandam curet. „Cum dil. in Christo filia“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 530; tom. 30 l. 2 p. 758.

— — — (11759) Ferdinando Aragonum et utriusque Siciliae Regi catholico declarat, in literis, quibus beneficia in dominiis ejusd. Regis et Johannae Castellae et Legionis Reginae consistentia, quae certum valorem non excederent, Francisco tit. SS. Joh. et Pauli presb. Card. sunt reservata, facultatem conferendi nonnulla beneficia per eundem Regem nominandis a S. Sede concessam aliasque reservationes nequaquam comprehensas esse. „Exposuit Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 527; tom. 30 l. 2 p. 750.

— — — (11760) Ducem Mediolani hortatur et monet, ut Silvium . . . Roman. ipsius Ducis stipendiis militantem, qui ob injuriam prope Cremam a milite Veneto receptam omne territorium monasterii S. . . . L. tit. S. Susannae presb. Card. commendati armis se devastaturum minatur, ab hujusmodi incursionibus detrahere et arcere velit. „Non sine Nostri animi molestia“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 525 a; tom. 30 l. 2 p. 748.

— — — (11761) Francisco de Menon canon. Carnoten. confert par. ecclesiam S. Martini de Casalibus Auxitan. dioec. obitu Mathurini Le Roy vac. „Nobilitas generis“ L. 1014 f. 181, b.

— — — (11762) Johanni de Urro (Ind. de Reo) cler. Valentinen., qui Prioratum B. Mariae de Ultnatis Clun. Ord. Apten. dioec. a Ludovico de Caudia, pacto simoniaco cum ejusd. Johannis patre contracto, resignatum istius pacti ignarus assecutus est, eundem Prioratum commendat. G. D. (Evang. | B. de Rizonib. Gerona | J. de Gais. Coll. F. de Attav.) L. 1045 f. 11.

— — — (11763) Alphonso de Noguera portionario eccl. Aurien. pensionem assignat ex Aurien. et Lucen. dioec. per Gundisalvum de Noguera solvendam. „Vitae ac morum“ L. 1067 f. 169, b.

— — — (11764) Pro parte rectoris hospitalis S. Mariae Novae Florentin. par. ecclesiam S. Donati

1514.

Amonugno Pistorien. dioec. resignatione Andreae Pauli de Vincio vac. cum dicto hospitali unit. A. P. R. L. „Admonet Nos suscepti cura regiminis“ (Infra: Grat. de mand. S. D. Chemin. | Enckenw. Coll. Attav.) L. 1012 f. 162[1].

17. Sept. (XV. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum. (11765) Ferdinando Diez de Angulo canon. O. S. A. et Licent. in theol., ut praedicationi verbi Dei, quod in diversis civit. et locis Hispaniae praedicavit, liberius intendere valeat, indultum circa beneficia concedit. „Religionis zelus“. Arch. Lat. tom. 32 f. 36.

— — — (11766) Officiali Leodien. mandat, ut canonicatum et praeb. eccl. Leodien., qui obitu Falconis de Sinibaldis vac. Francisco de Sinibaldis collati sunt et obitu ejusd. Francisci, qui eorum possessione non habita diem clausit extremum, iterum vacantes Johanni Spies de Buleschem cler. Colonien. a Julio II. sunt collati et deinde, cum idem Johannes literis non confectis eos resignasset, Johanni de Brempt sunt concessi, Vulhelmo de Merode juniori cler. Leodien. dioec., si idoneus sit, conferat, cum Johannes de Brempt concessioni gratiae sibi factae literis non confectis cesserit. „Dignum“. Arch. Lat. tom. 41 f. 167, b.

— — — (11767) Universos etc. hortatur, subditis vero suis mandat, ut Hugettum de Nise cler. Parisien., scalcum et fam. suum, in Galliam unacum septem sociis proficiscentem liberum ire et redire permittant. „Cum dilectus filius“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 532; tom. 30 l. 2 p. 761.

— — — (11768) Cardinalibus S. Georgii, S. Crucis et Vulterrano concedit, ut in provinciis Campaniae et Maritimae unam confraternitatem ad exterminandos latrones dictas provincias gravissimis criminibus saepe infestantes ad similitudinem illius, quae in Hispaniarum regnis multo cum fructu instituta fuit, erigere valeant. „Ad aures Nostras“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 533; tom. 30 l. 2 p. 762.

— — — (11769) Gaspari de Faria cler. Ulixbonen. indulget, ut literis apost. ipsi concessis super reservatione beneficiorum in certis civit. et dioec. tunc expressis consistentium uti libere et licite valeat, non obstante quadam recenti contraria Constitutione. „Quia alias“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 534; tom. 30 l. 2 p. 763.

— — — (11770) Gaspari Santii fam. suo capellaniam in par. eccl. loci de Villar de Cierdo Civitaten. dioec. confert. G. F. L. 1008 f. 237.

— — — (11771) Guillermo Maillart rectori par. eccl. de Queon Maclovien. dioec. et fam. suo dictam eccl. obitu Guillelmi Larganter vac. confert. G. F. L. 1050 f. 157.

— — — (11772) Mag. Jacobo Simoneta causar. P. A. auditori mandat, ut Petro Hieronymo de Obbitriis cler. Roman. capellaniam ad altare S. Joh. Bapt. in eccl. S. Laurentii in Lucina de Urbe obitu Nicolai Antonelli de la Toricella vac. conferat, si per eventum litis neutri litigantium jus competere constiterit. „Vitae ac morum“ L. 1033 f. 294, b.

— — — (11773) Theobaldo Aynardo Praeposito eccl. Aquen. commendat ecclesiam S. Andreae extra muros Liburni Casalen. dioec. monasterio S. Januarii de S. Januario O. S. B. Vercellen. dioec., quod Marcus episc. Praenestinus in commendam obtinet, perpetuo unitam, hac unione ad vitam ejusd. Theobaldi dissoluta, et eid. eccl. S. Andreae quaed. bona ad dictum monasterium spectantia etiam ad vitam praefati Theobaldi unit. „Vitae ac morum“ L. 1021 f. 33.

— — — (11774) Marco episc. Praenestin., qui monasterium S. Januarii de S. Januario O. S. B. Vercellen. dioec. in commendam obtinet et dissolutioni unionis eccl. S. Andreae extra muros loci Liburni Casalen. dioec. et dismembrationi quorundam bonorum a dicto monasterio consentit, reservat omnes et singulos fructus ipsius eccl. et bonorum dictorum accedente consensu Theobaldi Aynardi Praepos. eccl. Aquen. et ejus caudatarii, cui illa eccl. commendatur, et ad eand. eccl. et bona praedicta regressum concedit. „Ad personam tuam“ L. 1012 f. 325, b.

— — — (11775) Petro Betelhe rectori seu vicario par. eccl. de S. Amarantho Caturcen. dioec. dictam ecclesiam seu ejus vicariam a Joh. Betelhe resignatam confert. „Vitae ac morum“ L. 1020 f. 92, b.

— — — (11776) Ludovico de Verno cler. Bisuntin. dioec., commendatario monasterii Montis S. Mariae Cisterc. Ord. dictae dioec., qui omni juri sibi ad Prioratum S. Bernardi de Salinis O. S. A. Bisuntin. dioec., in quo hospitale pauperum existit, competenti renuntiat, pensionem super ejusd. Prioratus fruct. cum jure regrediendi ad eum assignat. „Vitae ac morum“ L. 1032 f. 71.

— — — (11777) Mag. Johannem de Gervinis (Ind. Germinis) canon. Cortonen. in suum et S. Sedis notarium recipit. „Pii Patris altissimi“ (Colot. | Grat. de mand. S. D. Balbus. Baena | Cyprian. Coll. H. de Cesis) L. 1027 f. 277, b.

— — — (11778) Petro de Anolhes in monasterio B. Volusiani de Fuxo O. S. A. Appamiar. dioec. virtutum Domino famulari cupienti, locum et canonicalem portionem ac Eleemosynariam dicti monasterii resignatione Johannis de Abbatia vac. confert. „Apo-

[1] Forsitan hoc docum. ad ann. 1513 remittendum est; temporis nota est dubia.

1514.

stolicae Sedis“ (Evang. | B. de Rizonibus. Gerona | A. de Castillo. Coll. H. de Cesis) L. 1043 f. 77.

17. Sept. (XV. Kal. Oct.) | Romae apud S. Petrum. | (11779) Johanni de Novavilla rectori par. eccl. S. Sereni Caturcen. dioec. dictam eccl. resignatione Oliverii de Gontealto vacantem confert. „Vitae ac morum“ L. 1015 f. 159.

— — | — | (11780) Petro de Gardia presb. Lemovicen. dioec. commendat Prioratum S. Alpiniani O. S. A. dictae dioec. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Balbus. Gibral. | Cyprian. Coll. Bucan.) L. 1027 f. 43.

— — | — | (11781) Roberto de Gontealto cler. Caturcen. dioec., baccal. in legibus, commendat Prioratum convent. S. Liberatae O. S. B. Agennen. dioec. a monasterio Casaedei dicti Ord. Claromonten. dioec. dependentem et cessione Oliverii de Gontealto, cujus dictus Robertus nepos existit, vacantem. „Nobilitas generis“ (Evang. | Draco. Colardi | Castilion. Coll. F. de Attav.) L. 1016 f. 290.

— — | — | (11782) Eidem par. ecclesiam de Concossio Caturcen. dioec. resignatione ejusd. Oliverii vac. cum ecclesiis B. Mariae et S. Georgii illi annexis ad certum tempus commendat et deinde confert. „Nobilitas generis“. Execut. deputat. „Hodie“. Arch. Lat. tom. 32 f. 243, b seq.

— — | — | (11783) Cum Johanne Glys abbate monasterii de Newnam Cisterc. Ord. Exonien. dioec., qui dicto monasterio, nulla dispensatione super defectu natalium obtenta, praefectus illius possessionem apprehendit, dispensat super defectu hujusmodi et inhabilitatem occasione praemissorum contractam abolet eique indulget, ut ipsum monasterium retinere valeat. „Sedes Apostolica pia mater“ (Colot. | Draco | Aloys. Coll. H. de Cesis) L. 1015 f. 299.

— — | — | (11784—11785) Vito Meller archidiac. eccl. Augusten. prov. Magunt. et U. J. doctori pensionem an. super fruct. Praeceptoriae domus S. Antonii oppidi Memmingen O. S. A. Augusten. dioec. solvendam per Gasparem Lentzenprunner, cui de ista Praeceptoria eadem die providetur, assignat. „Literarum scientia“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“. Arch. Lat. tom. 18 f. 227; f. 230.

— — | — | (11786—11787) Matthaeo tit. S. Angeli diac. Card. jus regrediendi ad praedictam Praeceptoriam ab ipso resignatam concedit. „Ad personam tuam“. Execut. deputat. „Hodie cum dil. filius“. Arch. Lat. tom. 18 f. 234; f. 236, b.

— — | — | (11788—11789) Christophoro Brunspeck cler. Saltzeburgen. pensionem an. super fruct. par. eccl. in Propstried Augusten. dioec. prov. Magunt. per Gasparem Lentzenprunner solvendam assignat. „Vitae ac morum“. Execut. deputat. „Hodie dil. filio“. Arch. Lat. tom. 18 f. 231; f. 233.

— — | — | (11790) Praeposito monasterii S. Crucis Augusten. mandat, ut Praeceptoriam domus S. Antonii oppidi Memmingen O. S. A. Augusten. dioec. prov. Magunt. a Matthaeo tit. S. Angeli diac. Card. resignatam Gaspari Lentzenprunner rect. par. eccl. in Propstried dictae dioec., qui in monast. ejusd. S. Antonii de S. Antonio Viennen. dioec., a quo dicta Praeceptoria dependet, virtutum Domino famulari cupit, ad biennium commendare et deinde, si idem Gaspar regul. professionem emiserit et ad hoc idoneus repertus sit, conferre curet. „Apostolicae Sedis providentia“ (Lambert. | Nardinus) Arch. Lat. tom. 18 f. 222, b.

18. Sept. (XIV. Kal. Oct.) | — | (11791) Cum ecclesia cathedralis Lexovien., quae in honorem SS. Apostolorum Petri et Pauli est dicata, inter caeteras regni Franciae et totius Ducatus Normandiae cathedrales ecclesias insignis, sumptuoso quodam aedificio a primaeva ejus aedificatione constructa, per Anglos partes illas tunc invadentes incendio devastata, in suis structuris non modicam ruinam passa fuerit, ac etiam ab eo tempore in vigilia celebritatis Omnium SS. an. 1512 plures Sanctorum reliquiae auro, argento et diversis lapidibus pretiosis magni valoris fulcitae in honorem ipsius celebritatis super ara majori ejusd. eccl. repositae a nonnullis praedonibus et sacrilegis nocturno tempore furto subtractae fuerint; cum insuper, licet postmodum ecclesia ipsa in parte reparata extiterit, tamen illa ac, quae mirae altitudinis existit, altera duarum turrium ruinam minetur et ad illarum restaurationem et ornamentum et aliorum ad div. cultum necessariorum fulcimentum fructus illius fabricae non suppetant: plenariam indulgentiam Christifidelibus, qui vere poenitentes eand. ecclesiam in festo SS. Apost. Petri et Pauli visitaverint et manus adjutrices porrexerint, concedit aliasque indulgentias largitur. „Si populus Israeliticus, qui sub umbra legis“ (Gratiadei | Cheminart. Balbus p. comp. | A. de Castillo. Coll. H. de Cesis) L. 1013 f. 176, b.

— — | — | (11792) Petro Ludovici de Epiphaniis cler. Florentin., Mag. Riccardi de Milanensibus script. familiari, regressum sive accessum ad certam capellaniam in eccl. S. Laurentii Florentin. concedit. „Vitae ac morum“ L. 1035 f. 155.

— — | — | (11793) Officiali Basileen. mandat, ut capellaniam ad altare S. Martini situm in choro ferreo par. eccl. B. M. Virg. oppidi Friburg. Constancien. dioec. prov. Maguntin. a

1514.

Bernardo Locherer resignatam Theobaldo Misner cler. Basileen., si idoneus sit, conferat. „Dignum arbitramur“ L. 1016 f. 202, b.

18. Sept. (XIV. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum. (11794) Johanni de Perrieu fam. suo et obsequiis nob. viri Juliani de Medicis domicelli Florentin. fratris sui insistenti par. ecclesiam de Queon Maclovien. dioec. obitu Guillermi Larganter vacantem confert. G. F. L. 1030 f. 80, b.

— — — (11795) Guillermo episc. Praenestino Card. Narbonensi in pristinum Cardinalatus honorem et dignitates ac beneficia, quibus a Julio II. praed. privatus erat, restituto revalidat indultum conferendi beneficia alias a praedecessore praefato ipsi concessum. „Dudum fel. rec. Julius PP. II.“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 535; tom. 30 l. 2 p. 769.

— — — (11796) Bartholomaeo de Petrasancta causar. P. A. auditori mandat, ut Hieronymo de Galarate archipresb. eccl. S. Joh. Bapt. loci de Orio Lauden. dioec. canonicatum et praeb. eccl. S. Nazarii in Brolio Mediolanen., quos quondam Diomedes de Pado obtinebat, surrogando conferat, si nemini sit jus quaesitum. „Vitae ac morum“ (Benzon | Campania) Arch. Lat. tom. 32 f. 79, b.

— — — (11797) Officiali Corduben. mandat, ut Johanni Lupi del Rio cler. Corduben., si idoneus sit, canonicatum et praeb. eccl. Corduben. resignatione Martini Fernandi vac. conferat. „Dignum“ (Benzon | Barotius) Arch. Lat. tom. 31 f. 232.

— — — (11798) Executores deputat, qui Mag. Alvarotto de Alvarottis canon. basil. Princ. Apost. de Urbe, U. J. doctori et lit. ap. abbreviatori, capellaniam ad altare S. Joh. Bapt. situm in eccl. S. Laurentii in Lucina de Urbe conferre curent. G. D. et F. Arch. Lat. tom. 38 f. 217.

— — — (11799) Officiali Treveren. mandat, ut capellaniam ad altare S. Laurentii situm in par. eccl. B. Mariae de Voyes Treveren. dioec. Jacobo Ghuani de Voyes cler. dictae dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum“. Arch. Lat. tom. 44 f. 171, b.

— — — (11800) Officiali Avenionen. mandat, ut cum Ludovico Bernardi laico et Matellina Holmera muliere Avenionen. dioec., qui tertio consanguinitatis gradu conjuncti matrimonium contrahere desiderant, super dicto impedimento dispenset. „Oblatae Nobis“. Arch. Lat. tom. 33 f. 218, b.

— — — (11801) Officiali Ambianen. committit, ut cum Carolo Cornet laico et Florentia Le Bonchier relicta quondam Johannis du Friesz oppidi de Roya Ambianen. dioec. super impedimento cognationis spiritualis dispenset. „Oblatae Nobis“ L. c. f. 219.

— — — (11802) Petro Bureau confert par. ecclesiam de Merisicco Antissiodoren. dioec. ac portionem alteram capellae S. Stephani prope ecclesiam Nivernen. „Vitae ac morum“ L. 1091 f. 256.

— — — (11803) Mag. Jacobo Symoneta causar. P. A. auditori mandat, ut Alphonso Suarez rectori par. eccl. S. Martini de Varzea Portugallen. dioec. ecclesiam par. B. Mariae de Paull Egitanien. dioec., si nemini sit jus quaesitum, surrogando conferat. G. F. L. 1081 f. 234.

— — — (11804) Raphaeli Jacobi Mag. Octavii de Cesis lit. ap. abbrev. familiari canonicatus Vulterran. et Pisan. ecclesiarum confert, praebendas vero earund. eccl. ac dignit. etc. alterius earum reservat. „Vitae ac morum“ (Colot. | Grat. p. fam. script. Draco. Colardi | Balandrin. Coll. S. de Spol.) L. 1024 f. 4, b.

— — — (11805) Antonium de Turri Arelaten. et Aquen. ecclesiarum canonicum constituit collectorem fructuum et prov. Cam. apost. debitorum in provincia Provinciae. „Ex fideli sollicita“ (Carrot. | *Visa* Chemin. | Valtrini. Coll. H. de Cesis) L. 1008 f. 95.

— — — (11806) Scholastico eccl. B. Mariae oppidi Vallisoleti Palentin. dioec. committit, ut Johanni Martinez beneficium in par. eccl. S. Salvatoris de los Scapullados oppidi de Peñafiel dictae dioec., si idoneus sit, conferre curet. „Dignum“ L. 1020 f. 25.

19. Sept. (XIII. Kal. Oct.) — (11807) Johanni Bapt. Laurentii cler. Camerinen. fam. suo et obsequiis Mag. Silvii Passerini not. et datarii sui insistenti assignat pensionem super fruct. par. eccl. S. Johannis Castrigalli territorii Camerinen. dioec. G. F. L. 1019 f. 51.

— — — (11808) Petro Durand confert ecclesiam par. B. M. de Marchevilla Carnoten. dioec. „Vitae ac morum“ L. 1027 f. 242.

— — — (11809) Praeposito eccl. S. Cuniberti Colonien. mandat, ut par. ecclesiam in Schoenholthusen Colonien. dioec. Ricardo Molitoris presb. conferat. „Dignum“. Arch. Lat. vol. F. f. 269.

— — — (11810) Executores deputat, qui vocatis vocandis Johanni Voynschot cler. Osnaburgen. conferant par. ecclesiam S. Viti in Voysbecke dictae dioec., si eam vacare repererint, amoto Valerio Bareschede et quovis alio injusto detentore. „Vitae ac morum“ L. 1077 f. 325, b.

— — — (11811) Petro Kratz fam. suo vicariam ad altare S. Kiliani situm in eccl. Maguntin. obitu Johannis Mulbach vac. confert. G. F. L. 1066 f. 259, b.

20. Sept. (XII. Kal. Oct.) — Episcopum Verulan. nominat nuntium et syndicum apud Helvetios pro foedere prorogando (*Guasti*, MSS. Torreg. p. 409).

— (11812) Apud Ludovicum Gallorum Regem intercedit, ut tandem aliquando missum faciat

1514.

Petrum Navarrum Cantabrum captivum suum, qua de re et Ludovico episc. Tricaricen. Legato suo in Galliis et Joh. Roccaforti Oratori Regis Romae latius mentem suam explicuit. „Petrum Navarrum Cantabrum, praestantem in rebus bellicis virum“ (Bemb.). Bibl. Vat. cod. 3364 f. 177. Ed. Bemb. L. IX. ep. 30 p. 72.

20. Sept. (XII. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum. (11813) Petro Navarro Cantabro nuntiat, quae pro ejus liberatione Gallorum Regi scripsit. „Proficiscenti ad te Ferrando, qui est ex societate Franciscinorum minorum, familiari tuo dedimus ad Ludovicum Regem literas“ (Bemb.). Bibl. Vat. l. c. Ed. l. c. ep. 31.

— — — (11814) Regem Francorum rogat, ut Ludovicum de Rossis suum consanguineum[1] et camerarium secretum frui patiatur commenda ipsi concessa monasterii S. Salvatoris de Rotono O. S. B. Redonen. dioec.[2], quod laborante in extremis Petro de Brignac ejusdem perp. administratore apostolicae dispositioni reservarat et post Petri obitum ipsi Ludovico commendavit, quam provisionem nullum non modo impedimentum, sed nec retardationem ullam habituram speraverat. Dolet praeter omnem exspectationem contrarium evenisse impediente Regis confessore, qui plus quam alii decretis Sedis Ap. obedire debuerat; Regem sibi hac in re gratificaturum adhuc sperat. „Sicut etiam scripsimus“ (Sadol.) Brev. ad princ. tom. 5 f. 63. Ed. Sadoleti epist. nomine Leonis scriptae ep. 18 p. 24—26.

— — — (11815) Duci Engolismen. et Claudiae Britanniae Ducissae eandem rem commendat eorum interventionem desiderans. Id. init. Brev. l. c. f. 63, b. Ed. Sadol. ep. 19 p. 26. 27.

— — — (11816) Municipio Firmano sub poena 10000 duc. vetat, ne permittant a suis quoquo modo impetum fieri in res et fortunas Asculanorum neve recipiant Johannem Franciscum Astuldi filium vel ullos ex Asculanis exulibus. „Magna cum molestia percepimus“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 177, b. Ed. Bemb. L. IX ep. 32 p. 73.

— — — (11817) Visitantibus par. ecclesiam S. Spiritus de Neckerspoele prope et extra muros Machlinen. Cameracen. dioec., ad quam Mag. Petrus Marciaci scriptor et Joh. de Quercu ejusd. eccl. rector specialem devotionis gerunt affectum, indulgentias concedit. „Etsi quaelibet loca“ L. 1206 f. 374, b.

— — — (11818) Johanni del Castillo cler. Toletan. dioec. pensionem ann. assignat super fruct. par. eccl. de Ledanca Seguntin. dioec. cum jure accessus et facultatem de suis bonis testandi ei concedit. „Vitae ac morum“ L. 1073 f. 125.

— — — (11819) Fatetur se recepisse a Leonardo olim Zenobii de Bartholinis cive et mercatore Florentin. 5000 duc. auri pro totidem per eum de mandato suo traditis Don Petro de Aure Regis Hispaniar. Oratori ac aliis personis etiam pro suis occurrentibus necessitatibus expositis; ad cujus summae satisfactionem assignat omnes introitus Cam. apost. et praesertim communia et annatas omnium beneficiorum regni Franciae, quae pro tempore in Rom. Cur. expedientur. „Fatemur per praesentes habuisse“ (Coll. F. de Narnia) Div. Cam. tom. 64 f. 29, b.

— — — (11820) Mandat construi sacellum in gymnasio Romano sub invocat. SS. Leonis PP. et Fortunati M. ibique erigit Praeposituram pro uno Praeposito *Praeposito Academiae Romanae* nuncupando ac duas capellanias pro duobus capellanis, qui diebus, quibus in dicto gymnasio legitur, Missam alternatim celebrent et die anniversario obitus sui solemne faciant anniversarium. Reservat juspatronatus dictae capellae hominibus ex familia de Medicis Romae p. t. existentibus, jus vero praesentandi ad Praeposituram et capellanias praedictas Reformatoribus ipsius gymnasii, qui tamen ad eandem Praeposituram nonnisi aliquem ex professoribus et ad capellanias nonnisi cives Romanos literarum studiosos ac doctos gymnasii Rectori per ipsum instituendos praesentare valeant; statuit quoque, ut in dicto sacello seu capella fiant creationes doctorum ac disputationes publicae et oratio in die festivitatis S. Lucae aliique actus per quasvis personas literatas in eccl. S. Eustachii fieri soliti; nonnullis denique privilegiis ac praerogativis supradicto Praeposito attributis Praeposituram ipsam confert Philippo Beroaldo cler. Bononien., notario et secretario suo, unam vero ex iisdem capellaniis Camillo Porcio canon. basil. Princ. Apost. et familiari suo, in dicto gymnasio literar. humanar. professoribus, ac Johanni Gazoldo presb. Brixien. dioec. et cubiculario suo alteram capellaniam concedit. A. P. R. M. „Quantum omnibus fere nationibus“ (Bembus | Grat. de mand. S. D. Draco | Colardi | Casanova) L. 1194 f. 63.

— — — (11821) Vanno Antonii de Oricellariis par. ecclesiam *plebem* nuncup. S. Leonardi de Cerretoguidi Lucan. dioec. resignatione Simonis de Oricellariis vac. confert. „Vitae ac morum“ L. 1018 f. 128, b.

---

[1] Mater ejusdem erat Leonis X. soror.

[2] Annot. ad Sadol. p. 208. 209: „Sammarthani Gallia chr. tom. 4 p. 801 recensent eum inter abbates Rottoni (Redon) O. S. B. post Petrum de Brignac. In dioecesi tamen Veneten. (Vannes) eam abbatiam collocant.“ St. Sauveur de Redon Gall. chr. tom. 14 p. 941 seq.

1514.

20. Sept. (XII. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum. (11822) Johanni de Tillyo abbati monasterii de Cauhota O. S. B. Aquen. dioec. indultum circa beneficia concedit. „Personam tuam“ L. 1205 f. 346.

(11823) Episcopo Valven. et Sulmonen. mandat, ut par. ecclesiam *abbatiam* nuncup. S. Mariae in Brusano Nullius dioec. Alexandro Gayetano cler. Neapolitan., si ipsum ad hoc idoneum esse repererit, conferat. „Dignum“ (O. de Cesis | Campania) Arch. Lat. tom. 18 f. 70.

— — — (11824—11825) Antonio Mora beneficiato in eccl. par. S. Laurentii Corduben., decr. doctori, duas pensiones assignat super fruct. canonicatus et praeb. eccl. Corduben., qui ab ipso resignati Mag. Petro Gundisalvi collati sunt. „Literarum scientia“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. vol. K f. 186, b seq.

21. Sept. (XI. Kal. Oct.) — Praesente Papa Hieronymus de Vich Orator Ferdinandi Regis Aragon. scribit capitula ligae inter Leonem X et Ferdinandum Regem in duplici exemplari. *Guasti*, MSS. Torreg. p. 459. 460; cf. ib. p. 401. 402.

— — — (11826) Ladislao Pannoniae Regi, si justum exercitum conficere et in Turcas impetum facere statuerit, ut illustris aliqua in illos impressio expugnatioque oppidorum consequatur, quinquies decies mille nummum aureorum se ad id erogaturum, sin vero satis futurum putaverit oppida Turcis vicina tuta ab hostibus reddere, bis decies mille nummum aureorum ipsi esse daturum promittit. „Dedimus proximis diebus ad te literas“ (Bemb.) Ed. Bibl. Vat. cod. 3364 f. 186, b. Bemb. L. X ep. 3. *Bzov.*, h. a. p. 221. 222. n. 1. *Raynald.* h. a. n. 51 p. 77.

— — — (11827) Thomae Card. Strigonien. mittit literas ad Ladislaum Regem datas vultque, ut Regem accuratius et prolixius edoceat de sua mente circa regni istius statum et de desiderio, ut pace inter principes restituta bellum sacrum mox suscipiatur. „Exemplum literarum, quas Ladislao Regi scribimus.“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 188. Ed. Bemb. L. X ep. 4 p. 76. *Bzov.* l. c. n. 2. *Raynald.* l. c. n. 52 p. 77. 78.

— — — (11828) Aegidio Vorons canon. eccl. S. Martini Leodien. dioec. pensionem assignat ex dicta dioec. et indultum circa residentiam concedit. „Vitae ac morum“ L. 1100 f. 169.

— — — (11829—11830) Mag. Martino Berthelot decano eccl. Remen. et notar. suo decanatum dictae eccl. a Johanne Berthelot resignatum confert. G. D. Executores deputat. „Hodie“ (Benzon A. de Alvarott. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 35 f. 151 seq.

— — — (11831) Episcopis Cavallicen. et Militen. mandat, ut Petro Crispo cler. Mindonien. dioec. par. ecclesiam S. Michaelis de Regueira dictae dioec. obitu Petri Furtado vac. conferant. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. tom. 32 f. 249, b.

— — — (11832) Bernardino, episc. Sabinen. concedit regressum et accessum ad Praeposituram eccl. S. Rumoldi Machlinen. Cameracen. dioec. „Ad personam tuam“ L. 1033 f. 173, b.

— — — (11833) Petro de Febure presb. et Licent. in decr. archidiaconatum eccl. Cathalaunen. resignatione Johannis Berthelot vac. et ad effectum eundem archidiaconatum obtinendi canonicatum ejusd. eccl., per cujus canonicos idem archidiac. teneri consuevit, confert. „Literarum scientia“ (Castilion. | Balbus. Baena | J. d. Gais. Coll. Attav.) L. 1020 f. 45, b.

— — — (11834) Michaeli Cherbree canonicatum et Senescalariam eccl. B^mi Martini Turonen., Johanne Berthelot nuper ejus eccl. Senescalario resignante, confert. „Vitae ac morum“ (Gratiadei | Balbus. Gibraleon | Bernard. Coll. F. de Attav.) L. 1049 f. 153.

— — — (11835) Johanni Piedenelz de S. Urbano canonic. et praeb. Parisien., decanatum Remen. et archidiaconatum major. Cathalaunen. ecclesiarum obitu Johannis Berthelot vac. necnon canonicatus Remen. et Cathal. ad effectum dictos decanatum et archidiac. obtinendi confert. „Vitae ac morum“ (Evangel. | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Draco | A. de Castillo. Coll. Donat.) L. 1024 f. 245.

— — — (11836) Ad preces Johannis de Rupeforti Ballivi oppidi de Divione Lingonen. dioec. et Ludovici Francorum Regis ad Sedem Apost. Oratoris omnibus fidelibus in proxima II. fer. festi Resurrect. D. N. J. C. visitantibus ecclesiam B. Mariae dicti oppidi et pro illius reparatione, qua eget, cum in ultimis bellis pro majori parte diruta et suis proventibus spoliata sit, manus adjutrices porrigentibus indulgentiam plenariam concedit. „De salute gregis“ (Grat. de mand. S. D. Cheminart. | A. de Castillo) L. 1195 f. 142.

— — — (11837) Leoni Ysserenhoeffe fam. suo canonicatum et praeb. eccl. S. Suiberti in Keyserswerdt Colonien. dioec. obitu Adae de Bane vac. confert. G. F. (Armellin. | Grat. de mand. S. D. Balbus. | Verdesotto. Coll. Donatus.) L. 1039 f. 73.

— — — (11838) Fatetur se recepisse a Gaspare de Armis et sociis mercatoribus Bonon., conductoribus datii ejusd. civit. Bononiae, 525 duc. auri pro residuo unius anni eorum conductae. „Fatemur habuisse“ (Coll. F. de Narnia) Div. Cam. tom. 64 f. 28, b.

— — — (11839) Nicolao Guerrero cler. Valentin. dioec. pensionem assignat super fruct. canonicatus et praeb. eccl. Ilerden. cum jure regressus. „Vitae ac morum“ L. 1075 f. 360, b.

— — — (11840) Agrigentin. et Cavallicen. episcopis et Officiali Palentin. mandat, ut Johanni

1514.

Crespo cler. Palentin. dioec. et fam. suo quoddam perpetuum simplex beneficium in oppido de S. Cypriano dictae dioec. conferre curent. G. F. L. 1013 f. 184.

21. Sept. (XI. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum. (11841) Petro Hamelin canonicatum et praeb. eccles. Parisien. resignatione Johannis Berthelot vac. confert. „Vitae ac morum“ (Carrotius | Balbus. | Bernardus Coll. Attav.) L. 1041 f. 274.

22. Sept. (X. Kal. Oct.) — (11842) Augustinum Justinianum Ord. Praed. professorem ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“ (Alvarott. | Campania) Arch. Lat. tom. 3 f. 303, b [1].

— (11843—11848) Eundem ecclesiae Nebien. obitu Baptistae episc. vacanti praeficit in episc. et pastorem. „Apostolatus officium“ De hac provisione scribit a) capitulo eccl. Nebien. b) clero et c) populo civit. et dioec. Nebien. d) vassallis istius eccl. „Hodie ecclesiae“ e) archiepisc. Januen. „Ad cumulum“ (Script. ut supra) L. c. f. 301, b seqq.

— — — (11849) Pro parte nob. viri Guillelmi de Saillant vicecomitis Ypren. et domini temporalis oppidi de Middelburg Tornacen. dioec., qui in honorem omnipotentis Dei et B. V. M. et S. Francisci et S. Clarae et pro sua et ejus contoralis et parentum et benefactorum salute in quadam ipsius domo sita in dicto oppido monasterium monialium Grisearum nuncupandarum Ord. S. Clarae de prima regula erigere desiderat, eidem Guillelmo unam capellam sub invocat., quae ipsi placuerit, in domo praedicta cum campanili humili, campana, cimiterio, refectorio, dormitorio, claustro, hortis etc. pro habitatione unius abbatissae et monialium Ord. praedicti, quae in monasterio ibi erigendo adinstar monialium monasterii Insulen. Ord. et dioec. praedict. sub perpet. clausura Domino famulentur, construi faciendi licentiam concedit et alia statuit pro novo monast., cui privilegia elargitur. A. P. R. M. „Inter universa divinae majestati opera accepta“ (A. Melfit. | Balbus. Colardi | A. de Castillo) L. 1023 f. 205.

— — — (11850) S. Georgii Colonien. et S. Adelberti Aquen. Leodien. dioec. ecclesiarum decanis et Officiali Colonien. mandat, ut par. ecclesiam in Graenrindorp Colonien. dioec. a Joh. Straelen resignatam monasterio dictae eccl. contiguo Cisterc. Ord., cujus abbatissae et conventui jus competit praesentandi personam idoneam ad eccl. praedictam, perpetuo uniant, si parochianorum assensus accedat. „Ex commisso Nobis desuper“ (Ph. d. Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 18 f. 208.

— — — (11851) Matthaeo S. Angeli diac. Card. concedit regressum ad ecclesiam par. S. Stephani in Gars alias Egemburg Patavien. dioec., quae de jure patronatus Maximiliani in Romanor. Imperat. electi et p. t. existentis archiducis Austriae existit et ab ipso Matthaeo Card. resignata Paulo Lang collata est. „Ad personam tuam“ (A. Melfit. | A. d. Castillo. Coll. Amerin.) L. 1027 f. 73, b.

— — — (11852) Johanni de Illanes canonico monasterii de Villa Beltran O. S. A. Gerunden. dioec., cantori capellano suo, pensionem assignat cum jure regressus super fruct. monasterii S. Joh. de Castanito O. S. Basilii et cujusd. par. eccl. Regin. et Militen. dioec., de quibus eodem Johanne cedente Michaeli Angelo de Illanes est provisum. G. F. L. 1085 f. 30.

— — — (11853) Fidelibus, qui ecclesiam Viennen. archiducatus Austriae, ad quam Maximilianus Roman. Rex singularem gerit devotionem, certis diebus visitaverint et ad illius turrim et alia aedificia restauranda charitatis subsidium contulerint, indulgentias plenarias largitur et confessariis ad hoc amplas facultates concedit. „Thesauri sacratissimae passionis“ (Sadol. | *Visa* Balbus. | W. de Enckenw.) L. 1198 f. 318, b.

— — — (11854) Petro Mariae cler. Turonen. dioec. et in U. J. Licent. indultum circa beneficia concedit. „Literarum scientia“ L. 1205 f. 369.

— — — (11855) Simile indultum Amadeo de Arantone cler. Gebennen. dioec. concedit. „Nobilitas generis“ L. c. f. 374, b.

— — — (11856) Didaco de Sagredo rectori eccl. S. Marinae de Valado Burgen. dioec., Mag. in art. et Mag. Francisci Thomasii lit. ap. script. familiari, dictam aliasque ecclesias rurales ejusd. dioec. confert et pensionem assignat. „Literarum scientia“ L. 1014 f. 93.

— — — (11857) Ad preces Sculteti, consulum et universitatis oppidi Bernen. Lausanen. dioec. indulgentiam a Julio PP. II. concessam extendit, ita ut etiam senes et valetudinarii aut alio impedimento detenti, qui in Dominica *Judica* ecclesiam S. Vincentii Bernen. sumptuosis aedificiis decoratam non per se ipsos sed per alios visitant et eleemosynam ad ejusd. eccl. conservationem largiuntur, indulgentiam plenariam usque ad annum Jubilaei proxime futuri lucrari possint. A. F. R. M. „Admonet Nos“ (Infra: *Visa* Draco | Casanova) L. 1195 f. 86.

— — — (11858) Facultatem olim per Innocentium PP. VIII. Praeposito eccl. S. Vincentii Bernen. concessam, ut ordines minores habitatoribus dicti oppidi conferre, ab omnibus casibus absolvere, sicut locorum Ordinarii, ornamenta sacra benedicere etc. valeat, ad preces

[1] Cf. *Gams* p. 768.

1514.

		eorundem Sculteti, consulum etc. renovat et confirmat. A. P. R. M. „Votis fidelium omnium“ (Infra: *Visa* Draco | Casanova) L. 1195 f. 87.
22. Sept. (X. Kal. Oct.)	Romae apud S. Petrum.	(11859) Ad preces Sculteti, consulum ac universitatis oppidi Bernen. Lausanen. dioec. necnon confratrum confraternitatis utriusque sexus fidelium in eccl. S. Jacobi dicti oppidi Bernen. Ord. FF. Minorum erectae confirmat et auget indulta a Julio PP. II. dictis confratribus concessa. A. P. R. M. „Ad sacram Petri Sedem“ (Infra: *Visa* Draco | Casanova) L. 1195 f. 89.
— —	—	(11860) Ad preces Matthaei tit. S. Angeli diac. Card. Gurcen., archiepiscopi Salzeburgen. coadjutoris perpetui, de cujus persona eidem ecclesiae Salzeburgen. ex die vacationis illius provisum existit, necnon Praepositi, decani et capituli dictae eccl. ipsam ecclesiam olim saecularem per annos 400. et deinde ad regularem statum reductam, cum procurante Conrado archiep. Ordo canonic. regul. S. Aug. in ea esset institutus, aucto canonicorum numero additisque presbyteris et clericis ad servitium eccl. destinatis ceterisque quoad mensam capitularem et alia opportune provisis, ad saecularem statum iterum reducit. A. P. R. M. „In eminenti militantis Ecclesiae specula“ (Bembus. | D. de Comitibus) L. 1198 f. 394.
— —	—	(11861) Nicolao tit. S. Priscae presb. Card. cedente aut decedente Jacobo de Baschenis accessum concedit ad Prioratum S. Jacobi della Molla Ord. S. Aug., ad par. ecclesias S. Stephani et S. Stephaniae et ad capellanias unam in dicta eccl. S. Stephani et alteram in eccl. S. Georgii Brixien. et Veronen. dioec. necnon ad canonicatum ac praeb. eccl. Brixien. „Dum ad personam“ L. 1038 f. 124.
— —	—	(11862) Wolfgangum ex Comitibus de Stalberge canonicum Alberstaden., cujus genitor et fratres et alii conjuncti in partibus illis potentes existunt, ad instantiam Baltazaris de Neustad Praepositi eccl. Alberstaden. senio confecti, qui bona et jura ejus Praepositurae commode defendere non potest, perpet. coadjutorem in regimine et administratione dictae Praepositurae cum jure successionis deputat. „Circumspecta Sedis Apostolicae providentia“ (Colot. | Draco. Enckenw. | Marciaci. Coll. F. de Attav.) L. 1009 f. 294, b.
— —	—	(11863) Eidem literas praecedentes confirmat. „Nobilitas generis“ L. 1019 f. 114, b.
— —	—	(11864) Johanni Sander de Northusen cler. Maguntin. dioec., P. A. causar. notario, licentiam testandi concedit. „Quia praesentis vitae“ L. 1205 f. 204, b.
— —	—	(11865) Roderico de Velasco fratri Prioratus Castellae et Legionis Hosp. S. Joh. Hierosol. antianitatem et jus quaesitum et reservationem ad beneficia ei per Fabricium de Carreto Mag. dicti Hospit. et conventum Rhodi ejusd. Hospitalis concessa ad ejus petitionem confirmat. A. F. R. M. „His quae pro remuneratione“ L. 1065 f. 91.
— —	—	(11866) Jacobo de Peñaranda cler. Oxomen. dioec. pensionem super fruct. canonicatus et praeb. eccl. Palentin. per Johannem etiam de Peñaranda solvendam assignat. „Vitae ac morum“ L. 1019 f. 65, b.
— —	—	(11867—11868) Egidio Charpentier cantori capellano in capella sua canonicatum et praeb. eccles. Ambianen. resignatione Johannis Radulphi in capella Pont. capellani cantoris vac. confert. G. F. (P. Cesis | Grat. de mand. S. D. Draco. | Attav.) Officialibus Parisien., Ambianen. et Beluacen. executionem committit. „Hodie dil. filio“ (Infra: Grat. de mand. S. D. Draco. | Cheminart. Coll. Attav.) L. 1045 f. 205; f. 206.
— —	—	(11869) Mag. Hieronymo de Attavantis script. et fam. suo canonicatum eccl. Constantien. prov. Maguntin. confert, praebendam vero etiam ex majoribus et dignitatem, personatum, administrationem vel officium ejusd. eccl. reservat. G. D. et F. (Colot. | Grat. p. scr. brev. Draco. Colardi | Cheminart. Coll. Jo. Ja. Cipellus) L. 1008 f. 179.
— —	—	(11870) Lupo Sancii de Ulloa familiari suo canonicatum et praeb. ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium ecclesiae Compostellan. reservat. G. F. L. 1009 f. 15, b.
— —	—	(11871) Pro parte Conradi abbatis et conventus monasterii S. Andreae Ord. Praemonstrat. Lausanen. dioec. eidem abbati et ejus successoribus usum paramentorum pontificalium ac benedict. pontific. dandi aliasque facultates concedit. „Exposcit vestrae devotionis“ (Infra: *Visa* Draco. | Casanova) L. 1195 f. 92.
— —	—	(11872) Julium S. Mariae in Domnica diac. Card., suum secundum carnem fratrem patruelem, cui alias de ecclesia Vauren. in partibus limitrophis regni Franciae constituta tanquam obitu b. m. Petri ep. vacante providerat, cum a nonnullis asseratur, dictam ecclesiam alias quam dicto modo vacavisse, eidem eccl. iterum praeficit. „Divina disponente clementia“ (Infra: *Visa* Enckenw. | Cheminart. Coll. Hip. de Cesis) L. 1042 f. 146.
— —	—	(11873) Francisco tit. S. Balbinae presb. Cardinali declarat literas Julii PP. II. praed., quibus idem praedec. rectori et consiliariis collegii scholarium oppidi de Alcala de Henares Toletan. dioec. per eumd. Card. fundati nonnullas facultates concesserat,

1514.

30. Sept. (Prid. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum. (12067) „Quietamus ac absolvimus dil. fil. Mag. Silvium Passerinum notarium et datarium Nostrum de omnibus et singulis pecuniarum summis per ipsum receptis ex compositionibus ordinariis et extraordinariis cum quibusvis personis, collegiis, universitatibus et locis quomodolibet factis, ac etiam ex quatuor officiis scriptor. Regestri supplicationum noviter erectis duc. 2600 ac ex officio sollicitatoris lit. ap. vac. per obitum Petri Mariae de Lantes concesso Johanni Bapt. Bracadino de consensu Andreae Petrini duc. 1250 ac ex off. praesidentis annonae Urbis ac una ex portionibus Ripae vac. per obitum Johannis Gentilis concessis Andreae Gentili seu Dominico Pinello duc. 1250 ac ex off. collectoriae taxae plumbi vac. per ob. Severini de S. Severino concesso episc. Venafran. duc. 1400 ac ex off. scriptoriae Regestri supplicationum vac. per ob. Nicolai Sanderi concesso Joh. Guerino duc. 1450 ac ex primo vacaturo officio scriptoris brevium concedendo Benedicto Laparello duc. 1300 ac ex off. praesidentiae annonae Urbis vac. per ob. Pauli Paluzelli concesso R. D. Laurentio Card. SS. Quatuor Coronat. duc. 500 ac ex off. unius portionis Ripae vac. per ob. Caroli Orphei concesso Didaco Mendez duc. 565 ac ex off. scriptoriae lit. ap. vac. per ob. Petri Cotini concesso Bernardo Sculteti duc. 3000 ac ex off. scriptoriae primariae vac. per ob. Innocentii Becaluna concesso Hieronymo de Olivis duc. 2250 ac ex off. sollicitator. liter. ap. vac. per ob. dicti Innocentii concesso Petro de Cepeda duc. 1250 ac ex off. unius portionis Ripae vac. per ob. Laurentii de Sutrio concesso Laurentio seu Francisco de Bencis duc. 600 et per eund. Silvium in Jun., Jul., Aug. et Sept. praesentis anni proxime praeteritis habitis et receptis.“ Absolvit eum insuper de quibusd. aliis summis. (Coll. Jo. Ja. Cipellus) Div. Cam. tom. 64 f. 40.

— — — (12068) Francisco episc. Abulen. licentiam tribuit audiendi et decidendi causas pendentes inter personas jurisdictioni suae subjectas existentes in locis, in quibus ipse jurisdictionem extra suam dioec. Abulen. exercere voluerit. „Dudum siquidem“ (Sadol.) Brev. tom. 2 n. 542; tom. 30 l. 2 p. 787.

ANNO SECUNDO MENSE OCTOBRI. 1514.

1. Oct. (Kal. Oct.) — (12069) Johanni Villar familiari suo confert beneficium in ecclesia Gerunden. G. F. L. 1028 f. 179.

— — — (12070) Bernardo Fabri canonico eccl. Auxitan. O. S. A., cui alias Prioratus conventualis S. Orientii Clun. Ord. dictae dioec. a Julio II. est commendatus, concedit, ut durante lite cum quodam adversario super eodem Prioratu pendente beneficia ad dispositionem Prioris ejusd. Prioratus spectantia conferre valeat, perinde ac si Prioratum ipsum pacifice possideret ac illius Prior et non commendatarius existeret. „Exigentibus meritis“ (Armellin. | L. de Bertinis | Casanova. Coll. Ph. de Roma) L. 1205 f. 327; Arch. Lat. tom. 46 f. 223.

— — Nepae (12071) Johanni Francisco Philomuso de Superchis fam. suo archidiaconatum eccl. Torcellan. ac capellaniam in par. eccl. S. Mariae de Bitizolo Brixien. dioec. obitu Joh. Dulcio vac. confert. G. F. (Ph. de Senis | Grat. de mand. Draco. Colardi | Bertrand. Coll. F. de Narnia) L. 1013 f. 46.

— — — (12072) Claudio Hennedouche fam. suo canonicatum et praeb. eccles. S. Hermetis Rothuacen. Cameracen. dioec. obitu Arnoldi Fratrissart junioris vac. confert. G. F. (J. B. Nasius | Grat. de mand. S. D. Balbus | Ponzettus. Coll. F. de Narnia) L. 1031 F. 125.

— — — (12073—12074) Mag. Gundisalvo de Cabredo script. et fam. suo benefic. in par. eccl. S. Petri Corduben. confert. G. D. et F. Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. vol. K f. 50, b seq.

— — — (12075—12076) Alphonso de Leon archipresb. oppidi de Alcantara Caurien. dioec. cum jure accessus pensionem assignat super fruct. cujusd. portionis eccl. B. M. Majoris de Antiquera Malaginen. dioec. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 191 seq.

— — — (12077) Executorem deputat, qui portionem praedictam a Mag. Alphonso de Verdesotto script. resignatam Francisco de Carceres cler. Caurien. dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ L. c. f. 209, b.

— — — (12078) Thomae Dayly al. Doyly perpet. vicar. par. eccles. Omnium SS. de Marcham Saresbirien. dioec. in 60 vel circa aetatis anno constituto indultum concedit circa residentiam. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. tom. 32 f. 125.

1514.

1. Oct. (Kal. Oct.) Nepae — (12079—12080) Henrico Winter canon. eccl. S. Quirini oppidi Nussien. Colonien. dioec. et baccal. in decr. canonicatum et praeb. dictae eccles., quos quondam Bernardus Engelberti al. Eberti (al. Egberti) obtinebat, confert. „Literarum scientia“ Execut. deputat. „Hodie“ (G. de Prato. A. de Alvarott. | Grat. p. fam. assist. [Octaviani de Cesis] Nardin.) Arch. Lat. tom. 34 f. 217 seqq.

2. Oct. (VI. Non. Oct.) — (12081) Bernensibus scribit, se quidem antea Cardinali Sedunen., cujus summam virtutem et singularem in omni genere rerum tractandarum prudentiam valde commendat, animum suum patefecisse; sed cum aliqua particularia et nova ad eos perferri cupiat, tum eund. Cardinalem tum Ennium episc. Verulan. ad eos se remittere, a quibus copiosius consilia sua sint intellecturi. „Summa vestra erga Nos et S. Sedem Apost. officia, quibus ad maximam inter ceteras nationes et fortitudinis et pietatis laudem vestrum nomen extulistis“ (Sadol.) Samml. eidgen. Absch. III, II 828. 829.

— — Civitatis Castellanae. (12082) Guidoni Loqueti rectori par. eccl. de Libera Remen. dioec. et fam. suo dictam eccl. confert. G. F. L. 1133 f. 42.

— — — (12083) Georgio de Quiros rectori par. eccl. loci de Segura Placentin. dioec. indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ L. 1207 f. 250, b.

— — — (12084) Episcopo Visen. Ad instantiam Johannis Joubert rectoris par. eccl. B. M. Dalgodres Lamacen. dioec., qui exposuit, quod nonnullae terrae et possessiones in districtu oppidi de Trancoso Visen. dioec. sitae *dos Bussellayros* nuncupatae olim inhabitatae, sed a paucis annis citra ad culturam et habitationem reductae ex eo, quod eas habitantes decimas et primitias quandoque uni quandoque alteri ex rectoribus par. ecclesiarum dicti oppidi persolvebant, dissensionum et discordiarum occasionem praebebant, et qui supplicavit, ut ecclesia seu capella S. Sebastiani in illis terris seu prope illas consistens in par. ecclesiam perpetuo erigeretur et pro dote fructus et proventus decimales in ipsis terris superexcrescentes etiam perpetuo ei applicarentur, ut insuper dicta ecclesia S. Sebastiani in eventum erectionis et applicationis praedictarum ecclesiae praefatae B. M., quam idem Johannes obtinet, quamdiu eam obtinuerit, uniretur: mandat episc. Visen., ut circa erectionem, applicationem et unionem hujusmodi faciat, prout ipsi videbitur faciendum. „Apostolicae Sedis“ (J. de Lerma | F. de S. Joh. J. de Radicib. | Bernard. Coll. Bucan.) L. 1171 f. 44, b.

— — — (12085) Johanni de Nebreda clerico Burgen. dioec. et fam. suo pensionem super fruct. canonicatus et praeb. eccl. SS. Cosmae et Damiani oppidi de Caveis Rubeis Burgen. dioec. assignat. G. F. L. 1032 f. 152, b.

— — — (12086) Honofrio Leonardi de Bartholinis cler. Roman. et fam. ac secundum carnem affini suo committit et, quatenus per fratres Ord. Humiliator. in titulum beneficii ecclesiastici teneri consueverit, commendat hospitale S. Caeciliae de Urbe in regione Transtiberim obitu Innocentii de Calzonibus. vac. G. F. (Evangel. | Grat. de mand. S. D. | Marciaci. Corbinus | F. de Acre. Coll. Donatus) L. 1034 f. 2.

— — — (12087) Johanni de Faria fam. suo rectori par. eccl. S. Christophori de Regalados Bracharen. dioec. dictam eccl. confert, dummodo, si dicta ecclesia de jurepatr. sit, accedat assensus medietatis patronorum. G. F. L. 1053 f. 234.

— — — (12088) Christophorum de Blonico, qui Prioratum B. Mariae de Tillia monachorum O. S. B. Pictaven. dioec. nulla dispensatione super defectu aetatis obtenta assecutus est et deinde Pictantiariam officium claustrale monasterii Fontis Cumbaudi dicti Ord. Bituricen. dioec. sibi conferri, licet de facto, obtinuit, a censuris absolvit, et dictum Prioratum ei commendat ac Pictantiariam praefatam confert. „Sedes Apostolica pia mater“ (Castilion. | Marciaci. Corbinus | A. de Castillo. Coll. Donatus.) L. 1045 f. 162.

— — — (12089) Universitati oppidi de Ontinient Valentin. dioec., qui exponunt, in dicto oppido numerum incolarum adeo crevisse, ut ecclesia ejusd. oppidi vix capax tanti populi existat et presbyteri in ea residentes nequaquam sufficiant, facultatem concedit unam domum sub invocat. SS. Joh. Bapt. et Joh. Ev. pro usu et habitatione aliquorum fratrum Ord. Praed. Reformatorum nuncup. cum ecclesia, campanili etc. aedificari faciendi, et Philippo Scarner moderno vicario provinc. Congr. dictorum fratrum in prov. Aragoniae, si dicta domus constructa fuerit, aliquos ex fratribus praedictis de eorum Superiorum consensu introducendi licentiam tribuit. „Sincerae devotionis affectus“ Bullar. Ord. Praed. tom. IV. p. 310.

3. Oct. (V. Non. Oct.) — (12090) Johanni de Yruxta cler. Calaguritan. dioec. pensionem assignat super fruct. par. eccl. S. Stephani de Alvares per Didacum de Yruxta solvendam. „Vitae ac morum“ L. 1179 f. 233, b.

— — — (12091) Roberto de Sarnoza rectori par. eccl. de Villapecinilla Legionen. dioec., Mag. Johannis Hieron. Benzon lit. ap. abbreviatoris fam., privilegia et indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ L. 1205 f. 560.

— — — (12092) Mag. Alexandro Nero cler. Florentin., notar. suo et domus suae magistro, qui tam Alexandri VI. et Julii II. quam sui Pontificatus temporibus circa curam aedificii

1514.

notabilis arcis Civitatiscastellan. ipsiusque arcis, cujus commissarius et auctor fuit, custodiae diversos labores non sine magna personae suae industria et discrimine sustinuit, omnes et singulas domos, petias terrae, vineatas etc. in civit. et dioec. Civitatiscastellan. consistent. et ad Sedem Apost. seu Cameram jure directi et utilis dominii pertinent. non parva reparatione indigen. cum omnibus juribus et pertinentiis suis in laborum hujusmodi remunerationem pro ipso ipsiusque haeredibus et successoribus in perpetuum cum pleno jure proprietatis donat et concedit. A. P. R. M. „Licet Romani Pontificis benignitas“ (Blondus | Grat. de mand. Draco. Colardi | Cyprian. Coll. Donat.) L. 1030 f. 254.

3. Oct. (V. Non. Oct.) Civitatis Castellanae. (12093) Mag. Nicolao de Aretio capellano suo et caus. P. A. auditori mandat, ut Andream Hamon canonicum Redonen. et bon. mem. Roberti tit. S. Anastasiae presb. Card. nepotem surroget in omni jure, quod Johanni Hamon ejus fratri germano competebat ad par. ecclesiam de Serent Veneten. dioec., dictamque eccl. eidem conferat, si nemini sit jus quaesitum. „Vitae ac morum“ L. 1053 f. 63.

— — — (12094) Amerigo Francisci de Pittis cler. Florentin. commendat Prioratum B. M. de Plano de Castellana O. S. B. Senecen. dioec. „Laudabilia“ (Evang. | Grat. de mand. S. D. | W. de Enckenw. | Cabredo. Coll. F. de Attav.) L. 1051 f. 55.

— — — (12095) Fidelibus ecclesiam monasterii B. M. Virg. de Gratiis juxta arcem sive turrim Londonien. Cisterc. Ord. Londonien. dioec., in qua (ut pie creditur) caput B. Annae matris B. M. V. honorifice conservatur et ad quam Richardus abbas et conventus ejusd. monast. singularem gerunt devotionis affectum, devote visitantibus et pro ejus reparatione et ornamento eleemosynas largientibus indulgentias concedit. „Pastoris aeterni, qui non vult mortem, sed conversionem peccatoris“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 32 f. 73.

— — — (12096) Franciscum Electum Nanneten. ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“ (A. de Alvarott. | Campania) Arch. Lat. tom. 40 f. 206.

— — — (12097) Eidem Francisco monasterium S. Menani de Gadello O. S. B. Maclovien. dioec., cujus commendae Franciscus episc. Tiburtin. possessione per ipsum non habita cessit, et cujus commendae Johannes Hamon canon. Nanneten. literis non confectis cedit, commendat. „Romani Pontificis providentia“ (Script. iid.) L. c. f. 207, b.

— — — (12098—12100) De hac commenda scribit a) episc. Maclovien., b) vasallis et c) conventui monasterii praedicti. „Hodie monasterium“ L. c. f. 206, b.

— — — (12101) Francisco episc. Tiburtin. facultatem de beneficiis ad dispositionem abbatis seu commendatarii praedicti monasterii spectantibus disponendi reservat et regressum ad illud concedit. „Dum exquisitam“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 209, b seqq.

— — — (12102) Johanni Vian cler. Nanneten. dioec. pensionem super fruct. par. eccl. de Limino dictae dioec. per Joh. Mabit solvendam assignat. G. F. L. 1155 f. 151.

4. Oct. (IV. Non. Oct.) Roncillione Sutrin. dioec. (12103—12104) Jacobo de Habercii rectori capellae Castri de Marsmil Atrebaten. dioec. pensionem ex dicta dioec. reservat. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 37 f. 147 seq.

5. Oct. (III. Non. Oct.) Viterbii. (12105) Innocentius PP. VIII. quasdam possessiones seu tenimenta, La Posta Petrogniani Clusii nuncupata, in districtu civitatis Perusin. consistentia cum toto territorio ac silvis, pascuis, emolumentis, pertinentiis et omnimoda jurisdictione Raynerio et Eliseo ac Eugenio necnon Petro Marchionibus Pratellae laicis Civitatiscastelli dioec. eorumque haeredibus et successoribus concessit usque ad 25 annos inchoandos post finitum tempus Petro et Honofrio ac Thomae et Bartholomaeo de Vanneriis fratribus laicis Cortonen. et eorum descendentibus masculis per Nicolaum V et Sixtum IV concessum; post finem concessionis hujusmodi dictas possessiones Mag. Silvio Passerino datario ac scriptori et fam. suo ac Valerio et Cosmae de Passerinis civibus Cortonen. fratribus germanis cum toto territorio, silvis, aquis etc. necnon mero et mixto imperio sub certo canone ad 30 annos in nobile feudum concedit, et quidem ipsi Silvio quoad vixerit et eo deficiente iisdem Valerio et Cosmae eorumque haeredibus in linea masculina descendentibus. „Licet Romani Pontificis benignitas“ (Gratiadei | *Visa* Marciaci | Cheminart. Coll. S. de Spol.) L. 1030 f. 8.

— — — (12106) Executores deputat, qui Ancelmo Jacotini rectori par. eccl. de Morchangra Meten. dioec. et Mag. in art. canonicatum et praeb. eccl. S. Stephani oppidi de Vico Meten. dioec., quos quondam Nicolaus Morelli obtinebat, conferant. „Literarum scientia“ (Benzon | Barotius.) Arch. Lat. vol. F f. 29.

— — — (12107) Lamberto Nitardi cler. Nicien., obsequiis Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. insistenti, regressum seu accessum ad archidiaconatum eccl. Taurinen. concedit, Andrea de Provanis cedente vel decedente. G. F. L. 1058 f. 95.

— — — (12108) Johanni Marronis capellam B. M. Magdal. loci S. Verani Ebredunen. dioec. resignanti capellaniam in eccl. Ebredunen. ab Andrea Marcellini al. Gargani dimissam confert. „Apostolicae Sedis“ L. 1017 f. 11.

1514.

5. Oct. (III. Non. Oct.) | Viterbii. | (12109) Blasio de Leonibus canon. Torcellan. mandat, ut Johanni B. de Sociis cler. Venetiar., si idoneus sit, beneficium in eccl. S. Michaelis de Quarto Torcellan. dioec. conferat. „Dignum arbitramur“ L. 1033 f. 113.

— — — | — | (12110) Mag. Jacobo Symoneta cler. Mediolanen., U. J. doctori ac capellano et fam. suo, concedit regressum seu accessum ad canonicatum et praeb. eccl. Colonien., quos Johannes Talherin obtinet. G. D. et F. L. 1094 f. 58.

— — — | — | (12111) Eidem pensionem assignat super fruct. canonic. et praeb. eccl. B. M. V. ad Gradus Maguntin., quos praedictus Johannes obtinet. G. D. et F. L. 1055 f. 267.

— — — | — | (12112) Petro de Lauda baccal. in decr. confert canonicatum et praeb. eccl. S. Nicolai de Nogorolio Auxitan. dioec., quos quondam Johannes de Poussano obtinebat. „Literarum scientia“ (Armellin. | Balbus. Baena | Chemin. Coll. F. de Attav.) L. 1020 f. 195.

— — — | — | (12113) Vicario gen. episc. Regien. mandat, ut Johanni Peregrini de Batis cler. Regien. dioec., si idoneus sit, par. ecclesias invicem unitas S. Salvatoris de Capuli et S. Petri de Corello dictae dioec. resignatione Mag. Andreae de Guidonibus notarii sui vac. conferat. „Dignum“ Arch. Lat. tom. 33 f. 295, b.

— — — | — | (12114—12115) Silverio Blancho canonicatum et S. Martini de Rota nuncupatam praebendam eccl. Cortonen. vacantes resignatione Mag. Silvii Passerini, cujus dictus Silverius commensalis existit, confert. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ (Lambert. O. de Cesis | Gr. p. fam. script. Barotius) L. c. f. 290, b seqq.

— — — | — | (12116) Mag. Silvio Passerino cler. Cortonen., datario ac script. et fam. suo, qui canonicatum et praeb. eccl. Cortonen., de quibus Silverio Blancho providetur, resignavit, regressum ad eosd. canon. et praeb. concedit. G. D. et F. L. 1024 f. 224, b.

— — — | — | (12117) Executorem deputat, qui decanatum eccl. Chironen. resignatione Johannis Petri Jallnia vac. Marino de Rodo canonico Creten., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ (P. de Castello | Nardin.) Arch. Lat. tom. 37 f. 305, b.

— — — | — | (12118—12119) Johanni de Chastranbondean Operario monasterii de Henahonio O. S. A. Lemovicen. dioec. Prioratum S. Thomae de Marchia dicti Ord. Bituricen. dioec. resignatione Hectoris de Jovaco vac. commendat. „Religionis zelus“ Execut. deputat. „Hodie“ (Benzon. A. de Alvarott. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 38 f. 237 seqq.

— — — | — | (12120) Executores deputat, qui Juliano de Ceninis rectori par. eccl. S. Euphemiae de Montealto Britonorien. dioec. par. ecclesias invicem perpetuo unitas S. Mariae de Casula, S. Hilarii de Montepaulo ac S. Blasii de Alla Forolivien. dioec. obitu Venturi de Valle vac. conferant. G. F. L. c. f. 128.

— — — | — | (12121) Johanni Guerin rectori par. eccl. B. M. de Montelucio Bituricen. dioec., baccal. in decr., indultum concedit circa beneficia. „Literarum scientia“ Arch. Lat. tom. 59 f. 373.

6. Oct. (Prid. Non. Oct.) | — | (12122) Archiepisc. Baren. et decano eccles. Magdeburgen. et Officiali Magdeburgen. mandat, ut Johanni Schoma cler. Colonien. canonicatum et praeb. eccl. S. Nicolai Novifori Magdeburgen., quos quondam Rickmanus Rickman obtinebat, conferant. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Marciaci. Corbin. | F. de S. Joh. Coll. F. de Attav.) L. 1026 f. 63.

— — — | — | (12123—12124) Mag. Guillermo Raymundi de Vich canon. Valentin. et notario suo, qui canonicatum et praeb. ac Prioratum eccl. Palentin., de quibus Ludovico Ferrer decano eccl. Legionen. providetur, resignat, pensionem reservat super fruct. decanatus eccl. Legionen. et in certum eventum regressum ad canonic. et praeb. ab ipso resignatos. G. D. Execut. deputat. „Hodie“ L. 1125 f. 17.

— — — | — | (12125) Johannes Testa de Homis laicus Brixien. testamentum condens post plura legata etiam ad pias causas facta Aloysium unicum filium suum universalem haeredem instituit, et si sine filiis legit. decederet, domum S. Dominici Brixien. O. Pr. de observ. nuncup. illiusque fratres cum certis conditionibus, quamdiu sub regul. observantia viverent, et si ad conventualitatem devenirent, tunc pro una S. Petri de Oliveto Congr. S. Georgii in Alga Venet. et pro alia S. Euphemiae Brixien. ac pro tertia partibus S. Salvatoris prope et extra muros Brixien. S. Ben. et S. Aug. Ordinum monasteria et eorum conventus, donec dicti fratres ad pristinam observantiam redirent, sub similibus conditionibus substituit, quatuor vero filias cum tenuissimis (respectu facultatum suarum) dotibus videl. 200 duc. pauperibus nobilibus nuptui tradidit. Pontifex pro parte Matthiae episc. Phamaugustani et Hieronymi et Joh. Bapt. de Ugonibus, dicti testatoris ex Bonifacio de Ugonibus et Magdalena ejusd. testatoris filia legitima nepotum, necnon pro parte Ludovici Pauliemilii et Joh. Aloysii, dicti testatoris ex praefata Magdalena pronepotum, quoad medietatem bonorum loco praedictorum domus et monasteriorum sub similibus conditionibus eosdem nepotes et pronepotes alias substituit. Cum vero fratres et conventus praefati exposuerint, dictum testatorem ordinasse, ut qualibet die certae Missae celebrarentur et quolibet anno nonnullae puellae maritandae dotarentur et certi praedicatores pro verbi Dei expositione et rudium in-

1514.

structione ad certa loca destinarentur, et multa alia per eosdem religiosos fieri voluisse, quae longe melius et facilius per ipsos religiosos quam per nepotes et pronepotes hujusmodi adimpleri possint: eosd. fratres et conventus in pristinum statum restituit et dictum testamentum cum omnibus clausulis confirmat. A. P. R. M. „Ex debito pastoralis officii“ (Evangel. | Guerrerius. Bertrandi | Cyprian. B. de Alex.) L. 1066 f. 121. (Infra: Guerrerius. Bertrandi | J. Copis | Evang. | A. de Pace. A. de Taris | Enckenw. | R. Pagnus | Cyprian.) [1] L. 1193 f. 13.

6. Oct. (Prid. Non. Oct.) Viterbii. (12126) Francisco tit. SS. Johannis et Pauli presb. Card. permutationis causa abbatiam saecul. et collegiatae eccl. B. Mariae de Cenarruza Calaguritan. dioec. resignanti quaedam beneficia Calaguritan. dioec. necnon par. ecclesiam S. Stephani de Alvarez Toletan. dioec. a Didaco de Yruxta eadem de causa dimissa confert. „Apostolicae Sedis“ L. 1025 f. 286.

— — — (12127) Eidem pensionem super fruct. dictae abbatiae cum jure ad eam regrediendi assignat. „Ad personam tuam“ L. c. f. 262.

— — — (12128) Didaco de Yruxta Mag. Alphonsi de Lerma notar. et script. sui familiari praedictam abbatiam de Cenarruza a praefato Francisco Card. resignatam confert. „Apostolicae Sedis circumspecta benignitas“ (Blondus | Grat. p. fam. script. Draco | De Vega. Coll. S. de Spol.) L. c. f. 264.

— — — (12129) Gilberto de Brosseriis cler. Bituricen. dioec., Mag. Johannis Colardi script. fam., sub regul. habitu in monasterio Cluniacen. Cluniac. Ord. Matisconen. dioec. virtutum Domino famulari cupienti majorem Prioratum dicti monasterii obitu Philippi Bourgoni vac. ad certum tempus commendat et deinde professione emissa confert. „Apostolicae Sedis“ (Evangel. | Grat. p. fam. script. Marciaci. Corbinus | N. de Castillo | Coll. B. de Alexandris) L. 1043 f. 199.

— — — (12130) Carolo de Courcelles in Universitate Studii Parisien. actu studenti par. ecclesiam S. Christophori de Maduilozouf Bajocen. dioec. obitu Johannis Pithier vac. confert. „Vitae ac morum“ (Castilioneus | Marciaci. Corbinus | Ponzettus. Coll. H. de Cesis) L. 1043 f. 55.

— — — (12131—12132) Raymundo Quinquirini cler. Tolosan. dioec. par. ecclesiam de Cremada loci de Cabanilo dictae dioec. cum ecclesiis illi annexis S. Stephani de Coblexio et S. Andreae de Ronhollo dictae dioec. ad certum tempus commendat et deinde confert. „Vitae ac morum“ Executores deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 38 f. 265 seqq.

— — — (12133—12134) Bernardo de S. Mauritio perpet. vicariam par. eccl. S. Pauli de Massugneryo Albien. dioec. permutationis causa resignanti canonicatum et praeb. eccl. S. Saturnini et par. ecclesiam S. Stephani de Brossa Vabren. dioec. eadem de causa a Raymundo Yverii resignatos confert. „Apostolicae Sedis“ Execut. deputat. „Hodie“ (A. de S. Severino. Benzon | Ph. de Senis) Arch. Lat. tom. 31 f. 238 seq.

— — — (12135) Michaeli Marci baccal. in theol. confert Prioratum de Gaya Cluniacen. Ord. Trecen. dioec. obitu Johannis des Plantes vac. „Religionis zelus“ (Evangel. | Marciaci. Aloys. | Cheminart. Coll. Donat.) L. 1034 f. 197.

— — — (12136) Henrico de Haucourt canonico Cameracen. confert canonicatum et praeb. dictae eccles. Cameracen. obitu Nicolai Brillet vac. „Vitae ac morum“ (Evang. | Grat. de mand. S. D. Millinus. Gauden | Ponzett. Coll. Amerin.) L. 1039 f. 296, b.

— — — (12137) Johanni Barbier Magistro in artibus par. ecclesiam B. Mariae de Veteri Capella Atrebaten. dioec. confert. „Literarum scientia“ L. 1036 f. 6.

— — — (12138) Hugonem de Beauregard monasterio B. Mariae de Granateria Veteri in Pictavia O. S. B. Lucionen. dioec. obitu Petri episc. Lucionen. vacanti praeficit in abbatem. „Sollicitae considerationis intuitu“ (Evang. | Draco. Colardi | F. de S. Johanne. Coll. F. de Attav.) L. 1015 f. 95, b.

— — — (12139) Hieronymum de Luonibus cler. Mediolanen. ad instantiam Petri de Corveno canon. eccl. S. Georgii in Palatio Mediolanen., cujus dictus Hieronymus ex sorore nepos existit, constituit ejusd. Petri coadjutorem perpet. et irrevocabilem eique cedente vel decedente dicto Petro eosd. canonic. et praeb. confert. „Circumspecta Sedis Apostolicae providentia“ (Infra: Marciaci | Valtrini. Coll. Cipellus) L. 1033 f. 88.

— — — (12140) Leonardo Petri de Clossis confert canonicatum et praeb. eccl. Florentin. obitu Odonis de Altobittis vac. „Laudabilia“ (Colot. | Draco. Colardi | F. de Acre. Coll. Donat.) L. 1033 f. 1.

— — — (12141) Zenoni de Coradinis fam. suo, obsequiis Innocentii tit. SS. Cosmae et Damiani diac. Card. insistenti, canonicatum et praeb. eccl. S. Adriani de Urbe resignatione

[1] Additur testimonium Bartholomaei de Papia civis Brixien., publ. imperiali auctoritate notarii, qui hanc bullam ex bulla origin. de verbo ad verbum exemplavit.

1514.

Bernardini de Coradinis vac. confert. G. F. (C. de Cesis | Grat. de mand. S. D. C. de Liazariis | F. de S. Joh. Coll. S. de Spol.) L. 1058 f. 220.

6. Oct. (Prid. Non. Oct.) Viterbii. (12142) Eidem par. ecclesiam B. Mariae Aegyptiacae de Urbe resignatione praefati Bernardini vac. confert. G. F. L. c. f. 227[1].

— — (12143) Johanni Droulheti canonico monasterii S. Petri de Vertullio in Medulco O. S. A. Burdegalen. dioec. indultum circa beneficia concedit. „Religionis zelus“ Arch. Lat. tom. 44 f. 155.

— — — (12144) Officiali Corisopiten. mandat, ut monasterio S. Crucis prope Guingamp O. S. A. Trecoren. dioec. obitu Rolandi abbatis vacanti Petrum Kervenanay monachum dicti monast. per conventum abbatem electum, si eum ad hoc idoneum esse cognoverit, in abbatem praeficiat. „Sollicitae considerationis indagine“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 35 f. 168, b.

— — Rossilione. (12145) Octaviano Genuensium Duci et Federico archiepisc. Salernitan. fratribus commendat Augustinum Folietam eorum municipem et fam. suum eximia virtute et consiliorum prudentia excellentem, quem ad eos cum mandatis mittit. „Amor erga vos“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 182. Ed. Bemb. L. IX ep. 42 p. 74.

7. Oct. (Non. Oct.) Viterbii. (12146) Pro parte Praepositi et capituli eccl. Arelaten., quae constructione ingens et inter alias illarum partium vetustissima existit, cum fructus mensae capitularis in decimis consistant et propter inundationem fluminis Rhodani partes illas saepius inundantis et territorium destruentis valde tenues existant, eidem mensae capit. par. ecclesiam S. Crucis Arelaten. resignatione Johannis Monachi vac. perpetuo unit. A. P. R. M. „Ad exequendum pastoralis officii debitum“ (Evang. | Draco | Bernard. Coll. F. de Attav.) L. 1016 f. 294.

— — — (12147) Johanni Neroni civi Florentin. mandat, ut ejus agri, qui ad decimum a porta Vaticana villaque Manliana atque ab Hostia totoque a Tiberi lapidem intra viam Cassiam et maris litora pertinet, saltus silvasque custodiat et ad id homines armatos adhibeat, cum ager Roman. ita temere vulgoque a venatoribus aucupibusque frequentetur, ut omni avium et ferarum genere magis magisque in dies exhauriatur. „Cum statutum Nobis sit a curis atque laboribus, quibus assidue pro christiana republ. Nobis credita regenda atque administranda distineamur, avocare interdum Nos iis animi remissionibus, quae aucupii et venationis studio continentur, propterea, quod ejusmodi per agros atque saltus pervagatio, dum in equis sumus, ad valetudinem viresque corporis firmandas plurimum valet, medicique Nostri Nobis magnopere suadent, ut eo motus et vectationis genere quam creberrime utamur.“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 183, b. Ed. Bemb. L. X ep. 1 p. 75.

— — (12148—12149) Johanni de Wischel perpet. capellano ad altare S. Spiritus et B. Annae situm in veteri par. eccl. S. Gertrudis Duvelandiae partium Zelandiae Trajecten. dioec., qui alteram portionem dictae par. eccl. permutat. causa resignavit et capellaniam ad praedictum altare eadem de causa a Johanne Horenblaser resignatam assecutus est, pensionem assignat super fruct. ejusd. portionis. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 33 f. 171 seqq.

— — — (12150) Petro Azani loci de Alanda rectori par. eccles. de Villario de Bella Narbonen. dioec., baccal. in decr., commendat monasterium S. Hilarii de S. Hilario O. S. B. Carcassonen. dioec., quod Geraldus Boneti in ejus favorem reservatis sibi tamen, quoad viveret, certis proventibus resignavit, medietatis conventus expresso accedente consensu. „Romani Pontificis providentia“ (Agrigentin. | Draco. Colardi | A. de Castillo. Coll. Cipellus) L. 1017 f. 284.

— — — (12151) Mag. Johanni de Herrera arch. Rom. Cur. scriptori beneficium in par. eccl. S. Clementis oppidi de Lorca Carthaginen. dioec. confert. G. D. L. 1036 f. 267.

— — — (12152) Christophoro von Suchten Mag. in art. et Mag. Christophori Welser scriptoris et cubicularii secreti Pontificis fam. confert canonicatum et praeb. eccl. Wratislavien. obitu Joh. Behem vac., cum Rolandus Goldlin cler. Constantien. omni juri ad eos sibi competenti per Laurentium Potzel procuratorem suum cesserit. „Vitae ac morum“ (Ph. de Senis | Grat. fam. script. Balbus. Gibraleon | Valtrini. Coll. F. de Attav.) L. 1027 f. 325, b.

8. Oct. (VIII. Id. Oct.) (12153—12154) Margaritae de Payraco Subpriorissae monasterii S. Crucis Pictaven. O. S. B. Prioratum de Blausuneto O. S. B. Caturcen. dioec. a Leona de Payraco resignatum commendat. „Religionis zelus“ Execut. deputat. „Hodie“ (A. d. S. Severino. Benzon | Ph. de Senis) Arch. Lat. tom. 31 f. 245, b seqq.

— — — (12155) Galeotto de Ricasolis fam. suo par. ecclesiam S. Justiniani Fesulan. dioec. obitu Stephani de Cauchiis vac. confert. G. F. L. 1040 f. 275[2].

[1] Nisi haec duo docum. ad ann. 1515 referenda sint, cum temporis nota script. errore sit dubia.
[2] Leg. in cod.: Dat. Romae ap. S. Petrum.

1514.

8. Oct. (VIII. Id. Oct.) Viterbii. (12156) Ennio Episc. Verulan. ad Helvetios magnae ligae veteris superioris Almaniae suo et Apostolicae Sedis Nuntio cum potestate Legati a latere, ut erga personas in terris et oppidis Helvetiorum consistentes et familiares suos gratiosum se reddere possit, facultates concedit. „Cum Nos alias“ (*Visa* Draco | Casanova) L. 1195 f. 81.

— — — (12157) Johanni Droulheti canonico monasterii S. Petri de Vertulio in Medulco O. S. A. Burdegalen. dioec. commendat ecclesiam par. B. M. de Fargues in Terragasta Burdegalen. dioec. cessione Petri Guarrie canonici O. S. A. vac. „Religionis zelus“ L. 1014 f. 185, b.

— — — (12158—12159) Ludovico de Aliaga confert quandam dimidiam portionem eccl. Corduben. resignatione Mag. Bernardini Gutterii sen. scriptoris vac. „Vitae ac morum“ Cavallicen. et Melitan. episc. ac Officialem Corduben. executores nominat. „Hodie dil. filio“ L. 1019 f. 90, b; f. 91, b.

— — — (12160) Johanni de Maigne fam. suo Praeceptoriam domus de Fontayne (al. Fontaines) Hospit. S. Joh. Hieros. Ambianen. dioec. obitu Jacobi de Courcelles vac. confert. G. F. (Colot. | Grat. de mand. S. D. Draco | Chemin. Coll. F. de Attav.) L. 1014 f. 231. (A. Melfit. | Grat. de mand. S. D. C. de Liazar. Ingenw. | Chemin. Coll. F. de Attav.) L. 1046 f. 301, b.

— — — (12161—12162) Mag. Johanni Carriolis canon. eccl. Regen. et notar. suo pensionem super fruct. Prioratus B. M. de Sarreto O. S. A. Vapincen. dioec., quem Mag. Elziarius Geneti al. Carpenteas cler. Carpentoraten. et notar. Pont. obtinet, assignat. G. D. Execut. deputat. „Hodie“ L. 1062 f. 278; f. 279.

— — — (12163) Baptistae de Filago unam ex quatuor portionibus par. eccl. S. Joh. Bapt. de Malignano Mediolanen. dioec. permutat. causa resignanti confert canonicatum et praeb. eccl. SS. Gervasii et Protasii de Gorgonzola ejusd. dioec. eadem de causa a Joh. Antonio de Turre resignatos ac pensionem super fruct. cujusd. capellaniae in eccl. S. Calimeri Mediolanen. per eundem Johannem solvendam assignat. „Apostolicae Sedis“ (Blondus | Balbus | Marciaci. Coll. F. de Attav.) L. 1013 f. 265, b.

— — — (12164—12165) Johanni Gileti de Lavorani cler. Briocen. dioec. par. ecclesiam de Sunieres Rothomagen. dioec. ad certum tempus commendat et deinde confert. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 33 f. 304, b seqq.

— — — (12166) Executores deputat, qui Mag. Hieronymo Bertrandi de Ruiz cler. Valentin. et script. ac fam. suo canonicatum et praeb. eccl. Mindonien. et quaed. beneficia Mindonien. dioec. obitu Petri Furtado vac. conferant. G. D. et F. (G. de Prato | Grat. p. socio. Nardin.) Arch. Lat. tom. 32 f. 215.

— — — (12167) Executores deputat, qui Dominico de Vegio de Monte Odorisio presb. Theatin. dioec. par. ecclesiam B. M. de Attoya de Populo Valven. dioec. obitu Joh. de Troeto vac. conferant. „Vitae ac morum“ L. c. f. 247.

— — — (12168) Executores deputat, qui Ambrosio de Vigo cler. Januen. capellaniam ad altare S. Joh. Bapt. situm in eccl. Paduan. obitu Aloysii episc. Arben. vac. conferant. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. tom. 36 f. 25, b.

9. Oct. (VII. Id. Oct.) — (12169) Martino Dorneau canonicatum et praeb. ac archidiaconatum de Sulliaco eccl. Aurelianen. resignatione Petri de Sarcy vac. confert. „Vitae ac morum“ (Infra: Draco. Colardi | Valtrini. Coll. F. de Attav.) L. 1013 f. 90.

— — — (12170) Johanni Fabri vicario eccl. in Lukyrch Constantien. dioec. indultum circa beneficia concedit. „Literarum scientia“ Arch. Lat. vol. F f. 38, b.

— — — (12171—12172) Francisco Placentino cler. Veronen. et arch. Rom. Cur. scriptori regressum ad eccles. S. Petri de Archivolto Veronen. concedit. G. D. et F. Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. vol. K f. 252, b.

— — — (12173) Archidiacono Veronen. mandat, ut praedictam ecclesiam Nicolao Placentino, qui eam alias obtinuit, sed resignavit, conferat, si eum ad hoc idoneum esse repererit. „Dignum“ L. c. f. 254.

— — — (12174) Petro de Urrea cler. Valentin. dioec. pensionem super fruct. cujusd. beneficii eccl. Gerunden. per Raphaelem Coll cler. Gerunden. dioec. solvendam assignat. „Vitae ac morum“ L. 1074 f. 129.

— — — (12175) Francisco Gua rectori par. eccl. S. Amantii de Graves supra Carantonam Engolismen. dioec. dictam eccl. resignatione Guillermi Giraud vac. confert et indultum circa benef. concedit. „Nobilitas generis“ L. 1011 f. 126.

— — — (12176—12177) Johanni Jouchart presb. Cameracen. pensionem assignat super fruct. capellaniae ad altare B. M. V. situm in ecclesia Beghinagii, quam Joh. Lemmens, et super fruct. capellaniae ad altare SS. Eusebii et Alexii situm in eccl. S. Gummari oppidi Lyren. Cameracen. dioec., quam Joh. Hoethin resp. obtinent. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. vol. K f. 255, b seq.

— — — (12178) Raymundo Cuysse baccal. in U. J. confert canonicatum et praeb. eccl. Albien.

1514.

obitu Petri episc. Lucionen. vac. „Literarum scientia“ (Evangel. | Draco. Colardi | Madrigal. Coll. H. de Cesis) L. 1021 f. 57, b.

9. Oct. (VII. Id. Oct.) Viterbii. (12179) Officiali Veneten. mandat, ut canonicatum et praeb. eccl. Veneten. Roberto Rio cler. Veneten. dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum arbitramur“ (A. Melfit. | Grat. p. fam. assist. [Joh. Danielo] Draco | Chemin. Coll. H. de Cesis) L. 1023 f. 103.

— — — (12180) Mag. Johanni Danielo cler. Veneten. dioec., liter. apost. abbreviatori et in expeditione lit. ap. Cardinali Vicecanc. assistenti, regressum, ingressum seu accessum ad praedictos canonic. et praeb. eccl. Veneten. concedit. G. D. et F. L. 1030 f. 3.

— — — (12181) Johanni Bellec archipresb. eccl. Veneten., qui canonicatum et praeb. praedictos sibi, cum obitu Joh. Textoris vacarent, collatos eorum possessione non habita resignavit, archipresbyteratum dictae eccl. Veneten. a Roberto Rio resignatum, Johanne Danielo juri suo cedente, confert. „Vitae ac morum“ (Infra: Grat. p. fam. assist. Balbus | A. de Verdesotto. Coll. F. de Attav.) L. 1075 f. 254.

— — — (12182) Thomae Clonet Mag. in artibus confert canonicatum et praeb. eccl. S. Hilarii majoris Pictaven. resignatione Martini Dorneau vac. „Literarum scientia“ (Evang. | Marciaci. Aloys. | Valtrini. Coll. Bucan.) L. 1034 f. 201.

— — — (12183—12184) Nicolao Le Bacle rectori par. eccl. de Monceyo (al. Monseyo) Trecen. dioec. et Licent. in legibus dictam ecclesiam resignatione Johannis du Fai vac. confert. „Apostolicae Sedis“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 32 f. 12, b seq.

— — — (12185) Georgio Cheminart canon. Andegaven. et Mag. in artibus commendat Prioratum S. Georgii de Neriaco O. S. A. Claromonten. dioec. cessione Philippi episc. Tusculan. vac. „Nobilitas generis“ (P. de Cesis | Grat. p. fratre script. Draco | Madrigal. Coll. F. de Attav.) L. 1013 f. 141[1].

— — — (12186) Mag. Johanni Ingenwinckel script. et fam. suo confert canonicatum et praeb. eccl. Anagnin. obitu Jordani vac. G. D. et F. (Gratiadei | Grat. p. socio | Enckenw. Coll. Cipellus.) L. 1030 f. 45, b.

— — — (12187) Executores deputat, qui eidem Johanni praedictos canonic. et praeb. conferant. G. D. et F. (Planca | Grat. p. socio. Barotius) Arch. Lat. tom. 32 f. 175.

— — — (12188) Bernardo S. Mariae in Porticu diac. Card. pensionem assignat super fruct. monast. S. Martini Viterbien. Cisterc. Ord. per Alexandrum tit. S. Eustachii diac. Card. ejus commendatarium solvendam et regressum concedit ad Prioratum S. Michaelis O. S. B. Brixien. dioec. ab ipso resignatum et dicto Alexandro Card. commendatum. „Ad personam tuam“ L. 1014 f. 96, b.

10. Oct. (VI. Id. Oct.) — (12189) Georgio Rameke rect. par. eccl. oppidi Bardis Zwerinen. dioec. indultum circa benef. concedit. „Nobilitas generis“ Arch. Lat. tom. 18 f. 200.

— (12190—12191) Francisco de Podio cler. Caturcen. pensionem assignat super fruct. Cantoriae eccl. Caturcen., quam Joh. Alemandi obtinet. „Vitae ac morum.“ Execut. deputat episc. Cavallicen. et Offic. Caturcen. et Lemovicen. „Hodie dil. filio“ Arch. Lat. tom. 16 f. 124, b; f. 125, b.

— — — (12192) Johanni Geslin presb. Prioratum Daubugue Brient dicti Ord. Andegaven. dioec. a monast. B. M. de Rota Ord. et dioec. praedict. dependentem confert. „Religionis zelus“ (A. Melfit. | C. de Liazar. Enckenw. | Ponzettus. Coll. Attav.) L. 1037 f. 215, b.

— — — (12193) Johanni de Launay confert par. ecclesiam de Lanhelan Dolen. dioec. „Nobilitas generis“ L. 1044 f. 270.

— — — (12194—12195) Justino de Taxis scholari Pergamen. officium sollicitatoris liter. apost. resignatione Octaviani de Marchionibus vacans concedit. „Laudabilia“ Mag. Paulo de Cesis canon. Spoletan., qui Card. Vicecancellarii in Cancellaria apost. locum tenens existit, mandat, ut eum ad dictum officium admitti faciat. „Hodie“ (A. de S. Severino. Ph. de Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 32 f. 16; f. 16, b.

— — — (12196) Thomae de Vio Ord. Praed. Mag. generali scribit, ne moniales sine licentia Magistri Ordinis ex monasteriis exeant. „Exposuisti Nobis“ Bullar. Ord. Praed. tom. IV p. 312.

— — — (12197—12198) Mag. Francisco de Gomiel cler. Burgen., script. et fam. suo, pensionem assignat super fruct. canonicatus et praeb. eccl. Salamantin. per Bernardum Lupi de Logroño canon. solvendam. G. D. et F. Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 37 f. 315 seqq.

— — — (12199—12200) Eidem pensionem constituit super fruct. par. eccl. de la Boneda Salamantin. dioec., quam praefatus Bernardus Lupi obtinet. G. D. et F. Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 318 seq.

— — — (12201—12202) Mag. Bernardino Gutterii script. et fam. suo beneficia Salamantin. et Civitaten. dioec. resignatione Petri Garsiae vac. confert. G. D. et F. Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 320, b seqq.

[1] L. 1065 f. 49 eidem Georgio commendat Prioratum S. Georgii de Neriaco *Bituricen.* dioec.

1514.

10. Oct. (VI. Id. Oct.) | Viterbii. | (12203) Executorem nominat, qui portionem par. eccl. per duos rectores regi solitae SS. Apost. Salernitan. Johanni del Monte cler. Conchen., si idoneus sit, conferat. „Dignum arbitramur“ Arch. Lat. tom. 34 f. 169.

— — | — | (12204) Executorem nominat, qui Praeceptoriam domus S. Antonii de Herba O. S. A. Mediolanen. dioec., quam quondam Antonius de Valpergia obtinebat, Johanni Dominico Ludovici Trelle de Clavasio scholari Iporigien. dioec., qui in monasterio S. Antonii de S. Antonio dicti Ord. Viennen. dioec., a quo Praeceptoria praedicta dependet, virtutum Domino famulari cupit, ad 6 menses, si clericali charactere insignitus fuerit, commendet et deinde, si idoneus sit et regul. professionem emiserit, conferat. „Apostolicae Sedis“ (Lambert. | Campania) Arch. Lat. tom. 36 f. 267, b.

— — | — | (12205) Johanni Calderii rectori par. eccl. S. Fidentii Villae Sermedalae Paduan. dioec. dictam eccl. confert. „Apostolicae Sedis“ L. 1038 f. 244.

— — | — | (12206) Petro Pascalis rectori par. eccl. S. Cereni Caturcen. dioec. dictam eccl. obitu Oliverii de Gontealto vac. confert. „Vitae ac morum“ L. 1020 f. 180, b.

— — | — | (12207) Pro parte Johannis Lazari canon. eccles. Terraconen. O. S. A. par. ecclesiam S. Genisii de Bilasar Barchinonen. dioec. Prioratui de Clarano Clun. Ord. dictae dioec., quem idem Johannes in commendam obtinet, quamdiu eum obtinuerit, unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ L. 1023 f. 124.

— — | — | (12208) Thomae de Vio Mag. gener. Ord. Praed. Provinciam Hispaniae dicti Ord. in duas provincias dividit dividendo situm earum flumine Anae vulgariter Guadiana nuncupato, decretum renovat contra diuturnitatem Priorum etc. „Exposuisti Nobis“ Bullar. Ord. Praed. tom. IV p. 311.

11. Oct. (V. Id. Oct.) | — | (12209) Jacobo de Mussono rectori eccl. S. Andreae loci de Vouilheyo Pictaven. dioec. dictam eccl. obitu Nicolai Charrasson vac. confert. „Vitae ac morum“ L. 1018 f. 27.

— — | — | (12210) Petro de Balleseros cler. Conchen. dioec. et fam. suo pensionem assignat ex eccl. Salamantin. G. F. L. 1026 f. 223, b.

— — | — | (12211) Johanni Radulphi canon. eccl. B. M. Nanneten. et capellae suae cantori capellano pensionem assignat ex dioec. Corisopiten. G. F. L. 1078 f. 163, b.

— — | — | (12212) Executorem deputat, qui Simoni Rybesen cler. Spiren. et U. J. doct. canonicatum et praeb. eccl. S. Guidonis Spiren., quos quondam Petrus Renichin obtinebat, conferat. „Literarum scientia“ (G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 27 f. 332, b.

— — | — | (12213) Pro parte nob. viri Eduardi Ponynq capitanei Henrici Angliae Regis, qui patronus monasterii S. Radegundis Praemonstr. Ord. Cantuarien. dioec. existit et dictum jus patronatus violatum esse asserit, Priori eccl. Cantuarien. et Offic. Cantuarien. mandat, ut quod justum fuerit decernant. „Humilibus“ Arch. Lat. vol. K f. 57.

— — | — | (12214) Mag. Johanni de Beka Praeposito eccl. S. Andreae Colonien., lit. ap. scriptori et fam. suo, pensionem assignat super fruct. Praepositurae S. Martini Pingen. Moguntin. dioec. solvendam per Theodoricum Zobel canon. Maguntin. et U. J. doctorem necnon regressum, ingressum seu accessum ad eandem Praeposituram concedit. G. D. et F. L. 1053 f. 21.

— — | — | (12215) Germano de Charmoy Mag. in artibus confert par. ecclesiam loci de Merrisicco Antissiodoren. dioec. ipsi alias non rite collatam. „Literarum scientia“ L. 1055 f. 286.

— — | — | (12216) Lucae Antonio de Federicis canonico Lateranen. et Mag. Johannis Cheminart script. familiari, qui par. eccl. S. Andreae de Addotia Florentin. dioec. obtinet, indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ L. 1205 f. 300.

— — | — | (12217) Johanni Villar par. ecclesiam S. Romani de Cadegues (al. Caldeghes) Urgellen. dioec. confert. G. F. L. 1017 f. 258.

— — | — | (12218) Francisco de Soussa fratri Militiae Jesu Christi Cisterc. Ord. Elboren. dioec. commendat ecclesiam par. S. Salvatoris loci de Arrayolos Elboren. dioec. consentiente Alphonso episc. Elboren., cujus mensae perpetuo erat unita. „Religionis zelus“ L. 1014 f. 119, b.

— — | — | (12219) Mag. Wilhelmo de Enckenwort archidiac. Famenne in eccl. Leodien., scriptori et fam. suo, ejus sorori illiusque marito ac nepotibus, consanguineis, et affinibus usque ad 4. gradum inclus. utriusque sexus et familiaribus ejus facultatem confessorem eligendi aliaque privilegia concedit [1]. „Sincerae devotionis“ L. 1205 f. 446, b.

— — | — | (12220) Mag. Petro Marciaci canon. Bisuntin. et script. ac fam. suo ejusque fratribus germanis, nepotibus etc. privilegia concedit. Id. init. L. c. f. 448.

— — | — | (12221—12222) Pro parte Alberti archiepisc. Magdeburgen. et eccl. Halberstaden. perpet. administratoris et capituli eccl. Halberstad. necnon consulatus et universitatis oppidi Ascanien. ac Elisabeth abbatissae et capituli saecul. et colleg. eccl. S. Cyriaci in Gerenrode Halberstaden. dioec. concordiam, quam quondam Ernestus archiepisc. Magdeburg. et eccl. Halberstad. perpet. administrator et capitulum Halberstad. et

[1] In cod. leg.: Romae ap. S. Petrum.

1514.

consulatus et universitas ex una et Elisabeth abbatissa et capitulum eccl. in Gerenrode praefati ex altera partibus super lacu Gatersleue inierunt, confirmat. A. P. R. M. „His quae pro litibus submovendis“ (Lambert. O. de Cesis | Campania). Execut. deputat. „Hodie concordiam“ (Lambert. O. de Ces. | Camp.) Arch. Lat. tom. 38 f. 36, b.

12. Oct. (IV. Id. Oct.) Viterbii. (12223) Mag. Hugoni de Spina causar. P. A. auditori mandat, ut Marchesio Orphino cler. Fulginat. et fam. suo canonic. et praeb. eccl. Fulginat. obitu Seraphini Cantagalli et deinde cessione Jacobi episc. Albanen. vac. surrogando conferat et priores literas in favorem ejusdem Marchesii emanatas in omnibus valere declaret. G. F. L. 1023 f. 38.

— — — (12224) Francisco Huon fam. suo par. ecclesiam de Kernylis Leonen. dioec. obitu Guillermi Magistri vac. confert. G. F. L. 1021 f. 7.

— — — (12225) Frederico Spatafora cler. Messanen. per Ferdinandum Siciliae Regem ad aliquod monasterium juris patronatus ipsius Regis primo vacaturum nominato commendat monasterium SS. Petri et Pauli de la Ytala Ord. S. Basilii Messanen. dioec., quod de jure patronatus ejusdem Regis existit et obitu Alphonsi archiepisc. Terraconen. vacat. „Romani Pontificis“ (Evang. | L. de Bertin. Baena | Valtrini. Coll. Donat.) L. 1075 f. 309.

— — — (12226) Petro Diaz Ternero cler. Compostellan. dioec., obsequiis Innocentii SS. Cosmae et Damiani diac. Card. insistenti, pensionem super fruct. canonicatus et praeb. eccl. S. Petri de Muros aliarumque eccl. Compostellan. et Aurien. dioec. per Gabrielem Roderici de Casal de Raios solvendam assignat. G. F. L. 1031 f. 203.

— — — (12227) Carolo de Gordonio rectori par. ecclesiae S. Britii Agennen. dioec. Prioratum S. Frontonis O. S. B. dictae dioec. cessione Aymerici de Monasterio presb. vac. commendat. „Nobilitas generis“ (Colot. | Gomiel. Milanesius | Madrigal. Coll. H. d. Cesis) L. 1064 f. 149.

— — — (12228) Johanni de Liera laico Appamiar. notario curiae episcopal. Appamiar., cui officium notariatus et registri arrendamentorum episcopal. ac civilium, matrimonialium et criminalium causarum curiae episcopal. Appamiar. Amaneus tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano diac. Card. tunc ecclesiae Appamiar. praesidens et deinde Matthaeus episc. Appamiar. et successive capitulum dictae ecclesiae vacatione ejusdem officii pluries occurrente concesserant, et cui Bernardus episc. Appamiar. idem officium sub annua pensione episcopo Appamiar. solvenda, quoad viveret, assignavit, assignationem hujusmodi approbat et confirmat. „Vitae ac morum“ (Blondus | Balbus. Gibraleon | J. de Radicib. Coll. Attav.) L. 1031 f. 231.

— — — (12229) Gabrieli Roderici de Casal de Raios parafrenario suo canonicatum et praeb. eccl. Compostellan. obitu Alvari Gometi vac. confert. G. F. (Sadolet. | Grat. de mand. Draco | Gerona. Coll. Bucan.) L. 1013 f. 139.

— — — (12230) Didaco de Leon cler. Calaguritan., qui juri regrediendi ad praedictos canonic. et praeb. cedit, pensionem super eorum fruct. cum jure regressus seu accessus assignat. G. F. L. 1040 f. 282, b.

— — — (12231) Mag. Bartholomaeo de Petrasancta capell. suo et causar. P. A. audit. committit, ut Tito Livio de Draconibus cler. Spoletan. dioec. canonicatum et praeb. eccl. Spoletan. resignatione Mag. Pauli de Cesis vac. ac quandam capellaniam in par. eccl. S. M. de Montefrancho Spoletan. dioec., super qua cum Aloysio Nicolai de Montefrancho litigavit, si neutri litigantium in dicta capellania jus competere cognoverit, conferat. „Vitae ac morum“ (Evang. | Grat. p. fam. R. D. Vicecanc. Balbus. Chemin. | J. de Gais. Coll. S. de Spol.) L. 1025 f. 318.

— — — (12232) Executores deputat, qui archidiaconatum eccl. Cassalen. cum par. eccl. de Andinort Lismoren. dioec. ei perpetuo annexa ad instantiam Geraldi Johannis de Geraldinis Praecentoris eccl. Lismoren. huic Praecentoriae, quamdiu ipse eam obtinuerit, unire curent. „Romanum decet Pontificem“ (Ph. de Agnellis | Campania) Arch. Lat. tom. 37 f. 225.

— — — (12233) Executores deputat, qui unam ex quatuor vicariis in capella sacra nuncup. in Hasselt Trajecten. dioec. obitu Sergerii de Dordraco vac. Jacobo Vars al. Alisleger cler. dictae dioec. conferant. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. tom. 41 f. 45, b.

— — — (12234—12235) Guillelmo Adani Mag. in artibus canonicatum et praeb. eccl. S. Germani de Oyseriaco Melden. dioec. a Gregorio Buisson resignatos confert. „Literarum scientia“ Execut. deputat. „Hodie“ (Planca. Ph. de Agnellis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 33 f. 263, b seqq.

— — — (12236) In favorem Johannis Denham rectoris par. eccles. de Northkyllvorth al. Kyllvorthrabbas Lincolnien. dioec. et baccal. in theol. cum dicta eccl. par. ecclesiam de Tynwell ejusdem dioec. unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ Arch. Lat. tom. 32 f. 61.

— — — (12237) Ludovico Gallorum Regi scribit, se archiepisc. Burgen. (Bituricen.) ab eo cum

1514.

mandatis ad se missum libenter vidisse et ejus (Regis) in se egregiam propensionem egregiamque voluntatem abunde cognovisse ac multa cum archiepiscopo de suo in Regem paterno animo locutum esse. „Archiepiscopum Burgensem“ (Bembus) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 182, b. Ed. Bemb. L. IX ep. 43 p. 74.

13. Oct. (III. Id. Oct.) Viterbii. (12238) Francisco Mariae Urbinatium Duci respondet, se Horatium Floridum ipsius internuntium libenter audivisse et libentissime ipsius excusationem accepisse; ab eodem Horatio de rebus, quas eum scire magnopere velit, Ducem intellecturum esse. „Et legimus tuas literas“ (Bembus) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 183. Ed. Bemb. L. X ep. 44 p. 75.

— — — (12951) Julius PP. II ad preces Petri de Villalon decani eccl. B. M. oppidi de Calatajubio Tirasonen. dioec. concessit, ut ipse Petrus et successores dictae eccl. decani mitra, annulo, baculo pastorali et aliis pontificalibus insigniis in ead. eccl. et ejusd. decanatus districtu uti et benedictionem solemnem elargiri valerent; et pro parte Johannis Regis et Catharinae Reginae olim Navarrae necnon praefati Petri, qui etiam decanatum eccl. B. M. oppidi de Tudela dictae dioec. obtinebat, et capituli ejusd. eccl. de Tudela exposito, quod ecclesia de Tudela inter alias illarum partium, quinimo totius orbis collegiatas ecclesias valde insignis et oppidum de Tudela in dicto regno opulentissimum existebat et Reges Navarrae in eo residere consueverant et illius ecclesia ex Rom. Pontificum ac Regum et Principum largitione compluribus praerogativis et bonis munita, et ex indultis et consuetudine decanus ejusd. eccl. de Tudela p. t. existens mitra etc. usus est et primam cathedram in choro ac in processionibus honorabiliorem locum etiam ante episcopum Tirasonen. necnon omnimodam jurisdictionem habebat, exemptionem et privilegia hujusmodi idem Julius II approbavit aliasque facultates decano eccl. de Tudela concessit. Pro parte vero Guillermi Raymundi episc. et capit. Tirasonen. exponentium, quod dioecesis Tirasonen. satis angusta sit

1514.

et de Tudela ac de Calatajubio oppida cum eorum districtibus totam fere dioec. complectantur et quasi ad ipsius civit. portas se extendant et ejusd. episc. dignitas et auctoritas adeo minuantur, ut cum honore suo dictae civitatis portas vix possit exire et gravia scandala formidentur: Leo X. decernit, ut episcopus Tirasonen. in eccl. de Tudela digniorem sedem et locum decano ejusd. eccl. obtineat, istius decani jurisdictionem restringit ac statuit, ut de Tudela et de Calatajubio ecclesiarum decani mitra sicut ceteri privilegiati juxta juris communis dispositionem et non alias utantur. A. P. R. M. „Decet Romanum Pontificem“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 43 f. 114.

27. Nov. (V. Kal. Dec.) Romae apud S. Petrum. (12952) Raymundo Resegnerii confert par. ecclesiam B. Privati de Cadeneto Mimaten. dioec. obitu Joh. Sariati vac. et ipsi alias non rite collatam. „Vitae ac morum“ L. 1023 f. 147.

— — — (12953) Guidoni Daydie (Ind. Dayde) cler. Petragoricen. dioec. pensionem assignat super fruct. monasterii de Scala Dei Cist. Ord. Tarvien. dioec. „Nobilitas generis“ L. 1027 f. 309.

— — — (12954) Constantino del Castillo S. Salvatoris de Mazote et S. Jacobi de Villamor ac S. Sebastiani extra muros oppidi de la Mota Palentin. et Zamoren. dioec. ecclesias confert. „Vitae ac morum“ L. 1025 f. 116.

— — — (12955) Mag. Silvio Passerino datario suo cum jure regressus pensionem assignat super fruct. Prioratus S. Martini de Amberta Clun. Ord. Lugdunen. dioec. G. D. et F. L. 1026 f. 286.

— — — (12956) Johanni de Valcos confert archidiaconatum majorem nuncupatum eccl. Bituricen. resignatione Johannis Poybreaul. vac. „Vitae ac morum“ (Carrot. | De Rizonib. Gerona | Valtrini. Coll. Narnia.) L. 1049 f. 199.

— — — (12957) Pro parte Mag. Gundisalvi de Cabredo script. in eccl. S. Andreae oppidi Villalpando Legionen. dioec. capellaniam erigit, bona a quondam Maria Gundisalvi pro certis Missis celebrandis relicta ei applicat et eam dicto Gundisalvo confert. „Pastoralis officii“ L. 1018 f. 212.

— — — (12958) Odillae Messiuxii Cellerario monasterii B. Mariae de Ageduno O. S. B. Lemovicen. dioec. Prioratum S. Praxeri ejusd. Ord. Pictaven. dioec. commendat. „Religionis zelus“ (Melfit. | Millin. Gauden | Cyprian. Coll. Amerin.) L. 1049 f. 135, b.

— — — (12959) Georgio Cheminart canon. Andegaven., Mag. Johannis Cheminart scriptoris fratri germano et Mag. in art., indult. circa benef. concedit. „Nobilitas generis“ L. 1206 f. 186, b.

— — — (12960) Singulas literas in favorem Bernardini episc. Sabinen. S. R. E. Cardin. S. Crucis, quem a poenis in Monitorio Julii PP. II. contentis absolvit et ad Cardinalatus honorem necnon ad Sabinen. et S. Crucis in Jerusalem de Urbe ecclesias et omnia monast., benef. et jura, quae ante dictum Monitorium habebat, restituit et reintegravit (metropol. et aliis cathedralibus ecclesiis ac, de quibus ad supplicationem Ferdinandi Aragonum et utriusque Siciliae Regis provisum fuit, monast. et aliis benef. dumtaxat exceptis), emanatas confirmat et innovat. A. F. R. M. „Romanus Pontifex“ (Sadol. | *Visa* Draco. Madrigal) L. 1198 f. 118.

— — — (12961) Pro parte Georgii episc. et capituli Bambergen. ac Burgimagistrorum, Consulum et Proconsulum alias Magistrorum civium et Consulatus oppidi Nurembergen. Bambergen. dioec. concordiam super provisione par. ecclesiarum S. Sebaldi et S. Laurentii dicti oppidi initam approbat et confirmat et Magistris civium et Consulatui plenum jus patronatus concedit. A. P. R. M. „His quae concordia“ (Blondus | L. de Bertin. Baena | A. de Castillo. Coll. S. de Spol.) L. 1088 f. 1.

— — — (12962) Executionem praeced. lit. committit abbatibus S. Aegidii Nurembergen. et Fontis Salutis Bambergen. et Eistetten. dioec. monasteriorum ac Praeposito eccl. B. Mariae Aulae Regalis Nurembergen. Bamberg. dioec. „Hodie a Nobis“ (Scr. iid.) L. c. f. 5, b.

— — — (12963) Eandem concordiam confirmat et decernit, ut Melchior Pfintzing S. Sebaldi et Georgius Behem S. Laurentii ecclesiarum praedict. rectores eorumque successores certas pensiones magistro fabricae eccl. Bambergen. solvere teneantur. A. P. R. M. „His quae concordia“ (Script. iid. loco A. de Castello. Bernard.) L. c. f. 6, b.

— — — (12964) Executores constituit S. Michaelis in Monte Monachorum extra muros Bambergen. et in Lauckheym Bambergen. dioec. monasteriorum abbates et decanum eccl. S. Stephani Bambergen. „Hodie a Nobis“ (Scr. ut in praec.) L. c. f. 10.

28. Nov. (IV. Kal. Dec.) — (12965) Cum monasterium B. Gabrielis Ferrarien. Ord. Carmel., in quo plures virgines honestis ortae parentibus Altissimo famulantur, in suis structuris et monialium alimoniis fidelium eleemosynis egeat, ad preces Jacobi Sadoleti secretarii sui domestici fidelibus, qui ecclesiam dicti monast. certis diebus visitaverint et manus adjutrices porrexerint, indulgent. concedit. „Nostri pastoralis officii“ (Card. SS. Quatuor) L. 1198 f. 92; Bullar. Carmelit. tom. 1 p. 454.

1514.

28. Nov. (IV. Kal. Dec.)	Romae apud S. Petrum.	(12966—12967) Johanni Regnault rectori par. eccl. S. Martini de Quierris Parisien. dioec. dictam eccl. a Francisco de Albiaco resignatam confert. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 37 f. 137 seq.
— —	—	(12968—12969) Nicolao Mahieu presb. canonicatum et praeb. eccl. Laudunen. a Francisco de Albiaco resignatos confert. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ (Lambert. O. de Cesis | Nardin.) L. c. f. 139 seq.
— —	—	(12970) Johanni Avis cler. Tullen. indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ L. 1205 f. 287.
— —	—	(12971) Execut. deputat, qui Gundisalvo de Cabredo script. quaedam benef. Zamoren. dioec. conferant. G. D. Arch. Lat. tom. 41 f. 23.
— —	—	(12972) Simoni de Johanne confert canonicatum et praeb. eccl. Messanen. promotione Antonii archiepisc. Messanen. vac., cum Gentilis Sanctesii Sublacen. cler. Nullius dioec. juri suo cedat. „Vitae ac morum“ (P. Cesis | Grat. de mand. S. D. B. de Rizonib. | Marciaci. Coll. S. de Spol.) L. 1031 f. 114.
— —	—	(12973) Simoni Capri rectori par. eccl. S. Martini de Esnanda Xanctonen. dioec. commendat Prioratum S. Martini de Turnon O. S. A. Bituricen. dioec. a monasterio S. Crucis de Anglia ejusd. Ord. Pictaven. dioec. dependentem. „Vitae ac morum“ (A. Melfit. | Draco. Colardi | Valtrini. Coll. F. de Attav.) L. 1015 f. 57, b.
— —	—	(12974) Wilhelmo Tony rectori par. eccl. S. Helenae Wigornien. dioec. concedit indult. circa benef. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. tom. 18 f. 252.
— —	—	(12975) Episcopo Conventren. et Lichefelden. mandat, ut cum Roberto Dodde laico et Caecilia Coton muliere dictae dioec. super impedim. cognat. spirit. dispenset. „Oblatae Nobis“ Arch. Lat. tom. 32 f. 24.
— —	—	(12976) Johanni de Campania cler. Andegaven. dioec., baccal. in legibus, dispensationem super defectu natalium ei concessam confirmat et indultum circa benef. tribuit. „Literarum scientia“ L. 1205 f. 347.
— —	—	(12977) Jacobo Simoneta caus. P. A. auditori mandat, ut Johanni in Ligno cler. Colonien. dioec., Mag. in artibus et obsequiis Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. insistenti, quoddam beneficium in par. eccl. oppidi Kempensis dictae Colonien. dioec., si nemini sit jus quaesitum, surrogando conferat. G. F. L. 1020 f. 286.
— —	—	(12978) Sebastiano Maradino fam. suo et annatarum Cam. apost. in dominio Venetorum collectori mandat, ut de pecuniis ex annatis praedictis exactis et in posterum exigendis certam summam Hieronymo Lypomano ejusque fratrum haeredibus suo (Pont.) nomine persolvat. „Bonis de causis“ (Sadol. Coll. F. de Narnia) Div. Cam. tom. 65 f. 2.
— —	—	(12979) Bernardo Jouberti rectori par. eccl. S. Martini de Fonteneto Constantien. dioec. provinc. Rothomagen., baccal. in decr., Prioratum S. Martini de Roqueta O. S. A. Sarlaten. dioec. a monasterio B. Mariae de Cancellata dicti Ord. Petragoricen. dioec. dependentem et obitu Leonardi Texier vac. commendat. „Nobilitas generis“ (Evang. | Enckenw. Aloys. | Cabredo. Coll. F. de Attav.) L. 1038 f. 99.
— —	—	(12980) Execut. deputat, qui Antonio de Campo canonico Zamoren. portionem majoris eccl. et beneficium in par. eccl. S. Isidori Zamoren. et par. ecclesiam S. Crucis extra muros Zamoren. aliudque benef. ejusd. dioec. conferant. G. F. L. 1033 f. 15.
29. Nov. (III. Kal. Dec.)	—	(12981) Ferdinando de Oliva familiari et scutifero suo confirmat collationem beneficii in par. eccl. S. Marinae Corduben. G. F. L. 1024 f. 240.
	—	(12982) Execut. deputat, qui Francisco Agnoli Sparagno cler. Pisaurien. dioec. et fam. suo canonicatum et praeb. eccl. Pisaurien. et S. Michaelis de Montanio Ariminen. dioec. et S. Leonardi Pisaurien. dioec. ecclesias conferant, si vacent. G. F. L. 1028 f. 17.
— —	—	(12983) Executores deputat, qui Andreae Carrillo cler. Abulen. dioec. et fam. suo ecclesiam par. oppidi seu loci de Varciali dictae dioec. conferre curent. G. F. L. 1026 f. 221, b.
— —	—	(12984) Mag. Elziario Geneti cler. Carpentoraten., not. et fam. suo, unum vel plura benef. ad disposit. archiep. seu episc. et capit. Avinion., Arelaten., Aquen., Massilien., Cavallicen. et Dignen. pertin. reservat. G. D. et F. L. 1017 f. 131.
— —	—	(12985) Executores deputat, qui vicariam in eccl. S. Germani oppidi Thenen. Leodien. dioec. Liberto de Lapide cler. dictae dioec., Sixti tit. S. Petri ad Vincula presb. Card. familiari, conferant. „Vitae ac morum“ L. 1031. f. 200, b.
— —	—	(12986) Gileto de Bessaco confert par. ecclesiam S. Petri de Nebla Caturcen. dioec. a Guillermo de Vilaribus permutat. causa resignatam. „Apostolicae Sedis“ L. 1029 f. 50.
— —	—	(12987) Guillermo de Vilaribus confert par. ecclesiam S. Guirini de Divisiaco Caturcen. dioec. permutat. causa a praefato Gileto resignatam. Id. init. L. c. f. 51, b.
— —	—	(12988) Episcopis Parisien. et Lexovien. mandat, ut pallium ab Antonio Electo Bituricen. per Mag. Christophorum Barotium script. instanter petitum ipsi Antonio assignent et juramentum fidelit. ab eo recipiant. „Cum pallium“ (A. de Alvarott. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 13 f. 406, b.

1514.

29. Nov. (III. Kal. Dec.) Romae apud S. Petrum. (12989) Antonio Electo Bituricen. scribit de pallio per episc. praefatos ei assignando et de juramento praestando. „Cum nuper ecclesiae“ (Script. iid.) L. c. f. 407, b.

— — — (12990—12991) Andreae de Tonar cler. Pacen. dioec., Mag. in theol., beneficium in par. eccl. oppidi de Ranes et Aldea del Pastor Placentin. dioec. a Lupo de Layanedra archidiac. de Caceres in eccl. Caurien. resignatum confert. „Literarum scientia“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 53 f. 205 seq.

— — — (12992) Stephano Fernandi de Campo Ramiro scutifero suo canonicatum et praeb. eccl. Aurien., quos Gometius Aries obtinebat, Francisco tit. SS. Joh. et Pauli presb. Card. eorum commendae cedente, confert. G. F. (Castilion. | Gr. d. mand. S. D. Draco. Gerona. Coll. S. de Spol.) L. 1081 f. 89.

— — — (12993) Eidem par. ecclesiam B. M. loci de Villar de Ordenbles Aurien. dioec. similiter vacantem confert. G. F. L. 1102 f. 184.

— — — (12994) Francisco Jounat rectori par. eccl. de Ruppe Johannis Bisuntin. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum“ L. 1051 f. 278.

30. Nov. (Prid. Kal. Dec.) — (12995) Johanni de Bellocastro confert archidiaconatum eccl. Valentinen. a Mag. Urbano de Myolano permut. causa resignatum. „Apostolicae Sedis“ (Agrig. | Draco. Colardi Balbus. Coll. Donat.) L. 1033 f. 142.

— — — (12996) Claudio de Monteacuto confert Praecentoriam seu Cantoriam eccl. Valentinen. a Joh. de Bellocastro resignatam, Urbano de Myolano juri suo cedente, necnon canonicatum et praeb. ejusd. eccl. ab eod. Urbano resignatos. „Vitae ac morum“ (Scr. iid.) L. 1033 f. 143, b.

— — — (12997) Officiali Maguntin. mandat, ut canonicatum et praeb. S. Catharinae oppidi Oppelnheym Maguntin. dioec. a Laurentio Dronegk resignatos Johanni Dronegk cler. dictae dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ Arch. Lat. tom. 43 f. 89.

— — — (12998—12999) Johanni de Petravine canonico Carnoten. Prioratum B. Mariae Bonarum Vallium O. S. A. Uticen. dioec. commendat. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 34 f. 69 seqq.

— — — (13000) Antonio de S. Exuperio alias de Miromonte par. ecclesiam de Jaleyrac Claromonten. dioec. obitu Petri Batute vac. confert. „Nobilitas generis“ L. 1029 f. 155.

— — — (13001) Execut. deputat, qui Didaco Cacho cler. Aurien. dioec. beneficium in par. eccl. S. M. oppidi de Baiona Tuden. dioec. conferant. „Vitae ac morum“ L. 1035 f. 96.

— — — (13002—13003) Aloysio S. M. in Cosm. diac. Card. cum jure regressus fructus praedicti beneficii reservat. „Ad personam tuam“ Execut. deputat. „Hodie“ L. 1043 f. 265 seq.

ANNO SECUNDO MENSE DECEMBRI. 1514.

1. Dec. (Kal. Dec.) — (13004) Mag. Didaco Andreae cler. Calaguritan. dioec. et script. suo concedit, ut ad beneficia seu fructuum perceptiones in par. eccl. S. Martini loci de Sotos Calaguritan. dioec. admitti valeat, derogando constitutionibus synodal. Calaguritan. ac statutis dictae eccl. S. Martini. G. D. et F. L. 1089 f. 180, b; L. 1122 f. 292, b.

— — — (13005) In favorem Johannis Leaumonte cler. Auxitan. dioec. et not. sui, qui Prioratum B. M. de Sensu al. Dalbreto O. S. A. Crucifer. ad Stellam Aduren. dioec. et par. ecclesiam S. Laurentii de Monteacuto ejusd. dioec. obtinet, Prioratum et par. eccl. praedict. unit. G. D. L. 1105 f. 217, b.

— — — (13006) Johanni Paffenhagen fam. suo regressum ad Scholastriam eccl. S. Castoris in Cardona Treveren. dioec. concedit. G. F. L. 1141 f. 289.

— — — (13007) Mag. Laurentio Jacobi de Gianfigliatiis cler. Florentin., notario suo, Praeposituram eccl. S. Mariae de Podio Bonino Florentin. dioec. ad certum tempus commendat et deinde confert. G. D. et F. (Carrot. | Gr. d. mand. S. D. Marciaci. Corbinus | D. Andreae. Coll. Donatus) L. 1037 f. 27.

— — — (13008) Petrum Garsiae de Villaviciosa canon. Oveten., baccal. in decr., cum jure successionis Johanni Perez archidiacono de Villaviciosa in eccl. Oveten. perpet. coadjutorem deputat. „Apostolicae Sedis“ (Castilion. | Marciaci. Corbin. | Valtrini. Coll. Donat.) L. 1027 f. 140, b.

— — — (13009) Michaeli Baroso cler. Palentin. dioec., baccal. in decr., benef. ad disposit. episc. et capit. Palentin. et Astoricen. pertin. reservat. G. F. L. 1040 f. 164, b.

— — — (13010) Francisco de Valtodano Abulen. dioec. indult. circa benef. concedit. G. F. L. 1041 f. 183.

— — — (13011) Americo de Medicis cubiculario secreto et fam. suo confert Praeposituram eccl.

1514.

Sistaricen. et par. ecclesiam loci de Hercis Tolonen. dioec. G. F. (A. Melfit. | Grat. de mand. S. D. Marciaci | Cyprian. Coll. F. de Attav.) L. 1034 f. 174, b.

1. Dec. (Kal. Dec.) Romae apud S. Petrum. (13012) Jacobo Huberti de Loemel decano eccl. B. Mariae oppidi Veren. Trajecten. dioec., decretor. doctori et causar. P. A. notario, indultum circa beneficia concedit. G. D. L. 1205 f. 567, b.

— — — (13013) Mag. Christophoro Cibo cler. Januen. et notario suo par. ecclesiam S. Laurentii de Flarosco Forojulien. dioec. seu illius perpet. vicariam obitu Joh. Felicis vac. ad certum tempus commendat et deinde confert. G. D. et F. L. 1017 f. 230, b.

— — — (13014) Johanni Chorcagen. et Cluenen. episc.[1] Eundem, qui ab Alexandro VI. episcopus Chorcagen. et Cluenen. invicem unitarum eccles. obitu Peraldi vac. nominatus fuerat, sed de validitate hujus provisionis dubitabat, confirmat in episcopali munere. „Ad ea ex apostolicae servitutis officio libenter intendimus“ (Melfit. | Aloys. Colardi | Balbus. Coll. Amerin) L. 1019 f. 96, b.

— — — (13015) Johanni Francisco Laurentii fabricarum suarum et Camerae ap. et B. Petri mensuratori et suprastanti cum hoc munere assignat salarium 5 duc. auri d. C. quolibet mense per Depositarios suos persolvendorum. „Confisi de probitate, diligentia et fide tua Nobis in pluribus perspecta“ (B. Card. S. Mariae in Porticu) Archivio storico ital. S. III, V. III P. I p. 217.

— — — (13016) Desiderio Leonardi de Santellis laico Roman. fabricarum suarum et Camerae apost. et B. Petri superstanti idem salarium assignat. Init. ut supra L. c. p. 217. 218.

— — — (13017) Andreae sculptori Mediolan. fabricarum suarum suprastanti idem salarium. Id. init. L. c. p. 218.

— — — (13018) Mag. Johanni Barilla Senensi modelli fabricae S. Petri centinarum similiumque rerum, quae ad directionem ejusdem fabricae pertinent, operatori atque magistro idem salarium. Id. init. L. c.

— — — (13019) Johanni Mariae Magistri Jacobi ab Abaco Florentin. fabricarum suarum et Cam. ap. et B. Petri mensuratori et suprastanti idem salarium. Id. init. L. c. p. 218.

— — — (13020) Antonium de Ponte a Seve lapicidium fabricae B. Petri superexistentem facit cum salario 5 duc. quolibet mense, ut ex tiburtino lapide atque marmore ornamenta fabricae praedictae fideliter peragantur. Id. init. L. c. p. 219.

— — — (13021) Maximiliano in Imp. El. nuntiat, se intellexisse, nondum redditis suis ad eum literis, quibus inanem et injustam ostendebat Sublacensium quorumdam monachorum oppositionem contra unionem monasterii ipsorum cum monasterio Casinen. ejusdem Ord. canonice decretam, ad dolosam eorum monachorum suggestionem ipsum Johanni B. Spinelli Comiti Cariati Veronae ipsius locumtenenti commisisse, ut bona monasteriorum dicti Ord. ad Cameram imperialem reduceret et monachos carceribus manciparet. Hortatur ipsum, ut velit ejusmodi commissionem revocare et efficere, ne apud ipsum plus valere videatur illorum monachorum improbitas, quam justitia et aequitas et Sedis Ap. auctoritas, et ut Casinen. monachos in gratiam et benevolentiam recipiat, refractariis repulsis. „Licet diebus proximis Majestati tuae rescripserimus.“ Ed. *Gli Studii in Italia* an. VII vol. I fasc. III p. 367—370.

— — — (13022—13023) Wilhelmo de Lochorst cler. Trajecten. pensionem assignat per Danielem Cornelii solvendam super fruct. par. eccl. de Mera Trajecten. dioec. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 34 f. 298, b seq.

— — — (13024—13025) Pro parte Priorissae et conventus monasterii B. M. V. in Nazareth prope Assenede O. S. A. regul. observ. Trajecten. dioec. dictum monasterium quasi mari contiguum, etiam si ob aquarum inundationes ad alta loca translatum erit, omnibus privilegiis Congregationi Windeshemen. concessis gaudere decernit aliaque circa dictum monast. statuit. A. P. R. M. „Sincera fervensque devotio“ Executores deputat. „Hodie a Nobis“ (Lambert. O. de Cesis | Barotius) L. c. f. 290 seqq.

— — — (13026) Pro parte Elisabeth abbatissae et monialium monasterii in Alendorff prope Saltzingen O. S. B. Maguntin. dioec. quaedam beneficia dictae dioec. eidem monasterio perpetuo unit. A. P. R. M. „Ad apostolicae dignitatis“ (Lambert. | Nardin.) Arch. Lat. tom. 35 f. 57, b.

— — — (13027) Judices delegat, qui pro parte Antonii abbatis monasterii S. Cypriani O. S. B. extra muros Pictaven., qui exemptionem Prioratus B. M. de Dolio Xanctonen. dioec. ipsi Antonio commendati a Francisco episc. Xanctonen. violari asserit, causam hujusmodi examinent. „Humilibus“ L. c. f. 238.

— — — (13028) Executores deputat, qui Johanni Mariae de la Valle cler. Iporigien. dioec., si idoneus sit, par. ecclesiam S. Mariae loci de Tribea dictae dioec. conferant. „Dignum“ Arch. Lat. tom. 36 f. 296, b.

[1] „Corcagiensis, Corcajensis s. Corcaiae (Corck et Ross) Rossiensis junctus Clonensi sub archiepisc. Casseliensi in Hibernia“ *Fabritius* Ind. geogr. episcopatuum orb. christ. p. 56.

1514.

1. Dec. (Kal. Dec.) Romae apud S. Petrum. (13029—13030) Henrico de la Valle cler. Iporigien. dioec. cum jure regressus fructus praefatae par. eccl. reservat. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 298, b seq.

— — — (13031) Execut. nominat, qui Petro de Pighinucciis de Petrasancta scholari Lucan. dioec. par. ecclesiam S. Salvatoris prope oppidum de Petrasancta dictae dioec. conferant, si clericali charactere insignitus erit. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. tom. 41 f. 14.

— — — (13032) In favorem Mag. Jacobi Pallavicini archidiaconi de Castelle in eccl. Aurien. dicto archidiaconatui par. ecclesiam S. Joh. de Corsicalia Adjacen. dioec. unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ Arch. Lat. tom. 37 f. 92, b.

— — — (13033—13034) Wolfgango ex Baronibus de Hewen canon. Constantien. pensionem assignat per Benedictum Burgower solvendam super fruct. par. eccl. in Helligers Constantien. dioec. ab ipso resignatae. „Nobilitas generis“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 39 f. 331, b seqq.

— — — (13035) Execut. deputat, qui contractum inter Antonium episc. Zamoren. et Alvarum de Sosa laicum Zamoren. dioec. initum ad evitandam litem super Castro de Villamor de los Escuderos dictae dioec. examinent. „Ex injuncto Nobis“ Arch. Lat. tom. 36 f. 281.

— — — (13036) Scholastico eccl. B. M. oppidi Vallisoleti Palentin. dioec. mandat, ut canonicatum et praeb. eccl. Astoricen. ab Antonio Osorio resignatos Johanni Alvari cler. Astoricen., si ipsum idoneum repererit, conferat. „Dignum“ (P. Lambert. | Campan.) Arch. Lat. tom. 18 f. 91.

— — — (13037—13038) Antonio Osorio cler. Astoricen. pensionem annuam super fruct. canonic. et praeb. praedict. assignat. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 18 f. 92, b; f. 95.

— — — (13039—13040) Eidem Antonio Osorio aliam pensionem ex Astoricen. dioec. reservat. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 96; f. 97, b.

2. Dec. (IV. Non. Dec.) — (13041) Nicolao Petri Rodulphi cler. Florentin., suo ex sorore germana nepoti, concedit officium sollicitatoris liter. ap. a Bernardino Muscha resignatum. G. F. L. 1027 f. 98.

— (13042—13043) Petro de Senonville rectori par. eccl. S. Mauritii sub limitibus decanatus Rupisfortis Carnoten. dioec. dictam eccl. a Marino de Senonville resignatam confert. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 44 f. 153, b seqq.

— — — (13044) Execut. deputat, qui Salvatori Francisci Cegini scholari Florentin., si clericali charactere insignitus fuerit, ecclesiam par. S. Cerboni de Monte Cerboli Vulterran. dioec. conferre curent. „Vitae ac morum“ L. 1026 f. 263.

— — — (13045) Execut. deputat, qui eidem Salvatori par. ecclesiam S. Joh. ad Morbum Vulterran. dioec. obitu Petri Philippi Cegini vac. conferant. Id. init. L. 1054 f. 119.

— — — (13046) Execut. deputat, qui par. ecclesiam loci de Aleix Valentin. dioec. Hieronymo Torella cler. Roman., Card. Vicecanc. fam., conferant. Id. init. L. 1043 f. 148.

— — — (13047) Johanni Arragonis confert par. ecclesiam seu ejus perpet. vicariam S. Petri loci de Marssano Electen. dioec. resignatione Guillermi Arragonis vac. Id. init. L. 1024 f. 109, b.

— — — (13048—13049) Gerardo Porrsonin rectori par. eccl. S. Bricii loci de Dyche Tullen. dioec. dictam ecclesiam et quandam capellaniam ejusd. dioec. confert. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 36 f. 70 seqq.

— — — (13050) Johanni de Quercu cler. Cameracen. dioec., Mag. Petri Marciaci script. fam., pensionem super fruct. par. eccl. de Herle Leodien. dioec. et monasterii S. Petri Altimonten. O. S. B. Cameracen. dioec. assignat. „Vitae ac morum“ L. 1034 f. 227.

— — — (13051) Eidem praedictam pensionem necnon in certum eventum accessum ad canonic. et praeb. eccl. S. Gaugerici Cameracen., quos Nicolaus de Quellerie obtinet, concedit. Id. init. L. 1102 f. 224.

— — — (13052) Petro Bretiere presb. Lemovicen. dioec. in Prioratu Montis Maurilii O. S. A. Pictavien. dioec., cujus Prioratus canonici in superiori veste unam crucem panni rubei coloris deferre consueverunt, virtutum Domino famulari cupienti Praeceptoriam Nemoris Veteris Drolii O. S. A. Lemovicen. dioec. ad certum tempus commendat et deinde professione emissa confert. „Apostolicae Sedis“ (Castilion. | Marciaci. Corbin. | Cyprian. Coll. Amerin.) L. 1042 f. 63.

— — — (13053) Universis Christifidelibus in Colonien., Treveren., Saltzeburgen., Bremen., Bisuntin. et Upsalen. provinciis civitatibusque et dioec. exemptis infra earundem provinciarum limites extra temporale dominium Alberti Electi Maguntin. ac administratoris Magdeburgen. et Halberstaden. ecclesiarum necnon nob. virorum Marchionum Brandeburgen. dicti Electi fratrum germanorum dil. filiorum ac in Cameracen., Tornacen., Morinen., Atrebaten. et Caminen. civitatibus et dioec. constitutis, qui juxta Mag. Johannis Angeli de Arcimboldis U. J. doctoris, quem pro executione praesentium specialem nuntium et commissarium suum ad biennium deputat, aut ab eo

1514.

		subdeputandorum ordinationem eleemosynas in subsidium fabricae basilicae Principis Apostolorum de Urbe erogaverint, indulgentiam plenariam concedit, licentiam confessorem eligendi, qui amplis facultatibus gaudeat, adjungens. „Necessariae instaurationis basilicae Principis Apostolorum de Urbe a fel. rec. Julio PP. II. praedec. Nostro opus a fundamentis inchoatum et ejus superveniente obitu truncum atque informe relictum cunctis credimus patere fidelibus, apud quos dictae basilicae ob ejus supra certas (corr. cunctas) orbis ecclesias principatum et quasi certum christianae religionis domicilium memoria esse debet celebris et assidua, ad cujus rei prosecutionem, cum incredibili sit opus impensa et camerae apostolicae facultates non suppetant, Christifidelium suffragia esse noscantur plurimum opportuna, quo fit, ut Nos fideles ipsos ad exhibendum se erga subventionem fabricae hujusmodi liberales, eo largioribus spiritualium munerum promissione et concessione invitemus, quo magis videmus opus ipsum, sive Apostolicae Sedis totiusque christianae reipublicae vota, aut intermitti aut etiam imperfectum diu remanere non posse; intendentes itaque praedictum opus votivis successibus prosequi“ L. 1198 f. 93.
3. Dec. (III. Non. Dec.)	Romae apud S. Petrum.	(13054) Mag. Johannem de Reillac (al. Rillac) Praepositum eccl. S. Juniani Lemovicen. dioec. et notar. suum ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 40 f. 64.
— —	—	(13055—13059) Eidem Johanni monasterium S. Petri de Stirpo O. S. A. Lemovicen. dioec. obitu Clementis episc. Tutellen. vac. commendat. „Romani Pontificis providentia“ Hanc dispositionem nuntiat a) conventui dicti monast., b) ejus vasallis, c) episcopo Lemovicen., d) Francorum Regi. „Hodie monasterium“ (Script. iid.) L. c. f. 62 seqq.
— —	—	(13060) Episcopis Lemovicen. et Lectoren. mandat, ut ab eod. Johanne fidelitatis debitae juramentum recipiant. „Cum Nos hodie“ (Scr. iid.) L. c. f. 65.
— —	—	(13061) Execut. deputat, qui Jacobo Annocque canonicatum et praeb. eccl. B. M. Antwerpien. Cameracen. dioec. resignatione Hugonis Le Clerel vac. conferant. G. F. (Castilion. | Grat. de mand. S. D. Marciaci | Suno. Coll. Attav.) L. 1031 f. 152, b.
— —	—	(13062) Execut. deputat, qui praefato Jacobo, Caroli Principis Hispaniarum in Rom. Cur. causarum procuratori, par. ecclesiam loci de Eeghem Cameracen. dioec. obitu Joh. de Lippenelde vac. conferant. G. F. L. 1028 f. 10.
— —	—	(13063) Petro Pasqueti rectori par. eccl. S. Martialis de Duneto Bituricen. dioec. commendat Prioratum S. Joh. de Aurelio O. S. A. Lemovicen. dioec. „Vitae ac morum“ L. 1049 f. 317.
— —	—	(13064) Aniano Romaguerie capellaniam in eccl. S. Pauli de S. Paulo Electen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ L. 1021 f. 63.
— —	—	(13065) Christophoro Treucheserf Priori Prioratus S. Papencii prope Insulam Jordani O. S. B. Pictaven. dioec. dictum Prioratum confert. „Religionis zelus“ L. 1044 f. 181.
— —	—	(13066) Natali de Rosa rectori par. eccl. Rupis Johannis Bisuntin. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum“ L. 1075 f. 260.
— —	—	(13067) Execut. deputat, qui Petro de Valentia cler. Salamantin. et Licent. in decr. canonicatum et *doctrinalem* nuncup. praeb. eccl. Zamoren., quos Didacus episc. Mindonien. tempore suae promotionis ad eccl. Mindonien. obtinebat, conferant. „Literarum scientia“ (Evang. | B. de Rizonib. | J. de Radicib. Coll. B. de Alex.) L. 1076 f. 200, b.
— —	—	(13068) Execut. deputat, qui Alphonso Didaci de Lerma cler. Burgen. dioec., Mag. Gundisalvi de Lerma script. ex sorore nepoti, beneficium in par. eccl. oppidi de S. Maria del Campo ejusd. dioec. conferre curent. „Vitae ac morum“ L. 1023 f. 198.
— —	—	(13069) Par. ecclesiam S. Matthaei loci de Curtatone Cremonen. dioec. obitu Pauli de Nolis vac. Cantoriae eccl. Cremonen., quam Mag. Gaspar de Cavalleriis notar. et fam. suus obtinet, unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ L. 1025 f. 441, b.
— —	—	(13070) Johanni de la Boyssiere rectori par. eccl. S. Mauritii de Leonibus Lemovicen. dioec. et Mag. in artibus commendat Prioratum B. Mariae de Grandi Orto O. S. A. dictae dioec. „Literarum scientia“ L. 1028 f. 288, b.
— —	—	(13071) Johanni episc. Sibinicen. in Rom. Cur. residenti mandat, ut in causa litigiosa inter Mag. Ludovicum de Ecclesia cler. Asten., notarium apost., et Marinum Laudes super canonicatu et praeb. eccl. Paduan., si ipsi constiterit, neutri contendentium jus competere, dicto Ludovico eosd. canonicatum et praeb. conferat. G. D. (Agrig. | Gr. p. fam. R. D. Vicecanc. Marciaci. Corbin. | Salvius. Coll. Narnia) L. 1031 f. 133.
— —	—	(13072—13073) Augustino de Gaieta fam. suo, Laurentii tit. SS. Quatuor Coron. presb. Card. obsequiis insistenti, confert canonicatum et praeb. eccl. Squillacen. et quaedam beneficia ac certas petias et vineas Squillacen. dioec. resignatione Matthaei Ricii vac. G. F. Executores deputat. „Hodie“ (Semisaltus | Grat. de mand. S. D. Guerrerius Bertrandi | Chemin. Coll. F. de Attav.) L. 1061 f. 23 seqq.

1514.

3. Dec. (III. Non. Dec.) | Romae apud S. Petrum. | (13074) Mag. Johanni Antonio de Trivultiis causarum P. A. audit. mandat, ut Gaspari Dorella cler. Roman. par. ecclesiam S. Jacobi Barchinonen. litigiosam ad certum tempus commendare et deinde conferre curet, si nemini sit jus quaesitum. „Vitae ac morum“ L. 1022 f. 97, b.

— — | — | (13075) Confirmat ordinationem Alphonsi archiepisc. Caesaraugustan. et capituli ejusd. eccl., qua in dicta eccl. sex portiones pro sex clericis erexerunt, qui in divinis deservirent, ad nutum archiepisc. essent amovibiles et ex mensae archiepisc. et Cameriatus ejusd. eccl. fructibus, quem idem Alphonsus in commendam obtinet, congruas partes pro eorum sustentatione haberent; et pro potiore cautela dictas portiones perpetuo erigit et iis pro dote fructus ab eod. archiepisc. assignatos applicat. A. P. R. M. „Supernae dispositionis arbitrio“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 18 f. 125, b.

— — | — | (13076) Execut. deputat, qui Claudio Rondot cler. Lingonen. dioec. vicariam ecclesiae de Champlito dictae dioec. conferant. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. vol. F f. 182.

4. Dec. (Prid. Non. Dec.) | — | (13077) Execut. deputat, qui Johanni Fabri de Fulda cler. Herbipolen. beneficium ad altare S. Catharinae situm in capella Leprosorum prope Fuldam Maguntin. dioec. obitu Andreae Wisse vac. conferant. G. D. Arch. Lat. tom. 48 f. 43.

— — | — | (13078—13079) Vincentio de Lisignanis (al. Lusignanis) fam. suo beneficium in par. eccl. S. Mariae de Panzanello Mutinen. dioec. confert. G. F. Execut. deputat. „Hodie“ L. 1023 f. 202; f. 203.

— — | — | (13080—13081) Petro Ynet cler. Pictaven. dioec. commendat Prioratum S. Stephani de Colongiis Regalibus O. S. A. Malleacen. dioec. a Matthia Ynet resignatum. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 18 f. 115; f. 118.

— — | — | (13082) Johanni des Colons presb. Nanneten. dioec. Prioratum de Collancella O. S. A. Nivernen. dioec. commendat. „Vitae ac morum“ L. 1043 f. 53.

— — | — | (13083) Theodorico Ginthen Mag. Justini Fabricii Maii script. fam. confert canonicatum et praeb. eccl. S. Cyriaci prope et extra muros Wormatien. obitu Werneri Luffe et resignatione Stephani Pastoris vac. „Vitae ac morum“ (Castilion. | Grat. p. fam. script. Balbus | Verdes. Coll. F. de Attav.) L. 1033 f. 267.

5. Dec. (Non. Dec.) | — | (13084) Julio S. Mariae in Domnica diac. Card. monasterium S. Michaelis Camaldulen. Ord. Aretin. dioec., Gabriele nuper ipsius monast. abbate resignante, commendat. „Romani Pontificis providentia“ (Carrot. | *Visa* Balbus | F. de S. Joh. Coll. F. de Attav.) L. 1015 f. 285.

— — | — | (13085) Execut. deputat, qui Antonio de Burgos cler. Salamantin., U. J. doct. ac referend. domest. et fam. suo, beneficia in Ispalen., Burgen., Salamantin. et Segobien. dioec. vacatione occurrente conferre seu commendare curent. G. D. et F. L. 1028 f. 120; L. 1034 f. 144; L. 1135 f. 251.

— — | — | (13086) Maffeo de Draconibus Mag. Antonii de Petrutiis lit. ap. script. fam. confert capellaniam ad altare SS. Laurentii et Barbarae de Cappocinis situm in eccl. S. Mariae Majoris de Urbe. „Vitae ac morum“ L. 1026 f. 261.

— — | — | (13087) Johanni de Ponzano presb. Civitatis Castellan. dioec., Mag. Antonii de Petrutiis scriptoris fam., qui capellaniam ad altare SS. Laurentii et Barbarae de Capocinis situm in eccl. S. Mariae Majoris de Urbe resignavit, fructus ejusd. capellaniae loco pensionis ann. cum consensu Maffei de Draconibus, cui de ea est provisum, reservat et regressum ad illam concedit. „Vitae ac morum“ L. 1037 f. 304.

— — | — | (13088) Johanni Corso canon. Neapolitan. mandat, ut par. ecclesiam S. Viti Casalis Herculis Capuan. dioec. a Paulo de Saxo resignatam Dominico Santorino presb. Casertan., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ Arch. Lat. tom. 38 f. 62, b.

— — | — | (13089) Johanni Mulner commensali suo canonicatum et praeb. eccl. SS. Apostolorum Colonien. obitu Enechardi Stochusen vac. confert. G. F. L. 1040 f. 288.

— — | — | (13090) Imperatori scribit de indulgentia pro fabrica basilicae Princip. Apost. de Urbe et de delegatione Johannis Angeli de Arcimboldis subsidiorum collectoris, quem ipsi valde commendat. „Sicut novit Majestas tua“ (Card. SS. Quatuor) Brev. ad princ. tom. 5 f. 64.

— — | — | (13091—13092) Petro de Estrada cler. Abulen. cum jure regrediendi ad par. ecclesiam S. Crucis loci de Castellanos Abulen. dioec. ab ipso resignatam omnes ejusd. eccl. fructus reservat. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 36 f. 69 seq.

— — | — | (13093) Officiali Abulen. mandat, ut praedictam eccl. S. Crucis Johanni de Valdes rectori par. eccl. de Lanava de Arevalo dictae dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ Arch. Lat. tom. 34 f. 255.

— — | — | (13094) Francisco moderno Marchioni Mantuae S. R. E. Gonfalonerio ob grandia et insignia obsequia sibi et Rom. Ecclesiae per ipsum ejusque antecessores praestita motu proprio gratiam a Sixto IV. tunc existenti Marchioni concessam confirmat scil. jus patronatus et praesentandi personas idoneas ad Prioratum S. Antonii Mantuan. O. S. A.

1514.

a monasterio S. Antonii de S. Antonio Viennen. dioec. dependentem et ad alia beneficia tunc expressa. A. P. R. M. „Romanus Pontifex“ (Evang. | Baena. Corbin. | J. de Gais. Coll. S. de Spol.) L. 1084 f. 175.

5. Dec. (Non. Dec.) Romae apud S. Petrum. (13095—13096) Bernardino de Carrion cler. Palentin. pensionem super fruct. canonic. et praeb. eccl. B. M. de Husillos dictae dioec. per Didacum Santii ejusd. eccl. canonicum solvendam assignat et regressum ad eosd. canon. et praeb. concedit. „Vitae ac morum“ Episc. Castellimaris et Cavallic. et Offic. Palentin. executores deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 16 f. 294 seqq.

— — — (13097—13098) Antonio de Belleguise jun. confert par. ecclesiam S. Martini de Cramoysi sitam infra limites decanatus de Claromonte Beluacen. dioec. ab Antonio de Belleguise sen. resign. „Vitae ac morum“ Execut. deput. Joh. Huyn canon. eccl. Cathalanen. et Offic. Ambianen. et Parisien. „Hodie“ (O. d. Ces. G. d. Prato | Campan.) Arch. Lat. tom. 18 f. 102, b; f. 104, b.

— — — (13099—13100) Cornelio de Grassis cler. Roman. pensionem assignat super fruct. par. eccl. de Roncerio Bononien. dioec. per Antonium de Placanis solvendam, cum quo alias super dicta eccl. litigavit. Execut. committit episcopis Cavallicen. et Asculan. et vicario gen. episc. Bononien. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 18 f. 127; f. 128.

6. Dec. VIII. Id. Dec.) — (13101) Bernardo S. Mariae in Port. diac. Card., qui Prioratui S. Michaelis O. S. B. Brixien. dioec. cedit, cum jure regrediendi ad dictum Prioratum pensionem super fruct. monasterii S. Martini Viterbien. Cist. Ord. per Alexandrum S. Eustachii diac. Card. solvendam reservat. „Ad personam tuam“ L. 1018 f. 141.

— — — (13102) Antonio de Castelbranco cler. Ulixbonen. cum jure regressus pensionem assignat super fruct. decanatus eccl. Ulixbonen., cui cedit. „Nobilitas generis“ L. 1018 f. 249, b.

— — — (13103) Officiali Ulixbonen. mandat, ut dictum decanatum Ferdinando Gundisalvi cler. Colimbrien., si idoneus sit, conferat. „Dignum arbitramur“ L. c. f. 252, b.

— — — (13104) Juxta exemplum Julii PP. II. fidelibus Ferdinando Aragonum Regi ad expeditionem sacram contra infideles prosequendam auxilium praestantibus privilegia et indulgent. concedit, literas ejusd. praedec. ad biennium extendens. „Turcarum Saracenorumque“ (Sadol. | D. de Comitibus) L. 1196 f. 80.

— — — (13105) Mag. Antonio Puccio subdecano eccl. Florentin. et S. Sedis ad Portugalliae Regem Nuntio, appellationes contra ordinationem circa decimas pro sacro bello prosequendo concessas ab eodem Antonio editam nullas et frivolas fuisse et esse declarat. „Cum nuper te significante“ (Scr. iid.) L. 1195 f. 123.

— — — (13106) Pro parte Prioris et fratrum domus S. Augustini loci de Arthesio Ord. FF. Herem. S. Aug. Lascuren. dioec. et nob. virorum Gasconis de Audonis et Bertrandi de Bearino Senescalli Bearini Baronum dominorum temp. de Audonis et de Gerderestio locorum dictae dioec. necnon communitatis dicti loci de Arthesio privilegia praefatae domui concessa confirmat et pro ecclesia ejusd. domus indulgent. largitur. A. P. R. M. „Decet Romanum Pontificem“ (Sadol. | *Ausc. apud me* Jac. Sadol. D. de Comitibus) L. 1193 f. 54.

— — — (13107) Nobili viro Guillermo de Totavilla Comiti Sarnensi. Innocentius PP. VIII. pro solutione 13250 duc., quos bon. mem. Johannes de Columna S. M. in Aquiro diac. Card. Camerae ap. gratiose mutuavit, integram tertiam partem tenutae Montisalti in prov. Patrimonii ac decimam partem alterius tertiae partis dictae tenutae eidem Johanni Card. in perpet. emphyteusim sub annua responsione 10 duc. eidem Camerae solvendorum concesserat, sed dictus Joh. Card. dictas partes in quondam Hieronymum et Augustinum de Totavilla eorumque haeredes transtulerat; Hieronymo et Augustino vita functis supradictus Guillermus ipsorum successor et ejusdem Hieronymi natus ob praetensa crimina dictis partibus ac omnibus bonis privatus est. Eidem Guillermo, quem per alias literas absolvit et cui omnia bona restituit, dictas partes de novo concedit, ita ut dictas partes Camerae ap. aut Dochaneriis pecudum, si eas conducere voluerit, pro eodem pretio, pro quo ante confiscationem locabantur, locare teneatur. „Ad fidei et devotionis tuae“ (Evang. | Draco. Colardi. Vega | Bernard. Coll. de Spol.) L. 1025 f. 394.

— — — (13108) Eundem Guillermum ad tertiam et decimam partes praedictas totaliter absque ulla diminutione restituit. „Cum olim fel. rec. Innocentius“ (Coll. F. de Attav.) Div. Cam. tom. 64 f. 82, b.

7. Dec. (VII. Id. Dec.) — (13109) Vincentio Vercella fam. suo confert par. ecclesiam B. Mariae Majoris de Castro Pulcarini Arianen. dioec. a Christophoro Mendes resignatam. G. F. L. 1025 f. 296, b.

— (13110) Cum Pamphilo et Sforanio de Bentivolis scholaribus Bononien. super defectu natalium dispensat. „Illegitime genitos“ L. 1198 f. 418.

— — — (13111—13112) Antonio de Rodoleto (al. Rudeleto) Operario eccl. Montisalban. O. S. B. et Mag. in theol. pensionem assignat super fruct. Prioratus S. Juliani de Cardelicho

1514.

(al. Cardelhaco) Ord. et dioec. praed. per Antonium de Rupemorello solvendam. „Religionis zelus“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. vol. B f. 9, b seqq.

7. Dec. (VII. Id. Dec.) Romae apud S. Petrum. (13113) Execut. deputat, qui resignationem Johannis Moysen, si in eorum manibus resignare voluerit, recipiant et Mag. Francisco Richard cler. Leonen., notar. et fam. suo, obsequiis Laurentii tit. SS. Quatuor Coron. presb. Card. insistenti, Nanneten. et S. Albini de Guerrendia ecclesiarum canonicatus et praeb. ac par. ecclesiam de Mosneriis Nanneten. dioec. necnon quandam capellaniam sitam in eccl. Nanneten. resignatione hujusmodi vacantes conferre curent. G. D. et F. (Armellin. | Grat. de mand. Draco. Colardi | Chemin. Coll. de Narnia) L. 1022 f. 192.

— — — (13114) In favorem Mag. Johannis Angeli Arcimboldi Praepositi eccl. S. Victoris de Arcizate Mediolanen. dioec., U. J. doct. et notar. ac referendarii sui, dictae Praepositurae, quamdiu eam obtinuerit, par. ecclesiam S. Martini de Beluscho ejusd. dioec. cum eccl. S. Andreae illi annexa unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ L. 1024 f. 263, b.

— — — (13115) Franceschinum de Caymis Mediolanen. constituit capitaneum civit. Parmen. „Promeretur virtus“ (Sadol.) Div. Cam. tom. 64 f. 91, b.

8. Dec. (VI. Id. Dec.) — (13116) Matthaeo Baudeti cler. Ebredunen. dioec. pensionem assignat super fruct. par. eccl. Mariae de Speluca Vallis Carcer. Forojulien. dioec. per Johannem episc. Apten. solvendam. G. F. L. 1044 f. 19, b.

— — — (13117) Paulo de Bugnis, Marci tit. S. Mariae in Via lata diac. Card. fam., canonicatum et praeb. eccl. Creten. obitu Nicolai episc. Hierapetren. vac. confert. „Vitae ac morum“ (Evang. | Enckenw. | Balbus. Coll. F. de Attav.) L. 1074 f. 93, b.

— — — (13118) Pro ecclesia hospitalis inopia laborantis S. Juliani oppidi de Lauderneau Leonen. dioec., ad quam Mag. Joh. Danielo canon. Veneten. et lit. ap. abbreviator singularem gerit devotionis affectum, indulgent. concedit. „Ad hospitalium“ (Bemb. | Grat. de mand. S. D. Balbus. de S. Joh. | Bernard.) L. 1198 f. 417.

— — — (13119) Executorem deputat, qui Didaco Brano jun. cler. Palentin. dioec. canonicatum et praeb. eccl. Palentin. a Mag. Gundisalvo Brano resignatos conferat. „Laudabilia“ (Lambert. | Campania) Arch. Lat. tom. 36 f. 315.

— — — (13120—13121) Mag. Gundisalvo Brano cler. Palentin. dioec. et notar. suo cum jure regressus fructus canonicatus et praeb. praedict. necnon stallum in choro ac locum et vocem in capitulo reservat. G. D. Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 313 seq.

— — — (13122) Vicario gen. episc. Pistorien. mandat, ut hospitale misericordiae de Monte Catino Lucan. dioec. Bartholomaeo Lastrani de Monte Catino laico dictae dioec., si idoneus sit, regendum committat. „Gerentes in desideriis cordis“ L. c. f. 306, b.

— — — (13123) Emmanueli de Sousa abbatiam saecul. et colleg. eccl. S. Martini de Cedofeyta Portugallien. dioec., confert. „Vitae ac morum“ (Armellin. | Balbus. Gibraleon | Bernard. Coll. de Narnia) L. 1022 f. 189.

— — — (13124) Antonio de Castelbranco cler. Ulixbonen., qui juri suo ad praefatam abbatiam cedit, pensionem super fruct. dictae abbatiae necnon par. eccl. de Ermamar Lamacen. dioec. per praedictum Emmanuelem solvendam assignat. „Laudabilia“ L. 1018 f. 245, b.

— — — (13125) Eidem par. ecclesiam S. Johannis de Beja Elboren. dioec. resignatione Emmanuelis de Sousa vac. ad certum tempus commendat et deinde confert atque eidem eccl., quamdiu eam obtinuerit, ecclesiam par. B. Mariae Dulme Ulixbonen. dioec. ipsi jam concessam unit. Id. init. L. c. f. 247, b.

— — — (13126) Guillermo episc. Ebredunen., qui in regimine et administratione ecclesiae S. Andreae de facto se intrusit, et Ganino Douglace, qui Castrum dictae eccl. occupavit, aliisque complicibus districte mandat, ut intra 6 dies ab intrusione et occupatione hujusmodi desistant. „Pastoralis auctoritas“ (Sadol. | Draco. Valleoletti) L. 1195 f. 119.

— — — (13127) Sigismundo Poloniae Regi ejusque successoribus concedit jus patronatus et praesentandi personam idoneam ad Custodiam eccl. Plocen. „Dum ad illam fidei plenitudinem“ (Evang. | Grat. de mand. S. D. Draco | Marciaci. Coll. Attav.) L. 1016 f. 75, b. *Theiner* Mon. Pol. tom. II p. 353.

— — — (13128) Johanni Guilliermeti cler. Lugdunen. dioec., Mag. Alphonsi de Verdesotto script. fam., indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ L. 1205 f. 473.

— — — (13129) Mag. Leonardo de Bertinis scriptori et fam. suo confert canonicatus unum Cracovien. et alium Virdunen. ecclesiarum, praebendas vero earund. eccl. et dignit. etc. vel officium alterius earum necnon beneficium ad dispos. episc. et capit. Herbipolen. pertin. reservat. G. D. et F. L. 1023 f. 47, b.

— — — (13130) Mag. Petro Pimeulle notar. suo, Mag. Silvii de Passerinis datarii fam., indultum circa residentiam concedit. „Piis Christifidelium votis“ L. 1035 f. 31.

— — — (13131—13132) Pro parte Georgii Saxoniae Ducis ac Proconsulis et senatus ac populi oppidi Lipuzen. Merseburgen. dioec. consuetudinem ad preces quondam Alberti Saxoniae Ducis a Maximiliano in Rom. Imper. Electo approbatam circa nundinas

1514.

in eodem oppido [1] introductam necnon gratias, immunitates et praerogativas, quas idem Maximilianus ad instantiam praefati Georgii concessit, ita ut in dicto oppido etiam emporia ac depositiones tam parvarum quam magnarum mercium exercerentur, confirmat. A. P. R. M. „Romanus Pontifex" Executores deputat. „Hodie emanarunt" (Ph. de Agnellis. O. de Cesis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 41 f. 94 seq.

8. Dec. (VI. Id. Dec.) Romae apud S. Petrum. (13133) Cum Sixtus IV. statuisset, ut vacatione occurrente Praepositurae eccl. Spiren. unus ex ejusd. eccl. canonicis per capitulum in illius Praepositum eligeretur, necnon certo statuto dictae eccl. caveretur, ut quivis Praepositus possessionem ipsius Praepositurae adeptus in curia ejusd. Praepositurae domicilium tenere et de tractatibus capitularibus, nisi a capitulo vocaretur, praeterquam in electione episc. Spiren., minime se intromittere deberet etc., capitulum ejusd. eccl. ad evitandas differentias statutum circa dictam Praeposituram condidit, quod Pontifex confirmat. A. P. R. M. „Admonet Nos cura" (Carrot. | Enckenw. | F. de S. Joh. Coll. Amerin.) L. 1053 f. 197.

— — — (13134) Ecclesiam suam B. Mariae de Laureto Nullius dioec., quae inter alias orbis ecclesias singulari devotione, assiduis miraculis et amplissimis aedificiis splendeat, in collegiatam cum sigillo et archa communibus ac aliis collegialibus insigniis erigit ac in ea 12 canonicatus et praeb. necnon 12 capellanias et sex alia beneficia instituit ac statuit, ut canonici et beneficiati ejusd. eccl. juxta ordinationem Bernardi S. M. in Port. diac. Card. ejusd. eccl. protectoris divina officia celebrent, aliaque circa mensam capitularem et canonicorum nominationem etc. ordinat. A. P. R. M. „Ex supernae providentia majestatis" (Bembus | *Visa* Aloys. | Balbus. Coll. H. de Cesis) L. 1025 f. 114. *Tursellinus* Hist. Laur. L. II c. 16 p. 87.

— — — (13135) NN. concedit ad eorum vitam officium Postae caballariorum civit. Parmae. „Volentes ob egregiam" Brev. ad princ. tom. 5 f. 212, b.

— — — (13136) Pro parte Emmanuelis Portugalliae Regis statuit, ut causae et controversiae super quibusvis ecclesiis et beneficiis ad praesentationem et nominationem ejusd. Regis spectantibus orturae etc. per modernum episc. Egitanien., qui capellanus major capellae regiae dicti Regis existit, et p. t. existentem majorem capellanum dictae capellae cognosci possint. A. P. R. M. „Honestis petentium praesertim catholicorum Regum votis" (Evang. | Balbus | Bernard. Coll. Gratiadei) L. 1206 f. 305, b.

— — — (13137) Pro parte modernorum Mag., Licent., baccal. et scholarium Universitatis Vallisoletanae Palentin. dioec., cui Eugenius IV. archiepiscopum Toletan. et decanum Segobien. et Thesaurarium B. Mariae dictae dioec. ecclesiarum privilegiorum Conservatores constituit, Rectorem dictae Univers. iisd. Conservatoribus adjungit. A. P. R. M. „Dum intra pectoris" (P. de Castillo. Nardin.) Arch. Lat. tom. 13 f. 17, b.

— — — (13138) Reginae Scotiae (matri Jacobi V.) et Scotiae proceribus scribit, per manus Thomae Nudre notar. literas eorum d. d. 22. Jun. se accepisse, quibus de servandis majorum privilegiis circa nominationem archiepisc. S. Andreae aliarumque ejusd. regni ecclesiarum collationem supplicarent; se primum istam ecclesiam Card. Innocentio suo nepoti commendasse, cum illud quasi vinculum majoris conjunctionis inter se et eorum nationem futurum sperasset; cum eos malle dictam aliasque ejusd. regni ecclesias hominibus ipsorum nationis conferri intellexisset, se eorum desiderio et S. Sedis honori consulentem praefatae ecclesiae Andream tunc archiep. Bituricen. a Rege defuncto semper dilectum praefecisse, pluribus rationibus id suadentibus; monet eos, ut dispositionibus Pont. acquiescant. „Accepimus vestras literas" Brev. ad princ. tom. 5 f. 65. Ed. Sadoleti ep. 35 p. 44—48.

— — | — | (14950) Execut. deputat, qui Johanni de Chalons capellano in par. eccl. de Journehey Morinen. dioec. pensionem ex dicta dioec. assignent. Id. init. Arch. Lat. tom. 51 f. 197.

— — | — | (14951) Petro Cineyraci confert par. eccl. seu illius perp. vicariam S. Silvestri de Monte Lamberto Pictaven. dioec. obitu Petri Petit vac. Id. init. L. 1031 f. 253; L. 1040 f. 109.

— — | — | (14952) Pro parte Mag. Johannis de Aureduna Praepositi B. M. de Angelis Insulae Venaissin. Cavallicen. dioec. declarat, literas Julii PP. II., qui eidem Johanni monasteria S. Ruffi extra muros Valentin. et S. Petri de Salvio ac Prioratus S. Felicis extra eosd. muros et S. Saturnini de Portu al. B. Petri in Ponte S. Spirit. ac S. Martini de Cambonassio S. Aug. et S. Ben. et Clun. Ord. ac par. eccl. de Lauduno Uticen., Nemausen. ac Valentinen. dioec. et Praeposituram Auraicen. et canonic. et praeb. Carpentoraten. ecclesiarum concessit, expeditas fuisse et esse atque sic per quoscunque judices definiri debere. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ L. 1030 f. 130.

— — | — | (14953) Agneto de Comarque confert par. eccl. S. Asterii de S. Asterio Petragoricen. dioec. seu ejus perpet. vicariam obitu Guidonis de Chaumonte vac. „Vitae ac morum“ L. 1094 f. 197.

— — | — | (14954) Eidem Agneto de Comarque confert canonic. et praeb. ac perp. vicariam eccl. S. Asterii Petragoricen. dioec. obitu Guidonis de Chaumonte vac. „Nobilitas generis“ L. 1085 f. 145.

1515.

12. April (Prid. Id. April.)	Romae apud S. Petrum.	(14 955) Mag. Johanni Danielo archidiacono eccl. Veneten., not. et lit. ap. abbrev., indultum circa visitationem concedit. „Meruit tuae devotionis sinceritas“ L. 1037 f. 229.
—	—	(14 956) In favorem ejusd. Joh. unit par. ecclesias de Noyal et de Prezquen Veneten. dioec. decanatui rurali loci de Guimene dictae dioec. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ L. 1037 f. 244.
—	—	(14 957) Unionem par. eccl. de Ambagio Lumbarien. dioec. cum canonicatu et praeb. eccl. Lumbarien. per episcopum Lumbarien. in favorem Bernardi de Preissaco factam confirmat. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ L. 1032 f. 45.
—	—	(14 958) Execut. deputat, qui Anselmo de Thomaso Copo par. ecclesiam S. Laurentii Narnien. et quasd. capellanias et eccl. Narnien. dioec. conferant. G. F. L. 1025 f. 158.
—	—	(14 959) Mayolo Goluti quand. capellaniam eccl. Avenionen. confert. „Vitae ac morum“ L. 1053 f. 283, b.
—	—	(14 960) Bernardino de Madis canon. Brixien. mandat, ut par. ecclesiam S. M. Magdal. de Brandico Brixien. dioec. Vincentio de Salis cler. Brixien., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ L. 1029 f. 123.
—	—	(14 961) Johanni de Brosollettes rectori par. eccl. S. Hostiani Anicien. dioec. Prioratum S. Jacobi de Villemont O. S. A. Pictaven. dioec. commendat. „Vitae ac morum“ L. 1050 f. 198.
—	—	(14 962) Johanni Perez de Nagera cler. Calaguritan. dioec. indultum concedit circa beneficia non obstantibus constitutionibus synodalibus Calaguritan. Id. init. L. 1024 f. 229, b.
—	—	(14 963) Vicario gen. archiepisc. Cusentin. mandat, ut de monasterio monialium conventu carente S. M. terrae Montiani Cist. Ord. Cusentin. dioec., cui quondam Gloria abbatissa praesidebat, quod Franciscus de Simone sine tit. detinet, in favorem Aphricani Severoli cler. Faventin., leg. doctoris, si nemini sit jus quaesitum, prout ipsi videbitur, disponat. „Honestis petentium votis“ L. 1026 f. 213.
—	—	(14 964) Execut. deputat, qui capellaniam in par. eccl. S. Clementis extra muros Segobien. Hieronymo de Mercado cler. Segobien. conferant. G. F. L. 1026 f. 288.
—	—	(14 965—14 966) Nicolao de Glodow rectori par. eccl. in Swylitze Plocen. dioec. dictam eccl. resignat. Pauli de Lasi al. Bransko vac. confert. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 39 f. 271 seqq.
—	—	(14 967—14 968) Mag. Alphonso de Verdesotto scriptori et fam. suo confert archipresbyteratum oppidi de Vilnar Calaguritan. dioec. G. D. et F. Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 295 seq.
—	—	(14 969—14 970) Simoni Hubert confert par. eccl. S. Petri de Rosello Constantien. dioec. prov. Rothomagen. resignat. Roberti Hubert vac. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 87, b seq.
—	—	(14 971—14 972) Aegidio Michiel confert par. eccl. S. Nicolai de Fossatis Parisien. dioec. resignat. Petri Yvonet vac. Execut. deputat. Init. ut supra. L. c. f. 252, b seqq.
—	—	(14 973) Thomae de Vio Mag. gen. Ord. Praed.: de facultate in capitulo generali octo fratribus praemisso examine gradum et insignia Magisterii theol. conferendi. „Paterna Nostra erga te dilectione“ (Sadol.) Bull. Ord. Praed. t. IV p. 318.
13. April. (Id. April.)	—	(14 974) In eccl. Camerinen. novam dignitatem Praeposituram nuncupandam erigit, pro dote ei fructus quarund. capellaniarum Camerinen. dioec. applicat et Praeposituram sic erectam Johanni Bapt. Laurentii canon. eccl. Camerinen. confert. A. P. R. M. „Ex commisso Nobis“ (De Gaddis | Grat. de mand. Enckenw. | B. Accolt. | Ponzett. Coll. S. de Spol.) L. 1080 f. 66, b [1].
—	—	(14 975) Arnoldo de Skiens capellaniam in eccl. S. Hermetis Fothuacen. Cameracen. dioec. confert. G. F. L. 1032 f. 3.
—	—	(14 976) Mag. Nicolao Ardinghello cler. Florentin. pensionem ex dioec. Mediolanen. assignat. G. D. et F. L. 1031 f. 97.
—	—	(14 977) Mag. Petro de Jaroye canon. eccl. B. Hilarii majoris Pictaven. commendat Prioratum S. Fremerii de S. Fremerio O. S. B. Pictaven. dioec. cessione Philippi Cutard vac. G. D. L. 1040 f. 269.
—	—	(14 978) Execut. deputat, qui Martino Escanero cler. Caesaraugustan. dioec., si idoneus sit, par. ecclesiam loci de Tribaldes Conchen. dioec. resignatione Alphonsi Alisen vac. conferat. „Dignum arbitramur“ L. 1035 f. 183.
—	—	(14 979) In ecclesia domus S. Bartholomaei de Belpuche Ord. Min. Vicen. dioec. festum S. Francisci ad festum diem S. Bartholomaei transfert; indulgentias concedit fidelibus eand. eccl. visitantibus. „Ad ea libenter“ Brev. t. 2 n. 562; t. 30 l. 2 p. 834.
—	—	(14 980) Unam in B. M. de Palatio de Logrogno et aliam in de Sotes locorum Calaguritan. dioec. par. ecclesiis portiones, quas Didacus Petri de Munilla percipit, suae dispositioni reservat. A. F. R. M. „Etsi beneficiorum“ L. 1205 f. 185.

[1] Leg. in cod.: 1516 Id. April. anno tertio.

1515.

13. April. (Id. April.) Romae apud S. Petrum. (14981) Johanni Jacobo Cipello arch. Rom. Cur. scriptori confert beneficium in par. eccl. B. M. Magdal. de Gazolo Cremonen. dioec. G. D. et F. L. 1042 f. 57.

— — — (14982) Cum abbas et conventus monasterii B. M. oppidi de Bolonia supra mare O. S. A. Morinen. dioec. exponant, quod olim dictum oppidum civitas et ecclesia praefati monasterii cathedralis fuerint, nunc vero eadem eccl. parochialis et aliarum eccl. ejusd. oppidi et suburbiorum matrix ecclesia existat, et incolae oppidi et suburbiorum hujusmodi ipsius ecclesiae veri parochiani sint, sed ab abbate et conventu monasterii S. Volmari (Vulmari) oppidi et Ord. praedict. jura primo dicto monasterio competentia violata sint et in lite desuper exorta abbas et conventus monasterii B. M. indebite sint gravati: judices delegat, qui non obstante lapsu temporis (si legitimum impedimentum probatum sit) causam hujusmodi examinent et terminent. „Humilibus“ Arch. Lat. tom. 50 f. 126, b.

14. April. (XVIII. Kal. Mai.) — (14983) Yvoni de Costa confert par. eccl. S. Sulpitii de Cyaranis Riven. dioec. „Vitae ac morum“ L. 1042 f. 158.

— (14984) Petro Crochet rectori par. eccl. S. Lupi in Nemoribus Antissiodoren. dioec. commendat Prioratum B. M. Magdal. des Jardins O. S. B. Parisien. dioec. a monasterio de Thironio dicti Ord. Carnoten. dioec. dependentem. Id. init. L. 1040 f. 239.

— — — (14985) Monasterium B. M. de Val de Dios Cist. Ord. Oveten. dioec. obitu Joh. abbatis vac., cum Arias de Cornas juri suo cesserit, pro parte reformatoris et abbatum Congregationis monachorum regul. observ. Cist. Ord. Castellae et Legionis regnorum cum dicta Congreg., cujus monasterium de Monte Sion extra muros Toletan. caput existit, perpetuo unit, ita ut exinde juxta mores ejusd. Congreg. per abbatem triennalem regatur. A. P. R. M. „De commisso Nobis desuper“ (Colot. | B. de Rizonib. Gerona | F. de Vega. Coll. Donat.) L. 1054 f. 56, b.

— — — (14986) Antonio de Antino confert canonic. et praeb. ac archidiaconatum de Rostagno eccl. Tarvien. olim O. S. A. nuper vero ad saecularitatem reductae obitu Guillelmi Figuli vac. „Nobilitas generis“ L. 1049 f. 122.

— — — (14987) Petro de Nogareto confert canonic. et praeb. eccl. S. Felicis de Caramagno Tolosan. dioec. resignatione Stephani de Saquelley vac. „Vitae ac morum“ L. 1049 f. 123, b.

— — — (14988) Guntherum de Bonaw jun. cler. Numburgen. dioec. Gunthero de Bonaw sen. decano eccl. Numburgen. senio confecto coadjutorem cum jure successionis deputat. „Circa pastoralis officii“ L. 1039 f. 243, b.

— — — (14989) Bartholomaeo de Barrio in eccl. Auxitan. O. S. A. virtutum Domino famulari cupienti locum et canonicalem portionem dictae eccl. a Guidone de Massanis dimissos, si professionem emiserit, confert. „Apostolicae Sedis“ L. 1028 f. 86.

— — — (14990) Guidoni de Massanis canon. O. S. A. S. Michaelis de Montealto et S. Bartholomaei de Samarano Auxitan. dioec. par. ecclesias resignatione Bartholomaei de Barrio vac. commendat. „Religionis zelus“ L. 1028 f. 95.

— — — (14991—14992) Antonio de Merceure confert par. eccl. S. Fidis de Seyraco Tolosan. dioec. resignat. Petri de Nogareto vac. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 53 f. 147 seq.

15. April. (XVII. Kal. Mai.) — (14993) Mag. Francisco Bernardi script. et fam. suo confert canonic. et praeb. eccl. Pergamen., quos quondam Martinus de Brisianis obtinebat. G. D. et F. L. 1046 f. 249.

— (14994) Hieronymo Le Sur Licent. in leg. confert par. ecclesiam S. Martini de Verpeliers Noviomen. dioec. obitu Sulpitii Champion vac. „Literarum scientia“ L. 1049 f. 76.

— — — (14995) Georgio de Porta confert par. eccl. de Montingney Leodien. dioec. G. F. L. 1056 f. 236.

— — — (14996) Johanni de Castrobaiaco confert archidiaconatum de Rostagno in eccl. Tarvien., quem quondam Guillelmus Figuli obtinebat. „Nobilitas generis“ L. 1029 f. 171.

— — — (14997) Johanni episc. Revalien., Praelato suo domestico, quem eadem die ad universas provincias Maximiliano in Imper. electo et Cristierno (Christiano) Daciae Regi subjectas necnon Prussiam, Livoniam, Sueciam, Norvegiam etc. pro nonnullis S. R. E. arduis negotiis suum et Ap. Sedis cum plena potestate Legati de Latere nuntium per alias literas in forma brevis destinandum duxit, ut erga incolas dictarum provinciarum se gratiosum reddere valeat, facultates et privilegia concedit. „Cum Nos hodie“ (Bembus | D. de Comitibus) L. 1198 f. 410.

— — — (14998) Execut. deputat, qui Octaviano de Demetrio cler. Ydruntin. dioec., si idoneus sit, par. ecclesiam *abbatiam* nuncup. S. Leonis in territorio Cunisiani dictae dioec. resignat. Petri Pagliara de Licio vac. conferat. „Laudabilia“ Arch. Lat. tom. 39 f. 90.

— — — (14999) Francisco tit. S. Stephani in Celio Monte presb. Card. commendat S. Silvestri de Montalambert et de Richemont par. ecclesias ac perp. capellaniam in eccl. de Tonquiers necnon S. Jacobi de Veterimonte et de Chavenon S. Aug. et Grandimonten. Ord. Prioratus Pictavien., Rothomagen., Lucionen., Malleacen. et Claromonten. dioec. obitu Petri Petit vac. „Dum exquisitam“ L. 1036 f. 208.

1515.

15. April. (XVII. Kal. Mai.) | Romae apud S. Petrum. | (15 000—15 001) Eidem commendat archidiaconatum eccl. Carpentoraten. obitu Petri Petit vac. „Dum exquisitam“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 57 f. 304, b seqq.

— | — | (15 002) Ad supplicationem archiepisc. Magdeburgen. postulati Maguntin. Pontifex concessit indulgentias in favorem fabricae basil. Princ. Apost. de Urbe in provinciis Maguntin. et Magdeburgen. ac in dominiis archiepiscoporum Maguntin. et Magdeburgen. ac episcopi Alberstaden. necnon Marchionum Brandenburgen. per eumdem archiep. publicandas et exequendas esse pro 8 annis incipiendo intra annum a data liter. earund. indulgentiar. (1. Aug. 1514), ea conditione, ut medietas proventuum indulgentiarum hujusmodi deductis oneribus ad fabricam praed. per eundem archiep. mitteretur; cum vero ipse archiepisc. 10 000 duc. auri in subventionem ejusd. fabricae solverit, ac Pontifex eidem promiserit, se indulgentias praed. durantibus dictis 8 annis non revocaturum et nullas alias indulgentias plenarias in eisdem provinciis concessurum aut concessas publicaturum esse: mandat episcopo Ostien. aliisque Cam. ap. officialibus, ut ejusd. Camerae nomine eidem archiepiscopo sese obligent pro observantia praemissorum. „Concessimus nuper“ (Coll. F. de Narnia) Div. Cam. tom. 64 f. 166, b.

— — | — | (15 003) Johanni Marraffi laico Florentino, qui officium subcancellarii custodiae Pal. apost. fideliter gerit, provisionem pro quolibet mense 8 duc. auri et bol. 36 confirmat eamque, non obstante generali mandato reductionis provisionum nuper edito, ad minorem summam reduci non posse decernit. „Exigit singularis fides“ (Coll. F. de Narnia) Div. Cam. t. 65 f. 3.

16. April. (XVI. Kal. Mai.) | — | (15 004) Johanni de Herrera rectori par. ecclesiarum invicem unitarum de la Tona et Medranda Seguntin. dioec., arch. Rom. Cur. script., regressum ad par. eccl. S. Eulaliae Segobien. dioec. concedit. „Devotionis et familiaritatis“ L. 1071 f. 134, b.

— — | — | (15 005) Eidem pensionem assignat super fruct. Thesaurariae eccl. Segobien. per Alphonsum Romero solvendam. G. D. et F. L. 1071 f. 136; L. 1080 f. 123.

— — | — | (15 006) Antonio Milleti Praeceptori domus S. Spiritus de Poligniaco O. S. A. Bisuntin. dioec. Stephano Milleti Praeceptori domus S. Spirit. Bisuntin. dicti Ord. coadjutorem cum jure successionis deputat. „Ex debito pastoralis officii“ L. 1054 f. 44.

— — | — | (15 007) Jacobo Guiberti cler. Nanneten. dioec. commendat Prioratum S. Maudeti O. S. A. Maclovien. dioec. obitu Guidonis de Vanferier vac. G. F. L. 1048 f. 229, b.

— — | — | (15 008) Execut. deputat, qui par. ecclesiam in Vuimen Trajecten. dioec. Bartholdo de Holthusen cler. dictae dioec. conferat, si per eventum litis constiterit, nemini ad eam jus competere. „Vitae ac morum“ L. 1045 f. 42.

— — | — | (15 009) Petro Navarro presb. Tirasonen. dioec. indultum circa unum ex beneficiis patrimon. par. eccl. S. Petri oppidi de Agreda dictae dioec. et circa horas canon. recitandas concedit. G. F. L. 1026 f. 141.

— — | — | (15 010) Universis in Daciae, Sueciae et Norwegiae regnis et universa Prussia, Livonia etc. constitutis: circa indulgent. pro fabrica basil. Princ. Ap. de Urbe concess. Johannes episc. Revalien. ad tres annos commissarius deputatur. „Sacrosanctis Salvatoris“ L. 1196 f. 64, b.

— — | — | (15 011) Johanni Sanney, qui permutat. causa capellam S. Michaelis in Manerio de Logis Lexovien. dioec. resignat, confert par. ecclesiam S. Martini de Basoca Abrincen. dioec. a Johanne Faing ead. de causa dimissam. „Apostolicae Sedis“ L. 1029 f. 159.

— — | — | (15 012) Mag. Guillermo Arnaldo de Sorbetis notar. suo, qui abbatiam saecul. et collegiatae eccl. B. M. de Pendulo Aduren. dioec. resignavit, nomen abbatis, stallum in choro, vocem in capitulo et omnes fructus ac domum dictae abbatiae reservat, accedente consensu Petri de Artigua, cui de ead. abbatia providetur. G. D. L. 1044 f. 25.

— — | — | (15 013) Petro de Artigua baccal. in legibus praefatam abbatiam confert. „Literarum scientia“ L. 1050 f. 1.

— — | — | (15 014) Hannibali Monsorio militi Hospit. S. Joh. Hieros. pensionem super fruct. mensae abbatialis monasterii S. Philippi de Argilione O. S. B. Cathanien. dioec. assignat. G. F. L. 1158 f. 45.

— — | — | (15 015) Francisco de Moncello obsequiis Johannis Francisci episc. Taurinen. insistenti confert capellam S. Aegidii extra muros Taurinen. G. F. L. 1046 f. 128.

— — | — | (15 016) Ferdinando de Honcala cler. Calaguritan. dioec. indultum concedit circa patrimoniales portiones in S. Laurentii, S. Mariae et S. Michaelis de Yanguas invicem unitis aliisque eccl. dictae dioec. G. F. L. 1031 f. 87.

— — | — | (15 017) Mag. Didaco Andreae cler. Calaguritan. dioec., script. et fam. suo, beneficia Lucen. dioec. confert. G. D. et F. L. 1056 f. 185.

— — | — | (15 018) Johanni Teuweghe cler. Monasterien. dioec., Mag. in artibus, indultum circa beneficia concedit. „Literarum scientia“ L. 1205 f. 190.

— — | — | (15 019) Aloysio S. M. in Cosmedin diac. Card. regressum concedit ad monasterium S. Philippi de Argilione O. S. B. Chathanien. dioec. „Romani Pontificis“ L. 1062 f. 137, b.

1515.

16. April. (XVI. Kal. Mai.) Romae apud S. Petrum. (15020) Literas, quibus domui S. Laurentii de Padulla Carthus. Ord. Caputaquen. dioec. monasterium B. Mariae de Cadossa O. S. B. dictae dioec. cessione Johannis de Jesualdo cler. Neapolitan. vac. univit, confirmat. A. P. R. M. „Ex susceptae servitutis“ (Castilion. | Marciaci | D. Andreae. Coll. Donatus) L. 1033 f. 18.

— — — (15021) Execut. deputat, qui Jacobo Abel cler. Argentin. vicariam in eccl. S. Severi oppidi Erfurden. Maguntin. dioec. obitu Simonis de Eistorff vac. conferant. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. tom. 39 f. 284, b.

— — — (15022) Pro parte Joh. Bapt. de Justinis cler. Civitatis Castelli, qui Mag. Petri Pauli de Justinis de Castello lit. ap. majoris praesidentiae abbreviatoris filius existit et monasterium S. Helenae de Suno al. de Sora S. Quirici Camald. Ord. Cremonen. dioec. in commendam obtinet et ejusd. monasterii aedificia manuteneri et augeri ecclesiamque ipsius ornamentis decorari cupit, eandem ecclesiam visitantibus et eleemosynas largientibus indulgentias concedit. A. F. R. M. „Etsi cunctae orbis ecclesiae“ Arch. Lat. tom. 27 f. 222.

— — — (15023—15024) Juliano Bogarili (al. Burgarelli) confert canonic. et praeb. eccl. B. M. de Montecalerio Taurinen. dioec. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 125, b seq.

— — — (15025—15026) Mag. Bernardino de Villa de Cherio cler. Taurinen. dioec. et notar. suo fructus canonic. et praeb. praedict. reservat. G. D. et F. Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 53 f. 143 seq.

17. April. (XV. Kal. Mai.) — (15027) Eugenio de Marchionibus Pratellae canon. Cortonen. fructus eccl. campestr. S. Laurentii de Casalupilia Cortonen. dioec. ab ipso resignatae reservat. „Vitae ac morum“ L. 1050 f. 206, b.

— — — (15028) Bartholomaeo Bochi rectori eccl. Consolationis B. M. V. extra muros loci de Bargemono Forojulien. dioec. indult. circa benefic. concedit. Id. init. L. 1188 f. 237.

— — — (15029) Antonio de Andrea confert par. eccl. seu ejus vicariam S. Christophori loci de Calhan Narbonen. dioec. Id. init. L. 1029 f. 76.

— — — (15030) Petro de Frias cler. Burgen. dioec. confert beneficium in par. eccl. S. Martini oppidi de Verniesca Burgen. dioec. Id. init. L. 1050 f. 236.

— — — (15031) Execut. deputat, qui par. ecclesiam S. Stephani de Boncourt Tullen. dioec. in favorem Mag. Joh. Colardi cler. Remen. dioec. et script. sui monasterio S. Nicolai de Prato extra muros Virdunen. O. S. A., quamdiu ipse Joh. illud in commendam obtinuerit, uniant, si eam vacare repererint. „Romanum decet Pontificem“ L. 1027 f. 192.

— — — (15032) Antonio Andreae beneficiato in par. eccl. S. Jacobi oppidi de Villalva del Alcor Palentin. dioec. pensionem super fruct. cujusd. benef. dictae eccl. per Petrum Perez solvendam assignat. „Vitae ac morum“ L. 1036 f. 171.

— — — (15033) Petro de Pedraza cler. Segobien. dioec. pensionem assignat super fruct. par. eccl. loci vel oppidi del Monasterio cum annexo el Campillo Toletan. dioec. per Franciscum de Herera solvendam et regressum et ingressum ad eand. eccl. concedit. Id. init. L. 1112 f. 216.

— — — (15034) Johanni Breves cler. Cenomanen. dioec. commendat Prioratum SS. Petri et Pauli de Lierruto O. S. A. Ebroicen. dioec. Id. init. L. 1060 f. 11.

— — — (15035) Jacobo Marciasio de Sarzana cler. Lunen-Sarzanen. dioec. accessum concedit ad canonic. et praeb. eccl. Wladislavien., de quibus obitu Stanislai Zambuski vacantibus Johanni Wisceski providetur, si idem Johannes pensionem dicto Jacobo super fruct. canonic. et praeb. praedict. assignatam solvere neglexerit. G. F. L. 1162 f. 215[1].

18. April. (XIV. Kal. Mai.) — (15036) Johannem episc. nuper Gerunden. ad cautelam absolvit. „Consueta Sedis Apostolicae“ (Benzon | Nardin.) Arch. Lat. tom. 48 f. 315.

— (15037—15043) Eundem Johannem ecclesiae Urgellen. translatione Petri archiepisc. Tarraconen. vacanti praeficit in episc. et pastorem. „Apostolatus officium“ De hac provisione scribit a) capitulo eccl. Urgellen., b) clero et c) populo civit. et dioec. Urgellen., d) vasallis dictae eccl. „Hodie ecclesiae“, e) Ferdinando Aragonum Regi „Gratiae divinae“, f) archiep. Tarraconen. „Ad cumulum“ (Script. iid.) L. c. f. 312 seqq.

— — — (15044—15045) Johanni Cortes baccal. in decr. confert decanatum eccl. Oscen. promotione Johannis nuper episc. Gerunden. ad eccl. Urgellen. vacantem. „Literarum scientia“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 27 f. 119.

— — — (15046) Marco tit. S. M. in Via lata diac. Card. monasterium S. M. de Bello Cisterc. Ord. Nicosien. dioec., cujus commendae Ludovicus ex Comitibus S. Bonifacii cler. Paduan. cessit, cum monast. S. M. de Dragonaria O. S. B. ejusd. dioec. et aliis forsan illi annexis commendat. „Romani Pontificis“ (Jul. Agrigent. | F. de Acre. Coll. Donat.) L. 1030 f. 258, b.

[1] Quae *Theiner*, Monum. Pol. t. II. p. 367 refert, falsa sunt.

1515.

18. April. (XIV. Kal. Mai.)	Romae apud S. Petrum.	(15047) Petro Spiga cler. Calaritan., Aloysii S. M. in Cosmedin diac. Card. fam., accessum ad canonic. et *oppidorum de Sardena* nuncup. praeb. eccl. Alben., quos Dominicus Spiga obtinet. „Vitae ac morum“ L. 1043 f. 64.
— —	—	(15048—15049) Mag. Alexandro de Lecanis cler. Lauden. pensionem assignat super fruct. par. ecclesiarum invicem unitarum SS. Gervasii et Protasii de Breno (al. Brano) et S. Antonii de Pozelo (al. Pezolo) Mediolanen. dioec. per Benedictum de Sormano solvendam. G. D. et F. Execut. deputat. „Hodie“ L. 1048 f. 10, b seqq.
— —	—	(15050) Mag. Latino de Benassais cler. Roman. et canon. basil. Princ. Ap. de Urbe pensionem ex eccl. praedictis assignat. G. D. L. 1050 f. 106, b.
— —	—	(15051) Roberto de Gramont canon. eccl. Mimaten. archidiaconatum dictae eccl. resignatione Mag. Joh. de Gramont vac. confert. „Nobilitas generis“ L. 1042 f. 291.
— —	—	(15052) Raymundo Collonelli confert canonic. et praeb. eccl. Mimaten. resignatione Mag. Joh. de Gramont vac. Id. init. L. 1042 f. 293.
— —	—	(15053) Antonio de Gramont confert Prioratum saecul. S. Martini Ylerii Tarni Mimaten. dioec. resignatione Joh. de Gramont vac. Id. init. L. 1042 f. 295.
— —	—	(15054) Antonio la Roche Pascaleto, Sixti Card. Vicecanc. fam., confert Prioratum rural. B. M. de Campo Pontino Dignen. dioec. „Vitae ac morum“ L. 1067 f. 256.
— —	—	(15055) Petro Serrano cler. Tirasonen. dioec. pensionem assignat super fruct. par. eccl. S. Jacobi Villae de Allariz Aurien. dioec. G. F. L. 1080 f. 156.
— —	—	(15056) Yvoni Bellet confert par. eccl. de Lentillac Veneten. dioec. resignatione Mag. Joh. Danielo lit. ap. abbrev. et canon. Veneten. vac. „Vitae ac morum“ L. 1083 f. 8.
— —	—	(15057) Francisco Diez de Seria cler. Palentin., qui in Ord. Hosp. S. Joh. Hieros. ingredi cupit, ad sex menses commendat et deinde (professione emissa) confert Prioratum loci de Bamba dicti Hospit. Palentin. dioec. „Apostolicae Sedis“ L. 1028 f. 104.
— —	—	(15058) Fidelibus, qui ecclesiam S. Germiniani civit. Mutinen. patroni in ejusd. Sancti festivitate visitaverint et pro ea eleemosynas erogaverint, indulgent. concedit. „Ob paternam“ L. 1198 f. 299.
— —	—	(15059) Hugolino Albizi de Rucellariis Florentino ob singularem erga se et Sedem Apost. fidem ac devotionem, quo is dictae Sedis obsequiis promptior reddatur, assignat subventionem 6 duc. de pecuniis aluminum S. Cruciatae quolibet mense ei persolvendam. „Specialibus gratiis“ (Coll. F. de Attav.) Div. Cam. t. 64 f. 174.
19. April. (XIII. Kal. Mai.)	—	(15060) Elziario Geneti cler. Carpentoraten., capellae suae magistro, commendat Prioratum loci de Saltu O. S. B. Carpentoraten. dioec. G. D. et F. L. 1041 f. 58.
	—	(15061) Galdino de Oxio rectori par. eccl. S. Martini de Cimbergo Brixien. dioec. confert dictam eccl. resignatione Jacobi Antonii de Gentelinis vac. „Vitae ac morum“ L. 1035 f. 235, b.
— —	—	(15062) Johanni Rebollino (Ind. Robollino) confert canonic. et praeb. eccl. Turritan. resignatione Mag. Guillermi Cassador caus. P. A. auditoris vac. G. F. L. 1029 f. 160.
— —	—	(15063) Hilario Pennet cler. Pictavien. dioec. indultum circa benef. concedit. G. F. L. 1205 f. 35.
— —	—	(15064) Didaco de Anaya canon. Salamantin. et baccal. in decr. pensionem assignat super fruct. par. eccl. B. M. de los Barrios de Ynostoso Astoricen. dioec. per Petrum de Ribera solvendam. „Literarum scientia“ L. 1109 f. 262.
— —	—	(15065) Johanni de Albuconio cler. Lemovicen. dioec. et Mag. in art. primo commendat et deinde (professione emissa) confert Camerariam monasterii B. M. de Ageduno O. S. B. dictae dioec. „Apostolicae Sedis“ L. 1040 f. 273.
— —	—	(15066) Petro Sonnier jun. Priori Prioratus de Condato O. S. B. Petragoricen. dioec. commendat Praepositatum de Perducio O. S. A. dictae dioec. cessione Petri Sonnier sen. vac. „Religionis zelus“ L. 1052 f. 32.
— —	—	(15067) Johanni de Redoleto monacho O. S. B. pensionem assignat super fruct. mensae abbatialis monast. S. Petri de Curte dicti Ord. Tolosan. dioec. per Aegidium abbatem solvendam, cui Hospitalaria ejusd. monast. resignatione praefati Joh. vac. ad 6 menses est commendata. Id. init. L. 1028 f. 93, b.
— —	—	(15068—15069) Jacobo Estournelli Priori Prioratus S. Benedicti de Eusaco O. S. B. Pictaven. dioec. commendat Prioratum S. Martialis de Javoilhaco O. S. A. Lemovicen. dioec. resignat. Petri Natalis vac. „Religionis zelus“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 39 f. 93, b seqq.
— —	—	(15070) Julio S. M. in Domnica diac. Card. de Medicis fratri suo patrueli pro ejus sibi in omnibus rebus spectata fide regimen et custodiam arcis Ostiae committit. „Cupientes tibi“ (Bembus) Div. Cam. t. 64 f. 181.
— —	—	(15071) Praesidenti, Diffinitoribus et Prioribus Ord. FF. B. M. de Monte Carmelo Congreg. Mantuae, cum capitulum generale dictorum fratrum die 2. mensis Maii proxime futuri in domo S. M. Gratiarum de Nuvolara Ord. et Congr. praedict. Regien. dioec. sit celebrandum, ad instantiam Sigismundi S. M. Novae diac. Card.

1515.

de Gonzaga, dicti Ord. Protectoris, de electionibus rite faciendis scribit. Bullar. Carmelit. Romae 1715, t. I. p. 455.

20. April. (XII. Kal. Mai.) Romae apud S. Petrum. — (15 072) Johannem Thirieti (Ind. Thieneti) Bidard cler. Meten. Desiderio Alberti canon. Meten. coadjutorem cum jure successionis deputat. „Circa pastoralis officii debitum“ L. 1042 f. 285.

— — — (15 073) Hilario Bernoneau Francisci Francorum Regis consiliario ordinario et capellae ejusd. Regis magistro, qui canonicatum et praeb. eccl. Pictaven. dimittere intendit, ad effectum, ut decanatum dictae eccl. retinere valeat, canonicatum ejusd. eccl. confert. „Vitae ac morum“ L. 1057 f. 189, b; L. 1059 f. 82.

— — — (15 074) Claudio Margereti confert canonic. et praeb. eccl. Meten. resignatione Nicolai episc. Panaden. vac. Id. init. L. 1040 f. 125.

— — — (15 075) Petro de Garrigia decr. doctori confert archidiaconatum S. Antonini in eccl. Ruthenen. obitu Guillelmi de la Parra vac. cum canonicatu ac praeb. et par. eccl. illi annexis. „Literarum scientia“ L. 1100 f. 156.

— — — (15 076) Hieronymum Angeli de Villalonga Ord. FF. Eremit. S. Aug. professorem Spiritui Antonii de Cassia rectori par. eccl. S. Angeli de Macerillo Spoletan. dioec. coadjutorem deputat; cedente aut decedente dicto Spirito istam eccl. praefato Hieronymo commendat. „Circa pastoralis officii“ L. 1030 f. 187.

— — — (15 077) Antonio de Luna cler. Caesaraugustan. dioec. regressum et accessum concedit ad par. eccl. *abbatiam* nuncup. oppidi de Ontiniena Ilerden. dioec., cedente aut decedente Francisco Sanctis. G. F. L. 1122 f. 174.

— — — (15 078) Johanni Suarez fam. suo confert canonic. et praeb. eccl. S. Stephani Constantien. et rectoriam par. ecclesiae in ead. eccl. consistentis obitu Udalrici Mag. vac. G. F. L. 1071 f. 33.

— — — (15 079) Mag. Claudio Bony notar. suo denuo confert decanatum eccl. B. M. de Belva Eduen. dioec. G. D. L. 1046 f. 57.

— — — (15 080) Alphonsum Enriquez cler. Palentin. dioec. Alphonso de Villaheruel abbati saecul. et colleg. eccl. B. M. oppidi Vallisoleti dictae dioec. coadjutorem deputat cum jure successionis. „Circumspecta Sedis Apostolicae“ L. 1046 f. 60.

— — — (15 081) Ludovico Laydet cler. Pictaven. ad certum tempus commendat et deinde confert par. eccl. S. Martini de Monastariis Pictaven. dioec. seu ejus perp. vicariam. „Nobilitas generis“ L. 1033 f. 239, b.

— — — (15 082—15 083) Blasio Nunez confert par. eccl. de Fuente Lesendo Oxomen. dioec. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 54 f. 198, b seqq.

— — — (15 084—15 085) Mag. Petro Vignole cler. Asten. dioec. et not. suo pensionem assignat super fruct. canonic. et praeb. eccl. S. Antonii Placentin. et cujusd. capellaniae eccl. Placentin. per Guillelmum de Vegiis solvendam cum jure regressus resp. accessus. G. D. Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 50 f. 52, b seqq.

— — — (15 086—15 087) Guillelmo de Vegiis fam. suo confert canonic. et praeb. eccl. S. Antonini (al. S. Antonii) Placentin. resignat. Mag. Petri Vignole vac. G. F. Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 317, b seqq.

— — — (15 088—15 089) Gabrieli de Maloduno confert Cantoriam Prioratus S. Petri Villae S. Saturnini de Porta al. Pontis S. Spirit. Clun. Ord. Uticen. dioec. resignat. Gilberti Gardoni vac. cum Prioratu S. Andreae de Meianis dicti Ord. Nemausen. dioec. illi annexo. „Religionis zelus“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 65 seqq.

— — — (15 090—15 091) Theodoro Gabrielis de Bellacumba cler. Uticen. dioec. pensionem assignat super fruct. Prioratus S. Andreae praedicti. „Nobilitas generis“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 68, b seqq.

— — — (15 092—15 093) Eidem Prioratum B. M. de Josa Clun. Ord. Nemausen. dioec. resignatione Gabrielis de Maloduno vac. commendat. Execut. deputat. Init. ut supra. Arch. Lat. tom. 39 f. 334, b seqq.

— — — (15 094—15 095) Alberto de Schawenburg canon. Herbipolen. pensionem assignat super fruct. par. eccl. *pastoriae* nuncup. in Schweigern Wormacien. dioec. per Georgium de Nippurg canon. Wormacien. et ejusd. par. eccl. rectorem solvendam. „Nobilitas generis“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 181 seqq.

— — — (15 096) Maximiliano Mariae Mediolanen. Duci nuntiat, se mirari, quod nondum justis Paullae Gonzagae viduae desideriis satisfecerit. „Alteris Nostris literis“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 214. Ed. Bemb. L. X. ep. 29 p. 84.

— — — (15 097) Cum praesidentibus annonae almae Urbis eorumque portionariis inter alia emolumenta Pontifex 29 duc. pro centenario super certis annatis concesserit, mandat episcopo Ostien. et aliis officialibus, ad quos spectat, ut emolumentum hujusmodi exigi permittant, donec literae concessionis expediantur. „Dilectis filiis praesidentibus“ (Donatus) Div. Cam. t. 64 f. 166.

21. April. (XI. Kal. Mai.) — (15 098) Gaufrido Morelli cler. Nanneten. dioec. medietatem fructuum par. eccl. S. Cyrici Radesiar. dictae dioec. seu illius perp. vicariae reservat. G. F. L. 1100 f. 186, b.

— (15 099) Petro Paulo Virgilii de Crescentiis scholari Roman. servitiis Bernardi S. M. in

1515.

Porticu diac. Card. insistenti, si clericali charactere insignitus erit, par. ecclesiam B. M. Reginae Coeli in Burgo S. Petri de Urbe et capellaniam ad altare S. Joh. in basil. Princ. Ap. de Urbe obitu Peregrini de Castro S. Angeli vac. confert. G. F. L. 1032 f. 41, b.

21. April. (XI. Kal. Mai.) Romae apud S. Petrum. (15100) Matthaeo tit. S. Angeli diac. Card. Gurcen. a Cur. Rom. abeunti, ut de nonnullis arduis negotiis cum Maximiliano in Imperat. electo nomine Pontif. agat, facultates et privilegia concedit. „Cum Nos nuper“ (Bembus | De Comitibus) L. 1198 f. 380.

22. April. (X. Kal. Mai.) — (15101) Henrico Angliae Regi, qui aegre tulit, quod Pontifex archiepiscopum S. Andreae in regno Scotiae S. Sedis Nuntium et Legatum a latere constituit, scribit, se dignitatis et voluntatis Regis hac in re imprimis rationem habuisse, eundem archiep. ante omnia ad Regi satisfaciendum obligasse, nil facere voluisse, quod Regem a se unice ex omnibus christianis Principibus dilectum offenderet; se ea statuisse, quae ipsi Regi grata essent futura. „Intelleximus ex literis“ (Bembus) *Rymer* t. XIII. p. 493; *Roscoe* t. VI. p. 267 [1].

— — — (15102) Durando Lombardi confert vicariam eccl. S. Flori. „Vitae ac morum“ L. 1061 f. 219.

— — — (15103) Guillermo Riccardi baccal. in U. J. permutat. causa par. ecclesiam S. Saturnini de Montejorio Tolosan. dioec. dimittenti confert canonic. et praeb. eccl. Albien. ead. de causa ab Antonio Bardini dimissos. „Apostolicae Sedis“ L. 1027 f. 195, b.

— — — (15104) Antonio Bardini, qui permut. causa canonic. et praeb. eccl. Albien. resignavit, confert praedictam par. eccl. S. Saturnini. „Apostolicae Sedis“ L. 1043 f. 293, b.

— — — (15105) Johanni de Segovia cler. Palentin. cum jure regressus seu accessus pensionem super fruct. cujusd. beneficii par. eccl. S. Eulaliae oppidi Vellahan Palentin. dioec. assignat. „Vitae ac morum“ L. 1027 f. 115.

— — — (15106) Johanni Bachodi sen. cler. Lugdunen. dioec., Registri lit. ap. scriptori, regressum ad par. eccl. S. Joh. de Traucleria dictae dioec., de qua Johanni Bachodi jun. est provisum, concedit. „Vitae ac morum“ L. 1118 f. 92.

— — — (15107) Francisco de Sainct Medard confert canonic. et praeb. eccl. S. Mauritii prope et extra muros Carnoten. et par. ecclesiam B. M. de Frazeyo Carnoten. dioec. Id. init. L. 1044 f. 105.

— — — (15108) Johanni de Agenco juniori monacho monasterii de Moysaco Clun. Ord. Caturcen. dioec. Prioratum S. Joh. de Lunaco O. S. B. Ruthenen. dioec. resignatione Joh. de Agenco sen. vac. ad certum tempus commendat et deinde, professione emissa, confert. „Religionis zelus“ L. 1035 f. 49, b.

— — — (15109) Pro parte Mag. Gasparis de Furno canon. Mutinen. in eccl. Mutinen. novam dignitatem Primiceriatum nuncup. erigit et pro dote ei fructus eccl. rural. B. M. V. de Rubeis Mutinen. dioec. applicat et dictum Primiceriatum praefato Gaspari confert. A. P. R. M. „Ex commissi Nobis desuper“ (Evang. | Gomiel | J. de Cesis. Coll. S. de Spol.) L. 1057 f. 259.

— — — (15110—15111) Jacobo Pardinelli confert canonic. et praeb. eccl. Ruthenen. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. 1159 f. 249 seqq.

— — — (15112) Pro parte Mag. Silvii Passerini canon. Cortonen. et datarii sui in monasterio S. M. de Farneta O. S. B. Cortonen., quod conventu caret et cujus aedificia ruinosa existunt, nomen monasterii et Ordinem praedictum perpetuo supprimit et in majori eccl. Cortonen. unum archipresbyteratum et unum decanatum, quae dignitates post alias in ea institutas existant, pro uno archipresb. et uno decano, qui stallum in choro ac locum et vocem in capitulo etc. habeant, erigit et pro dote utriusque novae dignitatis partem fructuum praefati monast. applicat; reliquos ejus fructus et quasd. ecclesias [2] applicat et unit mensae capitulari eccl. Cortonen. pro distributionibus quotidianis, pro quibus aliqui redditus assignati non existunt; circa eosd. archipresb. et decanatum dicto Silvio ejusque successoribus jus patronatus reservat. A. P. R. M. „Supernae dispositionis“ (Evang. | *Visa* Marciaci | Madrigal. Coll. Attav.) L. 1040 f. 171.

— — — (15113—15114) Eidem Silvio archipresbyteratum eccl. Cortonen. praedictum eadem die erectum confert. G. D. et F. Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 58 f. 301, b seqq.

— — — (15115—15117) Praefato Silvio reservat administrationem et fructus a) par. eccl. *plebaniae* nuncup. B. M. Cortonen. mensae capit. eccl. Cortonen. unitae, b) par. eccl. S. Christophori de Villacentore Cortonen. dioec. eid. mensae unitae, c) par. eccl. S. Angeli in Suchia ejusd. dioec. similiter unitae. G. D. et F. L. 1049 f. 164; L. 1037 f. 18, b; L. 1052 f. 121.

---

[1] Cf. *Roscoe* t. V. c. XIII § 1 p. 76 nota 1.

[2] Scilic. B. Mariae *plebaniam* nuncup. ac S. Georgii civit. Cortonen., S. Christophori de Villacentore, S. Angeli in Suchia parochiales et campestrem S. Laurentii de Casalepiglia et S. Stephani dalla Chiessa Cortonen. et Aretin. dioec. sine cura ecclesias.

1515.

22. April. (X. Kal. Mai.) Romae apud S. Petrum. (15 118) Execut. deputat, qui Scholastriam eccl. invicem unitarum S. Martini de Alvelda et B. M. Rotundae de Logroño locorum Calaguritan. dioec. resignat. Roderici Santii de Cuaco vac. Johanni de Cuaco cler. dictae dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ Arch. Lat. tom. 39 f. 311.

— — — (15 119) Execut. deputat, qui praedicto Joh. de Cuaco portionem fruct. in eccl. B. M. loci de Pinillos Calaguritan. dioec. concedant. „Vitae ac morum“ L. c. f. 313 b.

— — — (15 120) Mag. Johanni Danielo archidiac. eccl. Veneten. in Britanniam profecturo salvum-conductum procurat. G. D. et F. L. 1037 f. 229, b.

23. April. (IX. Kal. Mai.) — (15 121) Cum Franciscus tit. S. Balbinae presb. Card. opus instaurationis et ampliationis basil. Princ. Ap. de Urbe adjuvare et erga pia loca infrascripta se liberalem reddere desiderans Pontifici 2500 duc. auri de Cam. obtulerit „pro perpetua remissione 700 quos rector et scholares collegii pauperum scholarium S. Ildephonsi oppidi de Alcala de Henares Toletan. dioec. per eum fundati et 50 quos major et alii perpetui capellani ad altare *capellam Mucarabum* nuncupatum situm in eccl. Toletan., cui etiam idem Franc. Card. ex concessione ap. praeest, et 20 quos S. Johannis de poenitentia dicti oppidi et 100 quos ejusd. S. Joh. etiam de poenit. nuncup. Matres sive Ministrae et sorores p. t. existentes et 150 duc. similium quos dil. filii capitulum eccl. SS. Justi et Pastoris dicti oppidi singulis 15 annis ratione annatarum seu medietatis fructuum redd. et prov. diversorum beneficiorum eccles. collegio et massae communi capellanorum ac domibus hujusmodi et mensae capitulari dictae eccl. SS. Justi et Past. . . . . unitorum Camerae ap. et nonnullis officialibus Nostrae ap. Cancellariae in perpetuum solvere sunt astricti“: summam 2500 duc. acceptans Pontifex rectorem et scholares ac capellanos etc. praedictos a solutione hujusmodi in perpetuum absolvit et liberat. A. P. R. M. „Solet nonnumquam Romanus Pontifex“ L. 1198 f. 279.

— — — (15 122—15 123) Petro Pimeulle rectori par. eccl. de Marcelleyo prope Vitellum Eduen. dioec. dictam eccl. confert. G. D. et F. Execut. deputat. „Hodie“ L. 1072 f. 223 seq.

— — — (15 124—15 125) Mandeto Ayrandi baccal. in decr. confert par. eccl. S. Severini in Montibus prope Coignacum Xanctonen. dioec. resignat. Ytherii Bonnereau vac. „Literarum scientia“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 49 f. 26 seq.

— — — (15 126) Andreae Jaconia canon. eccl. Cephaluden. O. S. A. indult. circa benef. concedit. „Religionis zelus“ L. c. f. 109.

— — — (15 127) Leonardo de Datis canon. Florentin. mandat, ut hospitale pauperum S. M. Magdal. de Clusio Aretin. dioec. in certum eventum Ludovico Ottringeli de Benvenutis cler. Florentin. regendum committat. „Gerentes in desideriis cordis“ Arch. Lat. tom. 56 f. 300, b.

— — — (15 128) Johanni Petit Infirmario monasterii B. M. de Corona O. S. A. Engolismen. dioec. commendat par. eccl. de Parezaco et Prioratum S. Dionysii Montismorelli O. S. B. dictae dioec., quos Johannes Calvelli obtinebat. „Religionis zelus“ L. 1045 f. 87.

— — — (15 129) Eidem Johanni Petit, qui omni juri sibi ad monast. B. M. de Corona praedictum competenti cessit, pensionem assignat super fruct. dicti monasterii ac cujusd. illius membri per Joh. Calvelli ejus commendatarium solvendam et certa jura dispositionem de benef. concernentia reservat. Id. init. L. 1045 f. 90.

— — — (15 130) Johanni Calvelli canon. Xanctonen., Licent. in U. J. et Francisci Francorum Regi consiliario, monasterium B. M. de Corona O. S. A. Engolismen. dioec., quod obitu Raymundi Achart vac. ipsi est commendatum, denuo commendat. „Romani Pontificis“ (Evang. | B. de Rizonib. Gerona | A. Castillo. Coll. Donat.) L. 1037 f. 1.

— — — (15 131) Bernardo Wapowsky Cantori eccl. Cracovien. cum jure regressus et accessus pensionem assignat super fruct. Scholastriae eccl. B. M. Vislicien. Cracovien. dioec., de qua cum Thoma Wosmiczky litigavit. G. F. L. 1031 f. 246.

— — — (15 132) Henrico Simonetti obsequiis Mag. Francisci Armellini Cam. ap. cler. et secretarii sui insistenti confert par. eccl. S. Eliphii de Clareyo Tullen. dioec. G. F. L. 1034 f. 25.

— — — (15 133—15 134) Mag. Didaco de Montoya cler. Toletan. dioec. obsequiis Innocentii tit. SS. Cosmae Dam. diac. Card. insistenti regressum a) ad quaedam beneficia Segobien. dioec. et b) accessum ad archipresbyteratum ruralem oppidi de Istar ejusd. dioec. concedit. G. D. et F. L. 1049 f. 106, b; f. 108.

— — — (15 135) Jacobo de Malleret monacho monasterii de Deolx al. du Bourdedeux O. S. B. Bituricen. dioec. commendat Prioratum S. Joh. Bapt. loci de Chambeyrat O. S. A. dictae dioec. „Religionis zelus“ L. 1051 f. 6.

— — — (15 136) Heliae de Castronovo archidiaconatum eccl. Mimaten., quem quondam Joh. de Grandimonte obtinebat, denuo confert, cum collatio ordinaria auctoritate facta viribus non subsistat. „Nobilitas generis“ L. 1039 f. 109, b.

— — — (15 137) Martino Bodin Licent. in leg. commendat Prioratum S. Maxentii de Vigneyo super Indriam O. S. B. Turonen. dioec. cessione Petri Bodin vac. „Literarum scientia“ L. 1050 f. 224.

1515.

23. April. (IX. Kal. Mai.) Romae apud S. Petrum. (15138) Johanni Susterre fam. suo et obsequiis Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. insistenti, qui liti inter ipsum et Johannem Fornerii rectorem par. eccl. S. Petri loci de Coreis Tolonen. dioec. super eadem eccl. pendenti cedebat, pensionem super fruct. dictae eccl. cum jure regressus seu accessus assignat. G. F. L. 1035 f. 105.

24. April. (VIII. Kal. Mai.) (15139) Raymundo Escorole confert canonic. et praeb. eccl. S. Flori resignatione Petri Escorole vac. „Vitae ac morum“ L. 1035 f. 246.

(15140) Johanni Boulongue presb., Mag. in artibus, canonicatum eccl. S. Exuperii de Corbolio Parisien. dioec. ad effectum Capiceriatum ejusd. eccl. obtinendi necnon dictum Capiceriatum obitu Eustachii de la Court vac. confert. „Literarum scientia“ L. 1049 f. 92.

(15141) Mag. Bernardo de Poltrineriis cler. Mutinen. dioec., qui Petri tit. S. Eusebii presb. Card. magister domus existit, commendat Praeposituram domus S. Dominici de Carugate Mediolanen. Ord. Humil., cujus commendae idem Petrus Card. cessit. G. D. et F. L. 1026 f. 121, b.

(15142) Petro tit. S. Eusebii presb. Card. cum jure regressus fructus praefatae Praeposituae reservat. „Ad personam tuam“ L. 1029 f. 74.

(15143) Camillo de Menghellis obsequiis Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. insistenti ecclesiam ruralem loci Centum Crucum Regien. dioec. confert. G. F. L. 1018 f. 38, b.

(15144) Execut. deputat, qui Pantalino de Niella canon. eccl. B. M. de Bleda Viterbien. dioec. Prioratum dictae eccl. conferant. „Vitae ac morum“ L. 1024 f. 236, b.

(15145) Ytherio Bonnereau canon. Engolismen., eleemosynario ordinario Francisci Francorum Regis, commendat monasterium Planaesilvae Premonstr. Ord. Burdegalen. dioec., cujus commendae Ladislaus episc. Lucionen. cedit. „Romani Pontificis“ (Armellin. | Marciaci. Corbin. | Valtrini. Coll. Bucan.) L. 1027 f. 49.

(15146) Antonium Joffredi, qui regimini monasterii de Clarofonte O. S. A. Carnoten. dioec. cedit, praeficit in abbatem monasterio B. Mariae de Calma O. S. B. Nanneten. dioec. cessione Ludovici de Sages vacanti. „Sollicitae considerationis indagine“ (Gratiadei. | Marciaci. | Cyprian. Coll. Donat.) L. 1026 f. 290.

(15147) Jacobo Laucelin Mag. in art. confert par. eccl. S. Valerici in Planis Exemptionis Fiscanen. Rothomagen. dioec. „Literarum scientia“ L. 1036 f. 219.

(15148) Ludovico de Menghellis, qui obsequiis Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. insistit, confert par. ecclesiam S. Nazarii Regien. G. F. L. 1029 f. 58.

(15149) Johanni Piedenelz de S. Urbano confert par. eccl. Conversionis S. Pauli de Preya Cathalanen. dioec. „Vitae ac morum“ L. 1051 f. 76, b.

(15150) Execut. deputat, qui Johanni Bapt. de Bredis cler. Lauden. archidiaconatum eccl. Carpentoraten. surrogando conferat. Id. init. L. 1034 f. 186.

(15151) Antonio de Luna confert par. eccl. loci de Onon Caesaraugustan. dioec. obitu Petri episc. Narnien. vac. G. F. L. 1073 f. 180.

(15152) Johanni Wagner al. Treffs confert par. eccl. in Herrenczhem Herbipolen. dioec. obitu Erhardi Herling vac. G. F. L. 1033 f. 19, b.

(15153) Aegidio de Bordeaux confert par. eccl. B. M. de Veteri Savigniaco Abrincen. dioec. permutat. causa a Petro de S. Martino dimissam. „Apostolicae Sedis“ L. 1049 f. 180.

(15154) Jacobo Symon confert canonic. et praeb. eccl. S. Stephani de Duno Regis Bituricen. dioec., quos quondam Bertrandus Arroussard obtinebat. „Vitae ac morum“ L. 1066 f. 152.

(15155) Yvonio Gazeau Prioratum B. M. de Prato prope et extra muros Rothomagen. O. S. B. confert. „Religionis zelus“ L. 1074 f. 306, b.

(15156) Francisco du Boys rectori par. eccl. S. Martialis Donguihaco Lemovicen. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum“ L. 1040 f. 235.

(15157) Emmanueli Portugalliae et Algarb. Regi. Omnes causas et lites beneficiales et profanas ac civiles contra capellanos et cantores ac scholares capellae ejusd. Regis extra Rom. Cur. pendentes ad se advocat et eas capellano majori dictae capellae audiendas et definiendas committit; eundem capellanum, qui p. t. fuerit, judicem ordinarium, coram quo et nullo alio dicti capellani, cantores et scholares in quibusvis causis valeant conveniri, constituit; statuit, ut Ordinarii locorum et quicunque judices in majorem et alios capellanos, cantores et scholares actu in dicta capella deservientes et solita stipendia percipientes nullam penitus jurisdictionem valeant exercere; alia jura et facultates eidem capellano majori concedit et aliis capellanis, cantoribus etc. privilegia tribuit. „Constantis fidei“ L. 1198 f. 273.

(15158) Johanni de Louviers Licent. in leg. confert par. eccl. de Ginerchevilla Senonen. dioec. „Literarum scientia“ L. 1059 f. 78.

(15159) Decretum Julii PP. II. contra delinquentes emanatum (A. P. R. M. „Ascensurus in coelum“ Romae ap. S. Petrum 1506 Id. Aug. Pont. an. III.) innovat et approbat. A. P. R. M. „Ad bonorum tutelam“ L. 1194 f. 132.

1515.

25. April. (VII. Kal. Mai.) Romae apud S. Petrum. (15160) Julio S. Mariae in Domnica diac. Card. monasterium SS. Stephani et Bartholomaei O. S. B. Bononien., cujus commendae Ricardus Sanceus cedit, commendat. „Romanus Pontifex“ (J. Agrigent. | *Visa* Marciaci | Cyprian. Coll. F. de Attav.) L. 1043 f. 57.

— — — (15161) Johanni Lombard, qui permutat. causa capellaniam in eccl. hospit. Castri Eduen. dimittit, confert canonic. et praeb. eccl. S. Andochii, Thiercii (Thyrsi)[1] et Felicis oppidi Sedeloci Eduen. dioec. ead. de causa a Jacobo de Gutta resignatos. „Apostolicae Sedis“ L. 1038 f. 68.

— — — (15162) Arnoldo Guillermo de Orbessano confert par. eccl. S. Saturnini de Polastrono Lumbarien. dioec. „Vitae ac morum“ L. 1037 f. 33, b.

— — — (15163) Stephano archiep. Baren. pensionem assignat ex dioec. Giennen. „Personam tuam“ L. 1031 f. 82.

— — — (15164) Execut. deputat, qui Stephano archiep. Baren. juri regrediendi ad vicariam eccl. B. M. del Alcaçar de Barca Giennen. dioec. cedenti efficaciter assistant circa pensionem super fruct. dictae vicariae ipsi assignatam et per Franciscum del Pozo solvendam necnon circa regressum ei denuo concessum. „Hodie cum venerabilis frater“ L. 1027 f. 144.

— — — (15165) Laurentio de Vinario confert capellaniam ad altare S. Eligii situm in eccl. B. M. V. Antwerpien. Cameracen. dioec. G. F. L. 1041 f. 40.

26. April. (VI. Kal. Mai.) — (15166) Ambrosio Spinulle confert par. eccl. S. Stephani de Villerosi Januen. dioec. „Vitae ac morum“ L. 1041 f. 60.

— (15167) Execut. deputat, qui ad executionem literarum in favorem Petri de Bosco cler. Valentin. dioec. circa canonic. et praeb. eccl. S. M. in Via lata de Urbe emanatarum procedat, ac si in iis omnia rite expressa sint. Id. init. L. 1075 f. 114.

— — — (15168) Johanni de Casaluco confirmat Prioratum S. Martini de Unaco O. S. A. Appamiar. dioec. „Religionis zelus“ L. 1164 f. 174.

— — — (15169—15170) Johanni de Ortigosa cler. Calaguritan. dioec. scutifero et fam. suo pensionem assignat ex dioec. Oxomen. G. F. Execut. deputat. „Hodie“ L. 1069 f. 39, b seqq.

— — — (15171) Execut. deputat, qui Bartholomaeo Bocchi cler. Forojulien. dioec. canonic. et praeb. eccl. Aquen. prov. Prov., si nemini sit jus quaesitum, conferat. „Vitae ac morum“ L. 1045 f. 246; L. 1064 f. 193, b.

— — — (15172—15173) Innocentio Sinebaldo Juliani de Medicis camerario confert a) Praeposituram eccl. Pisaurien. cum canonic. et praeb. annexis et b) canonic. et praeb. eccl. S. Laurentii de Conselvis Paduan. dioec. resignatione Joh. Francisci Philomusi vac. G. F. L. 1033 f. 247; f. 248, b.

— — — (15174) Johanni Francisco Philomuso de Superchiis cler. Pisaurien. fructus praefatae Praepositurae et canonic. et praeb. illi annexorum eccl. Pisaurien. cum jure regressus et alia jura reservat. G. F. L. 1026 f. 120.

— — — (15175) Execut. deputat, qui Johanni de Yepes cler. Toletan. dioec. et decr. doct. portionem eccl. Palentin. surrogando conferat. G. F. L. 1027 f. 88, b.

— — — (15176) Judices delegat, qui pro parte nonnullorum canonicorum eccl. Ruthenen. Franciscum episc. Ruthenen. accusantium, quod ille certa nova statuta contra dictae eccl. privilegia et immunitates absque consensu capituli vel majoris et sanioris partis canon. condiderit, cum iid. canonici ad S. Sedem appellaverint asserentes, se appellatione interposita indebite esse gravatos, causam hujusmodi examinent et definiant. „Humilibus“ Arch. Lat. tom. 39 f. 193.

	—	(15586—15591) Eundem Gostavum in 29. aetatis suae anno vel circa et in minoribus ordinibus constitutum ecclesiae Upsalen. resignatione Jacobi archiepisc. vacanti praeficit in archiepisc. et pastorem. „Divina disponente clementia“ Hanc provisionem nuntiat a) populo civit. et dioec. Upsalen., b) suffraganeis eccl. Upsalen., c) capitulo dictae eccl., d) clero civit. et dioec. Upsalen., e) ejusd. ecclesiae vasallis. „Hodie ecclesiae“ (Script. iid.) L. c. f. 50 seqq.
— —	—	(15592) Gostavo Electo Upsalen. indultum circa retinenda beneficia concedit. „Personam tuam“ L. c. f. 54.
— —	—	(15593—15594) Jacobo nuper Upsalen. archiepisc. nomen et denominationem archiepiscopi Upsalen. ac dignitatem archiepiscopalem necnon medietatem fructuum mensae archiepisc. reservat eique concedit, ut in dioec. et provincia Upsalen. etiam in praesentia Gostavi Electi Upsalen. pontificalia officia exercere valeat. „Personam tuam“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 56 seq.
— —	—	(15595) Johannem episc. Elnen. ad cautelam absolvit. „Consueta Sedis Apostolicae“ (Benzon | Ph. de Senis) Arch. Lat. tom. 48 f. 61.
— —	—	(15596—15602) Eundem Johannem a vinculo ecclesiae Elnen. absolvit et ad ecclesias Calaguritan. et Calciaten. invicem perpetuo unitas, quarum administrationi Jacobus episc. Albanen. cedit, transfert ipsumque illis praeficit in episc. et pastorem. „Romani Pontificis“ De hac translatione scribit a) capitulis Calaguritan. et Calciaten. ecclesiarum, b) populo et c) clero civit. et dioec. Calagurit. et Calciaten., d) utriusque eccl. vasallis „Hodie venerabilem fratrem“, e) archiepiscopo Caesaraugustan. „Ad cumulum“, f) Johannae Castellae et Legionis Reginae. „Gratiae divinae“ (Scr. iid.) L. c. f. 58 seqq.
— —	—	(15603—15604) Jacobo episc. Albanen. fructus mensarum episcop. dictarum ecclesiarum necnon jus de beneficiis disponendi et ad easd. eccl. regrediendi necnon omnimodam administrationem earund. eccl. reservat. „Ad personam tuam“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 63 seqq.
— —	—	(15605) Cum ecclesiae Dunkelden. obitu Georgii episc. Dunkelden. vac. de persona Gawini Douglas Praepositi eccl. B. Aegidii de Edimburg S. Andreae dioec. providere intendat, quascunque electiones seu postulationes tam de persona Andreae Stewart pro clerico se gerentis quam quorumcumque aliorum per capitulum dictae eccl. necnon earum confirmationem seu admissionem metropolitica vel alia quavis etiam apostolica auctoritate forsan factas revocat, cassat et irritat. A. F. R. M. „Decet Romanum Pontificem“ (Evangel. | Marciaci. Corbin. | M. de Giliis. Coll. Evang.) L. 1205 f. 198.
— —	—	(15606) Eundem Gawinum ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“ (Ad Alvarottis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 40 f. 137, b.
— —	—	(15607) Eundem Gawinum de nobili etiam illustri genere procreatum et in presbyteratus ordine constitutum praeficit ecclesiae Dunkelden. in episc. et pastorem. „Apostolatus officium“ (supra: A. de Alvarottis) L. c. f. 135.
— —	—	(15608—15613) Hanc provisionem nuntiat a) Jacobo Scotorum Regi „Gratiae divinae“, b) archiepisc. S. Andreae „Ad cumulum“, c) capitulo eccl. Dunkelden., d) clero et e) populo civit. et dioec. Dunkelden., f) vasallis eccl. Dunkelden. „Hodie ecclesiae“ (infra ad ultimum: Nardin.) L. c. f. 135, b seqq.
— —	—	(15614) Jacobum Robertet presb., Licent. in leg. et notar. suum, ad preces Francisci Francorum Regis ecclesiae Albien. resignat. Caroli episc. Albien. vac. praeficit in episc. et pastorem. „Divina disponente clementia“ (Melfit. | Marciaci. Corbinus | A. de Castillo. Coll. F. de Narnia) L. 1034 f. 83.
— —	—	(15615) Rogerium Serra de Pallas cler. Valentin., Jacobi episc. Albanen. nepotem, in suum et Ap. Sedis notarium recipit. „Pii Patris“ L. 1044 f. 256.
— —	—	(15616) Eidem Rogerio commendat monasterium S. Bernardi extra muros Valentin. Cist. Ord. translatione Johannis episc. ab eccl. Elnen. ad eccl. Calaguritan. vac., cum Jacobus episc. Albanen. juri suo cesserit. „Romani Pontificis“ (Evang. | Grat. p. nep. Card. C. de Liazariis | Cyprian. Coll. B. de Alexandris) L. 1044 f. 253, b.
— —	—	(15617) Jacobo episc. Albanen. omnimodam administrationem et fructus praedicti monasterii reservat et regressum ad illud concedit. „Ad personam tuam“ L. 1044 f. 252.
— —	—	(15618) Censuras et poenas eccl. contentas in Bulla Coenae contra eos, qui loca ad S. R. E. pertin. occupant, innovat, praesertim quoad Parmam et Placentiam. A. F. R. M. „Inter graves sollicitudines“ L. 1067 f. 89; Bull. Rom. ed. Taur. t. V. p. 625. Const. 13. *Bzov.* a. 1515, p. 267—269.
— —	—	(15619) Petro Comitis baccal. in decr. confert canonic. et praeb. eccl. Tolosan. obitu Joh. Bernesii vac. „Literarum scientia“ L. 1052 f. 29, b.

1515.

25. Mai. (VIII. Kal. Jun.) Romae apud S. Petrum. (15620) Latino Benassays fam. suo pensionem super fruct. Cantoriae eccl. Placentin. per Joh. episc. Calaguritan. solvendam assignat. G. F. L. 1094 f. 151.

— — — (15621) Eidem aliam pensionem super iisd. fruct. reservat. G. F. L. 1094 f. 153.

— — — (15622) Ludovico de Advocatis Valdengi cler. Vercellen. dioec. fructus capellae S. Joh. Bapt. sitae in plano loci Bogellae Vercellen. dioec. cum jure regressus reservat. G. F. L. 1054 f. 66, b.

— — — (15623) Petro Electo Arboren. commendat par. eccl. de la Oleria et de Alfafar Valentin. dioec. translatione Joh. episc. Calaguritan. ab eccl. Elnen. ad eccl. Calagurit. vac. „Personam tuam“ L. 1035 f. 110, b.

— — — (15624) Jacobo episc. Albanen., qui juri regrediendi ad praedictas eccl. cedit, earum fructus cum jure regressus reservat. „Dum ad personam“ L. 1035 f. 113.

— — — (15625) Johanni Vaquerii canon. monasterii S. Saturnini Tolosan. O. S. A. indultum circa beneficia ipsi concessum confirmat. „Religionis zelus“ L. 1133 f. 45.

— — — (15626) Arnoldo de Skiens confert canonic. et praeb. eccl. S. Crucis Cameracen. obitu Roberti Doussencourt vac., Carolo Mortin juri suo cedente. „Vitae ac morum“ L. 1029 f. 43.

26. Mai. (VII. Kal. Jun.) — (15627—15628) Hieronymo de Colonio cler. Pergamen. obsequiis Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. insistenti a) pensionem super fruct. cujusd. capellaniae eccl. Brixien. et b) aliam pensionem super fruct. mansionariae ejusd. eccl. assignat. G. F. L. 1154 f. 217; f. 220.

— — — (15629) Mag. Bernardo de Poltrineriis cler. Mutinen. dioec., notar. et fam. suo, cum jure accessus pensionem super fruct. canonic. et praeb. eccl. B. M. de Sobloveta Cremonen. dioec. per Pelegrinum de Solianis solvendam assignat. G. D. et F. L. 1028 f. 54.

— — — (15630) Johanni Barberii rectori par. eccl. S. Martini de Series Viennen. dioec. dictam eccl. confirmat. „Vitae ac morum“ L. 1084 f. 111.

— — — (15631) Johanni Johannis Lambert confert par. eccl. B. M. de Nassandres Ebroicen. dioec. et capellaniam in par. eccl. S. Joh. in Grama Parisien. „Vitae ac morum“ L. 1064 f. 241, b.

— — — (15632) Circa haereditatem quondam Francisci Junctae Palmeri de Castina civis Pisan. loco pauperum substituit Bartholomaeum Philippi de Valoribus laicum Florentin. ejusque successores, certo onere ipsis imposito. A. P. R. M. „Romanus Pontifex“ L. 1030 f. 142.

— — — (15633) Execut. deputat, qui literas praeced. (quae inseruntur), si requisiti fuerint, publicent et circa praemissa dicto Bartholomaeo et successoribus assistant. „Hodie emanarunt“ L. c.

27. Mai. (VI. Kal. Jun.) — (15634) A Raimundo Cardona Prorege Neapol. petit, ut Jacobo Gambaro ad ipsum misso ad Parmam et Placentiam muniendas eam militum manum tradat, quam requiret, cum quidam eam ditionem invadere velint. „Non uni ad Nos nuntii“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 216. Ed. Bemb. L. X ep. 33 p. 84.

— — — (15635) Bernardo Johannis de Accarolis cler. Florentin., fam. suo, qui liti et causae inter ipsum et Antonium de Nerlis rectorem par. eccl. S. Eleutherii Civitatiscastelli dioec. pendenti cessit, pensionem super dictae eccl. fructibus assignat. G. F. L. 1038 f. 81, b.

— — — (15636) Hermangaudo Falconis archidiac. eccl. Nemausen. O. S. A. et decr. doct. commendat Prioratum S. Stephani de Corcone O. S. B. Nemausen. dioec. cessione Johannis Paroti cler. Burdegalen. dioec. vac. „Religionis zelus“ L. 1047 f. 302.

— — — (15637) Gratias et privilegia circa collationem beneficiorum in locis regimini Ducum Sabaudiae subjectis etc. iisd. Ducibus per Nicolaum V., Sixtum IV. etc. concessa pro parte Caroli Sabaudiae Ducis confirmat. A. P. R. M. „Benignitas Sedis Apostolicae“ (Ph. de Senis | Marciaci | F. de Acre. Coll. Donatus) L. 1048 f. 174.

28. Mai. (V. Kal. Jun.) — (15638) Pro parte Petri Hamffogel rectoris capellae B. M. V. in Ottenhaym Viennen. archiducatus Austriae, quam olim forse ante 200 annos Otto et Haymo milites et cives Viennen. (ut ipse Petrus exponit) sub invocat. B. M. V. fundaverunt et populares capellam B. M. in Ottenhaym (cognomento ex propriis nominibus fundatorum composito) cognominarunt, cum successu temporis nonnulli laici praemissa ignorantes nomen hujusmodi pro nomine Sancti habere coeperint et imaginem Salvatoris ex ligno confectam et in altari majori ejusd. capellae positam pro imagine S. Ottenhaym venerati sint et venerentur et capellam ad S. Ottenhaym vocent, licet istud nomen neque in catalogo Sanctorum neque in aliquo libro inveniatur: statuit, ut fideles sub excommunic. l. s. poena ab invocat. Ottenhaym et illius veneratione penitus abstineant, et dicta capella sub invocat. S. Salvatoris et B. M. V. dedicata censeatur et ad differentiam aliarum capellarum vicinarum sub invocat. B. M. V. dedicatarum capella S. Salvatoris nuncupetur etc.; indulgentias eand. capellam visitantibus largitur. A. P. R. M. „Gregis dominici“ (Blondus | Suno. Vives | Marciaci. Coll. Blondus) L. 1206 f. 389, b.

1515.

28. Mai. (V. Kal. Jun.) Romae apud S. Petrum. (15639) Pro parte Mag. Joh. Bapt. de Madrigal cler. Toletan. dioec., script. et fam. sui, exponentis, quod nonnulli incolae oppidi de Uteira Ispalen. dioec., quod olim a partibus infidelium per unam dietam distabat, propter assiduas guerrarum vexationes et turbines, quibus homines ipsius oppidi continue vexabantur, zelo fidei et charitatis commoti in dicto oppido quandam confraternitatem *germanitatem* nuncup. pro redemptione captivorum, quoties aliquem eorum in infidelium manibus incidere contingeret, instituerunt et bona mobilia ac forsan immobil. pro redemptione hujusmodi donarunt ac certam domum in suburbiis ejusd. oppidi pro eorund. confratrum congregatione construi fecerunt, postea vero dictis vexationibus cessantibus bona ejusd. germanitatis in profanos et illicitos usus convertebantur: in dicta domo unam eccl. sine cura sub invoc. Concept. B. M. pro uno perp. rectore erigit, illi bona ejusd. confraternitatis applicat et hanc ecclesiam praedicto Joh. Bapt. confert. A. P. R. M. „Ex injuncto Nobis desuper“ (Evangel | Grat. p. script. | Cabredo. Coll. Donat.) L. 1035 f. 196.

— — — (15640—15641) Jacobo Philippo Ludovici Melchioris par. ecclesiam S. Angeli de Casalichio Tudertin. dioec. ad certum tempus commendat et deinde eam ac ex nunc rurales eccl. S. Joh. de Aquaviva, S. Aegidii de Maglano etc. dictae dioec. confert. „Laudabilia“ Execut. deputat. „Hodie“ L. 1031 f. 293 seqq.

— — — (15642) Aymoni Chironis canon. Gebennen. et brev. ap. scriptori: litem, quae de par. eccl. B. M. de Cise Lugdunen. dioec. pendebat, quoad Johannem Penardi monachum et Johannem Pradelli cler. Lugdunen. dioec. penitus extinguit. G. D. et F. L. 1171 f. 99.

— — — (15643) Execut. deputat, qui monasterium S. Laurentii in Campo O. S. B. Nullius dioec. Marco Electo Senogallien. commendent. „Romani Pontificis“ Arch. Lat. tom. 51 f. 214.

— — — (15644—15645) Marco episc. Praenestin. fructus praedicti monasterii S. Laurentii reservat et cedente aut decedente Marco Electo Senogallien. regressum ad illud concedit. „Ad personam tuam“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 56 f. 276 seq.

— — — (15646) Mag. Johanni Ingenwinckel Praeposito eccl. S. Victoris Xancten. Colonien. dioec., scriptori et cubiculario suo, qui Praepositurae eccl. S. Georgii in Lumburgh Treveren. dioec. cessit, pensionem assignat super fruct. mensae capitularis eccl. B. M. Aquen. Leodien. dioec. G. D. et F. L. 1043 f. 12.

— — — (15647) Anneto Malos baccal. in decr. collationem canonicatus et praeb. eccl. Tolosan. confirmat. „Literarum scientia“ L. 1032 f. 119, b.; L. 1040 f. 216.

— — — (15648) Johanni Gerardi par. ecclesiam S. Remigii de Ulmis Tullen. dioec. resignatione Joh. Jaquemini vac. confert. „Vitae ac morum“ L. 1049 f. 29.

— — — (15649—15650) Juliano episc. Xanctonen. indultum circa visitationem concedit. „Devotionis tuae“ L. 1026 f. 3. Execut. deputat. „Hodie“ L. 1026 f. 3, b; L. 1019 f. 199, b.

29. Mai. (IV. Kal. Jun.) — (15651—15652) Guillelmo de Gaudiosa confert canonic. et praeb. eccl. B. M. S. Flori resignat. Jacobi de Gaudiosa vac. „Nobilitas generis“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 53 f. 103 seq.

— — — (15653) Declarat quaedam dubia abbatissarum et monialium super I. et II. regula sororum S. Clarae circa recitationem divini officii, circa necessitatem a choro excusantem, circa indulgentias et licentiam dupl. ritu celebrandi festa B. Agnetis V. M. et XI millium Virginum. „Cum sicut Nobis“ Bull. Rom. ed. Taur. t. V. p. 628 Const. 14.

— — — (15654) Execut. deputat, qui Johanni Martelli cler. Andegaven. dioec., si Adam More Prior Prioratus de Castris in Eremo O. S. A. Cenomanen. dioec. privandus sit, dictum Prioratum commendent. „Vitae ac morum“ L. 1049 f. 303.

— — — (15655) Carolo Flote (al. Flocte) cupienti in eccl. Gratianopolitan. O. S. A. virtutum Domino famulari locum et canonical. portionem dictae eccl. et archipresbyteratum Sabaudiae in eadem eccl. confert. „Apostolicae Sedis“ L. 1044 f. 31.

— — — (15656) Eidem literas praeced. confirmat. „Laudabilia“ L. 1055 f. 257.

— — — (15657) Bassiano de Lecamis confert canonic. et praeb. eccl. Lauden. G. F. L. 1028 f. 210.

— — — (15658) Joh. Jacobo Cipello cler. Cremonen. dioec., arch. Rom. Cur. scriptori, regressum ad canonic. et praeb. praedictos concedit. G. D. et F. L. 1060 f. 8.

30. Mai. (III. Kal. Jun.) — (15659) A. Fabricio Magno Rhodi Magistro petit, ut ea, quae Clementi metropolitae Rhodio concessa et condonata a se sunt, abrogari a nemine neque ei injuriam inferri permittat. „Clemens Rhodius metropolites“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 216, b. Ed. Bemb. L. X ep. 34 p. 85.

— — — (15660) Octaviano Genuensium Duci et Federico archiepiscopo Salernitano fratribus mittit Joh. Vespuccium familiarem suum, qui mentem suam (Pont.) iis explicet; bono atque magno animo eos esse jubet, licet pax nondum sit confecta; se nulli diligentiae parsurum pollicetur. „Quoniam, quod tantopere“ (Bemb.) Bibl. Vat. l. c. f. 217. Ed. Bembi l. c. ep. 35.

1515.

30. Mai. (III. Kal. Jun.) | Romae apud S. Petrum. | (15661) Johanni Blassiae triremium praefecto nuntiat, se mandasse Joh. Vespuccio, ut ad ipsum pontificium sermonem perferret de rebus, quae ipsum scire vult, maxime quoad litora a piratis expurganda et munienda. „Mandavimus Johanni Vespuccio“. (Bemb.) Bibl. Vat. l. c. f. 217, b. Ed. Bembi L. X ep. 36.

— — | — | (15662) Francisco Alvarez Maxo de S. Marina confert canonic. et praeb. eccl. Astoricen. „Vitae ac morum“ L. 1030 f. 83.

— — | — | (15663) Jacobo Electo Albien., quem ecclesiae Albien. cessione Caroli nuper episc. Albien. vacanti praefecit in episc. et pastorem, provisionem hujusmodi confirmat, cum dictam eccl. aliter vacasse asseratur. „Creditae Nobis“ (Castilion. | Enckenw. J. de Radicib. | Bernard. Coll. S. de Spol.) L. 1041 f. 147, b.

— — | — | (15664) Andreae de Pace cler. Burgen., U. J. doct. et lit. ap. sollicit., beneficium in par. eccl. S. Eulaliae oppidi de Paredes de Nava Palentin. dioec. confert. G. D. L. 1030 f. 85, b.

— — | — | (15665) Johanni Walbi confert par. eccl. S. Nicolai de Castellari Remen. dioec. „Vitae ac morum“ L. 1035 f. 109.

— — | — | (15666) Humberto de Gumino cler. Viennen. dioec. commendat Prioratum S. Mauritii Miribelli O. S. B. Gratianopolitan. dioec. cessione Joh. de Gumino canon. Viennen. vac. „Nobilitas generis“ L. 1029 f. 70.

— — | — | (15667) Gaspardo de Gumino confert quand. capellaniam par. eccl. B. M. V. de Corbellino Bellicen. dioec. „Nobilitas generis“ L. 1029 f. 71, b.

— — | — | (15668) Jacobo Militis cler. Pictaven. dioec. de nobili genere nato, qui in monasterio S. Maxentii de S. Maxentio O. S. B. Pictaven. dioec. virtutum Domino famulari cupit, Eleemosinariam dicti monast. ad sex menses commendat et deinde, professione emissa, confert. „Apostolicae Sedis“ L. 1054 f. 195.

— — | — | (15669) Orlando de Binis fratri Hosp. S. Joh. Hieros. concedit indultum circa beneficia. G. F. L. 1117 f. 149, b.

— — | — | (15670) Francisco de Candalle cler. Anduren. civit. seu dioec. sub regul. habitu virtutum Domino famulari cupienti Praeceptoriam de Bessault nuncup. domus Militiae seu Hospitalis S. Jacobi de Spata O. S. A. Aduren. dioec. ad certum tempus commendat et deinde, professione emissa, confert, cum Ferdinandus Aragoniae Rex, cui tamquam Priori Militiae seu Hospitalis hujusmodi Franciscus Francorum Rex dictum Franciscum de Candalle praesentaverat, ipsum instituere recusaverit. „Apostolicae Sedis“ L. 1043 f. 229.

— — | — | (15671) Communitati et hominibus Castri Bononiensis declarat, ipsos non teneri aliquid solvere ratione baricellatus aut aliorum onerum provinciae Romandiolae. „Exponi Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 4; t. 31. p. 13.

— — | — | (15672) Petro de Flaghaco Licent. in decr. confert par. ecclesiam S. Agrippani Vivarien. dioec. „Literarum scientia“ L. 1044 f. 115.

— — | — | (15673) Renato Le Lieure Priori Prioratus de Saulgeyo O. S. B. Andegaven. dioec. Prioratum S. Melani de Alberiis O. S. A. Malleacen. dioec. cessione Joh. de Thori vac. commendat. „Religionis zelus“ L. 1042 f. 29.

— — | — | (15674) In favorem Juliani de Ricosolis rectoris par. eccl. S. Pauli in Rosso Fesulan. dioec. unionem eccl. B. M. Achieci Senen. dioec. cum eccl. praedicta confirmat. „Ex susceptae servitutis officio“ L. 1102 f. 165, b.

— — | — | (15675) Bendinello tit. S. Sabinae presb. Card., qui liti et causae inter ipsum et Joh. Jacobum Cipellum majoris et Joh. Paulum de Beliezato S. Laurentii Lauden. ecclesiarum canonicos super certis canonicatibus et praeb. earumd. ecclesiar. pendenti cessit, ipsos in possessione illorum pacificos dimittendo, pensionem ex par. eccl. S. Matthiae Cremonen. necnon ex eccl. S. Laurentii Lauden. et certa jura reservat. „Ad personam tuam“ L. 1047 f. 296.

31. Mai. (Prid. Kal. Jun.) | — | (15676) Pro parte nob. viri Francisci Marescalci militis ac domini temporalis oppidi Meximiaci Vallisbonae Burgien. dioec., Caroli Ducis Sabaudiae pro praestanda obedientia ad S. Sedem Oratoris destinati, qui exposuit, quod dictum oppidum in partibus illis plurimum insigne et populosum ac divitiarum et rerum ad usum bene vivendi abundans existat, sed nullam colleg. aut par. ecclesiam habeat, capellam S. Appolinaris, quae per p. t. existentem rectorem par. eccl. S. Joh. Bapt. prope dictum oppidum teneri consuevit, in collegiatam ecclesiam erigit et in ea unum decanatum ac sex canonicatus et totidem praeb. etc. instituit et mensae capitulari ecclesiae sic erectae praedictam necnon S. Petri Viliaci de Loyes dictae dioec. par. ecclesias, quas Berandus de Molario obtinet, et Prioratum S. Joh. O. S. B. ejusd. dioec., quem Mag. Johannes Marescalci Comes et canon. eccl. Lugdunen. ac notar. suus in commendam obtinet, etc. unit. Eidem Francisco ejusque successoribus jus patronatus reservat. A. P. R. M. „In supernae apostolicae dignitatis specula“ (Evang. | Marciaci. Corbin. | Valtrini. Coll. D. de Juvenib.) L. 1048 f. 65.

1515.

31. Mai. (Prid. Kal. Jun.) | Romae apud S. Petrum. | (15 677) Petro Coels Mag. in artibus, qui Bernardi S. M. in Porticu diac. Card. obsequiis insistit, capellaniam ad altare B. M. V. situm in eccl. ejusd. B. M. de Erdenborch Tornacen. dioec. confert. G. F. L. 1033 f. 212.

— — | — | (15 678) Francisco Clementis cler. Derthusen. dioec. pensionem super fruct. eccl. S. Michaelis de Plano Tarraconen. aliasque pensiones ex dioec. Tarraconen. assignat. G. F. L. 1045 f. 300, b.

— — | — | (15 679) Bartholomaeo Lactantii Senilis de Montefalcone cler. Spoletan. dioec. par. ecclesiam S. Bartholomaei de Montefalcone dictae dioec. ad certum tempus commendat et deinde confert. „Vitae ac morum“ L. 1143 f. 54.

— — | — | (15 680) Episcopo Cracovien. mandat, ut Mag. Philippo de Senis canon. Senen., secretario et fam. suo, par. ecclesias S. Joh. et S. Crucis in Molestini Cracovien. dioec. conferat, si nemini sit jus quaesitum. G. D. et F. L. 1029 f. 257.

— — | — | (15 681) Pro parte Ludovici episcopi Maurianen. et nobilis viri Laurentii de Gorenodo militis, Baronis de Montanay et Marnay, fratrum germanorum exponentium, quod oppidum Pontisvallium Burgien. dioec. satis notabile sit, et in eo una domus fratrum Minorum et una par. ecclesia sub invocat. B. M., quae par. ecclesiae S. Benigni extra dictum oppidum filialis est, existant, dictam eccl. B. M. in collegiatam eccl. cum sigillo, bursa seu arca communibus ac aliis collegialibus insigniis et in ea unum decanatum, qui inibi dignitas principalis sit, ac duodecim canonicatus et praebendas pro totidem canonicis, quorum unus decanus sit, erigit et instituit; mensae capitulari Prioratum S. Andreae de Briaci O. S. B. dictae dioec. et de Gorenodo ejusd. dioec. ac S. Benigni praefatam par. ecclesias perpetuo unit etc.; decanatum sic erectum Ludovico episc. commendat. A. P. R M. „Sacrosanctae, quam Dei Filius“ (Carrot. | Millin. Gauden | Bernard. Coll. Attav.) L. 1040 f. 204.

— — | — | (15 682) Mag. Alexandro de Lecamis cler. Lauden. dioec., notario et fam. suo, regressum ad Praeposituram eccl. B. M. Magdalenae Lauden. concedit. G. D. et F. L. 1059 f. 115 [1].

— — | — | (15 683) Hippolyto de Novellis canon. Albien. et decr. doct. dispensationem circa defectum natal. et favores circa beneficia ipsi per Alexandrum PP. VI. concessos ad hoc, ut etiam majores dignitates recipere et in episcopum eligi valeat, extendit et ampliat. G. F. L. 1066 f. 27.

— — | — | (15 684) Execut. deputat, qui canonicatum et praeb. eccl. S. Mauritii prope et extra muros Hildesemen. obitu Joh. Vischer vac. Valentino de Teteleben cler. Maguntin. dioec. et U. J. doct. conferant. G. F. L 1038 f. 21, b.

— — | — | (15 685) Blasio Haurrey (Ind. Henrici) cler. Pictavien. dioec. Prioratum de Belle Nouhe O. S. A. Malleacen. dioec cessione Jacobi Le Conte vac. commendat. „Vitae ac morum“ L. 1036 f. 231, b.

— — | — | (15 686) Augustino de Molina cler. Calaguritan. dioec. portionem fructuum in par. eccl. B. M. de Palatio oppidi de Logroño dictae dioec. concedit. „Vitae ac morum“ L. 1032 f. 246, b.

— — | — | (15 687) Eidem portionem fruct. in par. eccl. loci de Sotes Calaguritan. dioec. concedit. Id. init. L. 1026 f. 135.

— — | — | (15 688) Hieronymo de Monteacuto obsequiis Julii S. M. in Domnica diac. Card. insistenti canonicatum et praeb. eccl. Cesenaten. ac par. ecclesiam S. M. de Calissidio Cesenaten. dioec. obitu Caesaris Insulani vac. confert. G. F. L 1034 f. 128.

— — | — | (15 689) Mag. Johanni de Madrigal cler. Toletan. dioec., script. et fam. suo, quem in locum Christophori Camagas cler. dictae dioec. quoad officium procuratoris Poenitentiariae apost. substituit, concedit, ut una cum officio scriptoriae lit. ap., quod obtinet, officium procurat. Poenit. recipere et retinere valeat. G. D. et F. L. 1056 f. 297.

Mai. ? | ? | (15 690) Emmanueli Portugalliae Regi. „Oratores majestatis tuae, qui dudum filialem obedientiam Nobis et huic S. Sedi ejus nomine praestiterunt, inter cetera, quae defensionem ac propagationem fidei in Africa et aliis Aethiopiae et Arabiae locis haud dubie concernunt, Nobis exposuerunt, redditis etiam super iis literis tuis, ex nuntio Regis David, qui nuper ex iisdem regionibus tua navi advectus est, prudenti et cordato viro, adhibita per interpretes eum sciscitandi cura, zelo et fervore fidei accensam majestatem tuam pleraque intellexisse, quae ad exaltationem fidei et propagationem plurimum pertinent, ipsum in primis Regem degentesque sub eo innumeros populos, quibus etiam, ut nuntius asserit, vir probatae vitae Marcus Patriarcha in spiritualibus praeest, non baptizatos solum et initiatos nostris sacris atque agnoscere catholicam fidem, verum, praeterquam in circumcisione, a ritu ac observantia christianae fidei minime discrepare, nec ignorare Rom. Pontificem cunctis praeesse Christifidelibus, cui omnes obtemperare debeant, sed difficultatibus itinerum, distantia et inhospitalitate

[1] Leg. in cod. d. d. Viterbii.

1515.

diversitateque gentium atque illis imperantium ad Urbem Romam nequaquam, ut cupiebant, hactenus accedere potuisse; nunc vero patefactis tuae majestatis beneficio itineribus ac magis perviis laetatos quam maxime, eo praesertim, quod veluti oves a dominico grege diutius per deserta errabundae cupiunt cum ceteris communicare fidelibus Romanumque praesulem et pastorem ejusdem gregis agnoscere et, uti decet, venerari, petereque propterea, ut interventu mortis ipsius Marci Patriarchae, ne Christifideles patiantur apud ipsos detrimentum, eligamus successorem, interim eum Nostrum et Ap. Sedis Legatum deputemus, quo majore devotione populorum, accepta ab Ap. Sede auctoritate, quae necessario ad fidem pertinent, pro animarum salute praestare et exercere possit; itaque majestatem tuam supplicare Nobis, ut pro Nostro officio pastorali oblatam opportunitatem rei pro exaltatione fidei bene gerendae praeterire nolimus, quin immo ad ipsum Regem, qui armis, equis, innumero peditatu, argento, auro atque aliis opibus affluit sexagintaque sex Regibus christianis et octo mahummetanis imperat, et ad ejus matrem Helenam, mulierem prudentia et religione insignem, scribere dignemur, cum ad honorem Nostrum et praedictae Sedis et ad fidei augmentum christianique nominis pertineant propagationem. Haec, fili carissime, cum partim a tuis oratoribus, partim tuis literis acceperimus, sublatis in coelum oculis ac manibus et ingenti ex intimis visceribus commoti gaudio immensas Deo gratias egimus, cujus aspirante numine Nostri Pontificatus tempore extremi orbis terrarum reges, gentes et innumeri populi agnoscentes ipsum Deum praebeant Nobis occasionem recuperandi sanctam civitatem Hierusalem et locum, in quo super salutiferae crucis ligno Christus pro omnium salute pependit, cupiantque Rom. Ecclesiam rite colere et, ut decet, venerari et Nobis tibique ultro vires et suas opes offerant et polliceantur ad infidelium exterminationem; et praecipue ductu et auspiciis majestatis tuae, quam ob ejus pietatem et in Ap. Sedem devotionem, curam et studium ipsius fidei propagandae paterna charitate prosequimur, quae cum sint ejusmodi, ut ne majora quidem diebus nostris desiderare potuerimus, et a Deo vere procedant omnium bonorum operum datore, omnia illius Regis et Patriarchae pia desideria et petitiones pro honore hujus S. Sedis, quantum poterimus in Domino, exaudire illisque plene annuere intendimus, quo sane christiana respublica sub uno fidei vexillo, uno baptismate unoque Deo plurimum exaltabitur. Verum considerantes, circumcisionem, quam adhuc servant, baptismatis institutione sublatam, desideramus apud eos, quibus provide duximus consulendum, ad animarum periculum evitandum penitus aboleri. Quocirca majestatem tuam in Domino rogamus et hortamur, ne tam sanctum et laudabile opus negligere videamur, ut dictum nuntium in singulis instruere ac etiam Nostro nomine hortari velit, quod ita agat apud praedictos Regem et Patriarcham, ut circumcidendi ritus eorum opera et auctoritate tollatur, abjiciantque, si qui alii forsitan fuerint, errores, quos longo quasi a Rom. Eccl. divortio contractos, quatenus indulgentia Ap. Sedis patietur, quo usque veritatis capaciores fiant et inspirante Deo magis illuminentur in fide, tollerabimus. Tunc vero sublata circumcisione tantoque ipsi Deo sacrificio oblato, non aliquomodo agemus solum eis gratias, sed a noxiis herbis abductos in pascua salubria et sanctum Domini ovile vituli saginati convivio, pii ac solliciti pastoris more, accipiemus. Quo eximia tua in Deum pietas, singularis in hanc S. Sedem devotio insigniaque alia merita non tantum coram hominibus, sed coram Deo elucescent. Et quoniam nuntium ad majestatem tuam pro iis et aliis rebus concernentibus fidem missuri sumus, ex eo super hujusmodi propagandae fidei negotio quid constituerimus intelliget, Nosque ejusdem nuntii literis de singulis poterimus fieri certiores“ (s. d.) Brev. ad princ. t. 5 f. 82.

Mai. ? ? (15 691) David Regi. „Nuper ex oratoribus carissimi in Christo filii Nostri Emmanuelis Portugallie Regis illustris et ex ipsius Regis literis, ad quem proxime nuntium destinasti, divina sane desuper operante gratia, accepimus, majestatem tuam ac probatae vitae Marcum Patriarcham, cui subjecti tibi Reges, gentes et populi in spiritualibus parent, zelo et fervore fidei vehementer cupere uniri cum ceteris Christifidelibus, agnoscere et venerari Rom. Pontificem ac S. R. Ecclesiae exhibita filiali obedientia se subjicere, quo sublatis in celum manibus incredibilique laetitia perfusi Deo bonorum operum effectori maximas gratias egimus, cujus clementia nostris temporibus factum est, ut potentissima majestas tua ac carissima in Christo filia Nostra Helena ejus mater prudentissima, sicut accepimus, ac pietate in Deum et religione insignis mulier, in exaltationem fidei propensi ad tam sanctum et laudabile opus se obtulerint. Verum cum intellexerimus in tuo regno circumcisionem adhuc servari, prout praefato Regi Emmanueli Nostris literis significavimus, eam obmittere ad plenam et certiorem salutem consequendam oportere, majestatem tuam de ejus et populorum suorum salute solliciti more pii parentis hortamur in Domino, ut dimisso circumcidendi ritu cum ceteris Christifidelibus conveniat, ut hoc eximio unionis tuae dono veroque

1515.

holocausto plene laetari possimus. Qua quidem unione fore confidimus, ut conjunctis tuis armis ac aliis regni opibus cum praefato Portugalliae Rege Nobisque et aliis christianis Regibus ex propinquis Nostris locis contra infideles pugnantibus iis vel devictis vel ad veram Christi fidem conversis recuperabitur civitas sancta Hierusalem et locus, in quo D. N. J. Chr. in cruce pendens pro communi salute passus est, quod tam ad fidei exaltationem, quam ad salutem tuam et gloriam pertinebit. Nos vero, sublata circumcisione, devoto animo tuo et praefatae Helenae genitricis tuae nullo modo deerimus curabimusque praeterea majestatem tuam et in Nostrum et S. Apost. Sedis sinum recipere et misso ad vos nuntio Nostro eam ac ejus genitricem coelestibus et spiritualibus donis, temporalibus namque abundatis, munerari. (Card. SS. Quatuor) L. c. f. 83 [1].

ANNO TERTIO MENSE JUNIO. 1515.

1515.

1. Jun. (Kal. Jun.) | Romae apud S. Petrum. | (15 692) Franciscum de Sosa cler. Zamoren. dioec., Licent. in decr., ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 40 f. 46, b.

— — — | (15 693) Eundem Franciscum, Ferdinandi Aragonum Regis consiliarium, ecclesiae Almerien. obitu Johannis episc. vacanti, quae de jure patron. p. t. existentis Regis Castellae et Legionis existit, praeficit in episc. et pastorem. „Apostolatus officium“ (Supra: Benzon) L. c. f. 45.

— — — | (15 694—15 699) Hanc provisionem nuntiat a) capitulo eccl. Almerien , b) clero et c) populo [L. c. f. 48] civit. et dioec. Almerien., d) vasallis dictae eccl. „Hodie ecclesiae“, e) archiepisc. Granaten. „Ad cumulum“, f) Johannae Castellae et Legionis Reginae. „Gratiae divinae“ (infra: Nardin.) L. c. f. 45, b—46, b.

— — — | (15 700) Alvarum Osorium Ord. FF. Praed. et theol. professorem ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“ (Benzon | Barotius) L. c. f. 82.

— — — | (15 701—15 707) Eundem Alvarum in sacerdotio constitutum ecclesiae Astoricen. obitu Sanctii episc. vacanti praeficit in episc. et pastorem. „Apostolatus officium“ De hac dispositione scribit a) capitulo eccl. Astoricen., b) clero et c) populo civit. et dioec. Astoricen., d) vasallis dictae eccl. „Hodie ecclesiae“, e) archiepisc. Barchinonen. „Ad cumulum“, f) Johannae Castellae et Legionis Reginae. „Gratiae divinae“ (Script. iid.) L. c. f. 80 seqq.

— — — | (15 708—15 709) Cum magistri viarum Urbis et ceteri, quibus ea cura imcumbit, canonicos basil. Princ. Apost. de Urbe et beneficiatos ejusd. basilicae, qui in conservandis et instaurandis pluribus domibus in civit. Leonina consistentibus et ad ipsorum mensam spectantibus magnam pecuniae quantitatem exponunt, ad contribuendum in strato viae publicae, quae ab arce S. Angeli ad Palatium apost. ducit, et in qua multae ex dictis domibus extant, cogere satagant variasque molestias super hoc illis inferant, eosdem canon. et beneficiatos a contributione impensarum hujusmodi prorsus eximit et liberat. A. P. R. M. „Consuevit Romanus Pontifex“ Executores deputat. „Hodie motu proprio“ (Benzon. Jo. Copis | Ph. de Senis) Arch. Lat. tom. 54 f. 85; f. 86. Collect. Bullar. basil. Vatican. tom. II p. 360. 361.

— — — | (15 710) Literas nonnullorum Rom. Pontificum, quibus canonicis et beneficiatis basilicae Principis Apostolor. de Urbe usufructus et utile dominium claustri, porticus et scalarum dictae basilicae ac totius illi adjacentis plateae, quae vulgo platea S. Petri nuncupatur, concessa fuerunt, innovat, ita ut liceat eis in claustro, porticu, scalis et platea praedictis stationes mercatoribus, campsoribus et ceteris personis illas conducere solitis pro peregrinorum ad dictam basilicam undique confluentium commoditatibus locare, et locationum pretia in suos usus convertere. A. P. R. M. „Decet Romanum Pontificem“ (Evang. | Millin. Gauden | A. de Castillo. Coll. H. de Cesis) L. 1044 f. 69. Coll. Bull. basil. Vatic. t. II p. 359.

— — — | (15 711) Cum octo accolitorum capellanorum participantium nuncup. officium collegium antiquum et honorabile existat, et ipsi accoliti non paucos labores perferant, fructus vero dicti officii adeo exiles sint, ut ex illis se decenter sustentare nequeant, statuit, ut ex quolibet centenario annatarum seu mediorum fruct ecclesiarum, monasteriorum et beneficiorum sibi et successoribus suis et Camerae Ap. debitorum florenum unum auri ultra emolumenta per eos percipi solita percipere et exigere valeant; ut accoliti

[1] Utrumque docum. (n. 15 690 seq.) nota temporis caret; hoc loco collocandum videbatur, quia in cod. inter docum. tertii anni invenitur, et a tergo secundi docum. legatur: *Maii.*

1515.

extra numerum dictorum octo participantium de cetero creandi de ipsorum meritis et idoneitate ab accolitis numerariis seu eorum decano examinari ac recipi et ipsis accolitis jocalia pariformiter, prout per eosdem accolitos numerarios in eorum admissione solvi consuevit, persolvere debeant, aliosque favores adjungit. A. P. R M. „Etsi deceat Romanum Pontificem“ Subscripserunt Papa et duodeviginti Cardinales. (Armellin. | Grat. de mand. S. D. Marciaci. Aloys. p. comp. | D. de Comitibus. Coll. Donat.) L. 1031 f. 267, b.

1. Jun, (Kal. Jun.) Romae apud S. Petrum. (15 712) Execut. deputat, qui Renato Petri de Pazis cler. Florentin. canonicatum et praeb. eccl. Florentin. ac par. ecclesiam S. Margaritae Amentia Florentin. dioec. surrogando conferat resp. ad certum tempus commendet et deinde conferat. „Laudabilia dil. filii“ Arch. Lat. tom. 49 f. 144, b.

— — — (15 713) Par. ecclesiam Villae Orciaca S. Justae dioec. cessione Francisci tit. SS. Joh. et Pauli presb. Card. vac. in favorem Johannis Bapt. Boncontis canonici Pisan. canonicatui et praeb. eccl. Pisan. unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ L. 1043 f. 155.

— — — (15 714) Canonicatum et praeb. eccl. Auximan., quos Laurentius Belluti obtinet, suae dispositioni specialiter reservat. A. F. R. M. „Etsi canonicatuum“ L. 1205 f. 36.

— — — (15 715) Gometio de Salmeron cler. Toletan. dioec. cum jure regressus pensionem assignat super fruct. canonic. et praeb. eccl. SS. Justi et Pastoris oppidi de Alcala de Henares dictae dioec. G. F. L. 1025 f. 154, b [1].

— — — (15 716) In favorem Fernandi de Avilles canon. Galtellinen. par. ecclesiam S. Barbarae loci de Olzay S. Justae dioec. canonicatui et praeb. eccl. Galtellinen., quamdiu eos obtinuerit, unit A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ Arch. Lat. tom. 51 f. 1.

— — — (15 717) Antonio Brimundi Priori Prioratus S. Stephani de Minerbia O. S. B. Cavallicen. dioec. Sacristiam Prioratus S. Petri de Trilleta Clun. Ord. Vasionen. dioec. commendat. „Religionis zelus“ L. 1042 f. 261.

— — — (15 718) Herculem a Canali cler. Ferrarien. et U. J. doct. Francisco Pianosi canon. Ferrarien. coadjutorem deputat cum jure successionis. „Circa pastoralis officii debitum“ L. 1048 f. 179.

— — — (15 719) Johanni de Valdolinos portionario eccl. Toletan., Sixti tit. S. Petri ad Vinc. presb. Card. et S. R. E. Vicecanc. fam., pensionem assignat super fruct. S. Michaelis de Hita et S. Michaelis de Taragando Toletan. dioec. par. eccl. invicem unitarum. „Vitae ac morum“ L. 1083 f. 192.

— — — (15 720) Johanni Causagrossi capellaniam ad altare B. M. situm in par. eccl. loci de Luco Forojulien. dioec. confert. „Apostolicae Sedis“ L. 1026 f. 18.

— — — (15 721) Petrino Gabaudi ecclesiam S. Quirici territorii Cherii Taurinen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ L. 1149 f. 110.

— — — (15 722) Execut. deputat, qui Bernardino Granata presb. Neapolitan. archidiaconatum et canonic. eccl. Vican. ac duas capellanias dictae eccl. conferant. G. F. L. 1054 f. 254.

— — — (15 723) Johanni Sodet baccal. in decr., in Univers. Stud. gen. Pictavien. actu studenti, unam ex perp. capellaniis societatis seu confraternitatis in eccl. Domus Dei seu *eleemosynaria* nuncupata B. M. de Fossamagna prope et extra Villam de Metullo Pictavien. dioec. fundatis obitu Petri Trevault vac. confert. „Literarum scientia“ L. 1037 f. 55, b.

— — — (15 724) Augustino de Molina cler. Calaguritan. dioec. concedit portionem fruct. par. eccl. S. Petri oppidi de Logroño dictae dioec. „Vitae ac morum“ L. 1032 f. 246, b.

— — — (15 725) Pro parte Caroli Sabaudiae Ducis concordiam post belli ruinas initam inter bon. mem. Eduardum episc. Sedunen. et quondam Amedeum Comitem Sabaudiae ex una parte necnon capitulum ecclesiae ac homines et compatriotas civitatis et alios locorum Valesii dioec. Sedunen. ex alia parte confirmat. A. P. R. M. „Debitum pastoralis officii“ (Ph. de Senis | Marciaci. Corbin. | Piora. Coll. Donatus) L 1048 f. 172.

— — — (15 726) Execut. deputat, qui Antonio de Leon cler. Toletan. dioec., si idoneus sit, archipresbyteratum de Uzeda dictae dioec. resignatione Mag. Benedicti Gentilis scriptoris vac. conferat. „Dignum“ Arch. Lat. tom. 51 f. 15, b.

— — — (15 727) Mag. Johanni de Lerma script. et fam. suo confirmat quaedam beneficia Burgen. et Segobien. dioec. G. D. et F. L. 1049 f. 314, b.

— — — (15 728) Execut. deputat, qui vicariam ad altare Trium Regum situm in eccl. S. Severi Erfurden. Maguntin. dioec. Valentino de Teteleben cler. ejusd. dioec. conferant. „Vitae ac morum“ L. 1047 f. 85.

— — — (15 729) Johanni Calvo canon. eccl. S. M. oppidi de Calatajubio Tirasonen. dioec. pensionem assignat ex dioec. Placentin. „Vitae ac morum“ L. 1150 f. 41, b.

— — — (15 730) Philippo de Stockheym confert canonic. et praeb. eccl. S. Victoris prope et extra muros Maguntin. resignat. Joh. de Stockheym vac. „Vitae ac morum“ L. 1027 f. 244.

[1] Leg. in cod.: Anno milles. quingent. sexto decimo Kal. Jun. an. tertio.

1515.

1. Jun. (Kal. Jun.) | Romae apud S. Petrum. | (15731) Petro Paulo de Parisio U. J. doctori, arch. Rom. Cur. correctori et fam. suo, confert canonicatum, quem quondam Persanus de Tarsia obtinebat, ecclesiae Cusentin., in qua praeter canonicos praebendatos nonnulli alii canonici nullas praebendas obtinentes locum tamen in choro et vocem in capitulo habentes esse noscuntur. G. D. et F. L. 1052 f. 83.

2. Jun. (IV. Non. Jun.) | — | (15732—15733) Johanni Maurin Licent. in decr. confert canonicatum eccl. Claromonten. ad effectum inibi dignitatem etc. obtinendi. „Literarum scientia“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 49 f. 8, b seq.

— — | — | (15734—15735) Johanni Maupin, qui in capella Francisci Francorum Regis cantor capellanus existit, canonicatum et praeb. ac Praeposituram eccl. S. Severini prope et extra muros Burdegalen. confert. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 51 f. 118 seqq.

— — | — | (15736) Pro parte vicarii gener. et FF. Ord. Praed. de observ. nuncup. prov. Calabriae licentiam construendi domum pro habitatione FF. Praed. apud ecclesiam S. M. Annuntiatae oppidi Briatici Militen. dioec. per Alexandrum PP. VI. concessam et decretum Julii PP. II., qui domum construendam approbavit, sed eam in certum eventum a subjectione Prioris et FF. domus B. Mariae supra Minervam de Urbe exemit, et omnia in literis Alex. VI. et Julii II. contenta, prout hanc exemptionem concernunt, approbat et confirmat. A. P. R. M. „Ea quae per Romanos Pontifices“ (A. de S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. tom. 51 f. 199. Bullar. Ord. Praed. t. IV. p. 319.

— — | — | (15737) Johanni Winhart presb., baccal. in theol., S. Gumperti in Onoltzpach Herbipolen. dioec. necnon in Feuchtwang provinciae Maguntin. Augusten. dioec. ecclesiarum canonicatus et praeb. resignatione Sigismundi Gruebet al. Hang vac. confert. „Literarum scientia“ L. 1034 f. 188.

— | — | (15738) Bernardo Cleret confert Prioratum de Campo Coello al. de Chancodella O. S. B. Senonen. dioec. „Religionis zelus“ L. 1029 f. 308, b.

— — | — | (15739) Episcopo Arelaten. committit, ut Paschali de Oron cler. Toletan. dioec. servatis servandis doctoratus gradum in U. J. conferat. „Justum esse“ Brev. Lat. tom. I. f. 373.

— — | — | (15740) Johanni Marin Licent. in decr. confert canonic. et praeb. eccl. Claromonten. obitu Antonii de Montemorino vac. „Vitae ac morum“ L. 1052 f. 177.

— — | — | (15741) Johanni Jacobo Cipello cler. Cremonen. dioec. et arch. Rom. Cur. script. pensionem super fruct. Praepositurae eccl. S. Agathae Cremonen. reservat. G. D. et F. L. 1039 f. 53.

— — | — | (15742) Aegidio Martini obsequiis Mag. Antonii de Burgos referendarii sui insistenti confert canonic. et praeb. eccl. Tirasonen. obitu Nicolai de Silos vac. G. F. L. 1052 f. 100, b.

— — | — | (15743) Juvenali Coiffart Mag. in artibus, qui permutat. causa capellaniam eccl. S. Stephani Trecen. dimittit, confert par. ecclesias de Siconiis et de Plesseto Gastebled Senonen. dioec. ead. de causa a Petro Musnier resignatas. „Apostolicae Sedis“ L. 1049 f. 93, b.

— — | — | (15744) Mag. Johanni Bellandelli rectori par. eccl. de Maigneyo Pictaven. dioec. commendat monasterium B. M. de Regali O. S. A. Pictaven. dioec. „Romani Pontificis“ (Castilion. | Enckenw. J. de Radicib. | Bernard. Coll. Donat.) L. 1066 f. 285, b.

— — | — | (15745) Mag. Guillermo Dachy rectori par. eccl. B. M. de Toncheto Abrincen. dioec. et in U. J. Licent., notario et fam. suo, Prioratum S. Patris de Stampis O. S. B. Senonen. dioec. commendat. G. D. et F. L. 1046 f. 299, b.

— — | — | (15746) Bonae alias Venturae de Texitoriis fam. suo confert par. ecclesiam B. M. extra muros Castri Guardiae et ecclesiam sine cura S. Barbarae Thelesin. dioec. a Blasio Electo Thelesin. permutat. causa resignatas. „Apostolicae Sedis“ L. 1040 f. 59.

— — | — | (15747—15748) Blasio Olinares confert par. eccl. de Burjalharo Seguntin. dioec. permut. causa a Joh. Beno de Pennaflor dimissam. „Apostolicae Sedis“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 51 f. 19 seq.

— — | — | (15749—15750) Johanni Beno de Pennaflor confert par. eccl. de Paradinas (al. Paladinas) Segobien. dioec. a praefato Blasio dimissam. Execut. deputat. Init. ut supra. L. c. f. 20, b seq.

— — | — | (15751) Alvaro Electo Astoricen. concedit, ut a quocunque cathol. antistite munus consecrationis recipere valeat. „Cum Nos pridem“ Arch. Lat. tom. 40 f. 82, b.

— — | — | (15752) Francisco Electo Almerien. in subdiaconatus ordine constituto concedit, ut ad reliquos sacros ordines promoveri et munus consecrationis recipere valeat a quocunque maluerit cath. episcopo. Id. init. L. c. f. 47.

— — | — | (15753) Andreae Antonio notar. et Nuntio suo, quem Hadrianus tit. S. Chrysogoni presb. Card. Bathonien. collectorem fruct. et prov. Camerae apost. in regno Angliae debitorum deputavit, deputationem hujusmodi confirmat; causam super dicto officio inter eund. Antonium et praefatum Hadrianum Card. pendenten ad se advocat et litem ipsam penitus extinguit et eidem Antonio concedit, ut omnibus facultatibus ipsi concessis et per alias literas revocatis uti valeat. „Devotionis tuae sinceritas“ L. 1196 f. 86.

1515.

2. Jun. (IV. Non. Jun.) Romae apud S. Petrum. (15754) Ut deputatio praefati Andreae suum sortiatur effectum, deputationem Polydori Castellen. archidiac. eccl. Wellen., quem idem Hadrianus Card. subcollectorem in praefato officio deputavit, revocat et cassat, districte inhibens, ne dictus Polydorus officium subcollectoriae in regno Angliae directe vel indirecte exercere praesumat. A. F. R. M. „Provisionis Nostrae“ L. 1196 f. 86, b.

— — — (15755) Hadriano tit. S. Chrysogoni presb. Card. Bathonien. omnes responsiones, pensiones et census sive denarios B. Petri nuncup. in regno Angliae Camerae apost. debitos, quamdiu praefatus Andreas, Henrici Angliae Regis a latinis secretarius, in officio collectoriae praedictae fuerit, liberaliter donat et elargitur. „Exigit tuorum erga R. E. magnitudo meritorum“ L. 1196 f. 87, b.

3. Jun. (III. Non. Jun.) — (15756) Willelmo Roche al. Currykyn rectori par. eccl. S. Joh. Bapt. de Kilbery Minden. dioec. et baccal. in decr. revalidat indultum circa benef. a Julio PP. II. ipsi concessum. „Literarum scientia“ L. 1066 f. 147.

— — — (15757) Hugoni Falliodi parafrenario suo confert par. eccl. de Nabes Gebennen. dioec. obitu Laurentii Proheti vac. G. F. L. 1095 f. 262, b.

4. Jun. (Prid. Non. Jun.) — (15758) Execut. deputat, qui Jacobo episc. Albanen. ruralem eccl. S. Angeli de Vetica Reatin. dioec. surrogando commendet. „Ad personam“ L. 1032 f. 250.

— (15759) Execut. deputat, qui Federico de Martinengho cler. Brixien. par. ecclesiam de Adraria Bergomen. dioec. conferant. G. F. L. 1046 f. 141.

— — — (15760) Thomae Lair baccal. in decr. confert alteram portionem par. eccl. de Capella Vitali Ebroicen. dioec., quae de jure patron. nob. viri Petri Le Moyne existit. „Literarum scientia“ L. 1048 f. 259.

— — — (15761) Vincentio de Chatellanis Card. Vicecanc. fam. confert capellam S. Jacobi de Olearia Salernitan. dioec. „Vitae ac morum“ L. 1073 f. 352, b.

— — — (15762) Martino Ferdinandi de Mesa cler. Oriolen. pensionem ann. super fruct. par. eccl. B. M. loci de Sobradillo de Palomares Zamoren. dioec. assignat. „Vitae ac morum“ L. 1156 f. 49.

— — — (15763) Execut. deputat, qui Juliano Petri de Fiambughis de S. Miniate cler. Lucan. dioec. conferant canonic. et praeb. eccl. SS. Mariae et Ginesii de S. Miniate et par. eccl. S. Petri Allefonte extra Castrum Prederii duasque capellanias dictae dioec. G. F. L. 1050 f. 253.

— — — (15764) Stephano Gabrieli archiep. Baren. commendat beneficium in par. eccl. loci de la Torre del Campo Giennen. dioec. „Personam tuam“ L. 1028 f. 51, b.

— — — (15765) Elpidi de Duroforti Priorissae Prioratus B. M. Deauratae Caturcen. O. S. B. confert Prioratum praedictum. „Religionis zelus“ L. 1093 f. 199, b.

— — — (15766) Silvio Passerino datario suo confert eccl. *abbatiolam* nuncup. S. Bartholomaei Cortonen. G. D. et F. L. 1050 f. 197.

— — — (15767) Simoni Aubertin rectori par. eccl. de Gonrinia Cathalanien. dioec. confert dictam eccl. a Thoma Beguin resignatam. „Vitae ac morum“ Executores deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 27 f. 304; f. 305.

— — — (15768) Ludovico Chatelli fam. suo confert par. ecclesiam S. Boni de S. Bono Tarantasien. dioec. G. F. Execut. deputat. „Hodie“ L. 1042 f. 138, b seq.

— — — (15769) Galfrido Buyght rectori par. eccl. de Styfkey S. Johannis Norwicen. dioec., Mag. in theologia, indultum concedit circa beneficia. „Literarum scientia“ Arch. Lat. tom. 43 f. 266.

— — — (15770) Idem pro Galfrido Wharton perpet. vicario par. eccl. de Todelow Elien. dioec., baccal. in decr. Id. init. L. c. f. 267.

— — — (15771) Idem pro Owino Ap. Meredith rectore par. eccl. S. Michaelis Archang. de Castop Meneven. dioec. „Vitae ac morum“ L. c. f. 268, b.

— — — (15772) Idem pro Gilberto Hecton perpet. vicario par. eccl. de Legh Conventren. et Lichefelden. dioec. Id. init. L. c. f. 270, b.

— — — (15773) Idem pro Johanne Huys rectore par. eccl. de Langham Londonien. dioec., Mag. in artibus. „Literarum scientia“ L. c. f. 269, b.

— — — (15774) Idem pro Roberto Norcliffe canonico monasterii S. Nicolai de Drax O. S. A. Eboracen. dioec. „Religionis zelus“ L. c. f. 272.

— — — (15775) Idem pro Johanne Collet decano eccl. Londonien., Mag. in theologia. „Literarum scientia“ Arch. Lat. tom. 39 f. 107.

— — — (15776) Idem pro Siffrido de Cramine decano eccl. S. Andreae Hildesemen. „Nobilitas generis“ Arch. Lat. tom. 53 f. 307, b.

— — — (15777—15778) Siffrido de Cramine rectori par. eccl. oppidi Seszen. Hildesemen. dioec. et Mag. in artibus praedictam par. eccl. confert. „Nobilitas generis“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 51 f. 29, b seq.

— — — (15779) Cum Marcus et Antonius de Candia germani fratres presb. Creten. dioec. unacum Maria religiosa O. S. Franc. ipsorum sorore a Turcis in servitutem redacti sint

1515.

et eodem Marco relaxato Antonius et Maria praedicti in servitute teneantur, indulgent. concedit iis, qui pro eorum redemptione eleemosynas erogaverint. „Creator omnium“ Arch. Lat. tom. 39 f. 111.

5. Jun. (Non. Jun.) Romae apud S. Petrum. (15 780) Prioratus B. M. Castriregalis O. S. A. Tolonen. dioec., qui a monasterio per Praepositum gubernari solito de Piniaco dicti Ord. Forojulien. dioec. dependebat, per Sixtum PP. IV. domui S. M. Magdal. de S. Maximino Ord. Praed. Aquen. dioec. perpetuo unitus est. Pro parte Nicolai tit. S. Priscae presb. Card., cui omnes fructus Praepositurae dicti monasterii cum collatione beneficiorum reservati sunt, ad tollendas lites et controversias unionem hujusmodi solvit et praefatum Prioratum eidem Praepositurae perpetuo unit et Priori et fratribus Ord. Praed. domus praedictae pensionem super fruct. Praepositurae et Prioratus praedict. assignat, donec iis de idonea recompensatione provideatur. A. P. R. M. „Romanus Pontifex“ (Scutarius | *Visa* Aloys. p. recer. | H. de Busseyo. Coll. B. de Alexandris) L. 1033 f. 127, b; L. 1169 f. 171.

— — — (15 781) Iis, qui ecclesiam B. M. prope et extra muros Castri Montis Rotondi Sabinen. dioec., ad quam Franciottus et Marius de Ursinis, Pontificis fratres consobrini, specialem gerunt devotionem, visitaverint et manus porrexerint adjutrices, indulgent. concedit. „Stella maris“ L. 1205 f. 199.

— — — (15 782) Bernardo Vaponski, quem Johannes episc. Cracovien. in canonicum eccl. Vislicien. Cracovien. dioec. recepit, receptionem hujusmodi aliasque concessiones per eund. episc. eidem Bernardo factas confirmat. „Votis fidelium“ L. 1027 f. 299, b.

— — — (15 783) Gundisalvo Ferdinandi de Villares al. della Valeta archidiac. de Saria in eccl. Lucen. pensionem assignat super fruct. par. eccl. S. Salvatoris de Cesaar Compostellan. seu Lucen. dioec. per Didacum Velen solvendam. „Vitae ac morum“ L. 1029 f. 320, b.

— — — (15 784) Antonio de Burgos U. J. doctori confert canonicatum et praeb. eccl. Burgen. obitu Petri de Paz et cessione Didaci etiam de Paz cler. Burgen. vac. et a Petro de Guzman sine tit. occupatos. G. D. et F. L. 1036 f. 188, b.

— — — (15 785) Martino de Almalec par. ecclesiam de Onon Caesaraugustan. dioec. obitu Petri episc. Narnien. vac. confert. „Vitae ac morum“ L. 1051 f. 182, b.

— — — (15 786) Judoco de la Garde Mag. in artibus et theologia confert canonic. et praeb. eccl. Tolosan. „Literarum scientia“ L. 1065 f. 141.

— — — (15 787) Sigismundo Zachart confert par. eccl. S. Laurentii in Haybach Ratisponen. dioec. G. F. L. 1117 f. 236, b.

— — — (15 788) Johanni de Castanherio confert par. eccl. de Lespinassa Caturcen. dioec. „Nobilitas generis“ L. 1042 f. 159; L. 1062 f. 263 [1].

— — — (15 789) Ludovico Gineste monacho monasterii B. M. Fontisfrigidi Cist. Ord. Narbonen. dioec. commendat par. eccl. B. Eulaliae loci de Vineaveteri dictae dioec. „Religionis zelus“ L. 1049 f. 61.

— — — (15 790) Petro du Tillet canonico Engolismen. Prioratum *hospitale novum* nuncupatum prope et extra muros oppidi de Pontibus O. S. A. Xanctonen. dioec. cessione Ladislai episc. Lucionen. vac. commendat. „Vitae ac morum“ L. 1034 f. 282.

— — — (15 791) Carolo de la Rosiere confert alteram portionem par. eccl. per duos rectores regi solitae S. Petri de Capella Vitali Ebroicen. dioec. „Vitae ac morum“ L. 1040 f. 108.

— — — (15 792) Artando de Bonofonte canon. Anicien. et Licent. in U. J. commendat Prioratum S. Amantii de Estagno O. S. A. Ruthenen. dioec. obitu Caroli de Fonteneto al. Dolhiar vac. „Literarum scientia“ L. 1038 f. 254.

— — — (15 793—15 794) Execut. deputat, qui Nicolao de Albis cler. Paduan. a) quaedam beneficia eccl. S. Mariae civitatis Austriae Aguilegien. dioec. et b) mansionariam ejusd. eccl. conferant. G. F. L. 1041 f. 11; f. 13.

— — — (15 795) Johanni Angelo de Bierris canonicatum et praeb. eccl. S. Laurentii majoris Mediolanen. resignat. Gabrielis de Talentis de Florentia vac. confert. „Vitae ac morum“ L. 1032 f. 125.

— — — (15 796) Jacobo de Mussomio canon. Virdunen. commendat Prioratum de Champlite la Ville O. S. B. Lingonen. dioec. Id. init. L. 1038 f. 195, b.

— — — (15 797) Cum Galliardo de Gestasio cler. Convenar. dioec. super irregularitate dispensat eumque a poenis et censuris absolvit. „Apostolicae Sedis“ L. 1047 f. 264, b.

— — — (15 798) Jeronimo de Verallis cler. Roman. canonic. et praeb. S. Mariae Majoris de Urbe secundo loco vel SS. Celsi et Juliani etiam de Urbe ecclesiarum primo loco vacaturos reservat. „Vitae ac morum“ L. 1049 f. 137.

— — — (15 799) Oppidum S. Crucis Basilien. dioec., quod ad mensam episc. Argentinen. pertinuerat, pro certa notabili summa per episc. Argentin. cum pacto revendendi ad centum annos venditum erat et successive ad manus diversorum novissime Maximiliani Regis et Austriae Archiducis pervenerat. Cum idem Maximilianus Rex et electus

[1] L. 1062 f. 263 legitur par. eccl. S. Amantii de Lespinassa Agennen. dioec. eidem Joh. collata.

1515.

Imperator praedictum oppidum et dominium S. Crucis Jacobo Villinger de Schonenberg laico Basileen. dioec. in perpetuum vendiderit et jus in dicto oppido ad mensam episc. praefatam spectans pro medietate quinque Villarum videl. Dingsheim, Offenheim, Franckenheim, Dessenheim et Waldolfinsheim ad ipsum Maximilianum pertinente (salvo Sedis Ap. beneplacito) permutaverit: Praepositus et decanus eccl. S. Thomae Argentinen. deputantur, ut de praemissis se informent et permutationem hujusmodi approbent, si in dictae mensae episc. utilitatem cedat. „Ex commissi Nobis desuper". Arch. Lat. tom. 44 f. 58, b.

5. Jun. (Non. Jun.) Romae apud S. Petrum. (15 800) Par. ecclesiam oppidi Dalen. Leodien. dioec. resignatione Wilhelmi de Lovenich jun. vac. pro parte modernae Matris et sororum domus dicti oppidi tertii Ord. B. Francisci de poenit. nuncup., cum fructus dictae domus ad sustentationem sororum non sufficiant, eidem domui perpetuo unit. A. P. R M. „Ex injuncto Nobis desuper" (A. de S. Severino | Nardin.) Arch. Lat. tom. 50 f. 191, b.

— — — (15 801—15 802) Wilhelmo de Lovenich sen. Scholastico eccl. S. Severini Colonien., qui omni juri ad praefatam par. eccl. sibi competenti cedit, pensionem super fruct. ejusd. eccl. necnon domus praedictae assignat. „Vitae ac morum" Execut. deputat. „Hodie" L. c. f. 195, b seqq.

— — — (15 803) Ad preces Didaci archiepisc. Hispalen. facultatem concedit intra septa domus S. Stephani Salamantin. O. Praed. fundandi collegium viginti Ord. Praed. professorum theol. studere volentium, quod idem Didacus archiepisc. construere et dotare vult, ita ut duodecim ibi manere possint, quamdiu voluerint, octo vero per decennium tantum ibi maneant. A. P. R. M. „Altitudo divinae providentiae" Bullar. Ord. Praed. t. IV. p. 320.

6. Jun. (VIII. Id. Jun.) — (15 804—15 805) Lucio Aringherio fratri Hosp. S. Joh. Hieros., qui Praeceptoriam domus S. Petri de Senis in Camollia Hosp. S. Joh. Hieros. resignat, ad certum tempus administrationem dictae Praeceptoriae necnon illius fructus ad ipsius vitam cum jure regressus reservat. „Religionis zelus" Execut. deputat. „Hodie" Arch. Lat. tom. 56 f. 169, b seqq.

— — — (15 806) Execut. deputat, qui praefatam Praeceptoriam Marcello Bartholomaei Donati scholari Senen. ad certum tempus commendent et deinde, si idem Marcellus sit idoneus et professionem emiserit, conferant. „Apostolicae Sedis" L. c. f. 171, b.

— — — (15 807) Nicolao tit. S. Priscae presb. Card. crastina die in festivitate Corp. Christi Missam et alia divina officia in majori altari basil. Princ. Apost. de Urbe celebrandi licentiam concedit. „Magnitudo tuae devotionis" L. 1196 f. 58.

— — — (15 808) Carolo Sabaudiae Duci. Postquam oppidum Chamberiaci ejusd. Ducis ditioni subjectum, quod tunc Gratianopolitan. dioec. erat, in civitatem et ecclesiam S. Sindonis Castri ejusd. civit. in metropolitanam erexit et de persona Johannis Electi Chamberiacen. dictae eccl. providit, eidem Duci jus nominandi et praesentandi personam idoneam ad ecclesiam Chamberiacen. per Rom. Pontificem in archiepiscopum praeficiendam, quoties de cetero quoquo modo vacare contigerit, reservat et concedit. „Dum ad devotionis constantiam" (Sadolet. | D. de Comitibus) L. 1198 f. 250.

— — — (15 809) Execut. deputat, qui Roderico de Avila cler. Abulen. certa heremitoria seu eccl. rurales Abulen. dioec. conferant. G. F. L. 1036 f. 9.

— — — (15 810) Execut. deputat, qui Andreae Bernardini cler. Britonorien. dioec., Mag. Dominici de Viterbio script. fam., par. ecclesiam S. Andreae de Meldula dictae dioec. surrogando conferat. „Vitae ac morum" L. 1052 f. 118, b.

— — — (15 811) Petro Garnerii brev. ap. scriptori confert par. eccl. S. Albini Valliserris Bellicen. dioec. G. D. et F. L. 1052 f. 133, b.

— — — (15 812) Execut. deputat, qui literas Julii PP. II. (d. d. 1506 VII. Id. Mai. Pont. an. III.) decernentes, ut subditi Caroli Ducis Sabaudiae extra dominium ejusd. Ducis ad judicium evocari nequeant, publicent et observari faciant. „Dudum" L. 1048 f. 177.

7. Jun. (VII. Id. Jun.) — (15 813) In favorem Johannis Ferdinandi de Beiar cler. Placentin. par. ecclesiam S. Joh. oppidi de Beiar resignatione Gundisalvi de Salazar sollicitatoris lit. ap. vacantem ecclesiae par. de Candelario Placentin. dioec., quamdiu hanc obtinuerit, unit. „Romanum decet Pontificem" Arch. Lat. tom. 6 f. 348, b.

— — — (15 814) Jacobo de Canciglionibus cler. Nepesin. pensionem ex eccl. Sutrin. et ex civit. et dioec. Sutrin. assignat. „Vitae ac morum" L. 1182 f. 166.

— — — (15 815) Johanni Wagner cler. Herbipolen. dioec., qui in lite inter ipsum et Johannem Glaser cler. ejusd. dioec. super vicaria S. Andreae *secunda Missa* nuncupata sita in choro eccl. Herbipolen. pendente omni juri suo cessit, regressum ad eand. vicariam concedit. G. F. L. 1106 f. 259.

— — — (15 816) Uriono Sonoti confert par. eccl. de Mazerio Virdunen. dioec. „Nobilitas generis" L. 1039 f. 206.

— — — (15 817) Petro de Lacu confert par. eccl. S. Severini oppidi Huyen. Leodien. dioec. „Vitae ac morum" L. 1073 f. 231, b.

1515.

7. Jun. (VII. Id. Jun.) | Romae apud S. Petrum. | (15818) Cum Angelo de Rubeis de Setia, quem communitas et homines civit. Terracinen. potestatem et judicem ad semestre eligere intendunt, dispensat super conditione, ut doctoratum utriusque vel alterius juris habeat. „Cum dil. filii“ (Sadolet.) Div. Cam. t. 72 f. 131, b.

8. Jun. (VI. Id. Jun.) | — | (15819) Mag. Johanni Bapt. de Nasis monasterium S. Ambrosii Biturícen. O. S. A. illi jam alias commendatum, quod Franciscus Daux sine tit. detinet, iterum commendat. „Romani Pontificis“ (Melfit. | Grat. p. secret. B. de Rizonib. | Marin. Coll. F. Attav.) L. 1032 f. 67.

— — — | (15820) Venceslao Nicolai cler. Olomucen. vicariam in eccl. Olomucen. et altare S. Martini in par. eccl. de Oppania Olomucen. dioec. obitu Pauli Wolin vac. confert. G. F. L. 1076 f. 117, b.

— — — | (15821) Rulando Hoffstetter fam. suo providet de capellania ad altare S. Augustini situm in eccl. Brixinen. obitu Sigismundi Tuchinger vac. G. F. L. 1132 f. 28.

— — — | (15822—15823) Honofrio Torosani confert canonic. et praeb. eccl. Arboren. permutat. causa ab Antonio Fillol resignatos. „Apostolicae Sedis“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 56 f. 294 seq.

— — — | (15824—15825) Antonio Fillol confert par. ecclesiam de Selva Majoricen. dioec. a praefato Honofrio permutat. causa dimissam. „Apostolicae Sedis“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 296 seq.

— — — | (15826) Execut. deputat, qui par. ecclesiam S. Christophori et quaedam beneficia Oveten. et Astoricen. dioec. Johanni de Cuellar cler. Palentin. dioec., si nemini sit jus quaesitum, conferat. „Vitae ac morum“ L. 1035 f. 16, b.

— — — | (15827) Mariotto Baltasaris rectori par. ecclesiarum invicem perpetuo unitarum S. Agathae et S. Victoris Montis S. Mariae Pisaurien. dioec. dictas ecclesias vacantes resignatione Pompeji Vicerodulfi (al. Vicerodolphi), cujus nepos praefatus Mariottus existit, confert. „Vitae ac morum“ Execut deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 51 f. 311 seq.

9. Jun. (V. Id. Jun.) | — | (15828) Mag. Bertrando Clerici canon. Maclovien., notario suo et brevium apost. scriptori, regressum ad Thesaurariam eccl. Briocen. concedit. G. D. et F. L. 1126 f. 201.

— — — | (15829—15830) Mag. Baptistae Bernardi de Binis scholari Florentin. et Laurentii SS. Quatuor Coron. presb. Card. affini officium abbreviatoriae liter. apost. de prima visione obitu Petri Gormaz episc. Narnien. vac. concedit. „Laudabilia probitatis“. Paulo de Cesis canon. Spoletan. mandat, ut eund. Bapt. ad dictum officium admitti faciat. „Hodie dil. filio“ L. 1196 f. 56; f. 56, b.

— — | (15831) Bartholomaeum de Caligariis cler. Paduan. Gabrieli Ritio mansionario eccl. Paduan. et magistro chori coadjutorem perp. cum jure successionis constituit. „Apostolicae Sedis“ L. 1037 f. 166, b.

— — — | (15832) Aloysio de Gesualdo Comiti Consan., qui exponit, quod in loco de Ilice Consan. dioec. suo temporali dominio subjecto quoddam monasterium B. M. O. S. B. ad Rom. Eccl. nullo medio pertinens ob bella et alios sinistros eventus reparatione indigeat non mediocri, illiusque ecclesia minus quam deceat libris, calicibus et rebus aliis sit munita, et qui in aedificiorum reparationem et dotis ejusd. monast. incrementum summam 1000 duc. auri exponere intendit, si ipsi ipsiusque haeredibus jus patronatus et praesentandi personam idoneam ad dictum monast. concedatur, sub certa conditione dictum jus concedit. „Constantis fidei“ L. 1032 f. 226, b.

— — | (15833) Pro parte Ludovici Comitis de Camera et domini temporalis oppidi de Chamoux Maurianen. dioec. et Mag. Caroli de Camera cler. dictae dioec. licentiam concedit in oppido de Chamoux unam ecclesiam sub invocat. B. M. V. et ejus genitricis B. Annae construendi et ipsam, cum constructa fuerit, in collegiatam erigit et in ea unum decanatum et quinque canonicatus et totidem praeb. instituit et illis sic erectis pro eorum dote certas decimas et 2000 floren. auri per eumdem Ludovicum assignanda et Prioratum de la Corbiere O. S. B. dictae dioec., quem praefatus Carolus in commendam obtinet, necnon ipsius oppidi de Chamoux et S. Albani ac Castri novi et de Champlorent etc. ejusd. Maurianen. dioec. par. ecclesias et certas capellanias mensae ejusd. eccl. applicat et annectit; statuit inter alia, ut episcopus Maurianen. unum, Ludovicus vero ejusque successores reliquos canonicatus conferre valeant; decanatum inibi primam dignitatem eidem Carolo confert. A. P. R. M. „Inter universa quae Nostris incumbunt humeris peragenda“ (Evangel. | B. de Rizonibus | Bernard. Coll. Donat.) L. 1029 f. 139, b.

— — — | (15834) Execut. deputat, qui Parisoto Cugnini cler. Tullen. dioec. par. ecclesiam S. Martini de Lerro dictae dioec. conferant. „Vitae ac morum“ L. 1061 f. 118.

— — — | (15835) Ferdinando Gomez cler. Toletan. cum jure accessus pensionem super fruct. duarum par. eccl. Seguntin. dioec. reservat. G. F. L. 1077 f. 94.

— — — | (15836) Execut. deputat, qui par. ecclesias S. Bartholomaei et S. Petri Lucan. dioec. invicem perpetuo unitas Tempo (Ind. Thomassio) Bernardi Tempi (Ind. Thomaxii)

1515.

de Emporio presb. Florentin. dioec. in certum eventum conferat. „Dignum arbitramur“ L. 1041 f. 179.

9. Jun. (V. Id. Jun.) Romae apud S. Petrum. (15 837) Urbano Marignat al. Cornuti rectori par. eccl. de Pomeriis prope Villam Francham Lugdunen. dioec. indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ L. 1206 f. 468.

— — — (15 838) Execut. deputat, qui quandam capellaniam par. eccl. S. M. del Castillo oppidi de Madrigal Abulen. dioec. Silvestro Alvari cler. dictae dioec. in certum eventum conferant. Id. init. L. 1027 f. 231, b.

— — — (15 839) Bertrando de Marcilhaco confert canonic. et praeb. eccl. S. Severini extra muros Burdegalen. „Vitae ac morum“ L. 1070 f. 123.

— — — (15 840) Mag. Elziario Geneti notario et fam. suo confirmat canonic. et praeb. ac Sacristiam eccl. Arelaten.[1] G. D. et F. L. 1052 f. 59.

— — — (15 841) Ad preces monialium et conventus monasterii S. Mariae Domnae Aromatae O. S. B. Neapolitan. varia circa abbatissae electionem ordinat; statuit, ut abbatissa per triennium dumtaxat munere suo fungi valeat etc.; iisdemque monialibus concedit, ut gratiis spirit. et indulgentiis monasteriis O. S. B. Congr. S. Justinae concessis uti valeant. „Romanus Pontifex“ (Castilion. | Marciaci. Corbinus | J. de Gais. Coll. S. de Spoleto) L. 1034 f. 242, b.

— — — (15 842) Bertrando de Abbatia rectori par. eccl. S. Laurentii loci de Leno Lascuren. dioec. indult. circa benefic. concedit. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. tom. 49 f. 78, b.

— — — (15 843—15 844) Johanni Faidis al. Beraud rectori par. eccl. S. Romani de Vallenchieres Claromonten. dioec. dictam eccl. resignatione Joh. Feulheti vac. confert. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 198 seq.

— — — (15 845—15 846) Bernardo de Manso rectori par. eccl. S. Petri de Columberiis Sarlaten. dioec. dictam eccl. a Joh. de Manso resignatam confert. Executores deputat. Init. ut supra. L. c. f. 199, b.

— — — (15 847—15 848) Michaeli Perez rectori par. eccl. S. Jacobi loci de Guardia Oscen. dioec. dictam eccl. resignat. Petri Dessolunga vac. confert. Execut. deput. Init. ut supra. Arch. Lat. tom. 51 f. 110 seq.

— — — (15 849—15 850) Nicolao Cueur de Roy rectori par. eccl. de Laurigan Maclovien. dioec. dictam eccl. confert. G. F. Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 163 seqq.

— — — (15 851) Pro parte Joh. Malteby rectoris par. eccl. de Wassyngbueth Lincolnien. dioec. cum dicta eccl. par. ecclesiam de Hemeswell ejusd. dioec. unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ Arch. Lat. tom. 53 f. 209.

— — — (15 852—15 853) Nicolao Castello de Crema cler. Placentin. dioec. pensionem assignat super fruct. par. eccl. S. Pancratii de Gorlago (al. Gurlago) Pergamen. dioec., quam Aloysius episc. Parentin. in commendam obtinet. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 54 f. 247, b seqq.

— — — (15 854) Omnibus in dignitate eccles. constitutis mandat, ut bona et jura Ludovici episc. Maurianen., ad cujus vitam ecclesia Burgien. cum eccl. Maurianen. est unita, efficaciter defendant. „Ad hoc Nos Deus praetulit“ Arch. Lat. tom. 54 f. 72.

— — — (15 855—15 856) Petro Francisco de Costa jun. cler. Albiganen. Praeposituram eccl. S. Laurentii Albiganen. ad certum tempus commendat et deinde confert et par. ecclesiam de las Majadas Conchen. dioec. eidem Praepositurae, quamdiu dictus Petrus eam obtinuerit, unit. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 56 f. 305 seqq.

— — — (15 857—15 858) Raphaeli episc. Ostien. fructus Praepositurae et par. eccl. praedictarum reservat. „Ad personam tuam“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 302 seqq.

10. Jun. (IV. Id. Jun.) — (15 859—15 860) Mauritio Scaloenge capellano in par. eccl. S. Dionysii oppidi S. Audomari Morinen. dioec. pensionem assignat super fruct. par. eccl. de Zermizeele dictae dioec. per Richardum Gheris necnon super fruct. canonic. et praeb. eccl. S. Petri Casleten. ejusd. dioec. per Wilbertum Yoncroye solvendam. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 49 f. 86, b.

— — — (15 861—15 862) Claudio Colleti rectori par. eccl. S. Mauritii de Romans Lugdunen. dioec. dictam eccl. resignatione Joh. Varax vac. confert. Execut. deputat. Init. ut supra. L. c. f. 82 seq.

— — (15 863—15 864) Bartholomaeo Layrici rectori par. eccl. B. M. de Gatuzenis Nemausen. dioec. dictam eccl. a Guillelmo Layrici resignatam confert. Execut. deput. Init. ut supra. Arch. Lat. tom. 50 f. 200 seq.

— — — (15 865—15 866) Johanni Martini cler. Portugalen. dioec. cum jure regressus fructus par. eccl. S. Petri de Villaplana (al. Villapiana) dictae dioec., quae Mag. Francisco de Gomiel cler. Burgen. et script. ap. est collata, reservat. Execut. deputat. Init. ut supra. Arch. Lat. tom. 56 f. 274.

[1] L. 1038 f. 75, b: „can. et praeb. ac Sacrist. eccl. *Aquen.*“ error scriptoris esse videtur.

1515.

10. Jun. (IV. Id. Jun.) Romae apud S. Petrum. (15 867—15 868) Eidem Johanni reservat cum jure regressus fructus par. eccl. B. M. de Pindello Portugalen. dioec. praefato Francisco collatae. Execut. deputat. Init. ut supra. L. c. f. 278 seq.

— — — (15 869) Mag. Ludovico de Advocatis canon. Vercellen. et notario suo indultum circa beneficia concedit. G. D. et F. L. 1205 f. 46.

— — — (15 870) Aloysio S. M. in Cosmedin diac. Card. unum ex canonic. et unam ex praeb. eccl. Ispalen. reservat. „Ad personam tuam“ L. 1029 f. 326, b.

— — — (15 871) Hieronymo Pardellino presb. Lucan., Mag. Matthaei de Giglis script. fam., pensionem super fruct. Prioratus S. Michaelis in foro Lucan. O. S. A. reservat et accessum ad dictum Prioratum concedit. „Vitae ac morum“ L. 1053 f. 211.

— — — (15 872) Hieronymo Baldasaris de Castilloncello cler. Lucan. cum jure accessus pensionem super fruct. praedicti Prioratus assignat. Id. init. L. 1053 f. 213.

— — — (15 873) Stephano Francisco cler. Lucan. cum jure accessus pensionem super fruct. ejusd. Prioratus assignat per Nicolaum de Giglis canon. Lucan. et dicti Prioratus commendatarium solvendam. Id. init. L. 1050 f. 151.

— — — (15 874) Julio Hieronymi Francisci scholari Viterbien. ad certum tempus commendat et deinde confert Prioratum saec. et collegiatae eccl. S. Matthaei in Sonsa Viterbien. ac ex nunc ei confert canonic. et praeb. eccl. S. Joh. de Labriano Balneoregien. dioec. et quasd. capellanias in B. M. de Canapina Ortan. dioec. et S. Laurentii in Lucina de Urbe ecclesiis, si clericali charactere insignitus erit. „Laudabilia“ L. 1190 f. 181.

— — — (15 875) Mag. Dominico Francisci de Viterbio cler. Viterbien., script. et fam. suo, cum jure regressus fructus Priorat., canonic. et praeb. ac capellaniarum praedict. reservat. G. D. et F. L. 1190 f. 184[1].

— — — (15 876) Sansoni de Rupe archidiac. eccl. Cavallicen. Prioratum S. Gervasii O. S. A. Vapincen. dioec. surrogando commendat. „Vitae ac morum“ L. 1120 f. 82.

11. Jun. (III. Id. Jun.) — — (15 877) Bernardo S. M. in Porticu diac. Card. ecclesiam campestrem *clericatum* nuncup. S. Juliae de Casago Brixien. dioec. obitu Bartholomaei de Puteo vac. commendat. „Ad personam tuam“ L. 1028 f. 275 b.

— — — (15 878) Johanni archiepisc. Arelaten. et communitati civit. Arelaten., qui intra vel extra dictam civit. aliquem locum commodum pro construenda una domo Ord. FF. Minor. de observ. nuncup. iisdem fratribus perpetuo concedere cupiunt, licentiam concedit unam domum sub invocat. ab illis eligenda cum ecclesia, campanili etc. pro habitatione nonnullorum fratrum Ord. praedict. construendi ac vicario provinciali prov. S. Ludovici aliquos ejusd. Ord. fratres ibi introducendi tribuit aliaque in favorem ejusd. domus statuit. „Dum ad fructus uberes“ L. 1206 f. 658.

— — — (15 879) Execut. deputat, qui par. ecclesiam de Mazarete Giennen. dioec. Petro Bernardi Hallego cler. Seguntin. dioec. conferant. G. F. L. 1031 f. 205, b.

— — — (15 880) Execut. deputat, qui Prioratum de Mondol O. S. B. Dolen. dioec. Francisco Tourtier cler. Redonen. dioec. surrogando commendet. „Vitae ac morum“ L. 1038 f. 166.

— — — (15 881) Execut. deputat, qui Petro episc. Forolivien. et arch. Rom. Cur. scriptori capellaniam in par. eccl. B. M. de Galodio Brixien. dioec. conferant. „Personam venerabilis fratris“ L. 1030 f. 275.

— — — (15 882) Execut. deputat, qui ecclesiam B. M. *plebaniam* nuncup. prope et extra muros oppidi Ganii ac quamdam capellaniam Januen. dioec. Johanni Bapt. episc. Cavallicen. conferant. Id. init. L. 1041 f. 226.

— — — (15 883) Salvatori Berbiguerii canon. eccl. Uticen. O. S. A. commendat par. eccl. S. Felicis de Mareto Nemausen. dioec. resignatione Mag. Guillermi Boyleau vac. „Religionis zelus“ L. 1050 f. 243.

— — — (15 884—15 885) Mag. Johanni Czinck scriptori et fam. suo confert a) canonicatum et praeb. eccl. S. Andreae Frisingen. obitu Andreae Hyltmayr vac., b) par. eccl. in Unterwaringem Frisingen. dioec. obitu praefati Andreae vac. G. D. et F. L. 1053 f. 112; f. 114.

— — — (15 886) Eid. Johanni confert decanatum eccl. B. M. in Monte Franckforden. Maguntin. dioec. obitu Jacobi Degenhart vac. G. D. et F. L. 1154 f. 117, b.

— — — (15 887) Eidem Johanni confert canonic. et praeb. praedictae eccl. B. M. in Monte obitu praefati Jacobi vac. G. D. et F. L. 1048 f. 239, b; L 1154 f. 120.

— — — (15 888) Christophoro de Andreis cler. Tragurien. servitiis Vincentii episc. Ottocen., Praelati sui dom., insistenti fructus (decimis et pascuis dumtaxat exceptis) canonicatus et praeb. nuncupatae *Boroniza* sitae in insula Slarin ecclesiae Sibinicen., cum ipse in favorem Petri Macionii eis cesserit, loco pensionis ann. reservat. G. F. L. 1111 f. 11, b.

[1] In cod. leg.: IV. Id. Jul. an. III; sed ex tenore hujus docum. eruitur, eadem die illud esse emanatum, qua docum. praeced.

1515.

11. Jun. (III. Id. Jun.) Romae apud S. Petrum. (15889) Ricardo du Fay par. ecclesiam B. Mariae de Altifago Rothomagen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ L. 1036 f. 40, b.

— — (15890) Laurentium de Vernon O. S. A. ad preces Francisci Francorum Regis monasterio B. Mariae de Regali O. S. A. Pictaven. dioec. obitu Andreae de Herbieres vacanti in abbatem praeficit. „Sollicitae considerationis“ (Evangel. | Marciaci. Aloys. p. comp. | Madrigal. Coll. S. de Spoleto) L. 1034 f. 36.

— — — (15891) Hieronymo Suarez cler. Ispalen., Licent. in decr., accessum ad portionem eccl. Ispalen. concedit. „Literarum scientia“ L. 1034 f. 307, b.

— — — (15892) Antonio de Hosteduno Priori Prioratus S. Petri de Pomeriis Clun. Ord. Lugdunen. dioec. Prioratum S. Mauritii de Gilonay O. S. B. Viennen. dioec. cessione Mag. Claudii de Hosteduno vac. commendat. „Religionis zelus“ L 1034 f. 191 bis.

— — — (15893—15894) Mag. Claudio de Hosteduno decano eccl. Valentinen. fructus praefati Prioratus S. Mauritii cum jure regressus reservat. G. D. Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 56 f. 69 seq.

— — — (15895—15896) Nicolao de Beaumont jun. cler. Xanctonen. dioec. Prioratum B. Petri de Cranans O. S. A. dictae dioec. resignat. Nicolai de Beaumont sen. vac. commendat. „Nobilitas generis“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 143 seqq.

— — — (15897—15898) Ambrosio des Herbiers Sacristae monasterii B. M. de Regali O. S. A. Pictaven. dioec., baccal. in decr., par. ecclesiam de Puch inter duo Maria Burdegalen. dioec. commendat. „Religionis zelus“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 54 f. 29 seqq.

— — — (15899) Michaeli Galindo cler. Tirasonen. dioec. confirmat literas, quibus ipsi de canonicatu et praeb. eccl. Tirasonen. obitu Nicolai Silos vac. est provisum. G. F. L. 1105 f. 136.

— — — (15900) Petro Gautier in certum eventum confert ecclesiam S. Trinitatis prope Villam Aurelhaci S. Flori dioec. resignatione Joh. Gautier vac. „Vitae ac morum“ L. 1039 f. 220, b.

— — — (15901) Petro Sotheri vicariam ecclesiae Prioratus S. Juliani O. S. B. Viennen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ L. 1063 f. 33, b.

12. Jun. (Prid. Id. Junii.) — (15902) Episcopo Cavallicen. mandat, ut hospitale pauperum S. Mariae de Rochamador oppidi Clanaxii Iporigien. dioec., quod de jure patronatus laicorum nobilium existens obitu Herculis episc. Augusten. caret rectore, Johanni de Grandimonte nobili et Philibertae de Sabaudia domicellae fam. sub certis conditionibus gubernandum committat. „Gerentes in desideriis“ L 1043 f. 100, b.

— — — (15903) Johanni de Grandimonte par. ecclesiam SS. Petri et Pauli de Sonziaco et Prioratum de Cambana O. S. A. Gebennen. et provinciae Tarantasien. Augusten. dioec. obitu commendatarii Herculis episc. Augusten. vac. commendat. „Nobilitas generis“ L. 1043 f. 99.

— — — (15904) Execut. deputat, qui S. Petri de Colognole et S. Andreae de Vierla ac S. Brigidae etiam de Colognole parochiales necnon sine cura S. Justi de Montrione Florentin. dioec. ecclesias pro parte Leonardi Laurentii Zenobii de Crescis cler. Florentin. in certum eventum uniant easque eidem Leonardo conferant. „Romanum decet Pontificem“ L. 1047 f. 289, b.

— — — (15905—15906) Claudio Obretii confert par. eccl. B. M. de Campoclauso Anicien. dioec. permutat. causa a Petro Belye resignatam. „Apostolicae Sedis“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 49 f. 83, b seq.

— — — (15907—15908) Petro Belye confert par. eccl. S. Eugenii (al. S. Aegidii) de Berenchis Albien. dioec. permutat. causa a praefato Claudio dimissam. Execut. deputat. Init. ut supra. L. c. f. 85 seq.

— — — (15909) Claudio Obretii rectori par. eccl. B. M. de Campoclauso Anicien. dioec. pensionem assignat super fruct. praedictae eccl. S. Eugenii. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 89 seq.

— — — (15910) Cum Gaspare Elrichsheuser scholari Herbipolen., Mag. Jac. Ponzetti script. fam., super defectu natalium dispensat eique indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. tom. 51 f. 283.

— — — (15911) Iis, qui ecclesiam hospitalis pauperum S. Marthae Ispalen., quod sub cura decani et capituli eccl. Ispalen. existit, visitaverint et manus adjutrices porrexerint, indulgentias concedit. „Intenta piis semper operibus“ Arch. Lat. tom. 50 f. 190, b.

— — — (15912) Johanni Dominico de Comitibus scholari Roman., Mag. Dominici de Comitibus nato, indultum concedit circa beneficia, residentiam et ordinum susceptionem. „Laudabilia“ L. 1103 f. 5.

— — — (15913) Hymberto de Montibus Priori Prioratus S. Marcelli de Ganzeto Cluniacen. Ord. Valentinen. dioec., qui juri suo ad Prioratum S. Petri de Rompone dicti Ord. Vivarien. dioec. cessit, domum seu membrum loci de Francillon Dien. dioec. ad dictum Prioratum de Rompone pertin. reservat. „Religionis zelus“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 58. f. 216; f. 217.

1515.

12. Jun. (Prid. Id. Jun.) Romae apud S. Petrum. (15914) Sebastiano de Clavigio cler. Carthaginen., brev. ap. scriptori, privilegia, indulta et facultates concedit. G. D. et F. L. 1046 f. 266.

— — (15915) Eidem Sebastiano indultum circa beneficia concedit. G. D. et F. L. 1066 f. 35, b.

— — — (15916) Eidem Sebastiano, cui Matthaeus S. Angeli diac. Card. et eccl. Carthaginen. administrator benefic. reservavit, reservationem hujusmodi confirmat. G. D. et F. L. 1041 f. 190.

— — — (15917) Johanni Antonio de Vegiis obsequiis Mag. Silvii Passerini datarii insistenti confert par. eccl. SS. Eusebii et Fidei loci Grogliae Vercellen. dioec. obitu Herculis episc. Augusten. vac. G. F. L. 1041 f. 182.

— — — (15918) Execut. deputat, qui Mag. Ludovico de Azelio cler. Taurinen. et notar. suo par. ecclesiam S. Joh. loci Bargiarum Taurinen. dioec. conferant, si Ducis Sabaudiae ejusd. eccl. patroni assensus accedat. G. D. L. 1039 f. 236.

— — — (15919) Ad preces Johannis Mariae et Johannis Christophori de Tinctis civium Cremonensium, fratrum germanorum, possessionem Casalis Morani Cremonen. dioec. ac 150 perticas terrae in territorio Azanelli in agro Cremonen. ad eorum vitam concedit, commutando in hoc voluntatem testatoris Philippi de Tinctis nobilis Cremonen., cujus dicti Johannes Maria et Joh. Christophorus agnati exsistunt. A. F. R. M. „A summo Patrefamilias“ L. 1205 f. 109, b.

— — — (15920) Pro parte capitaneorum partis Guelfae et consulum maris communitatis civitatis Florentin., qui alias cupientes mercatorum suorum Florentinor. et aliorum dictae civitatis subditorum in Urbe et Rom. Curia commorantium utilitati consulere „quaedam capitula et constitutiones inter eos servanda et inter alia cum potestate eligendi inter eos unum Consulem cum duobus consiliariis et uno cancellario seu eorum notario publico, prout in diversis mundi partibus dictae civit. mercatores habent, qui de eorum rebus, causis, litibus et quaestionibus civilibus inter eos tantum cognosceret, statuerunt et ordinarunt“, prout in dictis capitulis vulgari sermone scriptis (quae in latinum translata praesentibus liter. inseruntur) plenius continetur, ad petitionem capitaneorum, consulum et mercatorum in Urbe commorantium praedict. statuta et ordinationes hujusmodi approbat et confirmat et supplet. A. P. R M. „Ea quae pro commodo“ (Evang. | Millin. Gauden | D. de Comitib. Coll. Evang.) L. 1205 f. 53.

13. Jun. (Id. Jun.) — (15921) Johannem Bapt. de Sinibaldis cler. perpet. beneficiatum in eccl. Auximan. in 23. aetatis suae anno constitutum ad cautelam absolvit. „Apostolicae Sedis“ (Benzon | Ph. de Senis) Arch. Lat. tom. 48 f. 101, b.

— — — (15922) Cum eod. Johanne dispensat, ut ecclesiae Auximan. praefici et munus consecrationis suscipere valeat, si 27. aetatis suae annum attigerit. „Divina supereminens largitas“ (Script. iid.) L. c. f. 102, b.

— — — (15923—15927) Eundem Johannem clericali charactere dumtaxat insignitum ecclesiae Auximan., cujus regimini Antonius Archusan. nuper Auximan. episcopus libere cessit, administratorem deputat et, si 27. aetatis suae annum attigerit, eum dictae eccl. praeficit in episc. et pastorem. „Apostolatus officium“ Hanc dispositionem nuntiat a) capitulo eccl. Auximan., b) clero et c) populo civit. et dioec. Auximan. d) vasallis dictae eccl. „Hodie dil. filium“ (Script. iid.) L. c. f. 99 seqq.

— — — (15928) Frederico ex Comitibus de Bichilingen. canon. Colonien., qui chorepiscopatum majoris necnon Praeposituram S. Gereonis Colonien. ecclesiarum obtinet, pensionem assignat super fruct. mensae archiepiscop. Colonien. per Hermannum Electum Colonien. solvendam, cujus electionem in archiep. Colonien. per capitulum factam Pontifex eadem die confirmavit. „Nobilitas generis“ L. 1031 f. 49.

— — — (15929—15930) Andreae Boyssonis obsequiis Philibertae de Sabaudia domicellae insistenti confert canonic. et praeb. ac Cantoriam eccl. B. M. de Stella oppidi Ripolar. Taurinen. dioec. G. F. Execut. deputat. „Hodie“ L. 1031 f. 289, b; f. 290, b.

— — — (15931) Petro Raymondi par. ecclesiam S. Gengulphi Cissiaci Matisconen. dioec. obitu Antonii du Jardin vac. confert. „Vitae ac morum“ L. 1041 f. 88.

— — — (15932) Pro parte Prioris claustralis et conventus monasterii B. M. de Grottaferrata Ord. S. Basilii Tusculan. dioec. et Roberti Fatigati de Montesano cler. Caputaquen. dioec., qui concordiam ad finiendam litem de ecclesia sine cura S. Petri de Montesano Caputaquen. dioec. inierunt, ita ut praefatus Robertus, ejusd. eccl. rector recognitus, eandem ecclesiam in omnibus Priori et conventui praedictis subjectam esse recognosceret et certum censum iis persolveret, concordiam hujusmodi approbat. A. F. R. M. „Ex solita Sedis Apostolicae“ L. 1071 f. 265.

— — — (15933) Jacobo Copin canon. Meten. commendat Prioratum de Rathenella O. S. B. Cabilonen. dioec. „Vitae ac morum“ L. 1066 f. 150.

— — — (15934) Petro Albi baccal. in legibus confert par. eccl. Villorsaugiae Claromonten. dioec. resignat. Georgii de Monte vac. „Literarum scientia“ L. 1063 f. 32.

1515.

13. Jun. (Id. Jun.). Romae apud S. Petrum. (15 935) Mag. Johanni Alphonso de Malvenda caus. P. A. notario canonicatum et praeb. eccl. Tirasonen. obitu Nicolai de Sylos vac. confert. G. D. et F. L. 1040 f. 250.

— — — (15 936) Eidem Johanni literas praeced. confirmat. G. D. et F. L. 1063 f. 139.

— — — (15 937) Johanni Folya par. ecclesiam S. Libariae de Rancuria Tullen. dioec. resignat. Dominici Parvihominis vac. confert. G. F. L. 1128 f. 190.

— — — (15 938) Johannem Nicolai Praepositum eccl. Tricastrin., U. J. doct., Johanni episcopo Apten., cujus nepos idem Joh. Nic. existit, circa regimen ecclesiae Apten. coadjutorem deputat ad suum et Sedis Ap. beneplacitum. „Romanus Pontifex“ (A. Melfit. | Marciaci. Aloys. p. comp. | D. de Comitib. Coll. H. de Cesis) L. 1026 f. 12.

— — — (15 939) Execut. deputat, qui Johanni Perez Navarro cler. Caesaraugustan. dioec., arch. Rom. Cur. scriptori, duo benef. Dertusen. dioec. conferre curent. G. D. et F. L. 1034 f. 220.

— — — (15 940) Mag. Hippolyto de Cesis canon. Interamnen. et notario suo concedit regressum seu accessum ad canonicatum et praeb. eccl. Cameracen., de quibus cum Daniele de Cappella litigavit. G. D. et F. L. 1044 f. 63, b.

— — — (15 941) Sigismundo Trotto Ferrariensi scribit, gratam sibi fuisse cantilenam sibi missam, seque de ipso remunerando cogitare. „Quam ad Nos scriptam, probe sane et multa musicae artis suavitate atque dulcedine aspersam cantilenam attulit Vincentius Mutinensis missam abs te“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 218. Ed. Bemb. L. X. ep. 37 p. 85.

14. Jun. (XVIII. Kal. Jul.) — (15 942) Execut. deputat, qui a Johanne Bapt. Electo Auximan. fidelitatis juramentum recipiant. „Cum Nos pridem“ Arch. Lat. tom. 48 f. 103.

— (15 943) Johanni Bapt. Electo Auximan. concedit, ut a quocunque maluerit cathol. antistite ad sacros et aetate legit. ipsi suffragante ad presbyteratus ordines promoveri et ab eod. seu quocunque alio episc. munus consecrationis recipere valeat. „Cum Nos pridem“ L. c. f. 104.

— — — (15 944) Officiali Patavien. mandat, ut Wolfgango Goder cler. Patavien. dioec., si idoneus sit, par. eccl. in Kinchdorff dictae dioec. conferat. „Dignum“ Arch. Lat. tom. 55 f. 65.

— — — (15 945) Execut. deputat, qui bona et jura Wilhelmi abbatis et conventus monasterii S. Amandi in Pabula O. S. B. Tornacen. dioec. defendant. „Militanti Ecclesiae“ Arch. Lat. tom. 50 f. 56, b.

— — — (15 946) Petro Gernain (Ind.: Germain) Licent. in U. J. archipresbyteratum de Lussaco Pictaven. dioec. confert. „Literarum scientia“ L. 1107 f. 54.

— — — (15 947) Execut. deputat, qui in certum eventum par. ecclesiam de Naves Gebennen. dioec. Bernardino de Sabaudia cler. Taurinen. obsequiis Philibertae de Sabaudia, Juliani de Medicis uxoris, insistenti conferant. G. F. L. 1035 f. 192, b.

15. Jun. (XVII. Kal. Jul.) — (15 948) Mag. Guillelmo Cassador. cler. Vicen., U. J. doctori et capellano suo, pensionem assignat ex dioec. Urgellen. G. D. et F. L. 1131 f. 257.

— (15 949) Execut. deputat, qui Didaco Diaz cler. Corduben. obsequiis Petri tit. S. Eusebii presb. Card. insistenti par. ecclesiam B. M. de Trabada Mindonien. dioec. conferant. G. F. L. 1049 f. 273.

— — — (15 950) Mag. Latino de Benassais cler. Roman. et notar. suo concedit regressum ad par. ecclesiam SS. Simonis et Judae de Vitriano Lucan. dioec. et ad illi annexam Operariam, Nicolao Gabrielis cler. Lucan. cedente vel decedente. G. D. et F. L. 1043 f. 41, b.

— — — (15 951) Oliverio Figureau rectori par. eccl. S. Joh. de Prigue Nanneten. dioec. dictam ecclesiam obitu Jacobi Chederant vac. confert. G. F. L. 1049 f. 278.

— — — (15 952) Philippo de Garda confert par. eccl. S. Martini de Francellens Lugdunen. dioec. „Vitae ac morum“ L. 1027 f. 132.

— — — (15 953) Execut. deputat, qui Bernardo Caplana cler. Gerunden. dioec. beneficium sub invocat. Omnium Sanctorum in eccl. Gerunden., quod quondam Joh. Saquer obtinebat, conferant. G. F. Arch. Lat. tom. 43 f. 241.

— — — (15 954) Execut. deputat, qui Johanni de Vockmek canon. eccl. S. Lebuini Daventrien. Trajecten. dioec., si idoneus sit, Scholastriam dictae eccl. conferat. „Dignum“ Arch. Lat. tom. 50 f. 252.

— — — (15 955—15 956) Johanni de Diepholt canon. praedictae eccl. S. Lebuini, qui praefatam Scholastriam resignat, pensionem ex ead. dioec. per Johannem de Vockmek supradictum solvendam assignat. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 44 f. 273 seqq.

— — — (15 957) Execut. deputat, qui Mag. Johanni Czinck cler. Augusten. prov. Magunt., script. et fam. suo, canonicatum et praeb. eccl. in Rostorff Herbipolen. dioec. obitu Joh. de Geisa vac. conferant. G. D. et F. Arch. Lat. tom. 50 f. 138.

— — — (15 958) Execut. deputat, qui praefato Johanni Czinck, canonicatum et praeb. eccl. in Hunfeldt Herbipolen. dioec. obitu Joh. de Geisa vac. conferant. G. D. et F. L. c. f. 140.

1515.

15. Jun. (XVII. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum. (15 959—15 960) Mag. Joh. de Beka scriptori suo confert par. eccl. de Vomecuria Tullen. dioec. resignatione Joh. Monachi de Quineyo (al. Luneyo) vac. G. D. et F. Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 51 f. 159 seqq.

16. Jun. (XVI. Kal. Jul.) — (15 961) Didaco de Sancti Vañes cler. Legionen. pensionem assignat super fruct. monasterii S. Vincentii de Montfort O. S. B. Lucen. dioec. Congregationi Vallisoleti perpetuo uniti. „Vitae ac morum“ L. 1060 f. 180.

— — — (15 962) Mag. Gundisalvo de Cabredo scriptori suo confert par. eccl. de Langa Oxomen. dioec. G. D. et F. L. 1048 f. 236.

— — — (15 963) Execut. deputat, qui Hippolyto S. Luciae in Silice diac. Card. portionem eccl. Oveten., de qua cum Joh. Petri de Villaviciosa litigavit, commendet, si neutri litigantium jus competat. „Ad personam“ L. 1144 f. 156, b.

— — — (15 964—15 965) Johanni Mariae de Passere cler. Iporigien. dioec. cum jure regressus fructus par. eccl. S. Nicolai de Alice dictae dioec., quae Antonio Baiandini confertur, reservat. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 56 f. 350 seq.

— — — (15 966) Dominico episc. Lucerin. in Rom. Curia residenti mandat, ut in causa litigiosa inter Andream Lipomanum fratrem Hospit. in provincia Prussiae O. B. Mariae Theutonicorum et Philippum de Lapide super Praeceptoria domus S. Trinitatis Venetiar. dicti Ord., literas, quibus dicto Andreae eadem Praeceptoria obitu Alberti Theutonici vac. collata fuit, valere decernat, et si neutri litigantium ad illam jus competere cognoverit, Praeceptoriam ipsam eidem Andreae, qui Nicolai Electi Bergamen. nepos exsistit, conferat. „Religionis zelus“ L. 1086 f. 265, b.

— — — (15 967) Johanni Ferdinando Trugillo cler. Placentin. dioec. fam. suo et Innocentii SS. Cosmae et Dam. diac. Card. obsequiis insistenti benefic. ad disposit. episc. Placentin. pertin. reservat. G. F. L 1073 f. 237.

— — — (15 968) Henricum Smidtburgk cler. Merseburgen. dioec. et U. J. doct. Georgio Schombergk canon. Numburgen. senio confecto coadjutorem deputat cum jure successionis. „Circumspecta Sedis“ L. 1039 f. 119, b.

— — — (15 969) Raphaeli episc. Melfien., qui canonicatum et praeb. eccl. S. M. de Vineis Januen. resignavit, fructus eorum reservat et jus regrediendi ad eos concedit. „Personam tuam“ L. 1111 f. 233.

— — — (15 970) Eidem Raphaeli episc. regressum concedit ad canonic. et praeb. eccl. Januen. Id. init. L. 1111 f. 229, b.

— — — (15 971) Dominico episc. Lucerin. in Rom. Curia residenti mandat, ut Brunoni de Teteleben cler. Maguntin. dioec. par. ecclesiam seu praeposituram ruralem nuncup. S. Andreae in Dore Verden. dioec. surrogando conferat. „Vitae ac morum“ L. 1044 f. 306, b.

— — — (15 972) Sechardo Scroderken fam. suo confert par. eccl. S. Mauritii de Enger Monasterien. dioec. G. F. (Colot. Grat. de mand. Enckenw. | Marciaci. Coll. de Spol.) L. 1063 f. 82.

— — — (15 973—15 974) Nicolao tit. S. Priscae presb. Card. cum jure regressus et disponendi de beneficiis omnes fructus Prioratus S. Johannis extra muros Gebennen. O. S. B. et par. ecclesiae S. Stephani Casalis Majoris Cremonen. dioec. reservat. „Ad personam tuam“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 54 f. 111, b seqq.

— — — (15 975) Execut. deputat, qui Prioratum S. Joh. praedictum Urbano Electo Forojulien. commendent. „Personam dil. filii“ L. c. f. 115, b.

— — — (15 976) Execut. deputat, qui eidem Urbano par. ecclesiam S. Stephani supradictam commendent. Id. init. L. c. f. 113, b.

17. Jun. (XV. Kal. Jul.) — (15 977) Petro tit. S. Eusebii presb. Card. commendat par. ecclesiam S. Marci de Fautello et ecclesiam forsan paroch. S. Mariae de Ridicampo cum de Bara et S. Marci capellis ac aliis forsan annexis obitu Petri Francisci Caesaris de Galeata vac. et ecclesiam olim hospitale pauperum Accurrumbeni alias Columbani de Rivocanali Britonorien. dioec., de qua alias dicto Petro Francisco provisum erat. „Dum exquisitam“ L. 1042 f. 152.

— — — (15 978) Eidem commendat canonic. et praeb. eccl. Adrien. ac par. eccl. S. Stephani de Martiana Adrien. dioec. obitu praefati Petri Francisci vac. Id. init. L. 1042 f. 155.

— — — (15 979) Antonio de Longuenal canon. eccl. *capellae sanctae* nuncup. Palatii regalis Bituricen. indultum concedit circa beneficia. „Nobilitas generis“ L. 1206 f. 484, b.

— — — (15 980) Execut. deputat, qui Prioratus S. Johannis Polen. et S. Nicolai de Levada Aquilegien. Hosp. S. Joh. Hieros. invicem unitos resignat. Petri Bembi vac. Innocentio Superchio al. de Sinibaldis cler. Pisaurien., camerario Juliani de Medicis fratris germani Pontificis, qui in conventu Rhodi dicti Hosp. virtutum Domino famulari cupit, ad certum tempus commendent et deinde, vel etiam antea, si professionem emiserit, conferant. „Apostolicae Sedis“ L. 1033 f. 77.

— — — (15 981) Florentinos hortatur, ut Laurentio Medici dari jubeant eos libros sibi mittendos,

1515.

quos Angelus Politianus a perveteribus a Florentinis publice asservatis Justinianarum legum et Digestorum libris sua ipse manu descripsit. „Valde Nobis opus est“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 218. Ed. Bemb. L. X ep. 38 p. 85.

17. Jun. (XV. Kal. Jul.) | Romae apud S. Petrum. | (15 982) Execut. deputat, qui pro parte Francisci episc. Milopotamen. et Valerii de Nigris civis Roman. contractum locationis circa certum molendinum in de Arcadi et certas possessiones in quibusdam locis Milopotamen. dioec. ad mensam episc. Milopotamen. pertin. inter utrumque ineundum juxta Constit. Pauli PP. II. examinent. „His quae pro ecclesiarum“ Arch. Lat. tom. 54 f. 233.

18. Jun. (XIV. Kal. Jul.) | — | (15 983) Execut. deputat, qui Scholastriam eccl. S. Bartholomaei Leodien. obitu Johannis de Castilliono vac., cum Alfonsus Baldelli de Cortona cler. Cortonen. ac Mag. Nicolaus Badoche canon. Leodien. juri suo cesserint, si eam vacare repererint, Constantino Copis cler. Roman., Walteri Copis lit. ap. script. nato, conferant. „Laudabilia dil. filii“ L. 1089 f. 225.

— — — | (15 984) Henrico Heythoff rectori par. eccl. B. M. V. de Lichtart Cameracen. dioec. dictam eccl. obitu Nicolai Cloot vac. confert, Arnoldo Goltwert cler. Colonien. dioec. juri suo cedente. „Vitae ac morum“ L. 1059 f. 129, b.

— — — | (15 985) Johanni de Cadelhono rectori par. eccl. S. Martini de Ponsaco Agennen. dioec. obsequiis Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. insistenti extendit indultum circa beneficia per Julium PP. II. ipsi concessum. G. F. L. 1100 f. 164, b.

— — — | (15 986) Ricardo du Val monacho O. S. B. Prioratum S. Petri de Gennevilla dicti Ord. Rothomagen. dioec. commendat. „Religionis zelus“ L. 1119 f. 41.

— — — | (15 987) Mag. Joh. Bapt. Nasio secretario et fam. suo canonicatum et praeb. eccl. S. Petri de Castronovo Bituricen. dioec. et archidiaconatum Suliacen. et decanatum Feritatis Aureni ecclesiarum cum canonicatibus earund. eccl. atque de Venone et S. Galteri Aurelianen. et Bituricen. dioec. par. ecclesias confert. G. D. et F. L. 1050 f. 27.

— — — | (15 988) Francisco Clement jun. canon. eccl. S. Marcelli de S. Marcello prope et extra muros Parisien., qui par. ecclesiam S. Gervasii de Vitriaco Parisien. dioec. permutat. causa resignat, confert canonicatum et praeb. praefatae eccl. S. Marcelli de S. Marcello a Francisco Clement sen. simili modo resignatos. „Apostolicae Sedis“ L. 1050 f. 57.

— — — | (15 989) Philiberto Arnoul par. ecclesiam de Vitriaco Parisien. dioec. confert, cum Franciscus Clement sen. juri suo cesserit. „Vitae ac morum“ L. 1050 f. 54.

— — — | (15 990—15 991) Ludovico de Gnordonio cler. Caturcen. dioec. par. ecclesiam S. Quirini de Vorquanteria Caturcen. dioec. resignatione Vitalis Blas vac. cum eccl. ei annexa S. Petri de Rampone ejusd. dioec. ad certum tempus commendat et deinde confert. „Laudabilia“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 53 f. 207 seqq.

— — — | (15 992) Marcum de Rorgues presb. Lemovicen. dioec., U. J. doctorem et commendatarium depravati monasterii B. Bartholomaei de Benavento O. S. A. Lemovicen. dioec., qui a religiosis reformationi resistentibus multas insidias passus, gravium criminum accusatus crudelibus carceribus est mancipatus, a reatibus forsan ab eo perpetratis et censuris et poenis ecclesiasticis absolvit aliaque in ejus favorem statuit. „Sedes Apostolica pia mater“ L. 1205 f. 118.

— — — | (15 993) Guillermo de Ranello confert Prioratum secularem S. Felicis de Altocornu Ruthenen. dioec. resignat. Bertrandi de Cenareto vac., Claudio de Chalenconio cler. Anicien. dioec. juri suo cedente. „Laudabilia“ L. 1035 f. 45, b.

— — — | (15 994) Bertrando de Cenareto (al. Senareto), qui permutat. causa praedictum Prioratum resignavit, Prioratum S. Petri de Ruppecisa et par. ecclesiam S. Martini de Lomberiis Ruthenen. et Albien. dioec., quos praefatus Claudius ead. de causa resignavit, confert. „Apostolicae Sedis“ L. 1035 f. 47.

— — — | (15 995—15 996) Guillermo de Ranello al. Codonhat confert canonic. et praeb. eccl. Ruthenen. resignatione Claudii de Chalenconio vac. „Laudabilia“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 56 f. 50 seq.

— — — | (15 997—15 998) Guillermo Migot presb. Petragoricen. dioec. pensionem assignat super fruct. par. eccl. S. Hilarii de Luneriaco dictae dioec. per Petrum Matthaei ejus rectorem solvendam. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 47 f. 41 seqq.

— — | (15 999) Guillermo Migot par. ecclesiam seu illius perp. vicariam B. M. de Trelissaco Petragoricen. dioec. a Petro Matthaei resignatam confert. „Vitae ac morum“. L. 1053 f. 261, b.

— — — | (16 000) Execut. deputat, qui Mag. Carolo de Cornone canonico Maurianen. et notar. suo Prioratum de Bessalio O. S. A. Bisuntin. dioec., si neutri litigantium jus competat, commendet. G. D. Arch. Lat. tom. 56 f. 64 b.

— — — | (16 001 – 16 002) Leonardo Merigneti presb. Lemovicen. dioec. commendat Prioratum S. Petri de Cabanesio O. S. A. dictae dioec. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 49 f. 5 seqq.

1515.

18. Jun. (XIV. Kal. Jul.) Romae apud S. Petrum. (16 003—16 004) Johanni Cheret canon. monasterii S. Bartholomaei prope et extra muros Noviomen. O. S. A. par. ecclesiam S. Petri de Maissemy Noviomen. dioec. per canonicos dicti monast. teneri solitam et resignatione Joh. Cailly canon. ejusd. monast. vac. confert. „Religionis zelus“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 208 seq.

— — — (16 005) Execut. deputat, qui Henrico Brandis rectori par. eccl. in Hilgenstede (al. Hilligenstede) Bremen. dioec. par. eccl. in Schonevelde et vicariam in par. eccl. S. Laurentii extra et prope oppidum Itzeho dictae dioec. conferant. „Vitae ac morum“ L. 1063 f. 216.

— — — (16 006) Johanni de Reillac Praeposito ecclesiae S. Juniani Lemovicen. dioec. et not. suo monasterium S. Petri de Stirpo O. S. A. Lemovicen. dioec. iterum commendat. „Romani Pontificis“ (Evang. | Marciaci. Aloys. p. comp. | Cabredo. Coll. Donat.) L. 1042 f. 83.

— — — (16 443) Mag. Bertrando Clerici archidiac. eccl. Leonen. et not. suo regressum ad eccl. par. de Lonargat Trecoren. dioec. concedit. G. D. et F. L. 1150 f. 96, b.

— — — (16 444) Mag. Francisco de Carvajal not. suo, Bernardini episc. Sabinen. nepoti, confert canonicatum et praeb. eccl. Caurien. obitu Ludovici de Medrano vac. G. D. L. 1044 f. 10.

— — — (16 445) Ducem Venetiarum hortatur, ut adesse ac favere velit Sebastiano Maradino cler. Veneto, not. et fam. suo, commissario collectori proventuum et jurium Camerae apost. in universo dominio Veneto deputato. „Cum dil. fil. Sebastianum Maradinum“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 28; t. 31 p. 61.

— — — (16 446) Sorori Angelae de Lignamine abbatissae S. Clarae Ord. Min. Messanen. concedit, ut munus benedictionis a quocunque catholico antistite in illis partibus residente recipere valeat. „Pro meritorum tuae devotionis sinceritate“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 27; t. 31 p. 60 (ubi 10. Jul.)

— — — (16 447) Theseo et Thomae Petri Antonii civibus Perusinis prorogat ad triennium concessionem Postae Clusii Perusin. *le cappanne* nuncupat., quam jam ad biennium eisdem locaverat. „Superioribus mensibus“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 26; t. 31 p. 58.

— — — (16 448) Regi Angliae scribit, se binas ejus literas 22. Mai. Gremvici datas accepisse, quarum alteris Rex declaret, sibi gratum fuisse, Pontificem Legationis munus Moravien. sua (Regis) causa interdixisse, quarum alterae non mediocrem habeant significationem animi Regis, quid ipse archiepiscopi Eboracen. causa velit et quantum ejusd. causa pro Pontificis erga illum voluntate gratias agat; si Regis desideria quandoque non illico adimpleantur, eam esse rationem, quod multa magis maturanda consilio sint, et Pontifex vener. fratrum suorum consiliis utatur. „Quod Nostrum est, nec destitimus unquam tibi deferre benevolentiam Nostram, et in futurum quotidie erimus paratiores talemque Nostrum erga te animum et factis et dictis omni ratione comprobabimus; merita autem est majestas tua amplissime, ut, si homines esse volumus, hanc perpetuam erga te geramus voluntatem, quae si vetera sua in Nos et dictam Sedem officia, quae commemorat, non haberet, — habet autem plurima et maxima — quanti esset hoc tamen, quod in recentibus literis tuis est positum, majestatem tuam se suaque omnia Nobis dedicasse, Nostrum esse explorare, quo ducere velimus te secuturum, nec quemque vel bis germanum tuum, qui Nobis adversarius sit, amicum tibi futurum: ea verba Nobis non atramento et calamo sed regali quadam fide, benevolentia, magnanimitate perscripta videntur, quo dono nullum Nobis praestantius; nec vero regnum ullum tantum est, quod Nos potiusque talem Regem Nostrum esse cupiamus. Sunt igitur illa et erunt in animo ac memoria Nostra infixa sempiterna. Placebat autem Nobis majorem in modum praeclaram hanc inter nos institutam esse societatem, ut Nos et haec S. Sedes magnum in tua virtute praesidium positum haberemus, tui vero nominis et honoris amplificatio non mediocrem ab eadem Sede acciperet occasionem. Nam S. R. Ecclesia, etsi omnibus divinis humanisque rationibus ita est munita, ut sit apud pios et magnos Principes maxime venerabilis, tamen interdum fit, ut inter insolentias impetusque bellorum parum tuta suam obtineat majestatem; omnino in Deo et D. N. J. Chr. confidimus, nihil tale eventurum esse, verumtamen expertis omnia circumspicienda et praecavenda sunt . . . Quid ergo Nobis et eidem Sedi optatius, quam habere tantum Regem patronum quodammodo et propugnatorem dignitatis ecclesiasticae. At parte ex altera majestas tua in eis locis imperium obtinet, unde difficilis est excursus ad laudem magnis rebus gerendis, quantum tu dignus es, acquirendam. Non debet autem celsitudo animi tui eis gloriae terminis contenta esse, quos tibi regionis istius tuae natura circumscripsit. Quae si tibi vera ratio videtur, qui aditus illustri (corr. illustrior) aut quae occasio splendidior, quam vocante S. R. E. communi tua et omnium matre

1515.

suscipere te exercitationem istius tuae maximae et praestantissimae virtutis, ex qua tuum nomen cum singulari gloria in grata et praesentis et futuri saeculi commemoratione versetur, adjuncta etiam aeterna apud Deum vita, cujus haec inter homines perpetuitas quasi umbra quaedam est, nulla quidem ratione cum illa comparanda, sed tamen a magnis Regibus minime repudianda . . . Erit proprium majestatis tuae suscipere in filialem fidem et protectionem perpetuo auctoritatem et dignitatem hujus S. Sedis, quod non tam hortamur majestatem tuam, ut facias, quam quando hoc ultro tu Nobis benignissime detulisti, gratias tibi maximas agimus, aliquanto libentius re ipsa relaturi; quod in dies ut cognoscas operam dabimus. Verum de his rebus totoque animo Nostro mandavimus ven. fratri episc. Wingornien. Oratori apud Nos tuo, ut ad majestatem tuam plenissime scriberet. Nos et in honore praedicti Eboracen. et in ceteris omnibus, quae te velle quaeque ad te pertinere agnoverimus, singularem tibi fidem benevolentiamque praestabimus.“ „Accepimus binas“ Brev. ad princ. t. 5 f. 202, b.

12. Jul. (IV. Id. Jul.) Romae apud S. Petrum. (16 449) Archiepiscopo Eboracen. suum amorem et benevolentiam manifestat eumque inter homines, quibus praecipuo confidit, paene principem habet; Regem Angliae laudibus extollit; „libentissime fatemur, quantum tua pro Nobis fraternitas apud illum Regem excubet . . . agimus quidem fraternitati tuae etiam verbis gratias, sed re ipsa referre malumus . . . tuam fraternitatem omni studio hortamur, ut conservare Nobis et benevolentiam tuam et illius Regis amorem non desistas“; episcopum Wigornien. latius ei esse perscripturum nuntiat. „Ex literis fraternitatis tuae amantissime et officiosissime scriptis“ L. c. f. 145.

13. Jul. (III. Id. Jul.) — (16 450—16 451) Gundisalvo Capata decano eccl. Palentin. cum jure regressus fructus canonic. et praeb. dictae eccl. reservat. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 51 f. 177 seq.

— — — (16 452) Execut. deputat, qui Johanni Capata cler. Legionen. dioec. canonic. et praeb. praedict. conferat. „Laudabilia“ L. c. f. 181, b.

— — — (16 453—16 454) Christophoro Plata (al. Pratas) accolito capellano suo confert canonic. et praeb. eccl. B. M. de Yria del Padron Compostellan. dioec. resignat. Lupi Coton vac. G. D. et F. Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 171 seq.

— — — (16 455—16 456) Lupo Coton cler. Compostellan. pensionem assignat super fruct. par. eccl. S. Mametis de Arbores Compostellan. dioec. per praefatum Christophorum Plata solvendam et accessum ad dictam par. eccl. necnon regressum ad supradictos canonic. et praeb. concedit. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 43 f. 14, b seqq.

— — — (16 457) Juliano de Medicis, quem S. R. E. capitaneum gener. nominavit, 300 equites cataphractos ipsius immediato ductu regendos cum stipendio convenienti tradit et assignat. „Cum te pridem praestantibus meritis“ Brev. tom. 41 p. 304.

— — — (16 458) Robertae Busson Priorissae Prioratus de Cappella Janczon O. S. B. Redonen. dioec. pensionem super fruct. Prioratus de Ploesbiheni ejusd. Ord. Trecoren. dioec. per Catharinam Busson ejusd. Robertae germanam sororem persolvendam assignat. „Religionis zelus“ L. 1089 f. 221, b.

— — — (16 459) Petro Gombault confert par. ecclesiam de Lya Bituricen. dioec. „Vitae ac morum“ L. 1057 f. 135.

— — — (16 460) Execut. deputat, qui Johanni Lobera cler. Valentin. beneficium eccl. Majoricen. conferant. G. F. L. 1077 f. 119, b.

— — — (16 461) Francisco de Palude cler. Bisuntin. dioec., cum quo super natalium defectu dispensatum est, Prioratum de Misereyo O. S. A. Basileen. dioec. cessione Desiderii Millot vac. commendat. „Vitae ac morum“ L. 1074 f. 40, b.

— — — (16 462) Gerardo Hominis Mag. Genesii de Prato lit. apost. abbrev. par. ecclesiam S. Petri de Piro Tullen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ L. 1035 f. 132.

— — — (16 463) Execut. deputat, qui Aemilio de Blanchis cler. Bononien. capellaniam ad altare S. Sebastiani situm in eccl. S. Petronii Bononien. obitu Gulini de Campegio vac., cum Bonapars de Tibaleis cler. Bononien. juri suo cesserit, conferant. G. F. L. 1050 f. 173, b.

— — — (16 464) Capitulo eccl. Mednicen. ac clero et populo civit. et dioec. Mednicen. necnon vasallis dictae eccl. mandat, ut Nicolaum Razivil Electum Mednicen. et administratorem hujus eccl. grato recipientes affectu possessionem administrationis hujusmodi tradant eumque ad perceptionem fructuum admittant. „Nuper ecclesia vestra“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 29; t. 31 p. 63.

— — — (16 465) N. N. Desiderium habendi proprium episcopum approbat, cum de oppido satis opulento et hominibus referto agatur; populum ad episcopum honeste sustentandum ex facultatibus suis conferre oportere. „Legimus libenter vestras literas, quas ad Nos scribitis de Sansepulcralium“ Brev. tom. 41 p. 305.

1515.

14. Jul. (Prid. Id. Jul.) Romae apud S. Petrum. (16 466—16 467) Johanni Le Vaire rectori par. eccl. de Brenio supra Alonam Andegaven. dioec. dictam eccl. a Maturino Pidoux resignatam confert. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 49 f. 36 seq.

— — — (16 468—16 469) Theobaldo Hessz perpet. capellano ad altare S^mae^ Trinitatis situm in eccl. S. Theobaldi oppidi Thaim Basileen. dioec. capellaniam ad dictum altare confert. Execut. deputat. Init. ut supra. Arch. Lat. tom. 51 f. 239 seq.

— — — (16 470—16 471) Bernardino de Vauldrey archidiac. eccl. Constantien. prov. Rothomagen. indultum circa visitationem concedit. „Meruit tuae devotionis“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 56 f. 84; f. 84, b.

— — — (16 472) Petro Ardinghello civi Florentin., cui ob fida obsequia fratri suo Juliano de Medicis, cujus idem Petrus secretarius existit, et sibi ipsi praestita ad vitam officium notariatus Camerae provinc. Marchiae concessit, cum dictus Petrus 1600 duc. Pontifici mutuo tradiderit, concessionem circa officium notariatus praedictum eidem Petro factam innovat eamque etiam ad vitam Nerii scholaris Florentin., ejusd. Petri nati, extendit, ita ut dictus Nerius post obitum praefati Petri, si superstes fuerit, officium praedictum, quoad vixerit, exercere valeat, quae concessio, nisi prius restitutis 1600 duc. praedict., revocari non possit. „Constantis fidei“ L. 1194 f. 151.

— — — (16 473) Francisco Martinez confert canonic. et praeb. eccl. Visen. resignatione Jacobi Ferdinandi vac. „Vitae ac morum“ L. 1085 f. 16.

— — — (16 474) Pro parte Mag. Johannis Galeatii Boschetti cler. Mutinen., notar. et fam. sui, unionem duorum beneficiorum in ecclesia Mutinen., invicem perpetuo unitorum per quondam Barnabam de Boschettis et Jacobum de Cesariis cives Mutinen. fundatorum confirmat, ea in pristinum statum, in quo ante eorum dissolutionem ordinar. auctoritate factam existebant, restituens, et pro potiori cautela ipsa beneficia denuo perpetuo invicem unit. A. P. R. M. „Ex injuncto Nobis“ L. 1041 f. 173.

— — — (16 475) Nicolao episc. Pistorien. ad Julianum de Medicis gentium armorum ad S. R. E. stipendia militantium capitaneum gener. et alias terras et loca, ad quae ipsum Julianum declinare contigerit, Nuntio cum potestate Legati de latere. „Cupientes, ut non solum cives et incolae civitatum temporali dominio R. E. subjectarum in pacis et tranquillitatis amoenitate quiescant et in eorum solitis devotione et fidelitate erga praefatam Ecclesiam eorum matrem ferventius perseverent, sed etiam tota Italia pacis amoenitate fruatur ... dil. fil. nob. virum Julianum de Medicis Nostrum secundum carnem fratrem germanum et gentium armorum ad Nostra et dictae R. E. stipendia militantium capitaneum generalem ad omnia civitates, terras et loca dictae R. E. subjecta misimus, ut quies et pax ipsa in locis praedictis per Nos desiderata votivae prosperitatis successibus perfruatur et destinatio ipsius Juliani ad praemissa loca eos operetur effectus, propter quos per Nos missus fuit, ac sperantes, quod tu, qui in magnis expertus et in arduis comprobatus existis, et de cujus probitate, sollertia et diligentia et consilii maturitate ea in agendis experientia aliisque grandium virtutum donis, quibus personam tuam illarum largitor Dominus insignivit, illa quae tibi ... committenda duximus, probe, sollicite, fideliter et prudenter exsequeris, te ad praefatum Julianum et ... civitates, terras et loca, ad quae ipsum Julianum declinare contigerit, et etiam ad Principes, ad quos ipse Jul. te destinandum expedire cognoverit, Nostrum et Ap. Sedis Nuntium cum plena potestate Legati de latere destinamus per praesentes tibi mandantes, ut ad dictum Julianum et ... loca tam in Italiam quam extra eam, ad quae ipse Julianus te destinandum cognoverit, te conferas et apud ipsum Jul. et alios Principes tota mente ea agas et tractes, quae ad effectum consequendae optatae civitatum et terrarum R. E. quietis et Italiae pacis hujusmodi noveris expedire, ut per ipsum Jul. tuo consilio in civit. terris et locis praedictis quaecumque iniqua et, quae contra sacros canones existunt, evellantur et dissipentur, ac justa et laudabilia aedificentur, construantur atque plantentur, deformata reformentur ... te geras, prout coelestis gratiae infusio tuaque prudentia tibi subministrabit ... ut votis Nostris plenius satisfacere valeas, tibi plenariam facultatem ... concedimus.“ (L. Card. SS. Quatuor | J. Sadol.) Brev. t. 41 p. 320—325 n. 108.

— — — (16 476) Juliano de Medicis in Parmae, Placentiae et Mutinae civit. S. R. E. generali gubernatori ac exercitus S. R. E. capitaneo generali commendat episcopum Pistorien., quem nuntium cum potestate Legati de latere velut providum ac fidelem assistentem pro occurrentibus Sedis Apost. negotiis ac praecipue pro civitatum et locorum S. R. E. subjectorum quiete ac totius Italiae pace et tranquillitate destinavit. „Experti jamdiu“ (Sadolet.) Brev. tom. 3 n. 30; t. 31 p. 65; t. 41 p. 368. (Card. SS. Quatuor | Sadolet.)

— — — (16 477) Gerardo Priori. „Humanum esse existimamus, cum major dignitas et altior honor accessit, non oblivisci eorum, quos in minoribus dileximus, et quorum officia Nobis tum, cum minus poteramus, grata extiterunt. Cum igitur grato animo recordemur, Nobis adolescentibus et in Pisano gymnasio bonis literis et artibus operam dantibus,

1515.

quam officiosus fuerit erga Nos dil. fil. Marcus Prior Castri Franchi, sciamusque valde opportunam ipsi suisque rebus posse accidere benevolentiam tuam, hortamur devotionem tuam in Domino, ut Nostra contemplatione eum amare, fovere et benignissime complecti omnibus in rebus velis, quod et Nos data occasione sumus facturi; facies Nobis rem valde gratam.“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 32; t. 31 p. 68.

14. Jul. (Prid. Id. Jul.) Romae apud S. Petrum. (16 478) Baroni Rapinellae civi Beneventano prorogat terminum ad comparendum coram Pontifice, quem Antonius de Paccis dictae civit. gubernator vigore aliar. liter. ei assignavit. „Licet superioribus diebus“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 31; t. 31 p. 66.

— — — (16 479) Ducem Mediolani hortatur, ut puniat quosdam de Cribellis cives Mediolan., qui bona, loca et incolas monasterii de Passione Mediolan. Ord. canon. regul. S. Aug. Congreg. Lateran. caede et ruinis affecerant et in vigilia fest. Apost. Petri et Pauli monasterium de Casoleto Mediolan. Ord. et Congr. praedict. armata manu invadentes septem canonicos crudelissime trucidarunt et alios ad mortem vulnerarunt, quia cum iisdem canonicis via juris litigantes succubuerant vel succumbere timebant. „Accepimus non sine ingenti mentis Nostrae molestia“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 33; t. 31 p. 69.

15. Jul. (Id. Jul.) — (16 480) Attendens, quod in toto regno Poloniae una metropolitana videl. Gnesnen. ecclesia existit, cui omnes aliae dicti regni ecclesiae metropolitico jure ac etiam metropolitan. ecclesia Leopolien. in terris Russiae ad ipsum regnum pertinentibus sita primatiali jure sunt subjectae, et quod Johannes de Lasko modernus archiep. Gnesnen., si non solum metropolitico et primatiali sed etiam Legationis jure praeesset et ratione dignitatis primatialis Legationis officium haberet, jurisdictionem suam salubrius exerceret, ac venustati eccl. Gnesnen. et dicti regni, cujus Reges et incolae S. Sedi semper fideles esse consueverunt, plurimum consuleretur, ad instantiam Sigismundi Poloniae Regis dictum Joh. et p. t. existentem archiepisc. Gnesnen. Legatum natum constituit. A. P. R. M. „Pro excellenti praeeminentia“ (Sadolet. | D. de Comitibus). L. 1198 f. 251. Bzov. Annal. eccl. contin. a. 1515 n. 23 p. 257. 258.

— — — (16 481) Dominico Ruffi cler. Tullen. dioec. accessum et ingressum ad par. ecclesiam de Gerveyo Meten. dioec. concedit „Vitae ac morum“ L. 1173 f. 82.

— — — (16 482) Johanni Queenenoy canon. Trecoren. obsequiis Francisci episc. Praenestin. insistenti accessum concedit ad par. eccl. Tredrez Trecoren. dioec. G. F. L. 1134 f. 30.

— — — (16 483—16 484) Petro Calabaza baccal. in decr. beneficium in par. eccl. S. Pelagii oppidi de Paradilla Palentin. dioec. confert. „Literarum scientia“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 56 f. 254 seqq.

— — — (16 485—16 486) Lamberto Muykens beneficium ad altare S. Spirit. situm in eccl. S. Joh. Evang. de Buscoducis Leodien. dioec. resignat. Petri Godefridi Sbrouwers vac. confert. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 43 f. 1 seq.

— — — (16 487) Pro parte rectoris et consilii civitatis Ragusin. monasterium insulae Melitae O. S. B. Ragusin. dioec. eidem civitati satis propinquum ex eo vacans, quod archiepiscopus Ragusin. Bernardum dicti monast. abbatem ob ejus culpas regimine ejusd. monast. privavit, Congregationi monachorum Montis Cassinen. per abbatem annualem, civem et subditum dictae civit., qui per conventum eligatur, juxta mores ejusd. Congregat. regendum perpetuo unit. A. P. R. M. „Cathedram praeeminentiae“ (Evang. | B. de Rizonib. Gerona | Cyprian. Coll. Attav.) L. 1043 f. 184.

— — — (16 488) Ascanium de S. Severino in suum familiarem continuum commensalem recipit. „Promeretur virtus“ (Sadol.) Brev. t. 3 n. 34; t. 31 p. 72.

— — — (16 489) Petro Bondan Petri tit. S. Eusebii presb. Card. obsequiis insistenti, si nemini sit jus quaesitum, confert decanatum ruralem de Dono Petro de Limite Redonen. dioec. G. F. L. 1065 f. 56.

— — — (16 490—16 491) Jacobo Delphini rectori par. eccl. S. Martini de Ercourt Belluacen. dioec. dictam eccl. a Nicolao Jacobi resignatam confert. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 50 f. 259 seqq.

— — — (16 492) Cum monasterium B. M. V. in insula de la Strophadia vulgari graeco nominata Ord. S. Basilii Cephalonen. dioec. a 14 annis citra a Turcis omnibus bonis spoliatum et monachi quasi omnes in captivitatem abducti essent, plures ex illis postmodum fidelium eleemosynis redempti sunt, reliqui vero in servitute remanserunt, pro eorum redemptione eleemosynas largientibus indulgentias concedit. „Creator omnium“ Arch. Lat. tom. 43 f. 58, b.

16. Jul. (XVII. Kal. Aug.) — (16 493) Johanni Matthaeo Valdina cler. Panormitan. accedente consensu Ferdinandi Siciliae Regis patroni, commendat monasterium S. Nicolai de Lafico Ord. S. Basilii Messinen. resignatione Antonii de Vergilio vac. „Romani Pontificis“ (Melfit. | Millin. Gauden | Bernard. Coll. H. de Cesis) L. 1049 f. 131, b.

— — — (16 494) Arnaldo Guillermo de Pratis rectori par. eccl. B. M. de Audignono Aduren. dioec. Prioratum S. Perdulfi sive Perdoni intra duo maria O. S. B. Burdegalen. dioec. commendat. „Vitae ac morum“ L. 1053 f. 304, b.

1515.

16. Jul. (XVII. Kal. Aug.) | Romae apud S. Petrum. | (16 495) S. Crucis Segobien. et S. Pauli Vallisoleti Palentin. dioec. Ord. FF. Praed. de observantia nuncupat. domorum Prioribus. Nonnulla statuit pro celeriori effectu consequendo aliarum liter., quibus ad eorund. Priorum preces singulis sacristiis dictar. domorum, ut fratrum sustentationi et supportationi onerum ipsar. sacristiarum facilius consuleretur, beneficia in Castellae et Legionis regnis consistentia usque ad summam 500 duc. perpetuo univerat. „Dudum pro parte vestra“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 39; t. 31 p. 81.

— — | — | (16 496) Rodericum Osorium Comitem de Lemos hortatur, efficiat, ut Petrus tit. S. Eusebii presb. Card. possessionem pacificam assequatur monasterii S. Christinae de Ribadesil in termino de Caldelas ac Prioratus S. Vincentii de Pombeiro S. Ben. et Cluniacen. Ord. Aurien. et Licien. dioec., quos dicto Cardinali ad sex menses commendavit. „Superioribus diebus“ (Sadolet.) Brev. tom. 3 n. 38; t. 31 p. 80.

— — | — | (16 497) Omnes literas in favorem abbreviatorum literar. apostolic. ab Apost. Sede hactenus emanatas approbat, confirmat et supplet. Qua subscriptione opus sit, ne literae S. Sedis irritae habeantur, declarat ac poenas contra easdem literas legitima subscriptione carentes sollicitantes atque iisdem utentes decernit. Omnes tam de majori praesidentia quam de minori parco et prima visione abbreviatores clericos in suos et S. Sedis notarios sine praejudicio de numero participantium notariorum recipit et tam clericos quam laicos abbreviatores eosdem nobiles et aulae Lateranen. Comites et milites creat eosque suos et successorum familiares continuos commensales vere et essentialiter esse decernit etc.[1] A. P. R. M. „Summi bonorum omnium“ (Evangel. | D. de Comitibus. Coll. H. de Cesis) L. 1043 f. 161—166, b; Bull. Rom. ed. Taur. t. V p. 631. Const. 15.

— — | — | (16 498—16 499) Aegidio Astrologi confert canonic. et praeb. eccl. Ortan. et beneficium in eccl. S. Laurentii extra muros Ortan. resignatione Mag. Gundisalvi de Salazar script. vac. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 56 f. 118 seq.

— — | — | (16 500) Francisco Trigory cler. Andegaven., Mag. Joh. Cheminart script. fam., indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. tom. 49 f. 316.

— — | — | (16 501) Execut. deputat, qui Bartholomaeo de Crottis presb. Cremonen., si idoneus sit, capellaniam ad altare S. Georgii situm in eccl. Cremonen. resignatione Gasparis de Crottis vac. conferat. „Dignum“ Arch. Lat. tom. 43 f. 73.

— — | — | (16 502—16 503) Gaspari de Crottis presb. Cremonen. cum jure regressus fructus praefatae capellaniae reservat. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 50 f. 249, b seq.

17. Jul. (XVI. Kal. Aug.) | — | (16 504) Antonio de Robles et nonnullis aliis pro clericis se gerentibus mandat, ut intra sex dies canonicatum et praeb. eccl. Ispalen., quos quondam Petrus de Fuente obtinebat, Raphaeli episc. Ostien. dimittant. A. F. R. M. „Ex debito pastoralis officii“ L. 1206 f. 617.

— — | — | (16 505) Eustachio de Petruchiis (al. Petrutiis) fam. suo confert Praeceptoriam domus S. Joh. Bapt. Veteris Urbevetan. Hosp. S. Joh. Hieros. obitu Nicolai Luciae vac. G. F. L. 1093 f. 35, b.

— — | — | (16 506) Execut. deputat, qui eidem Eustachio de Petrutiis Praeceptori domus S. M. de Templo Parmen. dicti Hosp. Praeceptoriam S. Joh. Bapt. Veteris de Platea Urbevetan. ejusd. Hosp. conferant. G. F. Arch. Lat. tom. 43 f. 227.

— — | — | (16 507) Mag. Nicolaum de Chasteaubriend cler. Lucionen. de nobili genere procreatum in suum et Sedis Ap. notarium recipit. „Pii Patris Altissimi“. L. 1029 f. 82.

— — | — | (16 508) Ad petitionem Petri de Oriola cler. Caesaraugustan. ex bonis, quae olim Maria Cortes uxor quondam Johannis Cabrero militis Cesaraugustan. in suo testamento

[1] „Nomina autem modernorum abbreviatorum sunt haec: Paulus de Planca, Franciscus Bregeon, Johannes Copis, Ieronimus Benzon, Alvarottus de Alvarottis, Philippus de Agnellis, Octavius de Cesis, Petrus Lamberti, Genesius de Prato, Johannes Danielis, Johannes Langher, Petrus de Ben, Thomas Probst, Bernardus de Accoltis, Baptista de Palmis, Garsias de Gibraleon, Jacobus de Mantua, Paulus Lantes, Franciscus Gauden, Petrus Franciscus de Burgarinis, Guillelmus Bertrandi, Johannes Antonius de Radicibus, Johannes de Lerma, Didacus Vallo, Johannes de Burgarinis, Ieronimus de Millinis, Franciscus Sfortia, Ventura de Venturis, Jacobus de Bonisauguriis, Caesar de Riario, Julius de Phano, Simon Portius, Joannes Baptista de Peregrinis, Marcus Veccia, Jacobus Cardella, Jacobus de Comitibus, Andreas Cibo, Petrus Wolkow, Johannes de Aragona, Franciscus Spinola, Richardus de Alidoxiis, Johannes Franciscus de Fulgineo, Vincentius de Alexandris, Cardolus de Cardolis, Johannes de Loaysa, Galeatius de Riario, Andreas Mercatelli, Ieronimus de Butiis, Petrus de Accoltis, Andreas de Bondelmontibus, Johannes de Aureduna, Vincentius Caraffa, Laurentius de Medicis, Petrus de Gabrielis, Alexander de Venturis, Hannibal de Carphantonibus, Scipio de Lancellottis, Lucas de Alagon, Johannes Baptista Palavicinus, Aloysius de Gibraleon, Prosper de Mochis, Andreas Calcagni, Garsias de Lerma, Eduardus Cicada, Baptista de Binis et Augustinus Spinula.“ L. 1043 f. 166.

1515.

assignavit, unam capellaniam in eccl. collegiata Prioratus B. M. V. de Pilari Caesaraugustan. O. S. A. canonicor. regular. juxta dictae testatricis voluntatem erigit eamque praefato Petro confert. A. P. R. M. „Ex injuncto Nobis“ (J. de Lerma | Ingenw. C. de Liazariis | G. de Rubeis Coll. F. de Attav.) L. 1155 f. 283.

17. Jul. (XVI. Kal. Aug.) Romae apud S. Petrum. (16 509) Duci Sabaudiae. Cum a quibusdam Helvetiorum ducibus intercepta fuerint apud Rivolum serica quaedam per mercatores civitatis Lucen. Lugdunum Flandriamque destinata, hortatur eund. Ducem, ne permittat, mercatores ipsos ceterosque cives Lucen. industriae hujusmodi maxime deditos, tam gravi injuria affligi, rogatque efficiat, ut mercatores ipsi suum recuperent, ne ipse Dux, ut libertas securitasque in sua ditione violetur, sciens pati videatur. „Significarunt Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 36; t. 31 p. 77.

— — — (16 510) Cardinali Sedunen de eodem raptu scribit eumque hortatur, ut gratia et auctoritate sua, quae maxima est apud Helvetios, operam dare velit, ut merces praedictae Lucensibus, quanto minori dispendio fieri potest, restituantur. „Significarunt Nobis“ (Sadol.) Brevia tom. 3 n. 36 A; t. 31 p. 79.

— — — (16 511) Similiter mutatis mutandis Duci Mediolani scribit. L. c. in nota ad praeced. liter.

— — — (16 512) Indulgentiam 40 dierum concedit fidelibus eleemosynas porrigentibus Johanni Soriano Maronitae, qui limina BB. Ap. Petri et Pauli visitavit et ad S. Jacobum in Compostella pergere intendit. „Cum dil. filius Johannes“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 130; t. 31 p. 298.

— — — (16 513) Scholastico eccl. Aurien. ac Officiali Licien. mandat, ut possessionem monasterii S. Christinae de Ribadesil ac Prioratus S. Vincentii de Pombeiro Aurien. et Licien. dioec. (v. n. 16 496) Petro tit. S. Eusebii presb. Card. tradant. „Superioribus diebus“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 35; t. 31 p. 73.

— — — (16 514—16 515) Antonio Budeaul presb. Matisconen. dioec. pensionem assignat super fruct. par. eccl. S. Andreae dictae dioec. per Reginaldum Dubreul solvendam „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 51 f. 31 seq

— — — (16 516—16 517) Hippolyto S. Luciae in Silice diac. Card. commendat canonic. et praeb. eccl. Regin. obitu Hieronymi de Cassolis vac. „Ad personam tuam“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 58 seqq.

— — — (16 518) Execut. deputat, qui Gerardi de Ponte canon. eccl. S. Andreae Colonien. bona et jura defendant. „Militanti Ecclesiae“ Arch. Lat. tom. 55 f. 286, b.

— — — (16 519) Aegidio Maximi rectori par. eccl. S. Petri Serperisiae Viennen. dioec., decr. doctori, indultum circa beneficia concedit. „Literarum scientia“ Arch. Lat. tom. 57 f. 172.

— — — (16 520) Nicolaus et Lucas Nigendorp fratres Caminen. dioec. Sepulchrum Dominicum et nonnulla alia loca sacra ultramarina visitare venerant et eundo intra Marsiliam et Januam civitates cum pluribus aliis Christianis per Mauros in servitutem abducti sunt; praefato Nicolao relaxato Lucas ejus frater in captivitate retinetur; fidelibus pro ejus redemptione eleemosynas largientibus indulgent. concedit. „Creator omnium“ Arch. Lat. tom. 50 f. 25.

18. Jul. (XV. Kal. Aug.) — (16 521) Joh. Mariam de Tonsis archidiac. eccl. Bobien. et U. J. doct. Nicolao de Galasinis canon. eccl. Mediolanen. coadjutorem constituit in administratione canonicatuum et praeb. eccl. Mediolan. et eccl. S. Theclae Mediolanen. cum jure successionis. „Circa pastoralis officii debitum“ L. 1080 f. 171.

— — — (16 522) Mag. Gundisalvo de Cabredo script. et fam. suo confert beneficium in par. eccl. B. M. de Mendiguren Calaguritan. dioec. G. D. et F. L. 1053 f. 272, b.

— — — (16 523) Bernardino de Sachomanis rectori par. eccl. *capellae* nuncup. S. Bartholomaei de Camino Ceneten. dioec. dictam eccl. confert. „Vitae ac morum“ L. 1035 f. 203.

— — — (16 524) Execut. deputat, qui capellaniae de los Vozcarras nuncup. par. eccl. S. Petri Villae de Cuera Caesaraugustan. dioec. duo beneficia ejusd. eccl. uniant et dictam capellaniam Sanctino (al. Sanctio) Martinez cler. Oxomen., si medietatis patronorum assensus accedat, conferant. „Vitae ac morum“ L. 1045 f. 15, b.

— — — (16 525) Guillermo Darsac fam. suo capellaniam ad altare S. Columbani situm in eccl. Leonen. a Radulpho de Coatenscourre resignatam confert et pensionem super fruct. par. eccl. de Ploezoch Trecoren. dioec., quam dictus Radulphus obtinet, assignat et accessum, ingressum seu regressum concedit ad canonic. et praeb. eccl. Trecoren., qui resignatione ipsius Guillermi vacantes praefato Radulpho conferuntur. G. F. L. 1028 f. 307, b.

— — — (16 526) Radulpho de Coatenscourre rectori par. eccl. de Ploezoch Trecoren. dioec. concedit, ut provisio et pensio ac indultum supradicta vim validae permutationis habeant, ut nullum jus eidem Radulpho in praefatis canonicatu et praeb. necnon Guillermo praedicto in capellania, pensione, accessu, ingressu et regressu antedictis acquiratur, nisi tempore resignationis idem Guillermus in canonic. et praeb. atque

1515.

		idem Radulphus in capellania hujusmodi jus habuerint. „Laudanda Sedis Apostolicae rectitudo“ L. 1080 f. 251, b.
18. Jul. (XV. Kal. Aug.)	Romae apud S. Petrum.	(16 527) Mag. Francisco Richardi canon. Nanneten. et notar. suo, qui obsequiis Laurentii tit. SS. Quatuor Coron. presb. Card. insistit, regressum, ingressum seu accessum concedit ad par. eccl. S. Radegundis de Mosnieres Nanneten. dioec., cedente vel decedente Oliverio Richardi canon. Nanneten. G. D. L. 1093 f. 81, b.
— —	—	(16 528) Locumtenenti Legati et Prioribus artium civit. Perusiae. Cum A. tit. S. Praxedis presb. Card. Perusiae Umbriaeque Legatus pro firmiore quiete civit. Perusiae et insolentium repressione certum numerum civium et nobilium designaverit, prout in capitulis ab eod. Card. editis apparet: deputationem civium hujusmodi cum praedictis capitulis approbans Locumtenenti et Prioribus praefatis mandat, ut in illis contenta observent et observari faciant. „Intelleximus dil. filium Nostrum“ (Card. SS. Quatuor | Sadolet.) Brev. tom. 41 p. 308.
19. Jul. (XIV. Kal. Aug.)	—	(16 529—16 530) Martzolffo Veszler canon. eccl. SS. Michaelis et Petri Argentin. pensionem assignat super fruct. par. eccl. Villae Virdenheim Argentin. dioec. per Nicolaum Brun solvendam. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 43 f. 176, b seqq.
— —	—	(16 531) Guidoni Hoguerel fam. suo par. ecclesiam seu decanatum S. Petri de Itinere Redonen. dioec. obitu Johannis Hamon vac. confert. G. F. L. 1064 f. 147, b.
— —	—	(16 532) Arnaldo de Vado presb. confert canonic. et praeb. eccl. Narbonen., quos quondam Hamon Le Veyer obtinebat. „Vitae ac morum“ L. 1050 f. 257.
— —	—	(16 533) Gundisalvo Ruiz confert beneficium in par. ecclesiis invicem perpetuo unitis de Hornachuelos Corduben. dioec. a Santio de Pavia permutationis causa resignatum. „Apostolicae Sedis“ L. 1050 f. 261.
— —	—	(16 534) Execut. deputat, qui Bernardino Roderici cler. Salamantin. dioec. par. ecclesiam loci de Berlangas Oxomen. dioec., quam quondam Ferdinandus Alphonsi obtinebat, surrogando conferat. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. tom. 43 f. 70.
— —	—	(16 535) Cum confratres confraternitatis hospitalis B. M. de Populo et S. Jacobi in Augusta de Urbe statuerint, ut de cetero dictum hospitale *infirmorum incurabilium* denominetur et in eo omnes infirmi quovis (praeterquam epidimiae et leprae) morbo infecti recipiantur, ac regimen ejusd. hospit. quatuor custodibus et duodecim consiliariis competat et duo syndici et duo notarii necnon quatuor visitatores eligantur etc., statuta praedicta approbat et dictum hospitale in archihospitale caputque omnium hospitalium pauperum infirmorum incurabilium erigit illiquc omnia constructa et construenda infirmorum incurabilium hujusmodi hospitalia immediate subjicit. Syndicis et visitatoribus praefatis facultatem concedit infirmos per Urbem vagantes, si curabili morbo laborent, ad sub imagine Salvatoris vel S. Spiritus in Saxia et alia hospitalia, in quibus tales recipi solent, conduci, si vero incurabili morbo laborent, in S. Jacobi hospitali etiam invitos recipi faciendi. Indulgentias et privilegia adjungit. A. P. R. M. „Salvatoris nostri Domini Jesu Christi“ (infra: Grat. p. Deo. B. de Rizonibus | Cabredo. Coll. Amerin.) L. 1035 f. 81. Bullar. Roman. ed. Taurin. tom. V. p. 640.
— —	—	(16 536) Regem catholicum hortatur, ut procuratoribus Raphaelis episc. Ostien. Card. S. Georgii favere velit ad capiendam possessionem canonic. et praeb. eccl. Ispalen., qui obitu Petri de Fuentes vac. eidem Cardin. commendati sunt. „Superioribus diebus“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 40; t. 31 p. 85.
— —	—	(16 537) Ludovico ex Comitibus de Stalberghe confert canonic. et praeb. eccl. Maguntin. „Nobilitas generis“ L. 1117 f. 281.
— —	—	(16 538) Mag. Johanni de Madrigal script. et fam. suo quasd. eccl. rurales Giennen. dioec. confert. G. D. et F. L. 1142 f. 35.
— —	—	(16 539) Luchesino de Luchesinis cler. Carpentoraten. dioec. pensionem assignat super fruct. par. eccl. SS. Simonis et Judae de Vitriano Lucan. dioec. per Nicolaum de Gabrielis solvendam. „Vitae ac morum“ L. 1049 f. 211, b.
— —	—	(16 540) Arnaldo de Vado, par. ecclesiam S. Caeciliae de Cupiaco Cabradesii Carcassonen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ L. 1049 f. 90.
— —	—	(16 541) Unum ex canonic. et unam ex praeb. et unam ex dignitatibus Palentin. et Leodien. ecclesiarum et unum vel plura certi valoris benefic. in dioec. Ispalen. consistentia suae dispositioni reservat. A. F. R. M. „Etsi canonicatuum“ L. 1198 f. 132.
— —	—	(16 542) Cum in erectione officii secretariatus ac etiam postea auct. apost. gubernia, arces et alia officia ad certam pecuniae summam secretariis p. t. existentibus solvendam taxata fuerint, ac nonnulli hujusmodi taxas solvere recusent, declarat, omnes ad eam solvendam teneri, etiamsi Cardinalatus aut aliquo alio honore fungantur, quum congruum et honestum sit, ut illi, qui Legationum, guberniorum, vicariatuum, arcium aliorumq. officiorum honores ac emolumenta percipiunt, etiam onera ferre debeant. „Cum in institutione et erectione“ Div. Cam. t. 64 f. 187.

1515.

20. Jul. (XIII. Kal. Aug.)	Romae apud S. Petrum.	(16 543—16 544) Ludovico Forcandi cler. Tolosan. pensionem assignat super fruct. par. eccl. S. Petri de Pradis in Alione Appamiar. dioec. ab ipso resignatae. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 56 f. 148 seq.
— —	—	(16 545—16 546) Guillelmo Vergerii praedictam par. eccl. confert. Execut. deputat. Init. ut supra. L. c. f. 150 seq.
— —	—	(16 547—16 548) Mag. Petro Bezerro caus. P. A. notario, qui unum in loci de la Torre el Campo Giennen. dioec. et alterum in S. Johannis Giennen. par. ecclesiis beneficia permutat. causa resignat, canonicatum et praeb. eccl. B. M. oppidi de Ubeda Giennen. dioec. ead. de causa a Francisco de Valtodano dimissos una cum Thesauraria dictae eccl. confert. „Apostolicae Sedis“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 49 f. 238, b seqq.
— —	—	(16 549) Execut. deputat, qui canonicatum et praeb. eccl. Tarvisin. resignatione Bonini de Boninis vac., cum Petrus Lippomanus cler. Venetiar. juri suo cesserit, Johanni Amelio de Ameliis cler. Ariminen., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ Arch. Lat. tom. 58 f. 189, b.
— —	—	(16 550—16 551) Petro Lippomano cler. Venetiar. regressum ad praefatos canonic. et praeb. concedit. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 192, b seq.
— —	—	(16 552—16 553) Bonino de Boninis decano eccl. Tarvisin. fructus dictorum canonic. et praeb. reservat. Execut. deputat. Init. ut supra. L. c. f. 191 seq.
— —	—	(16 554) Universis filiis et haeredibus quondam Roberti de Leonibus civis Florentin. declarat, literas, quibus Sixtus IV. dicto Roberto et haeredibus jus patron. et praesentandi personam idoneam ad par. eccl. *plebem* nuncup. S. Vincentii Vallispesae Florentin. dioec. concessit, si certam summam in restaurationem dictae eccl. exposuisset, et alias ejusd. Sixti IV. literas circa licentiam summam praedictam in emptionem bonorum immobilium pro ead. eccl. convertendi emanatas in omnibus valere declarat, ac si in iis omnia rite expressa sint. „Sincerae devotionis“ Arch. Lat. tom. 56 f. 202.
— —	—	(16 555) Raphaelo Petrutio episc. Grossetanorum et Romanae arcis praefecto, ut fructum aliquem benevolentiae Pontif. et curae, quam ipse in arce Rom. custodienda impendit, percipiat, Carrantianam domum cum hortis, quae ad portam Vaticanam egressis Urbem prima omnium se ostentat, donat, ita tamen, ut illa haeredes ipsius non sequatur. „Ut amoris erga te“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 131, b; Ed. Bemb. L. X. ep. 46 p. 87.
— —	—	(16 556) Hieronymo de Vagninis cler. Urbinat. cum jure accessus et ingressus pensionem super fruct. par. eccl. S. Sergii Urbinat. per Federicum de Veteranis persolvendam assignat. „Vitae ac morum“ L. 1138 f. 53, b.
— —	—	(16 557) Andreae de Raymondo Johanne par. ecclesiam S. Dionysii de Pilla Burdegalen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ L. 1046 f. 55.
— —	—	(16 558) Execut. deputat, qui Gutterrae de Albanon cler. Syracusan. canonicatum et praeb. eccl. Syracusan. ac ecclesiam S. Crucis extra muros Syracusan. obitu Orlandi Logonensis al. de Banalebergo vac. conferant. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. tom. 43 f. 81.
— —	—	(16 559) Execut. deputat, qui ecclesiam S. Panthaleonis Andren. dioec. per fratres Ord. S. M. Teutonic. Hieros. teneri solitam et obitu Joh. Chebel vac. Guillelmo Hispano presb. dictae dioec., dummodo idoneus sit, conferat, si ipse Guillelmus in fratrem Hospit. S. M. Teutonic. Hieros. receptus professionem emiserit. „Apostolicae Sedis“ Arch. Lat. tom. 50 f. 115.
— —	—	(16 560) Mag. Benedicto Gentili cler. Januen. script. et fam. suo indultum circa beneficia concedit. G. D. et F. L. 1205 f. 117.
— —	—	(16 561) Execut. deputat, qui Dominico de Petris cler. Avinionen. et arch. Rom. Cur. script. canonicatum et praeb. eccl. Avinionen. surrogando conferat. G. D. et F. L. 1031 f. 91.
— —		(16 562) Execut. deputat, qui par. ecclesiam S. Quintini Mart. de Dalhy Leodien. dioec. resignat. Jacobi Bossart vac. Henrico Le Gro presb. Remen. dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum arbitramur“ Arch. Lat. tom. 56 f. 115.
— —	—	(16 563) Francisco Francorum Regi gratias agit, quia circa possessionem capiendam monasterii B. Juliani Turonen. Innocentio SS. Cosmae et Dam. diac. Card. commendati, ut Pontifex ex literis Panthaleonis Cibo accepit, facilem et promptum se exhibuerit. „Accepimus nuper“ (Sadol.) Paris. Arch. Nat. L. 330 n. 5.
— —	—	(16 564—16 565) Johanni Bachodi Registri lit. ap. scriptori confert par. ecclesiam SS. Cosmae et Damiani de Montevarnerio Maurianen. dioec. resignatione Gaspardi de Cheveluto vac. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. 1030 f. 25 seq.
— —	—	(16 566) Wolfgango Madalshamer cler. Patavien. dioec., Mag. Camilli de Liazariis script. sui fam., pensionem super fruct. par. eccl. S. Margaretae in Naterbach dictae dioec. cum jure accessus seu regressus assignat. „Vitae ac morum“ L. 1059 f. 259.

1515.

20. Jul. (XIII. Kal. Aug.) | Romae apud S. Petrum. | (16 567) Johanni de Lupis cler. Casalen. pensionem assignat super fruct. canonic. et praeb. eccl. SS. Celsi et Juliani de Urbe. „Vitae ac morum“ L. 1096 f. 69.

— | — | (16 568) Regem Poloniae hortatur, ut juxta decretum Conc. Lateran., quo salubriter institutum est, ut ad ecclesias provinciarum ab infidelibus, haereticis et schismaticis occupatarum et locorum vicinorum nulli nisi probitate, doctrina et religione referti promoverentur, probos viros doctrina et religione praestantes, si quas ecclesias ditionis ipsius vacare contigerit, Romano Pontifici proponat. „Inter alia quam plurima“ (Sadol.) Brev. t. 41 p. 334.

— — | — | (16 569) Nobili viro Borsio de Calcagninis domino temporali Castri Fusignani Faventin. dioec. mandat, ut opem et operam efficaces adhibeat, ut Franciscus de Capponibus cler. Florentin., cubic. secr. et fam. Pontif., manuteneatur in possessione ecclesiar. invicem unitarum S. Johannis in Liba et S. Sabini ultra Castrum Fusignani dictae dioec. „Alias cum de S. Johannis“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 46; t. 31 p. 99.

— — | — | (16 570) Silvio episcopo Aversano. Indulgentiam plen. elargitur omnibus rite dispositis, qui primae Missae per eund. episcopum in eccl. Aversan. in pontificalibus celebrandae aut benedictioni in fine illius dandae interfuerint. „Cupientes fraternitati tuae“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 132; t. 31 p. 302.

— — | — | (16 571) Johanni archiepiscopo Gneznensi, qui officium secretariatus majoris, quod Cancellariatum regni Poloniae appellant, exercens librum compilaverat, in quo Constitutiones, statuta, privilegia, indulta ac literas tam apostolicas quam imperiales et regias in archivis et aliis locis publicis reperta in unum collegerat, absolutionem tribuit a censuris, si quas incurrerit, nonnullas publicando constitutiones, quae contra libertatem ecclesiasticam esse videntur. „Accepimus siquidem“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 44; t. 31 p. 97.

— — | — | (16 572) Augustino de Moris de Brixia Ord. F. F. Praed. de observantia professori. Quum a sex annis citra officium inquisitionis haereticae pravitatis, jam dudum per professores domus S. Dominici Brixien. Ord. Praed. de observ. Congregationis Lombardiae in dicta civitate et districtu recte et laudabiliter per multos annos gubernatum, ad manus similium professorum forensium, qui practicam et mores patriae Brixien. non ita ut indigeni sciunt et illud raro per se ipsos exercent, pervenerit, ad preces Aloysii Icardi gubernatoris et civium ac nobilium ejusd. civit. necnon hominum principaliorum societatis S. Petri Mart. de la Cruce nuncupatae officium ipsum, revocatis supradictis forensibus, per praefatum Augustinum pluribus virtutum donis insignitum et civibus praedictis apprime gratum regendum et gubernandum decernit. „Quia officium“ (Sadol.) Brev. tom. 3. n. 41; t. 31. p. 87; t. 41 p. 328.

— — | — | (16 573) Episcopo N. declarat, concessionem de conferendis beneficiis ipsi factam posterioribus Constitutionibus contrariis non revocari. „Dudum ex certis“ Brev. tom. 3 n. 43; t. 31 p. 94.

— — | — | (16 574) Regi Poloniae, qui velut christianae reipublicae defensor acerrimus contra hostes christiani nominis bella fere continua gerit, significat, se contentari ut observentur conditiones initae inter ipsum Regem et Johannem archiep. Gneznen. aliosque Praelatos et clerum provinciae dicti archiep., quibus cautum fuerat, ut contributis una vice per clerum dictae provinciae 40 000 flor. clerus ipse eximeretur ab exactionibus et bellicis expeditionibus, excepto casu, quo rex in generalem regni expeditionem proficisceretur, ita ut, si hoc pluribus vicibus in uno anno fieret, facta una contributione ad aliam eod. anno non tenerentur. Eundem regem denique ac principes et Duces ei militantes hortatur, efficiant, ut observatis dictis conventionibus libertas clero in bonis ac decimis conservetur[1]. „Venerabilis frater Johannes“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 42; t. 31 p. 90; Theiner Mon. Polon. t. II. p. 361 n. 389.

21. Jul. (XII. Kal. Aug.) | — | (16 575) Petro Cardete portionario eccl. Conchen. et liter. ap. sollicitatori indultum circa benefic. concedit. G. D. et F. L. 1029 f. 329.

— | — | (16 576) Nicolao Carre rectori par. eccl. de Sterston Norwicen. dioec., baccal. in U. J., simile indultum concedit. „Literarum scientia“ Arch. Lat. tom. 49 f. 138.

— — | — | (16 577) Omnibus in dignit. eccles. constitutis mandat, ut bona et jura Pauli Gentilis cler. Januen. defendant. „Militanti Ecclesiae“ L. c. f. 235, b.

— — | — | (16 578—16 579) Nicolao Joyot presb. Trecen. dioec. pensionem assignat super fruct. par. eccl. de Remilleyo prope Vandas dictae dioec. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 44 f. 219; f. 219, b.

— — | — | (16 580—16 581) Petro du Tartre praedictam par. eccl. de Remilleyo confert. Execut. deputat. Init. ut supra. Arch. Lat. tom. 56 f. 47; f. 47, b.

— — | — | (16 582—16 583) Johanni Pellerin Licent. in decr. confert par. ecclesiam S. Desiderii

[1] In fine epist. legitur sequens nota: *Reformetur . . . quia natura est bona, sed non convenit scribere Regi ita humili stilo.*

1515.

		prope Doujounin Eduen. dioec. „Literarum scientia“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 102 seq.
21. Jul. (XII. Kal. Aug.)	Romae apud S. Petrum.	(16 584—16 585) Johanni Dause Priori Prioratus S. Leodegarii de Flechecourt O. S. B. Ambianen. dioec. confert dictum Prioratum a monasterio S. Luciani prope et extra muros Belluacen. dicti Ord. dependentem et resignatione Johannis Boulie vac. „Religionis zelus“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 104 seq.
— —	—	(16 586—16 587) Johanni Boulie monacho praedicti monast. S. Luciani pensionem assignat super fruct. praefati Prioratus. Execut. deputat. Init. ut supra. L. c. f. 109 seq.
— —	—	(16 588—16 589) Vincentio de Campis rectori par. eccl. B. M. de Montigueyo prope Alenconum Cenomanen. dioec. confert dictam eccl. a Bertrando du Pont (al. de Ponte) resignatam. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 88 seq.
— —	—	(16 590—16 591) Petro Godart cler. perpet. capellano in eccl. Atrebaten. pensionem assignat super fruct. par. eccl. S. Petri de Buscoy Atrebaten. dioec. permutat. causa ab ipso resignatae per Joh. Obe solvendam. Execut. deputat. Init. ut supra. L. c. f. 92 seq.
— —	—	(16 592) Vicariam par. ecclesiae loci de Rucaffa extra muros Valentin. unit par. ecclesiae de Sot Segobien. dioec., quamdiu Vincentius de Luna ejus rector hanc obtinuerit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ L. c. f. 209.
— —	—	(16 593) Mag. Guillelmo Raymundi de Vich canon. Valentin. et notario suo accessum concedit ad praedictam vicariam. G. D. L. 1163 f. 55.
— —	—	(16 594) Gaspari de Favia confert beneficium in par. eccl. S. Salvatoris oppidi Sanctarem Ulixbonen. dioec. obitu Alvari Ulnera vac. „Laudabilia“ L. 1093 f. 192.
— —	—	(16 595) Archidiaconatui eccl. Placentin., cui par. ecclesia S. Nazarii Placentin. annexa est, unit par. ecclesiam S. Michaelis de Rotofredo Placentin. dioec. in favorem Johannis de Fontana archidiac. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ L. 1167 f. 162.
— —	—	(16 596) Ut capellania ad altare SS. Mariae, Petri et Alexii situm in par. eccl. oppidi Sanctiamoris Lugdunen. dioec., ad quam Mag. Petrus Marciaci canon. Bisuntin. et lit. ap. scriptor specialem gerit devotionem, congruis frequentetur honoribus, fidelibus, qui decantationi *Salve Reg.* seu alterius Antiphonae, dum illa deinceps perpetuis futuris temporibus ante dictum altare juxta certam ordinationem per Claudium Fabri laicum et certos ejus fratres ac eorum genitricem, quorum praedecessores eand. capellaniam dotarunt, factam vel faciendam celebrabitur, interfuerint, indulgent. concedit. „De salute gregis“ L. 1206 f. 653.
— —	—	(16 597) Univ. domor. et provinciar. Ord. Praed. Praesidentibus scribit, ne fratres extra conventus degant. „Intelleximus non sine gravi“ Bull. Ord. Praed. t. IV p. 325.
— —	—	(16 598—16 599) Pro parte moderni rectoris et parochianorum par. eccl. S. Martini Villae in Hagen Osnaburgen. dioec., qui exponebant, quod saepius praefata ecclesia, quia nonnullae personae eccles. et saeculares de illius parochia oriundae ac etiam comedendi vel bibendi seu pernoctandi aut negotia pertractandi causa ad dictam Villam declinantes vel ibidem aliquando moram trahentes seu bona et domicilium habentes vigore diversorum mandatorum a judicibus ordin. et delegatis emanatorum excommunicationis et interdicti etiam a jure promulgatis sententiis irretitae essent, interdicto absque eorund. rectoris et parochianorum culpa supposito, divino cultu destituta remansit, cum interdictum etiam post interdictorum recessum per plures dies, interdum per plures menses juxta mandatorum continentiam strictissime observetur, iisd. rectori et parochianis concedit, ut, quam primum dictae personae ex Villa praefata expulsi fuerint aut sponte vel alias recesserint, in ecclesiis et capellis dictae Villae, campanis pulsatis et januis apertis, divina officia celebrentur et sacramenta parochianis ministrentur, dummodo rector et parochiani praedicti causam interdicto non dederint. A. P. R. M. „Inter cetera“ Executionem committit Osnaburgen., Monasterien. et Padeburnen. ecclesiarum decanis. „Hodie a Nobis“ (P. Lambert. G. de Prato | Nardin.) Arch. Lat. tom. 50 f. 10 seqq.
— —	—	(16 600) Franciscus tit. S. Balbinae presb. Cardin., qui ecclesiae Toletan. praeesse dignoscitur, resignatione N. (?) de Narbaez nuper rectoris par. ecclesiae B. M. oppidi de Alcala de Henares admissa ecclesiam par. praedictam collegio S. Ildefonsi dicti oppidi univit. Pro parte rectoris et scholarium praefati collegii, cum a nonnullis dubitetur, an unio hujusmodi viribus subsistat, istam unionem approbat et confirmat. A. P. R. M. „Ex injuncto Nobis desuper“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 6 f. 117 b.
— —	—	(16 601) Johannem de Maceriis Mag in theol., quem conventus monasterii de Roseriis Cisterc. Ord. Bisuntin. dioec., cui quondam Claudius abbas praesidebat, in abbatem elegit, eidem monasterio in abbatem praeficit. „Suscepti cura regiminis“ (A. Melfit. | Millin. Gauden | J. de Gais. Coll. Amerin.) L. 1063 f. 29, b.
— —	—	(16 602) Pro parte nob. viri Raymundi de Cardona Baronis Baroniae de Bel Ping et Ferdinandi Aragonum et utriusque Siciliae Regis in regno Neapolitano locumtenentis

1515.

— — — (17 692) Pro parte Ferdinandi episc. Lamacen. et Johannis Alvari Pereyra laici habitatoris loci Daginar Bracharen. dioec., qui exponebant, quod alias bon. mem. Johannes episc. Lamacen. quaedam loca in dioec. Lamacen. consistentia et ad mensam episcop. Lamacen. pertin. dicto Johanni in emphyteusim ad tertiam generationem concessit, et postea inter Ferdinandum episc., praedicti Johannis episc. nepotem et immediatum successorem, et Johannem Alvari praefatos, cum super hujusmodi locatione et concessione lis oriri formidaretur, opera Emmanuelis Portugalliae Regis transactio seu concordia est conclusa, transactionem et compositionem hujusmodi confirmat. Executoribus ad hoc deputatis mandat, ut eund. Joh. Alvari, qui in Militia J. Chr. virtutum Domino famulari cupit, in fratrem dictae Militiae recipiant. A. F. R. M. „Ex solita Sedis Apostolicae providentia“ L. 1039 f. 157.

— — — (17 693) Mag. Hieronymo Torrella rectori par. eccl. de Alcoy Valentin. dioec., cubiculario et fam. suo, largitur facultates et privilegia. G. D. et F. L. 1069 f. 22, b.

— — — (17 694) Camillo de Caporalibus et complicibus mandat, ut intra sex dies ecclesias paroch. de Castro Podio Aquilonis et invicem unitas S. Angeli de Civitella Comitis et S. Benedicti de Abissis necnon rurales S. Fortunati et S. Joh. Perusin. et Urbevetan. dioec., quae obitu Gentilis ex Comitibus Martiani vac. Federico tit. S. Angeli diac. Card. commendatae sunt, dimittant. A. F. R. M. „Pontificalis auctoritas“ L. 1206 f. 614.

1515.

19. Sept. (XIII. Kal. Oct.)	Romae apud S. Petrum.	(17 695) Antonio Electo Asten. jam ab Alexandro VI. dictae ecclesiae Asten. in episcopum praefecto et a Julio II. primo ad Placentinam ac postmodum ad Asten. denuo translato concedit, ut hujus eccl. fructus percipere et omnia, quae alii Electi gerere possunt, facere valeat, non obstante lite, quae super regimine et administratione eccl. Placentin. inter ipsum et quemdam adversarium vertitur. „Dudum fel. rec. Alexander“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 94; t. 31 p. 202.
— —	—	(17 696) Praeposito et capitulo eccl. Tolonen. mandat, ut exigant ac conservent fructus et redditus eccl. Tolonen. eos tradituri Cardinali tit. S. Priscae eidem eccl. praefecto. „Nuper vacante“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 95; t. 31 p. 206.
20. Sept. (XII. Kal. Oct.)	—	(17 697) Maffeo de Draconibus, Mag. Antonii de Petrucciis lit. apost. script. fam., collationem canonicatus et praeb. eccl. S. Laurentii in Lucina de Urbe, quos Secundus de Titionibus resignavit, revalidat. „Vitae ac morum“ L. 1036 f. 66.
— —	—	(17 698) Johanni Borgada baccal. in decr. par. ecclesiam seu illius perp. vicariam S. Blasii de Baussio Tolosan. dioec. confirmat, dubio de priore collatione exorto. „Literarum scientia“ L. 1052 f. 54.
— —	—	(17 699) Petro Vincent rectori par. eccl. de Suriaco Bituricen. dioec. quandam perpet. vicariam in eccl. B^mi Martini Turonen. obtinenti indultum circa beneficia concedit. „Vitae ac morum“ L. 1205 f. 105, b.
— —	—	(17 700) Executorem deputat, qui par. ecclesiam de Plangonnoual Briocen. dioec. a Christophoro de la Bouessiere resignatam Guillelmo de la Bouessiere cler. Leonen. dioec., praefati Christophori nepoti, ad certum tempus commendet et deinde, si idoneus sit, conferat. „Apostolicae Sedis“ Arch. Lat. tom. 53 f. 267.
— —	—	(17 701) Executorem deputat, qui praefato Guillelmo, si idoneus sit, canonicatum et praeb. eccl. Briocen. resignatione ejusd. Christophori vac. conferat. „Dignum“ L. c. f. 269.
— —	—	(17 702—17 703) Christophoro de la Bouessiere cler. Leonen. dioec. cum jure regressus stallum in choro ac locum et vocem in capitulo eccl. Briocen. in absentia praefati Guillelmi, qui eodem Christophoro residente inibi residere et quidquam percipere non possit, necnon omnes fructus praedictorum canonicatus et praeb. eccl. Briocen. et par. eccl. de Plangonnoual supradictae reservat. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 271 seqq.
— —	—	(17 704—17 705) Johanni de Horozco (al. Orozco) cler. Toletan. dioec. cum jure regressus pensionem assignat super fruct. portionis eccl. Segobien. ab ipso resignatae per Andream de Morales cler. Salamantin. dioec. solvendam. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 189, b seqq.
— —	—	(17 706) Officiali Segobien. mandat, ut portionem eccl. Segobien. a Joh. de Orozco al. de Madrid resignatam Andreae de Morales cler. Burgen., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ Arch. Lat. tom. 49 f. 296.
— —	—	(17 707) Officiali Salamantin. mandat, ut par. ecclesiam de Vezinos Salamantin. dioec. a Joh. de Orozco resignatam Francisco Vasquez cler. dictae dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ Arch. Lat. tom. 49 f. 301.
— —	—	(17 708) Episcopo Abulen. mandat, ut abbatiam de Compludo in eccl. Astoricen. resignatione Mag. Alphonsi Garsiae del Rincon notar. sui vac. Francisco del Rincon cler. Salamantin. dioec., ejusd. Alphonsi nepoti, si idoneus sit, conferat. „Dignum“ L. c. f. 297, b.
— —	—	(17 709—17 710) Petro Ferdinando del Rincon baccal. in decr. confert canonic. et praeb. eccl. Segobien. a praefato Alphonso resignatos. „Literarum scientia“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 299 seqq.
— —	—	(17 711—17 712) Mag. Alphonso Garsiae del Rincon notar. suo omnes fructus canonic. et praeb. praefatorum necnon abbatiae de Compludo supradictae necnon nomen abbatis de Compludo ac ipsius abbatis sedem in choro dictae eccl. Astoricen. et omnimodam administrationem dictae abbatiae atque, si idem Alphonsus ad eccl. Astoricen. accedat et illius capitulum ingredi velit, locum et vocem in ipso capitulo reservat et ad abbatiam ac canonic. et praeb. praedict. regressum concedit. G. D. Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 292.
— —	—	(17 713—17 714) Antonio Nuñez perp. beneficiato in par. eccl. de Tuentelsancto Segobien. dioec. beneficium in dicta par. eccl. a Joh. de Horosco al. de Madrid resignatum confert. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 290, b seqq.
— —	—	(17 715) Executores deputat, qui Mag. Aloysio de Gibraleon cler. Neapolitan. rectoriam eccl. S. Laurentii Atrocii Capuan. conferant. G. D. et F. Arch. Lat. tom. 59 f. 64.
— —	—	(17 716) In favorem Mag. Wilhelmi de Enckenvoirt archidiac. Campiniae in eccl. Leodien., lit. ap. script. et fam. sui, derogat Constitutioni circa cumulationem beneficiorum nuper (III. Non. Mai. Pont. an. II.) sacro approbante Concilio editae. A. F. R. M. „Romani Pontificis“ L. 1195 f. 296.

1515.

20. Sept. (XII. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum. (17 717) Mag. Paulo de Capisuchis causar. P. A. auditori mandat, ut Ferdinando Gundisalvi cler. Legionen. dioec. par. ecclesiam S. Petri loci de Terradillos dictae dioec. surrogando conferat, si nemini sit jus quaesitum. G. F. L. 1063 f. 157.

— — — (17 718) Eidem Mag. Paulo de Capisuchis mandat, ut Prioratum S. Spiritus de Rocagloriosa O. S. A. Policastren. dioec., si neutri de eo litigantium jus competat, Jacobo Brusco cler. Neapolitan. ad certum tempus commendet. G. F. L. 1134 f. 46.

— — — (17 719) Archiepiscopo Cusentin. (extra: Sipontin.) Nuntio in Hispania injungit, efficere velit, ut procuratores B. episc. Sabinen. Card. dimidiam partem omnium bonorum, quae obitu moderni episc. Caurien. vacabunt, assequantur. „Inducti nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 96; t. 31 p. 207; t. 41 p. 361.

— — — (17 720) Julio de Blanchis, quem commissarium misit, ut spolia a b. m. archiepisc. Corinthien. relicta pro fabrica basil. Princ. Apost. de Urbe capiat, mandat, ut ante omnia creditoribus dicti archiepisc. integre satisfaciat, funeralia et sepulchrum eidem archiep. juxta suae dignitatis decentiam subministret et libros, quos idem archiep. composuit aut glossavit, ad Pontificem fideliter adducat. „Misimus te nuper“ Brev. t. 41 p. 337.

— — — (17 721) Cardinali Auxitano Legato Avinionen. committit, ut observari faciat in Civitate Avinionen. et Comitatu Venaysin. prohibitiones super venatione a Legatis p. t. latas eo quod „venari omnibus non convenit, maxime viris rusticis et mecanicis, qui potius agriculturae et artibus mecanicis, unde victum sibi et familiae quaeritent, operam dare debent“. „Significatum Nobis extitit“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 120; t. 31 p. 263.

21. Sept. (XI. Kal. Oct.) — (17 722) Johanni Mariae de Marcoaldis cler. Vercellen. dioec. accessum ad Praeposituram S. Columbani de Blandrate O. S. A. canonicor. regul. Vercellen. dioec. concedit. G. F. L. 1139 f. 81, b.

— — — (17 723) Francisco Bohier canon. eccl. Carnoten. Prioratum S. Gabrielis O. S. B. Bajocen. dioec. obitu Petri de Chastellet vac., Thoma Suchat canon. Turonen. juri suo cedente, commendat. „Laudabilia“ L. 1043 f. 235.

— — — (17 724) Pro parte Marci Alphonsi capellani *de numero quadrayinta* in eccl. Palentin. nuncup. beneficium in B. M. et S. Stephani par. ecclesiis invicem unitis oppidi de Castromocho Palentin. dioec., quam primum vacaverit, dictae capellaniae eccl. Palentin. unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ L. 1048 f. 267, b.

— — — (17 725) Mag. Leodegario Vicecomitis al. Dietman cler. Tullen. dioec., scutifero de numero participantium et notario suo, regressum, ingressum seu accessum concedit ad decanatum eccl. S. Gengulphi Tullen., quem Petrus Huel obtinet. G. D. et F. L. 1166 f. 41, b.

— — — (17 726) Bonifacio de Collis cler. Alexandrin. et scutifero suo pileum Cardinalatus ad Thomam presb. Card. Eboracen. in Angliam deferenti salvumconductum concedit. „Mittimus in praesentiarum“ (Ja. Sadol.) Brev. tom. 3 n. 99; t. 31 p. 212.

— — — (17 727) Burghesium Petruccium civem Senen. hortatur, ut restitui faciat Hieronymo Cinucio civi Senen. res et bona ad ipsum ratione personae suae spectantia una cum bonis eccl. S. Stephani de la Serre ad Rapulanum Aretin. dioec. Comitatus Senen., cuius idem Cinucius emphyteuta extabat, a Johanne Palmerii laico Senen. ablata. „Exponi Nobis“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 98; t. 31 p. 210.

— — — (17 728) Universis Christifidelibus et praesertim per Italiam constitutis. Omnibus librorum impressoribus ac venditoribus in Italia sub excommunicationis, illis autem, qui in Urbe et ditione pontificia morantur, sub eadem et confiscationis librorum impressorum poenis inhibet, ne per spatium decem annorum imprimere aut vendere praesumant opus *de lingua latina* ab Hadriano tit. S. Chrysogoni presb. Cardin. Bathonien. editum ac nuper in ipsa Urbe a Marcello Silber alias Frank librario exquisiti generis characteribus impressum. „Quia dil. filius Marcellus Silber“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 97; t. 31 p. 208.

— — — (17 729) Francisco de Paz rectori par. eccl. loci de Torrezilla Toletan. dioec. indultum circa benefic. concedit. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. tom. 54 f. 252, b.

— — — (17 730—17 731) Aphricano Severolo legum doctori confert unam ex tribus portionibus par. eccl. per tres rectores regi solitae S. Angeli de Cellico Cusentin. dioec. „Literarum scientia“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 56 f. 124 seq.

— — — (17 732) Executorem deputat, qui canonicatum et praeb. eccl. B. M. de Valpuesta Burgen. dioec. a Martino Lopes de Valpuesta resignatos Johanni Ferdinando perp. beneficiato in par. eccl. S. Martini de Bachicabo dictae dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum arbitramur“ Arch. Lat. tom. 57 f. 245, b.

— — — (17 733) Gerardo Manchae et Johanni Pillo committit, ut res et bona ad mensam archiepiscop. Turritan. pertin. colligant, ablata recuperent et Francisco Electo Turritan., affini Pont., conservent. „Cum dil. filius“ Brev. t. 41 p. 361.

1515.

22. Sept. (X. Kal. Oct.) | Romae apud S. Petrum. | (17 734) Episcopo Salamantin. pro parte Petri Rodrigez presb. Salamantin., cujus petitio continebat, quod si in par. eccl. S. Martini Salamantin., cujus parochianorum cura per presb. ad nutum amovibilem exercebatur, unum perpet. beneficium *rectoria* nuncupandum pro uno idoneo clerico *rectore* nuncupando, qui curam animarum exerceret et cum abbate et clericis congregationis *cleri minoris* nuncupat. Salamantin. in anniversariis et aliis divin. officiis interesse et una cum illis in oneribus, honoribus et commoditatibus participare deberet, erigeretur, eique bona et fructus pro dictae curae exercitio assignari solita applicarentur, cultui divino et animarum saluti consuleretur, mandat, ut vocatis vocandis, si relata vera sint, dictum beneficium erigat et praefato Petro conferat. „Ex injuncto Nobis desuper“ (J. Regis | Nardin.) Arch. Lat. tom. 25 f. 326.

— — — | (17 735) Michaeli de Marens, qui permutat. causa Subcapiceriatum monasterii B. M. Burgidolen. Bituricen. dioec. resignat, Prioratum S. Radegundis de Argentonio O. S. B. Malleacen. dioec. a Guillermo de Mareul ead. de causa dimissum confert. „Apostolicae Sedis“ L. 1110 f. 316.

— — — | (17 736) Johanni de Aqua Mag. in artibus canonicatum et praeb. eccl. Noviomen. obitu Aegidii Allard vac. confert. „Literarum scientia“ L. 1067 f. 285.

— — — | (17 737) In favorem Mag. Johannis Ingenwinkel script. et fam. sui dissolvit unionem par. ecclesiae in Rotterdamis Trajecten. dioec., quae olim Praepositurae eccl. S. Cuniberti Colonien., quam Mag. Andreas de Veurard ipsius eccl. S. Cuniberti Praepositus obtinet, unita erat, eandemque par. eccl. Praepositurae eccl. S. Joh. Trajecten., quam dictus Johannes obtinet, et cui canonicatus et praeb. ejusd. eccl. pro onere certae pensionis capitulo ejusd. eccl. reservatae supportando uniti existunt, perpetuo unit. A .P. R. M. „Dispositione divina“ (Evangel. | Bernardus Coll. F. de Attavant.) L. 1036 f. 254, b.

— — — | (17 738—17 739) Mag. Andreae de Veurard Praeposito eccl. S. Cuniberti Colonien. pensionem assignat super fruct. mensae capitularis praedictae eccl. S. Joh. Trajecten. G. D. Execut. deputat. „Hodie“ L. 1036 f. 257, b; f. 259, b.

— — — | (17 740) Matthaeo de Bastis cler. Papien. dioec., qui cum Stephano de Nigris de capellania ad altare S. Maximi situm in par. eccl. B. M. loci Valentiae Papien. dioec. litigans juri suo cessit, pensionem super fruct. dictae capellaniae cum jure accessus assignat. „Vitae ac morum“ Executores deputat. „Hodie“ L. 1082 f. 106 seq.

— — — | (17 741) Antonio Beraldi rectori par. eccl. S. Stephani de Joyaco Senonen. dioec. et Licent. in U. J. pensionem assignat super fruct. Prioratus B. M. de Damna Maria in Pertico O. S. B. Sagien. dioec. ab ipso resignati per Ludovicum Boucher solvendam. „Nobilitas generis“ L. 1136 f. 198.

— — — | (17 742) Henrico Sudich perpetuam vicariam *Primissariam* nuncup. in choro eccl. Herbipolen. obitu Johannis Lehenman vac. confert. „Vitae ac morum“ L. 1085 f. 202.

— — — | (17 743) Stephano Gabrieli archiep. Baren. concedit regressum ad archidiaconatum de Niebla in eccl. Ispalen., quem Balthasar del Rio obtinet. „Personam tuam“ L. 1078 f. 119.

— — — | (17 744) Vice-Regi Neapolitan. commendat vicarium gen. Ord. FF. Min. de observ. Citramontan. in executione suspensionis indulgentiarum et privilegiorum monasterii B. M. Montis Serrati propter abusus ministrorum dicti monast. alias decretae. „Ministrorum monasterii“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 100; t. 31 p. 214.

— — — | (17 745—17 746) Theobaldo Pastourelli rectori par. eccl. *capellae* nuncup. de Poumiers Petragoricen. dioec. pensionem assignat super fruct. par. eccl. S. Martini de Rongnagnaco (al. Longuagnaco) Vasaten. dioec. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 54 f. 66, b seqq.

— — — | (17 747—17 748) Aloysio S. M. in Cosmedin diac. Card. reservat fructus beneficii in par. eccl. oppidi de Medina Sidonia Gadicen. dioec., quod Mag. Garsias de Gibraleon cler. Ispalen. dioec. et script. obtinet. „Ad personam tuam“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 53 f. 3 seq.

— — — | (17 749) Judoco abbati monasterii B. M. Capellae de Thosan Cist. Ord. Tornacen. dioec. concedit, ut a quocunque maluerit cath. antistite munus benedictionis recipere valeat. „Cum Nos pridem“ Arch. Lat. tom. 48 f. 321.

— — — | (17 750) Radulpho de Vitalibus canon. Pergamen. mandat, ut par. ecclesiam S. Martini de Adraria Pergamen. dioec. Bartholomaeo de Plebanis canon. Pergamen., si idoneus sit, conferat. „Dignum arbitramur“ Arch. Lat. tom. 56 f. 133.

— — — | (17 751—17 752) Johanni de Astiano cler. Messanen. regressum concedit ad Thesaurariam eccl. Messanen., cedente vel decedente Paulo de Astiano presb. Messanen. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 59 f. 113; f. 113, b.

— — — | (17 753) Vicario gen. archiep. Messanen. mandat, ut praedictam Thesaurariam Paulo de Astiano presb. Messanen. et praefati Joh. nepoti, si idoneus sit, conferat. „Dignum“ Arch. Lat. tom. 51 f. 301, b.

1515.

22. Sept. (X. Kal. Oct.)	Romae apud S. Petrum.	(17754) Executores deputat, qui Mag. Gundisalvo de Cabredo cler. Calaguritan. dioec. et script. suo B. M. de Aniga et B. M. de Ciordia invicem unitas ac S. Michaelis de Olagagutia parochiales necnon ruralem S. Joh. de Sarasu ecclesias Pampilonen. dioec. sive singula beneficia in singulis par. ecclesiis praedict. conferant. G. D. et F. L. 1076 f. 167, b.
— —	—	(17755) Confirmat ea, quae per Priorem et fratres domus S. Crucis extra muros Segobien. Ord. Praed. ac Didacum Hurtado laicum et Elisabeth de Bovadilla mulierem conjuges Conchen. super bonis et haereditate quondam Andreae de Cabrera Marchionis et Beatricis Fernandi similiter de Bovadilla Marchionissae de Moya ad dictam domum ex persona Petri etiam de Bovadilla ipsorum Andreae et Beatricis filii ratione professionis religiosae per eum in dicta domo emissae legitime pertinentibus statuta sunt. A. P. R. M. „Ex debito pastoralis officii“ (A. Melfit. | Millinus. Gauden | F. de Vega. Coll. Amerin.) L. 1035 f. 210.
23. Sept. (IX. Kal. Oct.)	—	(17756) Rogerium de Montealto, qui pro Electo confirmato Tarvien. se gerit et in ecclesiam Tarvien., cui cessione Thomae nuper Electi Tarvien. vacanti Manaldus Electus Tarvien. praefectus est, sine tit. se intrusit, ejusque complices intra sex dies ab intrusione bonorumque occupatione desistere jubet. A. F. R. M. „Pontificalis auctoritas“ L. 1206 f. 661.
— —	—	(17757—17759) Mag. Aloysio de Gibraleon script. suo a) S. Secundini Capuan. et S. Viti Casertan. dioec. ecclesias et duo benefic. Capuan., b) duas eccl. Capuan. seu alterius dioec., c) quasd. eccl. Capuan. dioec. confert. G. D. et F. L. 1043 f. 73; f. 74, b; f. 75, b.
— —	—	(17760) Claudio Thomae rectori par. eccl. de Cusseyo supra Ledonen Bisuntin. dioec. indult. circa benefic. concedit. „Vitae ac morum“ L. 1206 f. 463.
— —	—	(17761—17762) Aegidio Johanni de Trosillo cler. Caesaraugustan. dioec. pensionem assignat super fruct. par. eccl. de Cortes dictae dioec. et cujusd. beneficii eccl. Caesaraugustan. per Petrum de Rilus solvendam. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 54 f. 205 seqq.
— —	—	(17763) Duobus episcopis Anglicis significat, se transmisisse ad Thomam Card. Eboracen. pileum Cardinalatus per ipsos vel eorum alterum capiti ejusd. Thomae solemniter imponendum, praestito prius ab eod. Thoma et per ipsos recepto fidelitatis juramento, cujus forma praesentibus inseritur. „Cum nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 103; t. 31 p. 219.
— —	—	(17764) Thomae Cardin. Eboracen., quem instante et intercedente Henrico Angliae Rege ac singularibus ipsius virtutibus et eximia erga S. Sedem devotione id suadentibus in S. R. E. presbyterum Cardin. assumpsit, scribit, se pileum Cardin. per Bonifacium de Collis cler. Alexandrin. et scutiferum suum transmisisse, eique mysterium rubri ejusd. pilei coloris declarat. „Cum nuper respicientes“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 101; t. 31 p. 215.
— —	—	(17765) Capitulo eccl. Turritan. inhibet, quominus se intromittant in administratione et recuperatione bonorum mensae archiep. dictae eccl. Turritan. nuper per alias literas Gerardo Mancha archipresb. ejusd. eccl. et Johanni Pillo militi Sassaren. commissa in favorem Francisci Electi Turritan., Praelati sui dom. et sui secundum carnem affinis. „Licet dil. filius“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 102; t. 31 p. 217.
24. Sept. (VIII. Kal. Oct.)	—	(17766) Antonium Corral pro cler. se gerentem, qui in canonicatum et praeb. eccl. Ispalen., de quibus resignatione Joh. de Medina sen. vac. Johanni de Medina jun. est provisum, se intrusit, ejusque complices intra sex dies ab intrusione et occupatione hujusmodi desistere jubet. A. F. R. M. „Pontificalis auctoritas“ L. 1206 f. 665, b.
— —	—	(17767) Lamberto Martini cler. Trajecten. dioec., cantori capellano suo, benefic. in Monasterien. et Trajecten. civit. et dioec. consistentia reservat. G. F. L. 1132 f. 13.
— —	—	(17768) Marco Alfonsi de Castro baccal. in decr. pensionem super fruct. benefic. in ecclesiis invicem unitis S. M. et S. Stephani oppidi de Castromocho Palentin. dioec. assignat. „Literarum scientia“ L. 1060 f. 19.
— —	—	(17769) Jacobo Riccio Brixien. et Aloysio de Vianova et Gabrieli de la Zoncha Pergamen. canonicis mandat, ut possessionem apprehendant beneficiorum in Pergamen. et Brixien. civit. et dioec. ac plebania de Ponticolo usque ad summam 200 duc. suae dispositioni reservatorum ac fructus ex illis provenientes in sequestro teneant, quousque ipsis ordinetur, cui ea tradere debeant. „Certis Nobis suadentibus causis“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 104; t. 31 p. 224.
— —	—	(17770—17771) Gilberto Despinoy rectori par. eccl. de Banerevilla Rothomagen. dioec. pensionem assignat super fruct. par. eccl. de Offranvilla dictae dioec. per Nicolaum Despinoy solvendam. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 46 f. 329, b seqq.

1515.

24. Sept. (VIII. Kal. Oct.) | Romae apud S. Petrum. | (17 772) Executoribus, quibus alias commiserat, ut par. ecclesiam S. Stephani de Nobiliaco Lemovicen. dioec. per canonicos Prioratus S. Leonardi de Nobiliaco O. S. A. dictae dioec. teneri solitam Martiali Chastar jun. cler. Lemovicen. dioec. in dicto Prioratu virtutum Domino famulari cupienti ad certum tempus commendarent, eundem Martialem in canonicum dicti Prioratus, si ipse idoneus sit, reciperent eique (professione emissa) dictam eccl. conferrent, literas desuper emanatas in omnibus valere declarat. „Religionis zelus“ Arch. Lat. tom. 58 f. 337, b.

— | — | (17 773) Beneficium in par. eccl. B. M. Magdalenae Giennen. a Mag. Petro Bezerro Thesaurario eccl. B. M. oppidi de Ubeda Giennen. dioec. et notar. suo resignatum eidem Petro, qui in dicta eccl. de Ubeda unum altare *capellam* nuncup. sub invocat. Conceptionis B. M. V. et S. Laurentii Mart., ad quod duas perpet. capellanias pro duobus presbyteris erigi cupit, construi facere proponit, pro dictarum duarum capellaniarum dote ultra bona per ipsum Petrum assignanda iisd. capellaniis uniendi, altare hujusmodi construi faciendi, ad illud duas capellanias, ut praefertur, instituendi facultatem concedit; circa jus patronatus et praesentandi personas idoneas ad easd. capellanias necnon circa ossa parentum et majorum ipsius Petri ad dictum altare transferenda precibus ejusd. Petri se inclinat; fidelibus dictum altare certis diebus visitantibus indulgentias concedit. A. P. R. M. „Sacrosanctae Romanae Ecclesiae“ (Benzon | Nardinus) Arch. Lat. tom. 54 f. 218, b.

25. Sept. (VII. Kal. Oct.) | — | (17 774) Par. ecclesiam *vicariam* nuncup. S. Stephani Protomart. de Hurbaco Tullen. dioec. resignatione Thomae de Falco vac. mensae capitulari eccl. S. Deodati de S. Deodato dictae dioec., cujus redditus valde tenues existunt, perpetuo unit. A. P. R. M. „Ad exequendum pastoralis officii debitum“ (P. Lambertus | Nardinus) Arch. Lat. tom. 53 f. 95.

— — | — | (17 775) Executorem deputat, qui Johanni Sanna cler. Calaguritan. dioec., si idoneus sit, canonicatum et praeb. eccl. Terralben. conferat. „Dignum“ Arch. Lat. tom. 54 f. 169, b.

— — | — | (17 776) SS. Joh. et Pauli presbytero Cardinali Surrentin., ecclesiae Firman. administratori, cui erat concessum, ut ecclesia Firman., quamdiu ei praeesset, ab omni Legatorum et quorumcunque officialium provinc. Marchiae Anconitan. jurisdictione prorsus exempta et Apost. Sedi immediate subjecta esset, concessionem hujusmodi confirmat, cum Legatus et alii officiales praetextu cujusdam Brevis superioritatem in istam ecclesiam et in illius personas exercere conentur. „Felicis recordationis Sixtus IV.“ (Sadol.) Brev. tom. 41 p. 364.

— — | — | (17 777—17 778) Petro Perez de Aroyano cler. Calaguritan. dioec. accessum et ingressum ad portionem eccl. Toletan. cedente aut decedente Johanne de Villareal concedit. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. 1048 f. 264, b seq.

— — | — | (17 779) Alphonso de Azevedo cler. Palentin. dioec., Mag. Gundisalvi de Cabredo script. fam., beneficium in par. eccl. B. M. de Castillo oppidi de la Torre de Mormoion dictae dioec., cujus filius patrimonialis existit, reservat. „Vitae ac morum“ L. 1039 f. 249; L. 1117 f. 266.

— — | — | (17 780) Execut. deputat, qui par. ecclesiam de Herbree Redonen. dioec., quam Georgius Le Vasseur sine tit. detinet, par. ecclesiae de Genis dictae dioec., quam Guillermus de Liguiers obtinet, quamdiu illam obtinuerit, uniant. „Apostolicae Sedis“ L. 1049 f. 160, b.

— — | — | (17 781) Wladislao Hungariae ac Bohemiae Regi. Cum nepos Georgii archiep. Colocen. unicus ex antiqua ac nobili familia de Frangipanibus haeres futurus relictus Ordinem B. Francisci de observantia clam in alma Urbe ingressus sit, ac maxime intersit, ut idem adolescens provinciam Croatiae ejusque populos ipsi unice affectos more majorum suorum regat et ab immanissimis Turcis tueatur, Regi significat, licet Sedes Apost. nunquam super religionis voto, nisi ex maxima et necessaria causa, dispensare consueverit, attentis tamen praemissis rationibus, preces ab eodem Rege super hoc porrectas exauditione dignas esse judicatas, opportuno Brevi ad eund. adolescentem propterea destinato. „Vidimus literas majestatis tuae“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 105; t. 31 p. 226.

— — | — | (17 782) Georgio archiepisc. Colocensi. Provinciae Croatiae ac praesertim catholicae fidei conservandae causa animum suum ad supradictam dispensationem dandam super religionis voto se inclinasse significans eundem archiepisc. hortatur, ut apud Regem instet, ut expeditio contra Turcas, sicut in conventu Viennae habito conclusum fuit, quantocius ita suscipiatur, ut ad desideratum finem perduci valeat. „Quae de unico nepote tuo“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 106; t. 31 p. 228.

— — | — | (17 783) Julio S. M. in Domnica diac. Card. de Medicis scribit, eum uti valere facultatibus circa Legationem in civit. Bononiae et Exarchatu Ravennae totaque prov. Romandiolae et in aliis literis circa extensionem ipsius Legationis ad Tusciam et

1515.

universam Italiam ipsi concessis, non obstante Constitutione in Cancellaria apost. die XIII. praesentis mensis lecta et publicata, sub qua personam ipsius minime comprehendi declarat. „Quia nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 3. n. 107; t. 31 p. 229.

25. Sept. (VII. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum. (17 784) Carolo Duci Sabaudiae seu ejus consilio ordinario cum eo residenti. Ad preces Christophori de Desbat laici et Aynardae viduae relictae quondam Ludovici Bominardi, tutricis seu curatricis aut bonorum legitimae administratricis suorum et dicti Ludovici filiorum, ac aliorum in hac parte litis consortium laicorum Lausanen. et Gebennen. dioec. mandat, ut causam inter dictam Aynardam et Amedeum Fabici laicum Gebennen. dioec. super certis bonis per praef. Ludovicum ejusque haeredes pacifice possessis pendentem, quae Amedeo procurante nulliter et de facto certis causar. P. A. auditoribus commissa fuit, juxta statuta Sabaudiae ac privilegia et indulta Ducibus ab Ap. Sede concessa summarie terminare ac decidere curent. „Ex parte dil. fil. Christophori“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 108; t. 31 p. 231.

26. Sept. (VI. Kal. Oct.) — (17 785) Ad petitionem Nicolai tit. S. Priscae presb. Card. Prioratum S. Petri de Turribus O. S. A. Aquen. dioec. domui S. Mariae Magd. de S. Maximino Ord. FF. Praed. Aquen. dioec. perpetuo unit. A. P. R. M. „Ex debito pastoralis officii“ (Evangel. | *Visa* B. de Rizonib. | Verdesotto. Coll. Donatus. L. 1044 f. 221.

— — — (17 786—17 787) Francisco de Madrigal, Mag. Johannis de Madrigal script. fratri germ., canonicatum et praeb. eccl. B. M. de Talavera Toletan. dioec., quos Petrus Gomez Barroso al. de Ayala resignavit, confert. „Vitae ac morum“ Executor. deputat. „Hodie“ L. 1043 f. 90 seq.

— — — (17 788) Bernardino de Cathaneis fam. suo canonicatum et praeb. eccl. Imolen. obitu Francisci de Mercatis vac. confert. G. F. L. 1048 f. 41, b.

— — — (17 789) Didaco de Esquina fam. suo confert par. eccl. S. Andreae loci de Resueros Abulen. dioec. obitu Alphonsi Diaz vac. G. F. L. 1054 f. 65.

— — — (17 790) Johanni de la Vega al. de Matanca fam. suo et Laurentii tit. SS. Quatuor Coron. presb. Card. obsequiis insistenti par. ecclesiam *abbatiam de S. Pia* nuncup. S. Christinae de la Minoria Calaguritan. et Calciaten. dioec. nec non plura beneficia Legionen., Calaguritan. et Burgen. dioec. confert. G. F. L. 1053 f. 299, b.

— — — (17 791) Episcopo Polycastren. vel ejus vicario gener. committit, ut Paulum de Rivulis cler. Polycastren. dioec. obsequiis Marci tit. S. M. in Via lata diac. Card. insistentem admitti faciat ad pacificam possessionem Cantoriae ac quorundam beneficiorum dictae dioec. cessione Francisci tit. SS. Joh. et Pauli presb. Card. Surrentin. vac. et alias praedicto Paulo collatorum. Si vero aliquis in dictis beneficiis jus habere praetendat, compareat in Rom. Cur. justitiae complementum recepturus. „Nuper cessante commenda“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 109; t. 31 p. 237.

27. Sept. (V. Kal. Oct.) — (17 792) Antonio de Cervatos obsequiis Innocentii SS. Cosmae et Damiani diac. Card. insistenti par. ecclesiam de Lios ac beneficium in par. eccl. de Lagostera Gerunden. dioec. obitu Johannis Fabregues de Lios vac. confert. G. F. L. 1036 f. 118.

— — — (17 793) Eidem Antonio beneficium sub B. M. de Spe vel S. Petri invocatione *hospitalarium* nuncup. in eccl. Gerunden. obitu Johannis Fabregues vac. confert. G. F. L. 1072 f. 47, b.

— — — (17 794) Johannem Petri de Raneria, qui se gerit pro clerico, ejusque complices, qui in canonicatum et praeb. eccl. Sarcinaten. et in quasd. par. eccl. Sarcinaten. dioec., de quibus obitu Johannis Bapt. de S. Damiano vac. Jacobo episc. Albanen. est provisum, se intruserunt, intra sex dies eos dimittere jubet. A. P. R. M. „Ad Romani Pontificis“ L. 1206 f. 611.

— — — (17 795) Magno Galliae Magistro nuntiat, gratissima sibi esse quae episcopus Tricaricen. de ipsius studio et pietate retulit, eique pollicetur, se nunquam ejus studii et operae memoriam abjecturum. „Intelleximus ab episcopo Tricaricen., quanto studio“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 231. Ed. Bemb. L. XI ep. 2 p. 90.

— — — (17 796) Ducem Allobrogum laudat ob operam apud Gallorum Regem adhibitam et hortatur, ut in reliquis eamdem gerat curam pontificiae dignitatis. „Studium et officium apud Franciscum“ (Bemb.) Bibl. Vat. l. c. f. 231, b. Ed. Bemb. L. XI. ep. 3 p. 90.

— — — (17 797) Mauritio Ferber P. A. causarum not., decr. doct., Custodiam eccl. Varmien. obitu Andreae de Cletez vac. confert. G. D. et F. L. 1070 f. 175, b.

— — — (17 798) Balthassari Turini de Piscia cubicular. suo secr. canonicatum et praeb. eccl. Astoricen. obitu Bartholomaei de Quiros vac. confert. G. F. L. 1089 f. 71.

— — — (17 799) Nicolao de Segurola par. ecclesiam S. Aemiliani de Cicurquil Pampilonen. dioec. a Gundisalvo de Segurola resignatam confert. „Vitae ac morum“ L. 1048 f. 185.

— — — (17 800) Mag. Guillermo Cassador caus. P. A. auditori mandat, ut par. ecclesiam S. Martini de Alcorada Segobien. dioec. Petro de Murga cler. Burgen. dioec. surrogando conferat, si nemini sit jus quaesitum. G. F. L. 1051 f. 70, b.

— — — (17 801) Antonio Garronis presb. Lemovicen. dioec. commendat Prioratum S. Dionysii

1515.

de Joveco O. S. A. Bituricen. dioec., quem Martialis Garronis resignavit. „Vitae ac morum“ L. 1038 f. 259.

27. Sept. (V. Kal. Oct.) | Romae apud S. Petrum. | (17 802) Martiali Garronis confert Prioratum S. Petri de Neutholio O. S. A. Petragoricen. dioec., cui Antonius Garronis presb. Lemovicen. cessit. „Religionis zelus“ L. 1038 f. 261.

— | — | (17 803) Georgium Schreckseissen rectorem par. eccl. in Malgerstarff Patavien. dioec. Georgio Schaffmansperger Praeposito eccl. S. Joh. Bapt. in Vilshoven Patavien. dioec. coadjutorem cum jure successionis deputat. „Circumspecta Sedis Apostolicae“ L. 1035 f. 117.

— — | — | (17 804) Francisco de Reguilla par. ecclesiam loci de Cantalojas Seguntin. dioec. obitu Johannis Garsiae vac. et beneficium in par. eccl. S. Jacobi Seguntin. confert. G. F. L. 1044 f. 230, b.

— — | — | (17 805) Mag. Jacobo de Vaesco canon. ac Sacristae eccl. Tricastrinen. et not. suo commendat monasterium B. M. Aquaebellae Cisterc. Ord. Tricastrinen. dioec., cum Antonius Lasseti nuper ejusd. monast. abbas regimini illius cesserit. „Romani Pontificis“ (Carrot. | Millin. Gauden | J. de Gays. Coll. Amerin.) L. 1043 f. 251.

— — | — | (17 806—17 807) Didaco de Avancha cler. Burgen. cum jure accessus pensionem assignat super fruct. beneficii in par. eccl. loci de Valle Palentin. dioec. per Didacum de Larva solvendam. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 54 f. 137, b seqq.

— — | — | (17 808) Mag. Martino de Spinosa causar. P. A. auditori mandat, ut Didaco de S. Vincentio cler. Salamantin. perpet. vicariam de Brihuega ac de Venafre et de Campaces beneficia locorum Toletan. et Ispalen. dioec., si nemini sit jus quaesitum, surrogando conferat. G. F. L. 1043 f. 223, b.

— — | — | (17 809—17 810) Frederico S. Angeli diac. Card. canonicatum et praeb. eccl. S. Stephani de Bugella atque par. ecclesiam S. Jacobi de Pertinengo locorum Vercellen. dioec. obitu Cassiani de Calderis vac. ad sex menses commendat. „Ad personam tuam“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 53 f. 317, b seqq.

28. Sept. (IV. Kal. Oct.) | — | (17 811) Decano eccl. Ispalen. mandat, ut beneficium in par. eccl. S. Dionysii oppidi de Xeritio Ispalen. dioec. resignat. Martini Lupi de la Cueva vac. Johanni Lupi de Anciso cler. Calaguritan. dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ Arch. Lat. tom. 53 f. 75.

— — | — | (17 812) Executores deputat, qui literas in favorem Petri Johannis Scerna cler. Neapolitan. emanatas circa canonicatum et praeb. ac decanatum majoris eccl. Aversan. et par. ecclesiam S. Andreae Aversan., quos quondam Petrus Thomassius Galganus obtinuerat, in omnibus valere decernant. „Vitae ac morum“ L. c. f. 139.

— — | — | (17 813) Execut. deputat, qui Petro Marquez cler. Calaguritan. dioec. beneficium in par. eccl. S. Vincentii de Arana dictae dioec. obitu Joh. Diaz vac. conferant. Id init. Arch. Lat. tom. 58 f. 330, b.

— — | — | (17 814) Andreae Michot rectori par. eccl. de Monsterolio de Gasto Cenomanen. dioec., in capella sua cantori capellano, commendat Prioratum S. Aegidii de Monteaureo O. S. B. dictae dioec. obitu Johannis Roussart vac. G. F. L. 1053 f. 131.

— — | — | (17 815) Universitati hominum oppidi Brugen. Tornacen. dioec. Confirmat sententiam latam contra fratrem Bonifacium de Cena Ministrum provinc. Franciae Ord. Minorum Conventualium in favorem fratrum domus S. Francisci dicti oppidi Brugen. ejusd. Ord. circa cand. domum. „Accepimus quod alias“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 112; t. 31 p. 241.

— — | — | (17 816) Alexandro Johannis Georgii Battestagni Veneti Ord. FF. Erem. S. Aug. professori. Confirmat conventionem inter dictum Alexandrum et Nicolaum Battestagni ejus fratrem initam, qua idem Nicolaus pietate fraterna ductus 17 duc. pro victu et vestitu singulis annis eidem Alexandro se daturum esse promiserat; ut de licentia sui superioris dictam summam in suos usus convertere valeat, praefato Alexandro concedit. „Votis fidelium“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 111; t. 31 p. 238.

— — | — | (17 817) Francisco Galliarum Regi, qui plura amoris et observantiae signa dedit, humanissime respondet ad capita foederis ab episcopo Tricaricen. Nuntio ad se delata, celerrime cum eis episcopum remittit magnaque sibi a Rege pollicetur. „Capita foederis“ (Bembus). Breve orig. exstat Parisiis Archiv. nation. J. 576 n. 3bis. Bibl. Vat. cod. 3364 f. 230, b. Ed. Bemb. L. XI ep. 1 p. 90; *Roscoe* t. VI. doc. 125 p. 275.

29. Sept. (III. Kal. Oct.) | — | (17 818—17 819) Frederico Machabeo de Camplo abbatiam saecul. et collegiatae eccl. S. M. de Nochella Campli Aprutin. dioec. confert. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 54 f. 191 seq.

— — | — | (17 820) Pro parte Mag. Alphonsi de Verdesotto cler. Palentin. dioec. et script. exponentis, quod quondam Fernandus Martini canon. Caurien. unum altare in par. eccl. B. M. oppidi de Lizano Caurien. dioec. construi fecit et ad illud unam perpetuam capellaniam erigi voluit, executores deputat, qui dictam capellaniam, „si est ita“, erigant eamque in eventum erectionis praefato Alphonso conferant. „Ex commisso Nobis“ Arch. Lat. tom. 54 f. 34.

1515.

29. Sept. (III. Kal. Oct.) | Romae apud S. Petrum. | (17 821—17 822) Petro de Urrea cler. Caesaraugustan. assignat pensionem super B. M. de Matallana et de Palazuelos (al. Paluezelos) Congregationis monachor. regul. observ. Cisterc. Ord. Castellae et Legionis regnorum Palentin. dioec. monasteriorum fructibus. „Laudabilia“ Executores deputat. „Hodie dil. filio“ L. 1039 f. 288; f. 290.

— — | — | (17 823) Postquam de archipresbyteratu de Berar et S. Andreae extra muros ejusd. oppidi ac de Candelario et de Sormela locorum par. ecclesiis et aliis beneficiis Placentin. dioec. obitu Didaci Muñoz vac., Ludovico de Mendoça cler. Ispalen. juri suo cedente, Mag. Johanni Bapt. de Madrigal scriptori provisum est, Johannes Fernandi, Petrus Sanctii, Gometius Ferdinandi, Christophorus Vasquez, Gundisalvus de Villalon, Petrus de Rabe, Didacus Gundisalvi, Joh. de Cobarrubias et quidam alii se pro clericis gerentes in dicta beneficia se intruserunt; praedictis et forsan aliis intrusis eorumque complicibus mandat in virtute sanctae obedientiae, ut intra sex dies dicta beneficia praefato Joh. Bapt. dimittant ac de fructibus integre satisfaciant. A. F. R. M. „Pontificalis auctoritas“ L. 1205 f. 205, b.

— — | — | (17 824) Monasterium B. Mariae Middelburgen. Praemonstr. Ord. Trajecten. dioec. suae dispositioni specialiter reservat. A. F. R. M. „Cupientes de monasteriis“ L. 1205 f. 209.

— — | — | (17 825) Ad instantiam moderni reformatoris et aliorum abbatum Congreg. monachorum regul. observ. Cisterc. Ord. Castellae et Legionis regnorum monasterium B. M. de Matelina dicti Ord. Palentin. dioec., cui Johannes episc. Algaren. cessit, eidem Congregationi per abbatem triennalem juxta mores dictae Congreg. regendum, cuius caput monasterium de Monte Sion extra muros Toletan. existit, perpetuo unit. A. P. R. M. „Pia consideratione“ (Melfit. | Millin. Gauden | Vega. Coll. Donatus) L. 1048 f. 157.

— — | — | (17 826) Francisco Gundisalvi cler. Abulen. pensionem assignat super de Vicolocano (al. Vicolozano) et de Aldeanueva par. ecclesiarum fructibus cum jure accessus et ingressus, resp. regressus. „Vitae ac morum“ L. 1062 f. 32, b.

— — | — | (17 827) Claudio Pertuisseti fam. suo obsequiis Mag. Jacobi Sadoleti secretarii sui insistenti ecclesiam *archipresbyteratum* nuncup. S. M. loci Ambroniaci Lugdunen. seu Burgien. dioec. resignatione Thomae Durandi vac. confert. G. F. L. 1061 f. 206.

— — | — | (17 828) Viceregi Siciliae possessionem beneficiorum Gentili Santesio Pindaro collatorum ipsius procuratoribus tradendam commendat, in quo etiam voluntatem Ferdinandi Regis catholici, cujus literas ei transmittit, exequetur. „Charissimus in Christo filius“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 113; t. 31 p. 251.

— — | — | (17 829) Bernardino de Vassallis canon. eccl. Vercellen. et vicario gener. episc. Vercellen. Revalidat reservationem canonicatus et praeb. ac dignitatis eccl. Vercellen. primo vacaturorum. „Dudum postquam“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 114; t. 31 p. 252 [1].

30. Sept. (Prid. Kal. Oct.) | — | (17 830) Roberto Maccot rectori par. eccl. S. Hilarii de Landis Cenomanen. dioec., Licent. in decr., Prioratum S. Aegidii de Monteaureo O. S. B. dictae vel alterius dioec. obitu Johannis Roussart abbatis monasterii S. Karilephi Ord. et Cenomanen. dioec. praedict. vac. commendat. „Literarum scientia“ L. 1037 f. 76.

— — | — | (17 831—17 832) Johanni Suerrinck obsequiis Laurentii tit. SS. Quatuor Coron. presb. Card. insistenti canonicatum et praeb. eccl. S. Ludgeri Monasterien. obitu Joh. Cramp vac. confert. G. F. Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 54 f. 212, b seqq.

— — | — | (17 833) Margaritae de Bussul confert Prioratum B. M. de Lancharre O. S. B. Cabilonen. dioec. resignat. Claudiae de Tevarre vac. „Religionis zelus“ L. 1036 f. 38.

— — | — | (17 834) Michaeli Cerrasco cler. Salamantin. dioec., Mag. in theol., indultum circa beneficia concedit. „Literarum scientia“ Arch. Lat. tom. 53 f. 141.

— — | — | (17 835) Petro del Campo cler. Salamantin. dioec., Mag. in theol., indultum circa benefic. concedit. Id. init. L. c. f. 142.

— — | — | (17 836) Executores deputat, qui Mag. Francisco de Vega cler. Burgen., script. et fam. suo, beneficium in par. eccl. oppidi de Veas Ispalen. dioec. conferant. G. D. et F. L. c. f. 76.

— — | — | (17 837) Nicolao Paella cler. Valentin. dioec. indultum circa benefic. concedit, non obstante defectu natalium. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. tom. 58 f. 269, b.

— — | — | (17 838) Executorem deputat, qui portionem eccl. Calciaten. Antonio de Angulo cler. Calaguritan. dioec. conferat. „Dignum arbitramur“ Arch. Lat. tom. 54 f. 132.

— — | — | (17 839—17 840) Johanni de Angulo cler. Calaguritan. dioec. pensionem assignat super fruct. canonic. et praeb. eccl. Caurien., quos Ant. Sancii obtinet, et portionis eccl. Calciaten., de qua mandatum in favorem Antonii de Angulo certis executoribus edidit. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 128, b seqq.

— — | — | (17 841) Universos hortatur, subditis vero mandat, ut Johannem Heytmers de Zonulben cler. Leodien. dioec., specialem Nuntium et commissarium suum, ad nationes Germaniae,

[1] Duplicat. sub dat. Viterbii 3. Nov. 1515 an. III.

1515.

Datiae etc. iter facientem libere transire permittant. „Cum dil. filium“ (Sadol.) Brev. t. 3 n. 115; t. 31 p. 257.

30. Sept. (Prid. Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum. (17 842) Christernum Datiae Regem hortatur, ut assistat Johanni Heytmers praedicto in recuperandis certis pecuniis et vasis argenteis ad Cam. apost. spectantibus, in regno Datiae a Card. Raimundo Gurcen. sacri jubilaei praeteriti Sedis Ap. per Alemanniam et Datiam Legato relictis. „Cum alias“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 116; t. 31 p. 258.

— — — (17 843) Christinam Datiae Reginam hortatur, ut in supradicto negotio praefato Johanni Heitmers commisso ita se gerat, ut Pontificis desiderio satisfiat. „Scribimus ad carissimum“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 117; t. 31 p. 261.

— — — (17 844) Episcopo Misnensi mandat, ut publicari faciat in sua civitate et dioec. literas apost., quibus Joh. Angelus de Arcimboldis J. U. doctor Nuntius ac commissarius destinabatur ad universam Germaniam in favorem fabricae Princ. Apost. de Urbe, eidemque Joh. Angelo vel personae ab eo deputandae opportunos favores impendat. „Intendentes nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 118; t. 31 p. 259.

— — — (17 845) Ragusinis significat, se accepisse eorum litteras die 10. Sept. datas de rebus orientalibus et exemplum literarum magni Turci offerentes; ipsorum fidem et devotionem commendans, ut in ea perseverare saepeque ad se scribere velint, eos adhortatur. „Accepimus literas“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 119; t. 31 p. 262.

— — — (17 846) Josepho de Petrafixa Mag. in artibus confert canonicatum et praeb. ac majorem Hebdomadariam *semipraebendam* nuncup. eccl. S. Hilarii majoris Pictaven., quos quondam Franciscus Le Conte obtinebat. „Literarum scientia“ L. 1051 f. 208, b.

— — — (17 847) Pro parte magistrorum hospitalis pauperum B. Mariae Annuntiatae Neapolitan. monasterium S. M. Montis Virginis de Monte O. S. B. Avellin. vel Nullius dioec. in regno Siciliae, cum Aloysius S. M. in Cosmedin diac. Card. ejus commendae cesserit, eidem hospitali perpetuo unit. A. P. R. M. „Pastoralis officii“ (A. Melfit. | Millinus. Gauden | F. de Vega. Coll. Amerin.) L. 1035 f. 68.

— — — (17 848) Jacobo Coppula scholari Neapolitan. pensionem assignat super fruct. praefati monast. S. M. Montis Virginis. „Vitae ac morum“ L. 1035 f. 70.

— — — (17 849) Aloysio S. M. in Cosmedin diac. Card. pensionem super fructibus ejusd. monast. S. M. assignat. „Ad personam tuam“ L. 1035 f. 72.

— — — (17 850—17 851) Petro de Castro Mag. in artibus confert par. ecclesiam Carpiaci Lugdunen. dioec. a Jacobo de Fontana resignatam. „Literarum scientia“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 55 f. 140 seq.

— — — (17 852—17 853) Arthando de Vallino par. ecclesiam S. Joh. Bapt. Cremiaci Viennen. dioec. necnon unam ad altare SS. Petri, Mauritii et Catharinae situm in eccl. Viennen. et aliam ad altare S. Catharinae situm in capella intra claustrum dictae eccl. Viennen. perpet. capellanias confert. „Nobilitas generis“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 293, b seqq.

— — — (17 854—17 855) Tristano Pellerini Quadrinario eccl. Viennen. cum jure regressus fructus praedictarum par. ecclesiae et capellaniarum ab ipso resignatarum reservat. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 291, b seqq.

— — — (17 856) Officiali Augusten. mandat, ut par. ecclesiam in Wissenhorn Augusten. dioec. prov. Maguntin. a Sebastiano Sprenz resignatam, Bartholomaeo Ridler juri suo cedente, Wolfgango Decker cler. Augusten. dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ Arch. Lat. tom. 44 f. 1.

— — — (17 857) Episcopo Conventren. et Lichefelden. committit, ut Thomae Pylkynton laico et Margarethae Hulton mulieri dictae dioec., qui tertio consanguinitatis gradu conjuncti matrimonium inter se contraxerunt, si ipsi videbitur, de opportuna dispensatione provideat. „Oblatae Nobis“ Arch. Lat. tom. 57 f. 12.

— — — (17 858) Petro Chaudossi Licent. in legibus par. ecclesiam S. Mauritii de Alaiove Lodoven. dioec. confert, et perp. vicariam par. eccl. S. Martini de Caylario de Alaiove dictae Lodoven. dioec. eidem eccl. S. Mauritii, quamdiu ipse hanc obtinuerit, unit. „Literarum scientia“ L. 1078 f. 100, b.

— — — (17 859) Universos hortatur, subditis vero suis mandat, ut Franciscum Segura ad sanctissimae Ligae exercitum cum circiter 150 peditibus profecturum libere iter facere permittant eique favores opportunos praebeant. „Cum dil. filius“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 121; t. 31 p. 265.

— — — (17 860) Johanni Angelo de Arcimboldis referendario et ad certas partes ultramontanas Nuntio et commissario suo. Cum ipsi ad Colonien., Treveren., Salzburgen., Bremen., Bisuntin. etc. provincias et civit. et dioec. in commodum fabricae basil. Princ. Apost. de Urbe Nuntio et commissario suo per alias literas facultatem cognoscendi et terminandi per se vel alios causas ad forum ecclesiasticum pertinentes tribuerit, etiam partes litigantes per edictum publicum citandi sub certo modo facultatem concedit. „Cum te Nos nuper“ (Sadol.) Brev. tom. 3 n. 122; t. 31 p. 267.

ANNO TERTIO MENSE OCTOBRI.

1515.

1. Oct. (Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum. (17 861) Johanni Alardi rectori par. eccl. S. Dalmati Albien. dioec. dictam eccl., quam Barthol. de Manso sine tit. detinet, confert. „Vitae ac morum“ L. 1053 f. 72.

— — — (17 862) Mag. Ricardo de Milanensibus rectori par. eccl. Castri de Oyes Lausanen. dioec., script. et fam. suo, dictam ecclesiam a Mamerto de Grueriis resignatam necnon Prioratum de Broch O. S. B. Savigniacen. dictae dioec. cessione ejusd. Mamerti vac. confert. G. D. et F. L. 1052 f. 128.

— — — (17 863) Georgio de Bila cler. Maguntin. dioec., qui canonicatum et praeb. eccl. S. Petri Ipehenberg ac vicariam ad altare S. Joh. Bapt. situm in eccl. monasterii monialium Franchenheusen Maguntin. dioec. de jure patronatus domini temporalis loci de Sundershausen existentes alias resignavit, pensionem assignat super fruct. canonic. et praeb. atque vicariae praedict. per Rodulphum Marschalch solvendam. G. F. L. 1163 f. 153.

— — — (17 864) Beneficia certi valoris in Ducatu Britanniae suae dispositioni specialiter reservat. A. F. R. M. „Etsi beneficiorum“ L. 1194 f. 55.

— — — (17 865) Archipresb. eccl. de Castrignano Parmen. dioec. priores literas revalidans mandat, ut Ambrosio Tarascono cler. Parmen. beneficium sub invocat. S. Joh. Bapt. ad altare majus eccl. Parmen. conferat. „Vitae ac morum“ L. 1207 f. 239.

— — — (17 866) Reginaldo Marchant, Mag. Joh. Bapt. de Turchis script. sui fam., confert archidiaconatum eccl. Carnoten. Id. init. L. 1052 f. 142, b.

— — — (17 867) Renato Tesniere baccal. in decr. Prioratum S. Aegidii de Monteaureo O. S. B. Cenomanen. dioec. confert. „Religionis zelus“ L. 1052 f. 178.

— — — (17 868) Monasterium S. Prudentii Cisterc. Ord. Calaguritan. dioec. Congregationi monachorum regularis observantiae dicti Ord. Castellae et Legionis regnorum, „in qua a tempore illius reformationis citra benedicente Domino regularis abunde viget observantia“, juxta illius ritus et mores per abbatem triennalem regendum et gubernandum perpetuo unit. A. P. R. M. „Ex injuncto nobis“ (A. Melfit. | Millinus. Gauden. | F. de Vega. Coll. Donatus) L. 1048 f. 162, b.

— — — (17 869) Paulo Antonio Trotto Praeposito eccl. Ferrarien. indultum circa benefic. concedit. „Vitae ac morum“ Arch. Lat. tom. 53 f. 314.

— — — (17 870) Didaco de Villoslada cler. Calaguritan. dioec., U. J. doctori, obsequiis Laurentii tit. SS. Quatuor Coron. presb. Card. insistenti ac Mag. Roderici de Cabredo scriptoris consanguineo pensionem assignat super fruct. monasterii S. Prudentii Cist. Ord. Calaguritan. dioec. G. F. L. 1072 f. 77.

— — — (17 871) Mag. Balthasari del Rio cler. Palentin., notar. et fam. suo, pensionem assignat super fruct. praedicti monast., cujus commendae cessit. „Romani Pontificis“ L. 1117 f. 291, b.

— — — (17 872) Matthaeo Alvari de Nagera cler. Calaguritan. dioec. obsequiis Julii S. M. in Domnica diac. Card. insistenti pensionem super fruct. praefati monasterii S. Prudentii assignat. G. F. L. 1095 f. 241.

— — — (17 873) Petro Audier cler. Lemovicen. dioec., qui in monasterio S. Martialis O. S. B. dictae dioec. Altissimo famulari cupit, Refectuariam ejusd. monast. resignatione Joh. Audier, cujus dictus Petrus nepos existit, vacantem, ratione cujus p. t. existens Refectuarius portionem monachalem prout ceteri monachi dicti monast. percipit, cum illi perpetuo annexo Prioratu de Moustier Ferrier Ord. et dioec. praedict. ad certum tempus commendat et deinde (professione emissa) confert. „Apostolicae Sedis“ L. 1045 f. 97, b.

— — — (17 874) Johanni Gentilis cler. Lemovicen. dioec. par. ecclesiam S. Andreae de Brucilli Petragoricen. dioec. seu illius perp. vicariam resignat. Raymundi de Podio vac. ad certum tempus commendat et deinde confert. „Vitae ac morum“ L. 1041 f. 86.

— — — (17 875) Antonio de Aureysono domino in temporalibus Castri de Cadanetto et nobili mulieri Catharinae de Claromonte Cardinalis S. Stephani in Coelio Monte sorori conjugibus Aquen. dioec. licentiam tribuit fratribus Minoribus de observ. nuncupat. intra dictum Castrum vel ejus districtum aliquem locum aptum pro constructione unius domus pro eorumdem fratrum usu et habitatione concedendi et assignandi et eidem domui, si constructa fuerit, privilegia elargitur. „Sincerae devotionis“ L. 1096 f. 79.

— — — (17 876) Guillermo Le Gris Prioratum S. Gabrielis de S. Gabriele O. S. B. Bajocen. dioec. obitu Gabrielis de Castelleto vac. confert. „Religionis zelus“ L. 1052 f. 62, b.

— — — (17 877) Gerardo de Ponte, Mag. Hieronymi Benzon lit. ap. abbrev. et Cardinali Viccanc. in illarum expeditione assistentis fam., par. ecclesiam *vicariam* nuncup. B. M. in Pestulo Colonien. confert. „Vitae ac morum“ L. 1040 f. 226.

1515.

1. Oct. (Kal. Oct.) Romae apud S. Petrum. (17 878) Johanni Sudoris Mag. in theol. collationem canonicatus et praeb. eccl. Ebroicen. obitu Simonis Adam vac. revalidat. „Literarum scientia“ L. 1036 f. 182.

— — — (17 879) Petro Jordan al. Garsiae cler. Valentin. pensionem assignat super fruct. canonicatus et praeb. eccl. majoris oppidi de Valvastro Oscen. dioec. per Didacum Alastro de Pan y Vino solvendam. G. F. L. 1116 f. 245.

— — — (17 880) Petro de Fayeto baccal. in decr. par. ecclesiam de Caylate Claromonten. dioec. obitu Guillermi Fabri vac. confert. „Literarum scientia“ L. 1046 f. 29.

— — — (17 881) Reynato Sadoc cler. Cenomanen. et Mag. in artibus Prioratum de Nully O. S. A. Turonen. dioec. obitu Michaelis Le Royer vac. commendat. „Literarum scientia“ L. 1080 f. 19.

— — — (17 882) Johanni Alardi Mag. in artib. confirmat par. ecclesiam B. M. de Pannusia loci de Orbano Albien. dioec. „Literarum scientia“ L. 1112 f. 6.

— — — (17 883) Pro parte universitatis hominum Castri Butrii Bononien. dioec. exponentium, quod alias praesidentes regimini civit. Bononien. ad utilitatem dictorum hominum intendentes, quod aquaeductus seu canale, quo decurrit aqua centenariae fontanae de Buscho et fontanae de Fussano ad foveas dicti Castri, perpetuo manuteneri deberet, in favorem ejusd. Castri quaedam ordinarunt, ordinationes hujusmodi approbat. A. F. R. M. „Ea quae in utilitatem“ L. 1036 f. 122.

— — — (17 884) Confirmat jura et privilegia ecclesiae et conventui Tersatensi Ord. Minor. de observ. a Romanis Pontificibus concessa. „Dum a Nobis petitur, quod justum est“. Ed. *Greiderer,* Germania Franciscana t. I. L. II. p. 95 seq.; cf. p. 71 n. 73.

— — — (17 885) Juliano Med. fratri suo nuntiat, se laetari ob ejus valetudinem melius se habentem et maxime curam gerere, ut prorsus valeat et confirmetur. „Narravit Nobis Joh. Vespucius familiaris tuus“ (Bemb.) Bibl. Vat. cod. 3364 f. 232. Ed. Bemb. L. XI ep. 4 p. 91.

— — (17 886) Episcopo Monasterien. et canonicis et capitulo eccl. Monasterien. sub poenis mandat, ut pecunias per bon. mem. Raymundum Cardin. Gurcen. tunc Legatum de latere ex sacro jubilaeo collectas et penes eos depositas per Nuntium et commissarium apost. Joh Heytmers de Zonulben cler. Leodien. dioec. Romam mittant. „Quoniam saepius moniti“ (Sadolet.) Archiv. Stat. Monasterien. (Fürstenthum Münster Or. U. 2765).

— — — (17 887—17 888) Petro de Bariaco rectori par. eccl. *Prioratus* nuncup. B. M. de Rippis Vivarien. dioec. dictam eccl resignatione Joh. Brunelli vac. confert. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 53 f. 105, b seq.

— — — (17 889—17 890) Petro Beron Sacristae monasterii de Brancolino O. S. B. Petragoricen. dioec. Sacristiam dicti monasterii resignatione Gabrielis Beron vac. confert. „Religionis zelus“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 118, b seqq.

— — — (17 891—17 892) Thomae de Schianchis presb. Regien. dioec. pensionem assignat super fruct. mensae episcop. Castren. per Georgium Electum Castren. solvendam. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 54 f. 18 seqq.

— — — (17 893) Praeceptoriam domus S. Antonii oppidi de Baeza O. S. A. Giennen. dioec. alias Praeceptoriae S. Antonii Corduben. dicti Ord., quam Bernardus de Testis obtinet, perpetuo unitam, hac unione dissoluta, Praeceptoriae domus S. Antonii Civitatis Regalis dicti Ord., quamdiu hanc Ferdinandus de Haro obtinuerit, unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ L. c. f. 225.

— — — (17 894—17 895) Johanni de Cantalupa presb. Caturcen. dioec. pensionem assignat super fruct. perp. vicariae par. eccl. S. Juliani de Cardalhaco dictae dioec. per Antonium Barasii solvendam. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 59 f. 293 seq.

— — — (17 896—17 897) Johanni Cusinier rectori par. eccl. *vicariae* nuncup. B. M. de Chersac Xanctonen. dioec. dictam eccl. confert. Execut. deputat. Init. ut supra. Arch. Lat. tom. 58 f. 209, b seqq.

— — — Hac die post prandium Papa ab Urbe recessit versus Viterbium et Montem Faliscor. ac Tuscanellam et Centum Cellas sive Civitatem Veterem. P. de Grassis f. 121, b.

2. Oct. (VI. Non. Oct.) Montisrosuli Nepesin. dioec. (17 898—17 899) Mag. Antonio Puccio notar. suo Thesaurariam eccl. B. M. oppidi Vallisoleti Palentin. dioec. obitu Didaci de Valleoleti vac. confert. G. D. et F. Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 53 f. 149 seq.

— — — (17 900) Matthaeo Wilhelmi de Rossey obsequiis Laurentii tit. SS. Quatuor Coron. presb. Card. insistenti par. ecclesiam in Mendenblech Trajecten. dioec. resignat. Cornelii Bovimel vac. confert. G. F. L. 1072 f. 241.

— — — (17 901) Martino Prieto cler. Civitaten. dioec., capellae suae cantori capellano, quaedam beneficia in dicta dioec. confert. G. F. L. 1045 f. 199, b.

— — — (17 902) Arnaldo Guillermo de Maseris par. ecclesiam loci de Juransono Lascuren. dioec. confirmat. „Vitae ac morum“ L. 1070 f. 269, b [1].

[1] Leg. in cod. Montisrosuli Sutrin. dioec.

1515.

2. Oct. (VI. Non. Oct.)	Montisrosuli Nepesin. dioec.	(17 903) Ad petitionem abbatis et conventus monasterii S. Martini de Fora Compostellan. O. S. B. monasterium S. Antonini de Toques ejusd. Ord. Lucen. dioec., cum Alfonsus de S. Cypriano monachus dicti Ord. juri suo cesserit, praefato monasterio S. Martini perpetuo unit. A. P. R. M. „Injunctum Nobis“ (A. Melfit. | C. de Liazar. Ingenwinkel | Vega. Coll. S. de Spoleto) L. 1044 f. 148, b.
— —	—	(17 904) Officiali Tirasonen. mandat, ut vicariam eccl. monasterii monialium S. Nicolai Caesaraugustan. O. S. A. Sepulchri Dominici Hieros. per canonicos Prioratus S. Sepulchri de Calatajubio dicti Ord. et Tirasonen. dioec. teneri solitam et obitu Gundisalvi Capata vac. Martino Caldinar cler. Tirasonen. dioec., qui in dicto Prioratu virtutum Domino famulari desiderat, ad sex menses commendet et deinde, si ipse idoneus sit et professionem emiserit, conferat. „Apostolicae Sedis“ Arch. Lat. tom. 58 f. 84.
— —	—	(17 905) Guillelmo Castel canonico et archidiac. Transligeren. in eccl. Turonen., Mag. in theol., Prioratum de Nigello al. de Nean O. S. B. Cenomanen. dioec. cessione Joh. Langlays vac. commendat. „Literarum scientia“ L. 1067 f. 163.
— —	—	(17 906) Mag. Hugoni de Spina caus. P. A. auditori mandat, ut Johanni Borrel canon. Valentin. par. ecclesiam de Villa Marcho Legionen. dioec. surrogando conferat. G. F. L. 1045 f. 180.
3. Oct. (V. Non. Oct.)	Roncillioni Sutrin. dioec.	(17 907) Fidelibus par. ecclesiam S. Michaelis sitam in oppido S. Genesii Camerinen. dioec., quam Laurentius Parmenus bibliothecae suae custos obtinet, visitantibus et manus adjutrices porrigentibus indulgent. concedit. „Etsi cunctae ecclesiae“ L. 1035 f. 95.
— —	—	(17 908) Johanni de Madrigal cler. Toletan. dioec. regressum concedit ad canonic. et praeb. eccl. B. M. oppidi de Talavera Toletan. dioec. cedente vel decedente Francisco de Madrigal. G. D. et F. L. 1071 f. 85.
— —	—	(17 909) Executores deputat, qui Bartholomaeo de Costis cler. Cremonen. obsequiis Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. insistenti capellaniam ad altare S. Bernardini situm in par. eccl. de Pontanico Brixien. dioec. obitu Francisci de Bocatiis vac. conferant. G. F. L. 1080 f. 261.
— —	—	(17 910) Praeposito Praepositurae S. Petri in Ponteforti extra muros Mediolanen. mandat, ut Praepositurae eccl. S. Petri de Cornaliano Mediolanen. dioec. par. ecclesiam SS. Andreae et Alexandri de Albingiano ejusd. dioec., cum Dominicus de Castano easd. Praepositurarn et par. eccl. resignaverit, in favorem Francisci de Castano canonici dictae eccl. S. Petri, si idoneus sit, unire et dictam Praepositurarn eidem Francisco conferre curet. „Apostolicae Sedis“ Arch. Lat. tom. 58 f. 3.
— —	—	(17 911) Mag. Carolo de Chalaut Praeposito eccl. Augusten. et notar. suo licentiam testandi concedit. „Quia praesentis vitae“ Arch. Lat. tom. 47 f. 219.
4. Oct. (IV. Non. Oct.)	Viterbii.	(17 912) Jacobo de Tusseau Prioratum S. Quintini O. S. B. Andegaven. dioec. confert. „Religionis zelus“ L. 1067 f. 166.
	—	(17 913) Executores deputat, qui Leonardo Tharis (Ind.: Tharris) cler. Leodien. dioec. canonicatum et praeb. eccl. B. M. Eychen. Leodien. dioec. obitu Henrici Mussenbergh vac. conferant. „Vitae ac morum“ L. 1062 f. 87.
5. Oct. (III. Non. Oct.)	—	(17 914—17 915) Jacobo episc. Albanen. canonicatum eccl. Syracusan. et loco praebendae par. ecclesias invicem unitas S. Joh. et S. Georgii terrae Ragusiae Syracusan. dioec. obitu Guillelmi de Luna vac. commendat. „Ad personam tuam“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 54 f. 175 seqq.
— —	—	(17 916—17 917) Francisco Caputio rectori par. eccl. S. M. terrae Lugi Imolen. dioec. dictam eccl. resignatione Dominici Gaza vac. confert. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 200, b seqq.
— —	—	(17 918) Executores deputat, qui Hieronymo de Augustinis cler. Salernitan. dioec. quasd. petias terrae dictae dioec. clericis saecul. in tit. perp. beneficii assignari solitas conferant. „Vitae ac morum“ L. 1051 f. 124.
— —	—	(17 919—17 920) Francisco de Fonteca arch. Rom. Cur. script. et Ferdinandi de Fonteca script. nepoti a) unum in par. eccl. S. Vincentii Abulen. et b) alterum in par. eccl. S. Joh. Abulen. beneficia confert. G. D. et F. L. 1096 f. 266; f. 267, b; L. 1110 f. 224; L. 1120 f. 43.
— —	—	(17 921) Mag. Mercurio de Vipera caus. P. A. auditori mandat, ut Hippolyto S. Luciae in Silice diac. Card. archidiaconatum de Villavitiosa et duas portiones eccl. Oveten. surrogando commendet. „Dum exquisitam“ L. 1035 f. 65.
— —	—	(17 922) Johanni Picardi, Mag. Christophori Barotii script. fam., capellam B. M. et S. Ludovici Francorum Regis loci Abbergamenti de Vareto Burgien. dioec. confert. „Vitae ac morum“ L. 1047 f. 300.
— —	—	(17 923) Emmanueli Portugalliae et Algarbiorum Regi, qui post ejectionem Maumethanorum a civit. Ulixbonen. in loco templi illorum Mesquitam nuncupati in dicta civitate consistentis aedificia pro uno monasterio monialium sub invocat. Annuntiationis B. M. V. construi fecit seu facere incepit et, ne illa vacua remanerent, pro-

1515.

curavit, ut inibi nonnullae sorores tertii Ord. S. Francisci professionem aliquam non emittentes nec alicui obedientiam praestantes introducerentur, nunc vero aedificia praedicta pro uno erigendo monasterio monialium O. S. A. sub dicta invocat. cum ecclesia, campanili humili, campana, cimiterio, claustro etc. perfici facere cupit, opportunas facultates tribuit. A. P. R. M. „Debitum pastoralis officii“ (Evang. | Enckenw. C. de Eleazariis p. comp. | F. Bernardus. Coll. F. de Attav.) L. 1040 f. 224.

5. Oct. (III. Non. Oct.) Viterbii. (17 924) Johanni Bouchet (al. Bunchet) capellaniam ad altare S. Ludovici situm in par. eccl. B. M. de Podio in Andegavia Pictaven. dioec. obitu Joh. de la Court vac. confert. „Laudabilia“ L. 1070 f. 51; L. 1073 f. 206.

— — — (17 925) Johanni de Moscardinis cler. Clusin. obsequiis Mag. Silvii Passerini datarii sui insistenti commendat hospitale S. Petri prope et extra muros civitatis Clusin. O. S. A. de Altopasso per fratres dicti Ord. teneri solitum cessione Alphonsi de Baldellis cler. Cortonen. vac. G. F. L. 1058 f. 23.

— — — (17 926) Pro parte Andreae Witmay moderni Prioris *custodis* nuncup. domus hospitalis S. Bartholomaei inter pontes Villae Cloncestriae nuncupatae O. S. A. Wigornien. dioec., qui exponit, quod alias sibi in dicta domo professionem emittenti una crux nigra super vestem clericalem pavonacii seu cujuscunque alterius honesti coloris exhibita fuit, et quod et ipse et alii ejusd. domus fratres crucem hujusmodi ex tunc gestant etc., eisdem Priori et fratribus circa habitus gestationem et horarum canonic. recitationem facultates tribuit. A. P. R. M. „In apostolicae dignitatis specula“ (Scutarius | Salvius. Contreras | Bernardus. Coll. Gratiadei) L. 1206 f. 534.

6. Oct. (Prid. Non. Oct.) — (17 927) Petro Garnerii brev. apost. scriptori par. ecclesiam S. Petri de Garmoyrenco Noyronis Gratianopolitan. dioec. confert. G. D. et F. L. 1058 f. 174.

— (17 928) Executores deputat, qui Johanni Guinea cler. Burgen. beneficium in par. ecclesiis invicem unitis S. Christophori et B. M. oppidi de Salinas Burgen. dioec. conferant, dubio de priore collatione exorto. „Vitae ac morum“ L. 1087 f. 219, b.

— — — (17 929) Catharinae Kemens in Priorissam monasterii monialium minorum B. Mariae de Uske per Priorissam gubernari soliti O. S. B. Landaven. dioec. electae seu postulatae concedit, ut eundem Prioratum retinere valeat, ac si electio intra tempus a jure praefixum celebrata fuisset, ac tempore electionis cum ea super aetatis et natalium defectibus dispensatum fuisset. „Religionis zelus“ L. 1205 f. 220.

— — — (17 930—17 931) Desiderio Perneti canonico Virdunen. pensionem assignat super fruct. par. eccl. de Dompinaio Tullen. dioec., quae alias in favorem ejusd. Desiderii par. ecclesiae de Darbemonte dictae dioec. unita erat, per Nicolaum Midardi solvendam. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 47 f. 334 seq.

— — — (17 932) Prioratum saecularem S. Joh. de Garnassio Villae Salonis Arelaten. dioec. et capellaniam ad altare S. Catherinae situm in eccl. S. Michaelis dictae Villae mensae capitulari ecclesiae S. Laurentii ejusd. Villae perpetuo unit. A. P. R. M. „Ad exigendum“ (Lambertus | Nardinus) Arch. Lat. tom. 57 f. 326.

7. Oct. (Non. Oct.) — (17 933) Francisco Trigory, Mag. Johannis Cheminart script. fam., confert par. eccl. B. M. Magdalenae de Pelonaille Andegaven. dioec. obitu Joh. Berruez vac. „Vitae ac morum“ L. 1083 f. 176.

— — — (17 934) Executores deputat, qui Tullio Perez cler. Conchen. dioec. par. ecclesiam S. Salvatoris oppidi Vallisoleti Palentin. dioec. obitu Alphonsi Gometii vac. conferant. Id. init. L. 1062 f. 8.

— — — (17 935) Gasparem de S. Amantio, qui Conciliabulo Pisan. adhaeserat, absolvit eique Prioratum de Cledaco O. S. A. Lemovicen. dioec. confert. „Sedes apostolica pia mater“ L. 1100 f. 247, b.

— — — (17 936) Johanni de Dominis fam. suo confert ecclesiam seu capellam S. Crucis Nonen. G. F. L. 1076 f. 295, b.

— — — (17 937) Johannem Coque et Lupum de Tineo et alios, qui in canonicatum et praeb. eccl. S. Adriani de Tunon et quaedam beneficia Oveten. dioec., de quibus Johanni de Paredes est provisum, se intruserunt, intra sex dies ea dimittere jubet. A. F. R. M. „Pontificalis auctoritas“ L. 1206 f. 621, b.

— — — (17 938) Cum Johannes Hepbrien. olim Prior S. Andreae O. S. A. Gawinum Darglass cler. sive laicum S. Andreae dioec. et alios a custodia arcis S. Andreae, quae archiepiscopi S. Andreae existit, cum maxima crudelitate et sanguinis effusione ejecisset et arcem ipsam occupasset, Pontifex sub poenis dictam arcem sine mora restitui jussit. Cum autem praefatus Johannes dictam arcem dimittere contempserit aliaque jura et res archiepiscopalia eccl. S. Andreae usurpaverit atque impediverit, quominus provisio Pontificis, qui ecclesiae S. Andreae Andream in archiepiscopum praefecit, suum sortiatur effectum, necnon ad Concilium per Principes saecul. convocandum appellaverit, motu proprio eundem Johannem ejusque complices post certum tempus, nisi resipiscant, ab omnibus fidelibus evitandos esse, et loca, ad quae istos

1515.

declinare contigerit, interdicto subjacere decernit. A. F. R. M. „Exigit contumacium plectenda rebellio“ L. 1206 f. 668, b.

8. Oct. (VIII. Id. Oct.) Viterbii. (17 939) Executorem deputat, qui canonicatum et praeb. eccl. Canarien. resignatione Francisci de Medina sen. vac. Francisco de Medina jun. cler. Palentin., si idoneus sit, conferat. „Dignum“ L. 1039 f. 295.

— — — (17 940) Johanni Costuti par. ecclesiam capellam de Planis vulgariter nuncupatam Tutelen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ L. 1048 f. 89.

— — — (17 941) Gaspari Glandor obsequiis Innocentii SS. Cosmae et Damiani diac. Card. insistenti confert canonic. et praeb. ac decanatum eccl. S. Leonardi oppidi Franckfordiae Maguntin. dioec. G. F. L. 1070 f. 102, b.

— — — (17 942) Mag. Bernardino de Contreras cler. Burgen. et script. suo pensionem assignat cum jure regressus super fruct. cujusd. beneficii Corduben. dioec. G. F. L. 1080 f. 286.

— — — (17 943) Guillermo Veteris baccal. in decr. canonicatum et praeb. S. Thomae de Cuyssello et S. Clari de Calanis ecclesiarum invicem unitarum Lugdunen. dioec. resignatione Joh. Jacodi vac. confert. „Literarum scientia“ L. 1058 f. 143.

— — — (17 944) Fidelibus, qui ecclesiam S. Antonii (al. S. Martini) oppidi de Medina del Campo Salamantin. dioec., ad quam Mag. Alphonsus Garsiae del Rincon abbas de Compludo in eccl. Astoricen. specialem gerit devotionis affectum, visitaverint et manus porrexerint adjutrices indulgentias concedit. „Loca Sanctorum omnium“ Arch. Lat. tom. 53 f. 185.

— — — (17 945) Prò parte Mag. Christophori Barotii cler. Parmen. dioec., liter. apost. scriptoris, literas Julii PP. II. (incip. „Ecclesia Romana“ dat. Rom. ap. S. Petr. Prid. Non. Jun. Pont. an. IV.), quibus idem Christophorus S. P. et aulae Lateranen. Comes et Miles creatus est, transscribi facit. A. F. R. M. „Provisionis Nostrae“ Arch. Lat. tom. 44 f. 248, b.

— — — (17 946—17 947) Johanni de S. Petro cler. beneficium in par. eccl. S. Jacobi oppidi de Torresvedras Ulixbonen. dioec. resignatione Sebastiani Alvari vac. confert. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 51 f. 32 seq.

9. Oct. (VII. Id. Oct.) — (17 948) Executorem deputat, qui Johanni de Expagniaco cler. Gebennen. dioec. par. ecclesiam S. Mauritii Jonziaci dictae dioec. surrogando conferat. „Vitae ac morum“ L. 1038 f. 173.

— — — (17 949) Caesari Podochataro fratri Hosp. S. Joh. Hieros. unum Nicosien. et alterum Paphen. ecclesiarum canonicatus cum expectatione praebendarum etc. earund. eccl. commendat. G. F. L. 1045 f. 135.

— — — (17 950) Guillermo Amyot rectori par. eccl. S. Similiani prope et extra muros Nanneten., portae ferreae P. A. custodi, pensionem super fruct. par. eccl. de Bestigne Nanneten. dioec. per Gaufridum Morelli solvendam assignat. G. F. L. 1048 f. 275, b.

— — — (17 951) Johanni episc. Sibinicen. in Rom. Cur. residenti mandat, ut par. ecclesiam S. M. Villae Tituli Paduan. dioec. Valerio Larghio cler. Paduan. surrogando conferat. G. F. L. 1049 f. 10.

— — — (17 952) Antonio Perruqueti confert par. eccl. de Berayo Augusten. dioec. prov. Tarantasien. resignatione Mag. Caroli Challant vac. „Vitae ac morum“ L. 1075 f. 288.

— — — (17 953) Francisco de Tholomaeis cler. Pistorien. et expenditori suo pensionem assignat cum jure accessus super fruct. par. eccl. S. Michaelis de Vacharetia Pistorien. dioec. per Philippum Cechi Lucae del Magno de Agliana solvendam. G. F. L. 1132 f. 104, b.

— — — (17 954) Executores deputat, qui Johanni Raseck cler. Posnanien. dioec. canonicatum et praeb. eccl. S. M. oppidi Lancicien. ac par. ecclesiam *plebaniam* nuncup. loci Uniowo Gnesnen. dioec. conferant. G. F. L. 1149 f. 164.

10. Oct. (VI. Id. Oct.) — (17 955) Desiderio Mengesson cler. Virdunen. dioec. et accolito suo pensionem assignat super fruct. par. eccl. S. Joh. Bapt. de Canpremy Beluacen. dioec. ab ipso resignatae per Stephanum Oudinot solvendam. G. D. L. 1190 f. 68.

— — — (17 956) Prudentio de Recourt canon. et archidiacono Baren. nuncupato eccl. Lingonen., in U. J. Licent., Prioratum S. Martini Lingonen. O. S. B. cessione Aynardi de Villanova canonici monasterii S. Antonii de S. Antonio O. S. A. Viennen. dioec. vac. commendat. „Literarum scientia“ L. 1042 f. 140, b.

— — — (17 957) Jacobo Le Roy decano Prioratus de Gaye Clun. Ord. Trecen. dioec., Adriani episc. Constantien. nepoti, Prioratum S. Lupentii (al. S. Lupensis) O. S. B. Turonen. dioec. obitu Francisci Regis vac.[1] commendat. „Religionis zelus“ L. 1038 f. 215.

— — — (17 958) Executorem deputat, qui par. ecclesiam BB. Jacobi et Catherinae oppidi Gur Wratislavien. dioec. Baltasari Necheren cler. dictae dioec., si nemini sit jus quaesitum, conferat. „Vitae ac morum“ L. 1040 f. 246.

[1] L. 1050 f. 166 idem Prioratus cessione Francisci Regis vacare refertur.

1515.

10. Oct. (VI. Id. Oct.) | Viterbii. | (17 959) Mag. Johannem Bapt. Laurentii cler. Camerinen. suum et Apost. Sedis notarium creat. „Pii Patris“ L. 1075 f. 119, b; L. 1191 f. 202.

(17 960) Leonardo Constuti par. ecclesiam S. Mauritii de Pratis Sarlaten. dioec. seu illius perp. vicariam resignat. Stephani de Calvio vac. confert. „Vitae ac morum“ L. 1036 f. 193.

— — — (17 961) Yvoni Poulione cler. Corisopiten. dioec. obsequiis Leonardi tit. S. Susannae presb. Card. insistenti regressum concedit ad par. eccl. de Quistime Veneten. dioec. G. F. L. 1071 f. 192.

— — — (17 962) Carolo Beamconi Thesaurariam eccl. Rothomagen. obitu Francisci Le Roy vac. confert. „Vitae ac morum“ L. 1048 f. 285.

— — — (17 963—17 964) Antonio Bezerril rectori par. eccl. B. M. de Lombernela Palentin. dioec. et notar. suo dictam eccl. necnon beneficium de Valloria del Alcor ejusd. dioec. obitu Didaci de Valleoleti al. de Grajeda vac. confert. G. D. et F. Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 53 f. 85 seq.

— — — (17 965) In favorem Radulphi episc. Ascalonen. vicariam par. eccl. de Cropton Wigornien. dioec. par. ecclesiae de Wethedon ejusd. dioec. unit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ L. c. f. 125, b.

— — — (17 966) Vincentio Navarra cler. Ilerden. indultum circa benefic. concedit. „Vitae ac morum“ L. c. f. 156.

— — — (17 967—17 968) Guillelmo Naturelli rectori par. eccl. de Charmoilles Lingonen. dioec. dictam eccl. a Prudentio de Recourt resignatam confert. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 55 f. 230, b seqq.

— — (17 969—17 970) Eidem Guillelmo cler. Eduen. dioec. pensionem assignat super fruct. Prioratus S. Martini Lingonen. O. S. B. per Prudentium de Recourt canon. Lingonen. solvendam. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 226 seqq.

— — — (17 971—17 972) Hannibali de Marochis canonico eccl. S. M. Majoris in Galeria Bononien. confert canonicatum et praeb. dictae eccl., quos quondam Cathelanus Casalis obtinuit. G. F. Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 58 f. 260, b seqq.

11. Oct. (V. Id. Oct.) — (17 973) Fernando de Alvendea rectori par. eccl. de Cadahalso Toletan. dioec. dictam eccl. a Laurentio Suares resignatam confert. „Vitae ac morum“ L. 1035 f. 214.

— (17 974) Petro Gimelli monacho eccl. Condomien. O. S. B. tertiam partem fructuum Camerariae dictae eccl. ab ipso resignatae et Bertrando Guast (al. Gaust) collatae reservat. „Religionis zelus“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 55 f. 280, b seq.

— — — (17 975—17 976) Menaldo de Garderiis canon. Oloren., qui canonicatum et praeb. eccl. Oloren. resignat, nomen canonici ac stallum in choro et locum ac vocem activam et passivam in capitulo necnon domum canonicalem atque omnes dictorum canonicatus et praeb. fructus cum jure regressus reservat. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 57 f. 80, b seqq.

— — — (17 977—17 978) Arnaldo Guillelmo de Garderiis presb., praefati Menaldi nepoti, canonicatum et praeb. praedictos confert. Execut. deputat. Init. ut supra. L. c. f. 82, b seqq.

— — — (17 979) Renato de Lambier jun. cler. Andegaven. dioec. par. ecclesiam B. M. de Poellyo prope Vernollium Ebroicen. dioec. a Renato etiam de Lambier sen. resignatam ad praesentationem Margaritae de Francia, Caroli moderni Ducis de Alenconia sponsae, ad certum tempus commendat et deinde confert. „Laudabilia“ L. 1036 f. 160.

— — — (17 980) Petro Massoli confert. beneficium in eccl. Carcassonen. a Mag. Joh. Olme presb. et notar. suo resignatum. „Vitae ac morum“ L. 1043 f. 15, b.

— — — (17 981) Raymundo de Abbatia rectori par. eccl. B. M. Villae Gymontis Lumbaricen. dioec., baccal. in U. J., locum et canonicalem portionem eccl. Lascurren. O. S. A. resignatione Joh. de Castro al. de Aula vac. ad sex menses commendat et deinde, professione emissa, confert. „Apostolicae Sedis providentia“ L. 1038 f. 63, b.

— — (17 982) Pro parte Prioris et fratrum domus B. M. de Templo in suburbiis Caturcen. Carthusien. Ord. unionem ecclesiae *Prioratus* nuncup. S. Affricani prope Lansertam dictae dioec. necnon vicariae in eadem eccl. institutae cum praedicta domo alias factam approbat et confirmat. A. P. R. M. „Decet Romanum Pontificem“ (Castillioneus | Guerrerius Bertrand. | Madrigal. Coll. Bucanus) L. 1058 f. 122, b.

— — — (17 983) Johanni Onnerart Thesaurariam eccl. Rothomagen. obitu Francisci Regis vac. confert. „Vitae ac morum“ L. 1051 f. 177.

— — — (17 984) Antonio de Cervandis beneficium in eccl. *plebe* nuncupata S. Felicis Venetiarum confert. „Vitae ac morum“ L. 1042 f. 299.

— — — (17 985) Antonio Eanaerailli (Ind. Eanvarailli) canonicatum et praeb. eccl. B. M. de Marturet oppidi Riomi Claromonten. dioec. obitu Johannis Le Mareschal vac. confert. „Vitae ac morum“ L. 1046 f. 217, b.

— — — (17 986) Antonio de Albinhio al. de Valsergiis cler. Ruthenen. dioec. par. ecclesiam *Prioratum* nuncupatam seu illius perpet. vicariam S. Petri de Lespinosa S. Pontii

1515.

Thomeriar. dioec. resignat. Antonii Manha vac. commendat et deinde confert. „Nobilitas generis“ L. 1068 f. 176, b.

11. Oct. (V. Id. Oct.) Viterbii. (17 987—17 988) Guillermo Guillemyn rectori par. eccl. S. Dionysii de Barnavilla (al. Bernavilla) Rothomagen. dioec. dictam eccl. a Thoma Martini resignatam confert. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 53 f. 1; f. 2.

— — — (17 989—17 990) Jacobo de Rinauldes canon. O. S. A. par. ecclesiam S. Petri de Brezia Bituricen. dioec. a Tristano Charbonier resignatam commendat. „Religionis zelus“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 218, b seqq.

— — — (17 991—17 992) Tristano Charbonier presb. Bituricen. dioec. commendat Prioratum S. Petri de Chazelles O. S. A. dictae dioec. a praefato Jacobo resignatum. „Nobilitas generis“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 220, b seqq.

— — — (17 993) Ludovico de Lomanha confert par. eccl. B. M. de Gnotz Agennen. dioec. „Nobilitas generis“ L. 1065 f. 158, b.

— — — (17 994—17 995) Bertrando Guast confert Camerariam eccl. Condomien. O. S. B. resignatam a Petro Gimelli, cujus nepos dictus Bertrandus existit. „Religionis zelus“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 53 f. 223 seq.

— — — (17 996—17 997) Petro Belengerii confert beneficium in eccl. S. Gaudentii de S. Gaudentio Convenar. dioec. a Joh. Belengerii resignatum. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 225 seq.

— — — (17 998) Pro parte Wilhermi de Newenstein canonici monasterii per Praepositum gubernari soliti B. M. in Olemberg ad Rom. Eccl. nullo medio pertin. O. S. A. Basilien. dioec., qui exposuit, quod alias Praepositura dicti monasterii, quam quondam Daniel Gross, dum viveret, obtinebat, vacante conventus ejusd. monasterii dictum Wilhermum in Praepositum elegerunt, Officiali Basilien. mandat, ut eidem Wilhermo, si ad hoc idoneus sit, praefatam Praeposituram conferat. „Dignum“ Arch. Lat. tom. 44 f. 65, b.

— — — (17 999) Petro Chaventii canon. Prioratus S. Georgii O. S. A. Gratianopolitan. dioec., Mag. Francisci Bernardi lit. ap. script. consanguineo, par. ecclesiam S. Georgii dictae dioec. obitu Antonii Recordonis vac. confert. „Religionis zelus“ L. 1078 f. 145.

— — — (18 000) Aegidio Collet presb. Cameracen. dioec., Mag. Johannis Beka scriptoris fam., qui canonicatum et praeb. eccl. S. Petri oppidi Insulen. Tornacen. dioec., quos quondam Joh. Laurin obtinebat, et de quibus inter ipsum Aegidium et Georgium Tayspil rectorem par. eccl. de Vinderhoute dictae dioec. lis oriri formidabatur, resignat, pensionem super fruct. dictae par. eccl. et regressum ad eosdem canonicatum et praeb. concedit. „Vitae ac morum“ L. 1083 f. 199.

12. Oct. (IV. Id. Oct.) — (18 001) Mag. Renato de la Bouscherie cler. Nanneten. dioec. et notar. suo pensionem assignat super fruct. par. eccl. de Quoeringnac Veneten. dioec. et Prioratus S. Martini de Pontecastro O. S. B. Nanneten. dioec. per Franciscum Richard solvendam. G. D. L. 1100 f. 268.

— — — (18 002) Stephano Gabrieli archiep. Baren., liter. apost. script. et Praelato suo domest., par. ecclesiam loci de Quinto Caesaraugustan. dioec. obitu Galatiani Cerdan vac. confert. „Personam tuam“ L. 1082 f. 164.

— — — (18 003) Raphaeli Cardono cler. Neapolitan. pensionem assignat super fruct. mensae episcop. Puteolan. per Simonem Electum Puteolan. solvendam. „Vitae ac morum“ L. 1039 f. 238.

— — — (18 004) Executorem deputat, qui par. eccl. S. Antonii de Mianiga Paduan. dioec. resignatione Bernardi Busenelli vac. Peregrino de Purrillis presb. dictae dioec., si idoneus sit, conferat. „Dignum arbitramur“ L. 1040 f. 176.

— — — (18 005) Executores deputat, qui Guillermo Moynet cler. Maclovien. dioec. canonicatum et praeb. eccl. Leonen. et capellaniam ejusd. eccl. necnon duas par. eccl. Leonen. et Trecen. dioec., quos Guillermus Fongay sine tit. detinet, conferant, si nemini sit jus quaesitum. G. F. L. 1040 f. 258, b.

— — — (18 006) Antonio de Luna confert par. eccl. loci de Quinto Caesaraugustan. dioec. (sic! cf. n. 18 002) et capellaniam *Regis* nuncup. in eccl. Prioratus B. M. de Pilari Caesaraugustan. O. S. A. G. D. et F. L. 1054 f. 156.

— — — (18 007—18 008) Laurentio Suares cler. Toletan. a) confert beneficium in par. eccl. loci de Val de S. Domingo Toletan. dioec. a Fernando de Alvendea cler. dictae dioec. resignatum, b) pensionem assignat cum jure regressus super fruct. par. eccl. loci de Cadahalso Toletan. dioec. ab ipso resignatae et Fernando de Alvendea collatae. G. F. L. 1054 f. 67; f. 68, b.

— — — (18 009) Africano Severolo, Mag. Christophori Barotii script. fam., confert par. eccl. S. Andreae de Barbainis Brixien. dioec. „Literarum scientia“ L. 1055 f. 19.

— — — (18 010—18 011) Jacobo Francisco de S. Celidonio cler. Gerondien. (Gerunden.), qui omni juri ad canonic. et praeb. eccl. Gerondien. resignatione Petri Francisci de S. Celidonio

1515.

vac. sibi competenti cedit, accessum ad eosd. canonic. et praeb. concedit. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 54 f. 124 seqq.

12. Oct. (IV. Id. Oct.) Viterbii. (18 012) Executorem deputat, qui praedictos canonic. et praeb. praefato Petro Francisco de S. Celidonio, si idoneus sit, iterum conferat. „Dignum“ L. c. f. 151, b.

— — (18 013) Executorem deputat, qui Francisco de Azeves cler. Palentin. dioec. canonicatum et praeb. eccl. Astoricen. surrogando conferat. G. F. L. c. f. 268, b.

— — — (18 014—18 015) Michaeli de Posse cler. Rothomagen. pensionem assignat super fruct. Prioratus B. M. Sansaurii Trophini de Costa O. S. B. Apten. dioec. per Antonium Agarni cler. Cavallicen. solvendam. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 170 seqq.

— — — (18 016) Mag. Petro Pimeulle cler. Nanneten. dioec. et notar. suo accessum seu regressum ad Prioratum de Oratorio Roterelli O. S. B. dictae dioec., quem Guillermus Droillart cler. Veneten. dioec. in commendam obtinet, concedit. G. D. et F. L. 1102 f. 44, b.

— — — (18 017) Ludovico Alvari cler. Egitanien. dioec. indultum circa beneficia concedit. G. F. L. 1205 f. 169.

— — — (18 018) Mag. Ludovico de Rossis notario ac cubiculario secr. et consanguineo seu affini suo par. ecclesiam de Baldalgorff (al. Baldalgoeff) Caesaraugustan. dioec. obitu Bartholomaei Romerales vac. confert. G. D. et F. L. 1089 f. 96, b.

13. Oct. (III. Id. Oct.) — (18 019—18 022) Johanni Mariae de Curte obsequiis Laurentii tit. SS. Quatuor Coron. presb. Card. insistenti confert a) canonicatum et praeb. eccl. B. M. in Galliverta (Gariverta) Placentin., b) canonicatum eccl. S. Antonini Placentin. ac S. Damiani nuncupatam praeb. in ead. eccl., c) canonicatum eccl. Placentin. ac de Pomario nuncupatam praeb. in eadem, d) canonicatum et praeb. eccl. S. Brigidae Placentin. una cum par. eccl. S. Petri Placentin., quam canonicatui et praeb. ultimo dictis unit; dicta beneficia omnia resignatione Renati de la Bouscherie (al. Bocherie) vacant, Francisco Richardi cler. Leonen. rectore par. eccl. de Queringnac Veneten. dioec. juri suo cedente. Quatuor docum. incip. G. F. L. 1036 f. 70; f. 71, b; f. 73; f. 74.

— — — (18 023) Francisco Richard rectori par. eccl. de Guiler Leonen. dioec., qui obsequiis Laurentii tit. SS. Quatuor Coron. presb. Card. insistit, dictam eccl. confert. G. F. L. 1044 f. 51.

— — — (18 024) Gaspari Flores cler. Toletan. dioec., qui capellaniam in capella in arce oppidi de Gerez de la Frontera Ipsalen. dioec. in favorem Johannis Ramirez portionarii eccl. Segobien. resignare intendit, pensionem assignat cum jure accessus super fruct. portionis eccl. Segobien. per dictum Johannem solvendam, si eid. Joh. de dicta capellania provisum fuerit. G. F. L. 1057 f. 212, b.

— — — (18 025) Mag. Petro Pimeulle cler. Nanneten. dioec. et notario suo pensionem assignat cum jure accessus super fruct. Prioratus de Pontchasteau O. S. B. Nanneten. dioec. per Franciscum Richard solvendam. G. D. et F. L. 1079 f. 155.

— — — (18 026) Francisco Richard cler. Leonen. et notar. suo, qui omni juri ad par. eccl. de Cugant Nanneten. dioec. in favorem Mag. Petri Pimeulle cedit, regressum seu accessum ad eand. eccl. concedit. G. D. et F. L. 1080 f. 215, b.

— — — (18 027) Francisco Richard cler. Leonen. dioec. concedit regressum seu accessum ad par. eccl. de Lavillis Leonen. dioec., cedente aut decedente Hamone Barberii ejus rectore. G. F. L. 1089 f. 149, b.

— — — (18 028) Garsiae Ferdinandi de Aunon cler. Toletan. dioec. regressum ad par. ecclesiam S. Johannis oppidi de Aunon dictae dioec. concedit. G. F. L. 1068 f. 255.

— — — (18 029) Decano eccl. SS. Apostolorum Colonien. mandat, ut Michaeli Warmboke cler. Rigen., si idoneus sit, canonicatum et praeb. eccl. S. Andreae Colonien. a Valentino Engelbart de Beltersheym resignatos conferat. „Dignum arbitramur“ L. 1064 f. 14.

— — — (18 030—18 031) Ferdinando Gometii de Albarrazin perp. beneficiato oppidi de Pulcheria Almerien. dioec. indultum circa residentiam concedit. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 53 f. 14 seqq.

14. Oct. (Prid. Id. Oct.) — (18 032—18 033) Mag. Lucae Bonfio brev. ap. script. et notar. suo confert Praeposituram S. Sophiae Paduan. G. D. et F. Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 54 f. 346 seqq.

— (18 034—18 035) Mag. Francisco de Candis cler. Paduan. et U. J. doctori cum jure regressus fructus praedictae Praepositurae ab ipso resignatae reservat. G. D. Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 372, b.

— — — (18 036—18 037) Petro Sebastiano ex Comitibus S. Donnini rectori par. eccl. S. Petri de Anchiano Lucan. dioec. dictam eccl. resignatione Bernardini quondam Serpetri de S. Donnino vac. confert. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 53 f. 109, b seqq.

— — — (18 038—18 039) Eidem Petro confert par. ecclesias invicem unitas S. Justi de Motrono et S. Romani de S. Romano Lucan. dioec. resignatione praefati Bernardini vac. Execut. deputat. Init. ut supra L. c. f. 112, b.

1515.

14. Oct. (Prid. Id. Oct.) | Viterbii. | (18 040—18 041) Radulpho Julien Mag. in artibus confert par. ecclesiam S. Nicolai de Cappella in Wlgassino Franciae Rothomagen. dioec. resignatione Stephani Waudren vac. „Literarum scientia“ Execut. deputat. „Hodie“ L. c. f. 228 seq.

— — | — | (18 042) Executores deputat, qui in favorem Didaci de Ylliescas canon. Oxomen. O. S. A. par. ecclesiam de Zayas de Vascones Oxomen. dioec., cum Didacus de Paternina et Fernandus de Medrano clerici Calaguritan. et Oxomen. dioec. necnon. Joh. de Herrera cler. Toletan. dioec., arch. Rom. Cur. scriptor, qui de ea litigaverant, omni juri ad illam sibi competenti cesserint, loco et canonicali portioni eccl. Oxomen., quamdiu eos dictus Didacus de Ylliescas obtinuerit, uniant. „Romanum decet Pontificem“ L. 1065 f. 277.

— — | — | (18 043) Mag. Wilhelmo de Enckenvoirt script. suo, qui permutat. causa capellaniam ad altare S. Nicolai situm in crypta par. eccl. S. Michaelis Leodien. resignat, confert canonicatum et praeb. eccl. S. Bartholomaei Leodien., quos ead. de causa Jacobus Kersmekers resignat. „Apostolicae Sedis“ L. 1052 f. 281.

— — | — | (18 044) Martino Alfonsi Pechin (al. Piquin) dimidiam portionem eccl. Corduben. cessione Stephani Gabrielis archiep. Baren. vac. confert. „Vitae ac morum“ L. 1043 f. 66.

— — | — | (18 045) Stephano Gabrieli archiepisc. Baren. cum jure regressus fructus praefatae portionis reservat. „Personam tuam“ L. 1073 f. 303.

— — | — | (18 046) Episcopo Chisamen. mandat, ut canonicatum et praeb. eccl. Clugien. resignatione Ludovici Tondelini vac. Johanni Paulo de Cornearíis cler. Venetiar., si idoneus sit, conferat. „Laudabilia“ Arch. Lat. tom. 55 f. 309 seqq.

— — | — | (18 047) Raymundo de Domec par. ecclesiam S. Georgii de Insula Burdegalen. dioec. confert. „Vitae ac morum“ L. 1056 f. 175.

— — | — | (18 048) Johanni Cename canon. Remen. Prioratum S. Gengulphi de Condis O. S. B. Lingonen. dioec. cessione Mag. Ludovici Cename vac., qui a monasterio S. Remigii Remen. ejusd. Ord. dependet, commendat. „Vitae ac morum“ L. 1040 f. 73, b.

15. Oct. (Id. Oct.) | — | (18 049) Executores deputat, qui in certum eventum Laurentio de Herrera cler. Palentin. dioec. Prioratus S. Mantii oppidi de Villanova de S. Mantio et de Belver et de S. Helizes O. S. B. et grangiam de Villagratia Palentin., Legionen. et Zamoren. dioec. commendent. G. F. L. 1056 f. 137.

— — | — | (18 050—18 051) Johanni Ogier baccal. in decretis confert capellaniam ad altare S. Joh. Bapt. situm in eccl. S. Petri de Barroduce Tullen. dioec. a Desiderio Roton resignatam. „Literarum scientia“ Execut. deputat. „Hodie“ L. 1060 f. 110 seqq.

— — | — | (18 052—18 053) Guillermo des Champs Licent. in legibus confert par. eccl. S. Mauritii juxta Fessart prope Villam de Montalgis Senonen. dioec. a Johanne Famiche resignatam. „Literarum scientia“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 53 f. 91 seqq.

— — | — | (18 054) Executorem deputat, qui Johanni Bapt. de Bredis cler. Lauden. par. ecclesiam S. Petri de Vulpiano Iporigien. dioec. surrogando conferat. „Vitae ac morum“ L. c. f. 311, b.

— — | — | (18 055—18 056) Petro Surreau cler. Rothomagen. dioec. pensionem assignat super fruct. par. eccl. B. M. de Anquetiervilla dictae dioec. per Robertum Martini solvendam. „Vitae ac morum“ Execut. deputat. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 58 f. 108 seqq.

— — | — | (18 057) Johanni Fagolat baccal. in decr. par. ecclesiam S^mae Trinitatis de Gaureyo Constantien. dioec. prov. Rothomagen. resignatione Guillermi de Chaimigny vac. confert. „Literarum scientia“ L. 1036 f. 247.

16. Oct. (XVII. Kal. Nov.) | — | (18 058) Cum civitas Viterbien., quae antea inter alias S. R. E. urbes rerum opulentia, civium concordia ac pluribus aliis dotibus non parva laude dignis florere solebat, ob intestinas seditiones, temporum malignitate occurrente, magna ex parte civibus et opibus esset exhausta, malumque hoc in dies latius serperet, Julius PP. II. istis malis obviare cupiens pacem et concordiam inter Viterbienses composuit et nonnulla statuit, quae eandem civitatem in quiete et tranquillitate essent conservatura. Cum suspicio suborta sit, decreta praefati Julii Papae negligi, Pontifex, qui dictam civitatem et illius cives adhuc in minoribus constitutus peculiari dilectione prosequebatur et, postquam ad Apostolatus apicem assumptus fuit, molestissime ferens, eam denuo ad calamitatem prolabi, volensque desuper opportune providere, ne in perniciem dictae civitatis mala malis cumularentur, efficacem dedit operam per Marcum S. M. in Via lata diac. Cardinalem Cornelium in provincia Patrimonii S. Sedis Legatum, qui ea in re nihil studii et laboris praetermisit, ac per quosdam etiam commissarios suos ad dictam civitatem destinatos, ut malis hujusmodi opportuna remedia adhiberentur, cum civiles seditiones et majora scandala formidarentur, nihil intentatum relinquere voluit, quod ad dictae civitatis pacem et quietem pertineret, et propterea ad ipsam civitatem personaliter accessit; vestigiis Julii PP. II. utpote in virtutis et pietatis tramite impressis in hoc praesertim inhaerere volens ipsasque ejusdem praedecessoris literas approbans, confirmans, innovans et majori quo potest munimine roborans et

1515.

nonnullas saluberrimas ordinationes addens, cum ex avaritia erumpat audacia, et cupiditas percipiendi et distrahendi introitus et proventus communitatis dictae civitatis quam plurimorum malorum causa sit, statuit, ut perpetuis futuris temporibus unus exactor seu thesaurarius forensis per Pontificem seu Legatum p. t. existentem deputandus in dicta civitate ad colligendum et percipiendum omnes introitus et proventus praedictos in usus consuetos, ornamentum civitatis etc. exponendos esse debeat, ita ut ex ipsis introitibus etiam stipendia viginti peditum externorum solvantur, qui ad manutenendam civitatem in pace, si necesse sit, conducantur et Legato aut ejus locumtenenti assistant et obediant, aliaque mandata pro conservanda pace et tranquillitate ejusdem civitatis edit. A. P. R. M. „Pro salubri et quieto regimine“ (Bembus | D. de Comitibus) L. 1197 f. 171.

16. Oct. (XVII. Kal. Nov.) Montisflasconis. (18 059) Pro parte Prioris et capituli saecularis et collegiatae ecclesiae S. Rochi Vicentin. Congregationis S. Georgii in Alga Venetiarum, qui exposuerant, quod fructus mensae capitularis dictae ecclesiae adeo tenues essent, ut Prior et capitulum ex eis se sustentare et onera ipsis incumbentia perferre non valerent, Praeposituram domus S. Johannis Bapt. in Villa Baldariae Ord. Humiliat. Vicentin. dioec., quam Benedictus de Maximis dictae domus S. Joh. Bapt. Praepositus obtinebat, quae habitu et non actu conventualis et sine cura erat, tamquam libera resignatione dicti Benedicti per Hieronymum de Pizena Priorem domus saecularis et colleg. ecclesiae S. Salvatoris in Lauro de Urbe dictae Congregationis ejusdem Benedicti procuratorem in manibus Pontificis facta vacantem praedictae mensae perpetuo univit. Pro parte Prioris et capituli ecclesiae S. Rochi praedictorum, qui exponunt, quod ab aliquibus asseratur, dictum Benedictum, antequam resignatio fieret, ab hujusmodi procurationis officio praefatum Hieronymum revocasse, et propterea literas circa unionem hujusmodi editas de surreptionis vitio notari posse, Pontifex, in cujus manibus idem Benedictus dictam Praeposituram per Philippum de Monticellis praefatae Congregationis canonicum et S. Salvatoris in Lauro de Urbe Vicepriorem procuratorem suum denuo ad hoc ab eo specialiter constitutum libere resignavit, literas praedictas cum omnibus in eis contentis clausulis valere plenamque roboris firmitatem obtinere decernit, ac si revocatio praedicta facta non fuisset. A. P. R. M. „Romanum decet Pontificem“ (Benzon | Campania) Arch. Lat. tom. 46 f. 190, b.

— — — (18 060—18 061) Guillelmo Le Chavalier jun. rectori par. ecclesiae S. Laurentii de Escovilla Baiocen. dioec. dictam ecclesiam resignatione Guillelmi Le Chavalier sen. vacantem confert. „Vitae ac morum“ Marguerino de Lambone canonico eccl. Baiocen. atque Officialibus Baiocen. et Rothomagen. executionem committit. „Hodie“ Arch. Lat. tom. 57 f. 9 seq.

— — — (18 062—18 063) Mag. Gundisalvo de Cabredo rectori par. ecclesiae loci de Cristoval Caurien. dioec., scriptori et fam. suo, dictam ecclesiam obitu Didaci Martini de Valganon vacantem confert. G. D. et F. Executores deputat. „Hodie dil. filio“ Arch. Lat. tom. 53 f. 265, b seq.

— — — (18 064) Executores deputat, qui Mag. Johanni de Madrigal cler. Toletan. dioec. et liter. apost. scriptori beneficium in par. ecclesia S. Vincentii Abulen. obitu Didaci de Cisneros vac. conferant. G. D. et F. L. c. f. 192.

— — — (18 065) Executores deputat, qui praefato Johanni beneficium in par. ecclesia S. Johannis Abulen. obitu praedicti Didaci vac. conferant. G. D. et F. L. c. f. 194.

— — — (18 066) Sacristiam Prioratus B. Mariae Bagraci O. S. B. Viennen. dioec. resignatione Johannis Chavantis vacantem unit Prioratui S. Petri de Bononay Ord. et dioec. praedict., quem Antonius Goyn obtinet, quamdiu illum obtinuerit. A. F. R. M. „Romanum decet Pontificem“ Arch. Lat. tom. 47 f. 168, b.

— — — (18 067) Franciscum du Tertre cler. Redonen. dioec. Mauritio de Gourhant canonico ecclesiae B. Mariae Nanneten., cui eadem die Prioratum S. Philiberti de Grandilacu O. S. B. Nanneten. dioec. commendavit, in regimine et administratione dicti Prioratus coadjutorem deputat cum jure successionis. „Ex debito pastoralis officii“ L. 1045 f. 125, b.

— — — (18 068) Guillermo de Spinassia baccal. in legibus par. ecclesiam S. Genesii de Arsenco seu illius perpet. vicariam et par. ecclesiam S. Petri seu B. Mariae Magdalenae de Gebis Mimaten. et Electen. dioec. obitu Jacobi de Ortis vacantes confert. „Literarum scientia“ L. 1046 f. 46.

— — — (18 069) Johanni Salles Priori Prioratus de Chezes O. S. A. Andegaven., dioec. commendat Prioratum forsan *capellam* nuncupatum S. Blasii al. Les Picoullieres Ord. et dioec. praedictorum. „Religionis zelus“ L. 1147 f. 85, b.

— — — (18 070) Laurentium Cinquensodi decanum decanatus ruralis de Ogo Lausannen. dioec., U. J. doctorem, Baptistae de Aycardis canonico Lausannen., U. J. doctori, coadjutorem deputat cum jure successionis. „Circa pastoralis officii debitum“ L. 1037 f. 269, b.

Prospectus.

Praesens opus XII fasciculis absolvetur, quorum quilibet 128—160 paginis (16—20 quaternionibus) constabit.

Quum agatur de publicatione pro longe majori parte ex ducentis quinquaginta magnae molis voluminibus manuscriptis desumenda et de labore gravissimo, qui plurium eruditorum operam requirit, de augendo collaborantium numero cogitatum est, quo celerius opus perficiatur. Itaque quotannis duo vel tres saltem fasciculi publicari poterunt, procedente tempore etiam plures.

8 fas. were published. Each had 16 quaternions of 8 pages

Retardata fuit hujus fasciculi priore locupletioris publicatio tum ob imminutum collaboratorum per aliquot menses numerum tum ob serius detecta ejusdem Pontificatus volumina CXX in tabulario Lateranen. Datariae apostolicae exstantia, quae in usum nostrum derivare oportuit. Hinc necessarium quoque erit augmentum fasciculorum qui ad numerum XIV vel XV ascendent.


262.13
L 55-10H
31106
LEO X
AUTHOR
Regesta Leonis X, ed. Jos.
TITLE Hergenrother Vols 1-2
DATE LOANED
BORROWER'S NAME
O'Brien
STORAGE - CRPL
31106